

MAGISTRI
SENTENTIA

TIARVM,

LIBRI IIII.

17-12065

PETRO LOMBARDO

EPISCOPO PARISIENSI AVTORE:

Quibus recens accessit Tabula in primum
sententiarum librum, F. Roberti VViar-
ti Cruciferi, sacrae Theolo-
giae baccalaurei.

*Adiunximus singulis libris Titulos, quibus capita distin-
guuntur ex Authoris sententia.*

Ad calcem Operis subiiciuntur Articuli erronei, Parisiis iam
olim damnati, atque ab eorum assertoribus recantari: adiectis
nonnullis ipsius Magistri, in quibus communiter non approbatur.

Cum Indice copiosissimo.



LVG DVNI,

APVD HÆREDES IACOBI IVNCTÆ.

M. D. LXX.

. 20.

MAGISTRI
SENTENTIA

TIARVM,

LIBRI IIII.

17-12065

PETRO LOMBARDO

EPISCOPO PARISIENSI AVTORE:

Quibus recens accessit Tabula in primum
sententiarum librum, F. Roberti VViar-
ti Cruciferi, sacrae Theolo-
giae baccalaurei.

*Adiungimus singulis libris Titulos, quibus capita distin-
guuntur ex Auctoris sententia.*

Ad calcem Operis subiiciuntur Articuli erronei, Parisiis iam
olim damnati, atque ab eorum assertoribus recantati: adiectis
nonnullis ipsius Magistri, in quibus communiter non approbatur.

Cum Indice copiosissimo.



LVGDVNÆ,

APVD HÆREDES IACOBI IVNCTÆ.

M. D. LXX.



INCIPIUNT RVBRICAE

LIBRI PRIMII.

DISTINCT. I.

OMNIS doctrina est de rebus vel de signis. 1.A	litudo, nec diuersitas, nec singularitas ibi est, sed similitudo. ibid. #
De rebus quibus fruendum est vel vtedum, & de his quae fruuntur & vruntur. 2.B	Ad idem quod coeperat redit, vt alias auctoritates supponat. 6.F
Quid sit frui vel vti. ibid. c	Specialia testimonia de spiritu sancto. ibid. e
Determinatio eorum quae videntur coneraria. ibid. d	De testimoniis noui testamenti. ibid. #
Alia determinatio. ibid. #	DISTINCT. III.
Vtrum hominibus sit vtedum, vel fruendum. 3.F	De cognitione creatoris per creaturas, in quibus trium vestigium apparet. 7.A
Hic quaeritur an Deus fruatur an vratur nobis. ibid. e	Prima ratio vel modus quo potuit cognosci Deus. ibid. #
Vtrum vtedum an fruendum sit virtutibus. ibid. #	Secunda, tertia, & quarta ratio qua potuit cognosci Deus. ibid. c. d. #
Epilogus. 4	Quo in creaturis apparet vestigium Trinitatis. 8.F. e
DISTINCT. II.	Quomodo aequalia sint, quia capiuntur a singulis omnia & tota. 9.H.I.K.L
De mysterio Trinitatis & vnitatis. 4.A	Ex quo sensu illa tria dicantur esse vnus & vna essentia queritur. ibid. #
Quae fuerit intentio scriptionum de Trinitate. ibid. B	Quod etiam ad se inuicem di
Quis ordo sit seruandus cum de Trinitate agitur. 5. c	
Testimonia sanctorum de Trinitate. ibid. d	
Apertè ostendit quod nec so	

cuntur relatiue. *ibid.* N
 Hic aperitur quod supra que-
 rebatur, scilicet quomodo hęc
 tria dicantur vnum. *ibid.* O
 Quod in illa similitudine est
 dissimilitudo. *10. P*
 Prima dissimilitudo. *ibid.* Q
 Altera dissimilitudo. *ibid.* R
 Alia assignatio Trinitatis in
 anima, scilicet mens; noti-
 tia, amor. *ibid.* S. T. V. X
 Quomodo mens per ista pro-
 ficat a. intelligēdū Deum.
ibidem. Y
 Hic de summa Trinitatis vni-
 tate. *11. L. Z*
 D I S T I N C T. IIII.
 Hic queritur vtrum cōceden-
 dum sit, quod Deus se ge-
 nuerit. *11. A*
 Alia quæstio de eodem. *ibid.*
B. & 12. C
 Redit ad præmissam quæstio-
 nem, scilicet an Deus pater se Deū,
 an aliū Deū genuerit. *12. D*
 D I S T I N C T. V.
 Vtrum diuina essentia genuerit
 filiū, vel genita sit à patre,
 vel de ipsa nat' sit filius, vel
 spūs sanctus processerit. *12. A*
 Secunda ratio. *ibid.* B
 Tertia ratio & potior. *ibid.* C
 Huic aduersari videtur Augu-
 stin. *13. D. E. F. & 14. G*
 Quo sunt intelligēda præmissa
 verba Hilarij. *14. H. I. & 15. K*
 Quod filius nō est de nihilo,
 sed de aliquo, non tamen
 de materia: sic & spiritus

sanctus. *15. L*
 Quare verbum patris dicatur
 filius naturæ. *16. M*
 D I S T I N C T. VI.
 Vtrum pater volūtatē genuerit
 filiū, an necessitatē: & an
 volēs vel nolēs Deus. *16. A. B*
 Qualiter intell' g'nda sunt illa
 verba. pater nec nolens nec
 volēs De' est. nec volēs nec
 nolens; genuit filiū. *17. C*
 D I S T I N C T. VII.
 Hic queritur an pater potuerit
 vel voluerit g'gnere fi-
 liū. *17. A. B. G*
 Hic queritur quomodo intel-
 ligēda sint. *18. D. B*
 Vtrum pater natura sit potens
 g'gnere filiū: & an simplici-
 tate essentia Dei. *19. A. B*
 D I S T I N C T. VIII.
 De veritate & proprietate &
 incommutabilitate & sim-
 plicitate essentia Dei. *19. A. B*
 Hic de incommutabilitate.
ibidem. C
 Hic de simplicitate. *20. D*
 Hic de spiritali creatura o-
 stendit quomodo sit multi-
 plex, & non simplex. *ibid.* E
 Qualiter Deus cum sit sim-
 plex, multiplex tamen dica-
 tur. *ibid.* F
 Tāta est Dei simplicitas, quod
 nulli prædicamentorū sub-
 iicitur. *21. G*
 Quod Deus non propriē, sed
 abusiue dicitur substantia.
ibidem. H

Quod non est aliquid in Deo
 quod non sit Deus. *ibid.* I
 D I S T I N C T. IX.
 De distinctione trium perso-
 narum. *22. A*
 Hic de cōternitate filij cum
 patre. *ibidem.* B. C. D. E
 Responsio Ambrosij ad idem
 auctoritate facta. *ibid.* F
 Inuectio Ambrosij contra hæ-
 reticum. *ibid.* G. H
 Quidam præsumunt diserte-
 re generationis seriem. *23. I*
 Vtrum debeat dici, semper gi-
 gnitur, vel semper genitus
 est filius. *ibid.* K. L. M
 Quod filius semper genera-
 tur, confirmatur ex dictis
 Hilarij. *24. N*
 Breuiter docet quid de hoc cō-
 cedendum sit. *ibid.* O
 Argumentatio harenici. *ibi.* P
 D I S T I N C T. X.
 De spiritu sancto quod amor
 patris & filij propriē dici-
 tur, cum sit in Trinitate a-
 mor qui est Trinitas, sicut
 verbum propriē dicitur sa-
 pientia, & tamen tota Tri-
 nitas dicitur sapientia.
25. A. B. C
 Exēplis firmat eadem nomi-
 na propriē & vniuersaliter
 accipi. *ibid.* D. E
 Redit ostendere quod propo-
 sueras scilicet spiritus sanctus
 sit amor, quo pater à filio
 & filius à patre diligitur.
26. F. G
 Quod spiritus sanctus sicut
 communis est patri & filio,
 ita commune nomen ha-
 bet proprium. *ibid.* H
 D I S T I N C T. XI.
 Quod spiritus sanctus proce-
 dit à patre & filio, quem ta-
 mē Græci à filio procedere
 dicuntur. *26. A. & 27. B. C*
 Quod Græci in sensu nobiscū
 conueniunt, etsi verbis dif-
 ferant. *27. D*
 Auctoritatibus Græcorū oste-
 dit spiritum sanctum proce-
 dere etiam à filio. *ibid.* E
 D I S T I N C T. XII.
 Vtrum spiritus sanctus prius
 vel plenius procedat à pa-
 tre quā à filio. *28. A*
 Responsio Augustini ad id
 quod primō querebatur,
 scilicet an patris à patre quā
 à filio processerit. *ibid.* B
 Hic agit de eo quod secun-
 do querebatur, scilicet an
 plenius vel magis processerit
 à patre quā à filio.
ibidem. C. D
 Ex eodem sensu dicitur spiri-
 tus sanctus esse, & mitti à
 patre per filiū. *29. E*
 D I S T I N C T. XIII.
 Quare spiritus sanctus cum
 sit de substantia patris, non
 dicatur genitus vel filius,
 sed tantū procedens. *29. A*
 Cum spiritus sanctus non di-
 catur genitus, cur filius di-
 ceatur procedere. *ibid.* B

Quod non potest distingui à nobis inter generationem filij & processionem spiritus sancti. 30.C.D

An spiritus sanctus debeat dici ingenuus. ibid.E.F

Determinatio, secundum diversas acceptiones dicit eos locutos. 31.G

Ex verbis Hieronymi ostenditur ex quo sensu dixit, spiritum sanctum ingenuum. ibid.H

DISTIN. XIII.

De gemina processione spiritus sancti, temporali & aeterna. 31.A.B

Quod non solum dona spiritus sancti, sed etiam spiritus Deus datur hominibus & mittitur. 32.C

An viri sancti possunt dare spiritum sanctum. ibid.D. & 33.E.F

DISTIN. XV.

Quod spiritus sanctus à seipso datur, & filius quod à seipso mittitur. 33.A.B

Quomodo intelligenda sit missio utriusque. 34.C

Quod à spiritu sancto etiam sit filius missus. ibid.D

Quod filius etiam sit datus à seipso. ibid.E.F.G

Quomodo intelligendum sit illud, A meipso non veni. 35.H

Verū semel tantum sit filius missus, an saepe. ibid.I

De duobus modis missionis filij. ibid.K

Quod secundum alterum modum semel sit missus, secundum alterum saepe; & secundum alterum modum dicitur missus in mundum, secundum alterum non. ibid.L.M

Quare pater non dicitur missus. ibid.N

Quod filius & spiritus sanctus non sunt quasi minores patre quia missi. 36.O

DISTIN. XVI.

De missione spiritus sancti qua fit duobus modis visibiliter & invisibiliter. 36.A

Præ de illo modo missionis qui fit visibiliter agit. ibidem.B.

Cum filius sit minor patre secundum formam creatam in qua apparuit, cur non & spiritus sanctus similiter. ibid.C

Quod filius secundum quod homo factus est, non modo patre, sed spiritu sancto, & etiam seipso minor est. 37.D

Hilarius aliter dicit, scilicet quod pater sit maior, nec filius tamen minor. ibid.E

DISTIN. XVII.

Quod spiritus sanctus est charitas qua diligimus Deum & proximum. 37.A

Præmittitur quidam ad hæc

extensionem necessarium, scilicet quod spiritus sanctus est charitas, qua diligimus Deum & proximum. 38.B

Autoritatibus ita esse confirmat. ibid.C

Quod fraterna dilectio est Deus: nec pater vel filius, sed tantum spiritus sanctus. ibidem.D

Quod non est dictum illud per causam, Deus charitas est: sicut illud, Tu es patientia mea, & spes mea. 39.E

Quomodo spiritus sanctus mittatur vel detur nobis. ibidem.F

Verum spiritus sanctus augetur in homine, vel minus vel magis habeatur, vel detur: & an detur habenti vel non habenti. ibid.G

Responsio ad primam questionem. 40.H

Responsio ad secundam. ibid.I

Authenticitate confirmat utranque responsionem. ibid.K

Quod aliqui dicunt spiritum sanctum non esse charitatem qua diligimus Deum & proximum. ibid.L

Responsio ad prædicta determinans auctoritates. 41.M

Determinatio primæ auctoritatis. ibid.N

Determinatio secundæ. ibid.O

Aliud obijciunt. ibid.P

Quod alias inducunt rationes & auctoritates ad idem probandum. ibid.Q

Quod charitas est motus vel affectio animi. ibid.R

Responsio determinans auctoritates. ibid.S

An concedendum sit quod per donum dentur dona. 42.T

DISTINCT. XVIII.

Verum eadem ratione spiritus sanctus dicatur donum & datum siue donatum. 42.A

Quare ita esse videtur. ibidem.B

Responsio quare datum siue donatum dicatur spiritus sanctus. ibid.C

Hic quare donum. ibid.D

Queritur cui donabilis. 43.E

Quod sicut filius nascendo accepit non tantum ut esset filius, sed etiam essentia: ita & spiritus sanctus procedendo accepit non tantum ut esset donum, sed etiam ut essentia. ibid.F

Quod ex prædictis videtur quod filius non tantum sit filius natiuitate, sed etiam de similitudine essentia, & spiritus sanctus processione. 44.G

Exponit verba Hilarij. ibidem.H

Quod spiritus sanctus dicitur donum & donatum secundum duos modos prædictos processionis, qui secundum quod donum est re-

fertur ad patrem & filium: secundū quod datum, ad eum qui dedit, & ad eos quibus datur. *ibid.* x

An filius cū sit nobis datus possit dici noster vt spiritus sanctus. *ibid.* l

Vtrum spiritus sanctus ad se ipsum referatur. 45. M

DISTINCT. XIX.

De æqualitate trium personarum. 45. A

Quod æternitas & magnitudo & potentia in Deo vnū sunt, et si videatur diuersa. *ibid.* b

Quod aliqua personarum alia non excedit magnitudine: quia non est maior vna persona alia, nec maius aliquid duæ quā vna, nec tres quā duæ vel vna. 46. c. d

Quomodo dicitur pater esse in filio, & filius in patre, & spiritus sanctus in vtroque *ibid.* b

In Trinitate alius alium non superat. 47. F

Quod nulla personarū pars est in Trinitate. 46. G

Quare tres personæ dicantur summē vnum. *ibid.*

Cū dicimus tres personas esse vnā substantiam vel essentiam, nec vt genus de speciebus, nec vt speciem de indiuiduis predicamus: quia nō est essentia genus, & persona species, vel essentia species & personæ indiuidua. *ibid.* h. & 48. l. x

Quod nec secundum materiale causam dicantur tres personæ vna essentia. 42. l

Nec ita dicuntur tres personæ vna essentia, vt tres homines vna natura vel vn. natura. *ibid.* m. n. & 49. o. p

Vtrum tres personæ differant in numero, quæ in proprietatibus distinctæ sunt. 49. Q

Quare tres personæ simul nō sint maius aliquid quā vna. *ibid.* r. & 50. s

Quod Deus non est dicendus triplex sed vnus. 50. t. v

DISTINCT. XX.

Quod aliqua personarū non excellit aliā potentia. 50. A

Quod nō minus potest filius quā pater. *ibid.* b

De obiectionibus hæreticis cōtra hoc, & responsionibus catholicis. 51. c. d. e. f. g

DISTINCT. XXI.

Quomodo possit dici solus pater vel solus filius vel solus spiritus sanctus, cū sint inseparabiles. 51. A

Vtrum debeat dici solus pater est Deus, vel sol' filius est Deus, vel solus spiritus sanctus est Deus: an pater est solus Deus, filius est solus Deus, spiritus sanctus est solus Deus. 52. B

Quomodo Trinitas dicatur solus Deus, cū ipsa sit cū spiritibus & animabus sanctis. *ibid.* c. d

DISTIN. XXI.

De nominū differētia quibus vtimur loquentes de Deo. 52. A

De hoc nomine quod est trinitas. *ibid.* b

De his quæ temporaliter Deo conueniunt, & relatiuè dicuntur. *ibid.* c

De his quæ temporaliter Deo conueniunt, & non relatiuè dicuntur. *ibid.* d

De his quæ propriè ad singulas personas pertinent, & de his quæ vnitatem essentia significant. *ibid.* e. & 54. F

DISTIN. XXIII.

De hoc nomine quod est persona, quod cū secundum substantiam dicatur, tamē non singulariter, sed pluraliter accipitur in summa. 54. A. B. C

Quia necessitate dictum sit, tres personæ à Latinis, & à Græcis, tres hypostasēs vel substantiæ. 55. D. E

Quare non dicimus patrē & filium & spiritum sanctum esse tres Deos vt tres personas. *ibid.* F

Cur non dicimus tres essentias vt tres personas. *ibid.* G & 26. H

Quod in trinitate non est diuersitas vel singularitas vel solitudo, sed vnitas & trinitas & distinctio vel identitas. 56. I

Quod non debet dici Deus multiplex. *ibid.* K

DISTIN. XXIII.

Quid significetur his nominibus vnus vel vna, duo vel duæ, tres vel tria, trinus vel trinitas, plures vel pluralitas, distinctio vel distinctæ cū his vtimur de Deo loquentes. 57. A

Magis illa dicuntur ad excludendum ea quæ non sunt in Deo, quā ad ponendū aliqua. *ibid.* B

Quid per vnū significetur cū dicitur, vnus Deus. *ibid.* C

Quo sensu dicitur vnus est pater, vel vnus est filius. *ibid.* D

Quid per ternarium significetur cum dicitur, tres personæ. *ibid.* E

Quid per duo, cū dicitur, duæ personæ, vel pater & filius duo sunt. *ibid.* F

Ex quo sensu dicitur in personis distinctio, vel personæ distinctæ. 58. G

Quomodo ibi accipiat distinctio. *ibid.* H

Quomodo Trinitas ibi accipiat. *ibid.* I

Hoc videtur contrarium esse predictis. *ibid.* K

- DISTIN. XXV.**
 Quid significetur hoc nomine, persona, in plurali numero, scilicet cum dicitur persona. 58.A.B. & 59.C.D
- De triplici acceptione huius nominis, persona, in trinitate.** 59.E.F. & 60.G.H
- Ex quo sensu dicatur, Alia persona patris, alia filij, alia spiritus sancti, siue alius in persona pater, alius in persona filius, alius in persona spiritus sanctus.** 60.I.K.L. & 61.M
- DISTIN. XXVI.**
 De hoc noīe hypostasis. 61.A
- De proprietatibus personarū & de nominibus earum relatiuis.** 61.B
- Quod non omnia dicuntur de Deo secundum substantiam: quaedam enim secundum relationē, non tamen secundum accidens.** ibi. C
- Quare dicatur proprium esse unigeniti filium Dei esse, cum etiam homines sint filij Dei.** ibid. D
- Quod homo dicitur filius Trinitatis, & Trinitas pater hominum.** 63. N
- Quod spiritus sanctus eadē proprietate donū dicitur, qua spiritus sanctus, & utroque modo relatiuē ad patrem & ad filium.** ibid. F
- Utrum pater vel filius vel trinitas ipsa possit dici spiri-**
- tus sanctus. *ibid.* O
- Quod non omnia quæ relatiuē dicuntur suis ad se vicissim respondent vocabulis.** 64.H
- DISTIN. XXVII.**
 Quæ sint illæ proprietates quibus distinguuntur personæ. 64.A.B
- Quod non omnino est idem dicere esse patrē & genuisse vel habere filium.** 65.C
- Quod proprietates determinant hypostases non substantiam, id est, naturam.** *ibid.* D.E.F
- De generali regula eorū quæ ad se, & eorum quæ relatiuē dicuntur.** 66.G
- An secundum substantiam dicatur Deus de Deo, & huiusmodi.** *ibid.* H.I
- DISTIN. XXVIII.**
 Quod non tantum tres sint proprietates personarum. 66.A
- An solus pater debeat dici nō genitus vel non filius sicut dicitur ingenuus.** 67.B
- De proprietate quam notat ingenuus.** *ibid.* C
- Responsio Ambrosij contra Arrianos de ingenito.** 68.D
- An diuersum sit esse patrem & filium esse.** *ibid.* E
- Si sapiētia genita dicitur secundum relationem vel secundum substantiā.** *ibid.* F
- De imagine.** 69.G

- DISTIN. XXIX.**
 Utrum pater vel filius eadem dilectione se diligant quæ procedit ab utroque, id est, spiritu sancto. 75.A.B
- Utrum pater sit sapiens sapiētia quam genuit.** 76.C.D
- An filius sit sapiens seipso vel per seipsum.** *ibid.* A
- An vna sit tantum sapiētia patris.** 77.F
- Sicut in trinitate est dilectio quæ est trinitas, & tamen spiritus sanctus est dilectio quæ non est trinitas: nec ideo sunt duæ dilectiones, ita & de sapiētia.** *ibid.* G
- Quare pater non dicitur sapiens sapiētia genita, sicut dicitur diligens dilectione quæ ab ipso procedit.** *ibid.* H.I
- DISTIN. XXXII.**
 Utrū proprietates personarū sint ipsæ personæ vel diuina vna. 78.A.B.C.D.E.F.G
- Quomodo proprietates personarū sunt esse in natura Dei, nec eā determinent.** 80.H.I.K
- DISTIN. XXXIII.**
 De verbis Hilarij, quibus secundum prauorum intelli gentiā videtur dicere non idem esse diuinam naturā & rem naturæ, & non idē esse Deum & quod Dei est 81.A.B.C.D
- Utrū ita possit dici vnus Deus trium personarum, vt dicitur vna essentia triū per-**
- De principio.** 69.A
- Quod ab æterno pater est principium & filius, sed & spiritus sanctus.** *ibid.* B
- Quomodo pater sit principium filij, & ipse cum filio spiritus sancti.** 70.C
- An eadem notione pater & filius sit principium spiritus sancti.** 71.D
- DISTIN. XXX.**
 De his quæ temporaliter de Deo dicuntur & relatiuē secundum accidens, quod non Deo sed creaturis accidit. 71.A.B
- An spiritus sanctus dicatur datum vel donatū relatiuē ad se, cum à se detur.** 72.C
- DISTIN. XXXI.**
 An filius dicatur æqualis vel similis patri secundum substantiam. 72.A.B
- De sententia sancti Hilarij qua trinitatem personarū propriam ostendit.** 73.C.
- D.E.F.G
- Quare patri attribuitur vnitatis.** 74.H
- Quare pater & filius dicantur esse vnū vel vnus Deus, sed non vnus.** *ibid.* I
- Quare dicitur æqualitas esse in filio.** 75.K
- Quare in spiritu sancto dicitur esse vtriusque concordia vel connexio.** *ibid.* L
- DISTIN. XXXII.**

sonarum: & tres personae
vnius Dei, vt tres personae
vnius essentiae. 83. E
Quod potentia, sapientia, bonitas
in scriptura interdum ad personas
distinctè referuntur. ibid. F
Quare patri potentia, filio sapientia,
spiritui sancto bonitas tribuatur
cum sit vna sapientia, potentia
bonitas trium. ibid. G. H
De hoc nomine Homouision vbi
in auctoritatem receptum sit, & quid
significet. ibid. I. K. L
DISTINCT. XXXV.
De scientia, praescientia, providentia,
dispositione, & praedestinatione Dei. 84. M
De quibus sit praescientia vel providentia. ibid.
De quibus sapientia vel scientia. ibid.
Vtrum praescientia vel dispositio
vel praedestinatio Dei esse poterit
si nulla esset futura. ibi. B. C
Quod scientia Dei de temporalibus
est & aeternis. 85. D
Quomodo omnia dicuntur esse in Deo
& vita in eo. ibidem E. F.
DISTINCT. XXXVI.
Vtrum omnia debeant dici esse in Dei
essentia, vt in Dei cognitione vel
praescientia esse dicuntur. 86. A. B
Qua ratione bona dicuntur esse in Deo
& non mala. 87. C
Vtrum idem sit omnino esse ex Deo,
& per ipsum, & in ipso. ibid. D
Quod omnia sunt in quolibet
trium, & per ipsum, & in ipso. ibid. E
Quod non omnia quae ex deo sunt,
etiam de ipso sunt. ibidem. F. G
DISTINCT. XXXVII.
Quibus modis dicitur esse deus in rebus. 88. A
Quod Deus non ubique est habitat
sed e converso. ibi. B
Vbi erat Deus antequam esset creatura. 89. C. D. E. F. G
Quod Deus cum sit in omnibus
rebus essentialiter, non tamen
coinquinatur sordibus rerum. 90. H
Cum Deus sit ubique & semper,
non tamen localis, nec loco nec
tempore movetur. ibidem. I
Quibus modis aliquid dicitur locale
vel circumscriptibile. ibidem.
Quid sit mutari secundum tempus. 91. K
Vtrum spiritus creati sint locales
& circumscriptibiles. ibidem. L. M. N
Quod Deus est ubique sine locali
motu. 91. O. P. Q
DISTINCT. XXXVIII.
An scientia vel praescientia dei sit
causa rerum, vel e converso. 93. A. B. C. D.

Vtrum praescientia Dei possit falli. 94. R
DISTINCT. XXXIX.
Vtrum scientia Dei possit augeri
vel minui vel aliquo modo mutari. 94. A
An Deus possit nouiter vel ex tempore
scire vel praescire aliquid. ibidem. B
Vtrum Deus possit scire plura quam
scit. 69. D
Quod Deus & semper & simul
scit omnia, ibid. E. D. E
DISTINCT. XL.
An aliquis praedestinatus possit
damnari vel reprobis saluari. 96. A. B. C
Quid sit reprobatio Dei, & in quibus
consideretur: & quis sit praedestinationis
effectus. 97. D
DISTINCT. XLI.
Vtrum aliquod sit meritum obduracionis
vel misericordiae. 98. A. B. C. D. E
De variis super hoc carnalium opinionibus,
an ea quae scit semel Deus vel
praesciat, & semper sciat vel praesciat,
& semper scierit & praescierit. 100. F. G
DISTINCT. XLII.
De omnipotentia Dei, quare dicatur
omnipotens, cum nos multa possimus
quae ipse non potest. 100. A
Quomodo dicatur Deus omnia posse. 101. B. C. D
De omnipotentia Dei secundum
duo consideratur. ibidem. E. F. G. H
DISTINCT. XLIII.
Inuectio contra illos qui Deum dicunt
nil posse nisi quod vult & facit. 102. A. B. C. D. E
DISTINCT. XLIII.
An Deus possit facere aliquid melius
quam facit vel alio vel meliori modo. 104. A. B. C
Vtrum possit Deus semper omne quod
potuit. 105. D
DISTINCT. XLV.
De voluntate Dei quae essentia Dei
est, & de signis eius. 106. A. B.
De intelligentia harum locutionum.
Deus scit, vel Deus vult, de
se scit omnia, vel vult aliquid. ibidem. C
Quod Dei voluntas summa bona
causa est omnium quae naturaliter
sunt: cuius causa non est
quaerenda, quia prima & summa
causa est omnium. ibid. D. E
Quibus modis accipitur Dei voluntas. 107. F
Quod praecipio, prohibitio, permissio,
consilium, operatio, nomine voluntatis
interdum intelliguntur vel accipiuntur. ibi. G. H. I
Vtrum deus velit ab omnibus fieri
ea quae praecipit, vel non fieri ea
quae prohibet. 108. K. L. M
DISTINCT. XLVI.
Quod voluntas Dei quae ipse

INDEX LIB. I.

- est, in nullo cassari potest. 108. A
 Quomodo intelligendum sit illud, volui congregare filios tuos, & noluisse: & illud, Qui vult omnes homines salvos fieri. ibidem. B. C
 Vtrum mala Deo nolente vel volente fiant. 109. D
 Quomodo sit intelligendum illud August. Mala fieri bonum est. ibid. E. F. G
 De multiplici acceptatione boni. 110. H
 Quod mala vniuersitati valent. 111. I. K
 Quod in Deo non est causa vt sit deterior homo. ibi. L. M
 Obiectio quorundam sophistica, qua probare nituntur ex Deo esse quod mala fiant. 112. N
 Responsio, vbi concedit omne verum esse à Deo, & sophisma aperit. ibid. O
 Partem questionis approbat illorum qui dicunt Deum non velle mala fieri. ibi. P
 DISTINCT. XLVII.
 Quomodo voluntas Dei de homine impletur quocunque se vertat. 112. A
 Ex quo sensu quædam dicuntur fieri cõtra Dei voluntatem. 113. B
 Quare præcepit Deus omnibus bona facere & mala vitare, etsi nõ id ab omnibus vult impleri. ibidem. C
 DISTINCT. XLVIII.
 Quod homo aliquando bona voluntate aliud vult quam Deus: & mala idem quod Deus.
 Quod Dei voluntas per malas hominũ voluntates impletur. ibidem. B. C
 Vtrum placuerit viris sanctis quod Christus moreretur & pateretur. ibidem. D
 Vtrum passiones sanctorũ debeamus velle. 115. E


INDICIS LIBR. I.
 FINIS.

PETRI LOMBARDI,

EPISCOPI PARIENSIS, IN

LIBROS SENTENTIARUM

PROLOGVS.



VPIENTES aliquid de penuria ac tenuitate nostra cum paupercula in gazophylacium Domini mittere, ardua scandere, opus vltra vires nostras agere præsumptimus, consummationis fiduciam, laborisque mercedem in Samaritano statuentes, qui prolatis in curationem semiuui duobus denariis, supererogati cuncta reddere profestus est. Desectat nos veritas pollicentis: sed terret immensas laboris. Desiderium hortatur proficiendi, sed dehortatur infirmitas deficiendi, quam vincit zelus domus Dei. Quo inardescentes, fidem nostram aduersus errores carnalium atque animalium hominum, Daudicæ turris clypeis munire, vel potius munitam ostendere, ac theologiarum inquisitionum abdita aperire, necnon & sacramentorum Ecclesiasticorum pro modulo intelligentiæ nostræ noticiam tradere studuimus: non valentes studiosorũ fratrum vocis iure resistere, eorũ in Christo laudabilibus studiis, lingua ac stylo nos seruire flagitantium, quas bigas in nobis agitat Christi charitas. Quauis non ambigamus omnẽ humani eloquiij sermonem calumniæ atque contradictione amulorum semper fuisse obnoxium: quia dissentientibus voluntatum moribus, dissentiens quoque sit animorum sensus: vt cum omne dictum veritacione perfectũ sit, tamen dum aliud aliis aut videtur, aut complaceat, veritati vel non intellecta, vel offendenti, & impietatis error obnitatur, ac voluntatis inuidia resultet: quam Deus se-

Luc. 21. a

Mar. 11. b

Luc. 10. f

Ex Au.

3. libr. de

Trinit. in

procemio.

Can. 4. b

Ex eodem

Au. loco

citato.

Ex Hil-

ris in prin-

cipio. 10.

de Trini.

2. Cor. 4. a

Eph. 2. a

culi huius operatur in illis diffidentiae filiis, qui non rationi voluntatem subiiciunt, nec doctrinae studium impendunt, sed his quae somniantur sapientiae verba coaptare nituntur, non veri, sed placiti rationem sectantes, quos iniqua voluntas non ad intelligentiam veritatis, sed ad defensionem placentium incitat, non desiderantes doceri veritatem, sed ab ea ad fabulas conuertentes auditum. Quorum professio est magis placita quam docenda conquirere: nec docenda desiderare, sed desideratis doctrinam coaptare, quae habent rationem sapientiae in *superfitione. Quia fidei defectionem sequitur hypocrisis mendax, ut sit in verbis pietas, quam amiserit conscientia; ipsamque simulatam pietatem omni verborum mendacio impiam reddunt, falsae doctrinae instituti, fidei sanctitatem corrumpere molientes, auriumque pruriginem sub nouello sui desiderij dogmate aliis ingerentes, qui contentioni studentes contra veritatem sine credere bellant. Inter veri namque assertionem & placiti defensionem pertinax pugna est: dum se & veritas tenet, & se voluntas erroris tuerur. Horum igitur & Deo odibilem ecclesiam euertere, atque ora oppilare (ne virus nequitiae in alios effunderet) & lucernam veritatis in candelabro exaltare volentes, in labore multo ac sudore hoc voluminem (Deo praesente) compegimus, ex testimoniis veritatis in aeternum fundatis in quatuor libris distinctum. In quo maiorum exempla doctrinamque reperies: in quo per dominicae fidei sinceram professionem viperam doctrinae fraudulentiam prodidimus, auditum demonstrandae veritatis complexi, nec periculo impiae professionis incertum, temperato inter utrumque moderamine utentes. Sicubi verò parum vox nostra insonuit, non à paternis discessit limitibus: Non igitur debet hic labor cuiquam pigro vel multum docto videri superfluus: cum multi impigri multisque indocti, inter quos etiam & mihi sit necessarius, breui volumine complicans Patrum sententias, appositis eorum testimoniis: ut non sit necesse quarenti librorum numerositatem euoluere, cui breuitas quod quaeritur offert sine labore. In hoc autem Tractatu non solum pium Lectorem, sed etiam liberum Correctorem desidero maxime ubi profunda versatur veritatis quaestio, quae utinam tot haberet inuectores, quot habet contraditores. Ut autem quod quaeritur facilius occurrat, Titulos, quibus singulorum librorum capitula distinguuntur, praemisimus.

De

¶ Eteris ac noue legis continentiam diligenti indagine, etiam atque etiam considerantibus nobis parua Dei gratia, norunt sacrae Paginae tractatum circa res, vel signa praecipue versari, ut enim egregius doctor Augustinus ait lib. de Doctr. Christ. Omnis doctrina vel rerum est vel signorum: sed res iam per signa discuntur. Proprie autem hic res appellatur, ut non ad significandum aliquid adhibentur: signa verò uorum usus est in significando. Eorum autem aliqua sunt, quorum unus usus est in significando non in iustificando: quibus non curatur, nisi aliquid significandi gratia, ut aliqua sacramentalia legalia. Alia quae non solum significant, sed conferunt quod actus adiunct, sicut euangelica sacramenta. Ex quo aperte intelligitur, quae hic appellantur signa, res illae uidelicet, quae ad significandum aliquid adhibentur. Omne igitur signum est res aliqua est. Quod enim nulla res est, ut in eodem Augustinus, omnino nihil est. Non autem ediuersimodis omnis res significat: quia non adhibetur ad significandum aliquid. Cumque his uteretur Theologorum speculatio studiosa atque modesta: diuinam Scripturam formam praescriptam in doctrina tenere aduertet. De his ergo nobis aditum ad res diuinae aliquatenus intelligendas, Deo duce, aperte uolentibus discernendum est, & primum de rebus, postea de signis disseramus.

De rebus communiter agit.

¶ I D E R G O in rebus considerandum est, ut in eodem Augustinus ait, quae res aliae sunt, quibus fruendum est: aliae, quibus utendum est: aliae, quae fruuntur & utuntur. Illae, quibus fruendum est, nos beato faciunt. Illis, quibus utendum est, tendentes ad beatitudinem astringuntur, & quasi adminiculamur, ut ad illas res, quae nobis beato faciunt, peruenire, eis quae inherere possumus. Res uero, quae fruuntur & utuntur, nos sumus quasi inter utraque constituti, & angeli, & sancti. Frui autem est amore alicui rei inherere propter seipsum. Ut uero id quod in usum uenerit referre ad obtinendum illud quo fruendum est: illi attribuitur, non ut in usum illius abusus, vel abusus nominari debet. Res igitur quibus fruendum est, sunt Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Eadem tamen Trinitas quaedam summa res est, communis omnibus fruentibus ea, si tamen

a

2. ad Tim.

4. a.

Col. 2. d.

1. ad Tim.

4. c.

* Superfitione.

2. Ti. 4. b.

Mat. 5. b.

Ex Au.
ius praem.
3. de Tri.
Ex loco suo
praesertim.
De materia
huius
libri & li
brorum diuini
sunt.

Lib. 1. c. 2.

Res.
Signa.Li. & Noe.
citatis

Lib. 1. c. 3.

Quid sit
frui &
quid uti.
Idem eodem
lib. cap. 4.
Idem 1. r.
c. 5. quibus
rebus fru-
entibus est.
Li. ca. 5.

Quib' re- res dici debet, & nō rerum omnium causa, si tamen & causa.
bus ven- Non enim facili potest inveniri nomen, quod tantæ excel-
dum est. lentie cōueniat, nisi quod melius dicitur Trinitas hæc, vnus

Lib. 1. c. 4 creata. Vnde Aug. in eodē, Vtendū est hoc modo. nō fruendū
Roma. 1. c ut inuisibilia Dei per ea quæ facta sūt intellecta cōspiciā-
Cap. 22. tur, i. vt de tēporalibus æterna capiuntur. Item in eodem: In
Cap. 10. omnib' rebus illæ ritum sunt, quib' fruendū est, quæ æternæ
& incommutabiles sunt, cæteris autē vtendū est, vt ad illarum
p̄fruitionem perueniāt. Idē Aug. in 10. lib. de Trin. Fruimur
cognitis, in quibus ip̄is p̄pter se voluntas delectata conque-
scit: vtimur verō eis, quæ ad aliud referimus, quo fruendū est.

Item, quid inersit inter Frui. & Vti aliter quam supra. c

Cap. 11. NOTANDVM verō quod idem Aug. in lib. 10. de
Trinit. aliter quam supra accipit, Vti & Frui. sic dicit, Vti
est assumere aliquid in facultatem voluntatis. Frui autem est
vti cum gaudio, non adhuc spei, sed iam rei: idēque omnis
qui fruitor, vtitur, assumit enim aliquid in facultatē volūta-
tis cum fine delectationis. Non autem omnis qui vtitur, &
fruitor: si id quod in facultatē volūtatē assumit, nō propter
ip̄sum, sed propter aliud appetit. Et attēde quia videt Aug.
dicere illos frui tantū, qui in re gaudent, non iam in spe:
& ita in h'z. ira non videmur frui, sed tantū vti vbi gaude-
mus in spe, cū supra dictum sit, Frui esse amore inharere
alicui rei propter se, qualiter etiam hīc multi adharēt Deo.

Determinatio eorum quæ videntur contraria. d

2. Cor. 13. d HÆC ergo, quæ sibi contradicere videntur, sic deter-
minamus, dicentes nos & hīc & in futuro frui: sed ibi pro-
priē, & perfectē, & plenē, vbi per speciem videbimus quo
fruemur: hīc autem, dum in spe ambulamus, fruimur qui-
dem, sed non ad eō plenē: vnde in lib. 10. de Trin. Fruimur
Cap. 10. cognitis, in quibus voluntas est. Idem in lib. de doct. Christ.
Li. 1. c. 34 ait, Angeli illo fruente iam beati sunt, quo & nos frui desi-
deramus: & quantum in hac vita iam fruimur, vel per specu-
lum, vel in ænigmate, tantō nostram peregrinationem &
tolerabilius sustinemus, & ardentius finire cupimus.

Alia determinatio. x

POTEST etiam dici quod qui fruitor etiam in hac
vita, nō tantū habet gaudium spei, sed etiam rei: quia iam

delectatur in eo quod diligit, & ita iam rem aliquatenus tenet.
Constat igitur quod debemus Deo frui, & non vti. Illo
enim, vt ait Aug. fruere quo efficiaris beatus, & in quo spem
ponis, vt ad id peruenias. De hoc idem ait in lib. de Doct. *Lib. 1. de*
Christ. Dicimus nos ea re frui quam diligimus propter se, & *Doctrin.*
ea re fruendum nobis esse tantū, qua efficiamur beati, cæteris *Chri. c. 17.*
verō vtendum. Frequenter tamen dicitur frui, cū delectatione *Aug. lib.*
vti. Cū enim adest quod diligitur, etiam delectationem *cod. c. 33.*
secum gerit: si tamen per eam transieris, & ad illud
vbi permanendum est, eam retuleris, vteris ea: & abutiē
non propriē dicitur frui. Si verō inhaerens atque permanens
finem in ea ponens: letitia tua tunc verō & propriē frui
dicendum est: quod non est faciendum, nisi in illa Trinitate,
id est, summo & incommutabili bono.

Vtrum hominibus sit vtendum, an fruendum. x

CVM autem homines, qui fruantur & vtantur aliis
rebus, res alique sint, quaeritur vtrum se frui debeant, an
vti: an vtrumque. Ad quod sic respondet Aug. in lib. de Doct.
Christ. Si propter se homo diligendus est, fruimur eo: si pro-
pter aliud, vtimur eo. Videtur autem mihi propter aliud dil-
ligendus. Quod enim propter se diligendus est, in eo consti-
tuitur beata vita: cuius etiam spes hoc tempore nos consolatur.
In homine autem spes ponenda non est: quia maledictus
est, qui hoc facit. Ergo si liquidē aduertas, nec se ip̄so quis-
quam frui debet: quia diligere se propter se non debet, sed
propter illud quod fruendum est. Huic autem contrarium
videri non debet, quod Apostol. ad Philemonem loquens,
ait: Ita fratres ego te fruar in Domino. Quod ita determinat:
Aug. Si dixisset tantū Te fruar, & non addidisset, In Domi-
no, videretur finem dilectionis ac spem constituisse in eo: sed
quia illud addidit, In Domino, se finem posuisse, eodēque
frui significauit. Cū enim (vt idem Aug. ait) homine in
Deo fruere, Deo potius quā homine fruere.

Hic quaeritur an Deus fruatur, an vtatur nobis. G

SED cū Deus diligit nos, vt frequenter Scriptura dicit
quæ eius dilectionem erga nos multum commendat, *Aug. in li. de Doct.*
quaerit Aug. quomodo diligit, an vtens, an vt fruens: *Chri. c. 33*
& procedit ita, Si fruitor, eget bono nostro, quod nemo sanus
dixerit, ait enim Propheta, Bonorum meorum non egesset. *32.*

Omne enim bonum nostrum vel ipse est, vel ab ipso est: non ergo fruatur nobis, se l'vitur. Si enim nec fructus, nec vitur, non invenio quomodo diligat nos, Neque tamen sic vitur nobis, ut nos aliis rebus. Nos enim res quibus vitur, ad id referimus, ut Dei bonitate perficiamur: Deus vero ad suam bonitatem usum nostrum refert. Ille enim miseretur nostri propter suam bonitatem: non autem nobis invidet, propter illius bonitatem. Ille nostri miseretur, ut se perficiamur: non vero invidet nostri miseretur, ut illo fruamur. Cum enim nos alicuius miseremur, & alicui consulimus, ad eius quidem facimus: utilitatem eamque inveniunt: sed & nostra fit consequens, cum misericordiam, quam aliis impendimus, non relinquit Deus sine mercede. Hæc autem merces summa est, ut ipso fruamur. Item quia bonus est, sumus: & in quantum sumus, boni sumus. Porro etiam quia iustus est, non impunè mali sumus: & in quantum mali sumus, in tantum etiam minus sumus. Ille ergo vitur, quo nobis vitur Deus, non ad eius, sed ad nostram utilitatem refertur: ad eius vero tantummodo bonitatem.

Verum vitendum, an fruendum sit virtutibus.

HIC considerandum est, verum virtutibus sit vitendum, an fruendum, Quibusdam videtur quod eis sit vitendum, & non fruendum: & hoc confirmat auctoritate Augustini, qui, ut tractatum est, dicit non esse fruendum nisi Trinitatem, id est, summo & incommutabili bono. Item dicunt ideo non esse fruendum eis, quia propter se amanda non sunt, sed propter æternam beatitudinem. Illud autem quo fruendum est, propter se amandum est. Sed quod virtutes propter se amanda non sunt, imò propter beatitudinem solam, probant auctoritate Augustini, qui in lib. 13. de Trin. contra quosdam ait, Fortè virtutes, quas propter solam beatitudinem amamus, sic nobis persuadere audent, ut ipsam beatitudinem non amemus: quod si faciunt, etiam ipsas vitæ amare desistimus, quando illam, propter quam solam istas amamus, non amamus. Ecce his verbis videtur Augustinus ostendere quod virtutes non propter se, sed propter solam beatitudinem amanda sunt. Quod si ita est: ergo eis fruendum non est. Alius vero contra videtur, scilicet quod fruendum eis sit, quia propter se petenda & amanda sunt. Et hoc confirmat auctoritate Ambrosii, qui ait super illum locum epistolæ ad Gal. Fructus autem spiritus est, charitas gaudium

pax,

pax, patientia, &c. At hic non nominat opera, sed fructus, quia propter se petenda sunt: si vero propter se petenda sunt, ergo & propter se amanda. Nos autem hæc, quæ videtur, auctoritatum repugnantiam de medio eximere cupientes, dicimus quod virtutes propter se petendæ & amandæ sunt, & tamen propter solam beatitudinem. Propter se quidem amandæ sunt, quia delectant sui possessores sincera & sancta delectatione, & in eis parvum gaudium spirituale. Veruntamen non est hic consistendum, sed ultra gradiendum. Non hic hæreat dilectionis gressus, neque hic sit dilectionis terminus, sed referatur hoc ad illud summum bonum cui soli omnino inherendum est: quia illud propter se tantum amandum est, & ultra illud nihil querendum est, illud est enim supremus finis: Ideo Augustinus dicit quod eas diligimus propter solam beatitudinem: non quia eas propter se diligimus: sed quia ipsi quod eas diligimus, referimus ad illud summum bonum, cui soli inherendum est. & in eo permanendum, finisque lætitiæ ponendus: quare virtutibus non est fruendum. Sed dicit aliquis, Frui est amore inhaerere alicui rei propter se ipsam, ut prædictum est. Si ergo propter se virtutes amanda sunt, & eis fruendum est. Ad quod dicimus, In illa descriptione, ubi dicitur Propter se ipsam, intelligendum est tantummodo, ut scilicet ametur propter se ipsam tantum, ut non referatur ad aliud, sed ibi ponatur finis, ut supra ostendit Augustinus, dicens, Si inhaerens atque permanseris sine ponens lætitiæ, tunc verè & propriè frui dicendus es, quod non est faciendum, nisi in illa Trinitate, id est, summo & incommutabili bono. Vitendum est ergo virtutibus, & per eas fruendum summo bono. Ita & de voluntate bona dicimus: unde Augustinus in lib. 10. de Trin. ait, Voluntas est per quam fruimur: ita & per virtutes fruimur, non eis, nisi fortè aliqua virtus sit Deus, ut charitas, de qua post tractabitur.

Epilogus.

OMNIVM igitur quæ dicta sunt, ex quo de rebus specialiter tractavimus, hæc summa est, quod alia sunt, quibus fruendum est, alia quibus vitendum est, alia que fruuntur & vituntur: & inter eas, quibus vitendum est, etiam quædam sunt per quas fruimus, ut virtutes & potentie animi, quæ sunt naturalia bona. De quibus omnibus, antequam de signis tractemus, agendum est: ac primum de rebus quibus fruendum est, scilicet de sancta atque indivisa Trinitate.

a 3

Psal. 15.

Au. li. x.

de Doct.

Christia.

Cap. 30.

Ex eodem

lib. ca. 32.

Mat. 5.

In litera

E huius pri

mediis in

id habe.

Lib. 1. de

Doctri.

Christi. c. 33.

Cap. 8.

Non repe

ritur in

Ambro.

Commen

tariis sed

inglossam

terlinea-

ris. super

hoc verbo

ad Gal.

Cap. 5

Fru.

In lit. B.

In litera

E & lib.

de doctri.

Christi. 1.

Cap. 33.

Cap. 1.

1. 10. 4.

c. dist. 7.

1. lib.

DE MISTERO TRINITATIS

De trinitate & vnitatis. Distinct. II. **A**
HOc quoque vera ac p. a. fide tenendum est, quod Trinitas vna sit & solus verus Deus, vt ait Aug. in 1. lib. de Trinitate. scilicet, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: & hæc Trinitas vnus eiusdemque substantiæ vel essentiæ dicitur. creditur, intelligitur: quæ est summū bonū quod purgatissimis mētibus cernitur. Mētibus enim humanæ acies inuálida in tā excellenti luce nō figur, nisi per iustitiā fidei emūdetur. **Aug. tom. 1. in lib. 1. in lib. 1. Retract. cap. 4.** Nō approbo q̄ in oratione dixi, Deus qui nō nisi mūdos verum scire voluisti: respōderi enim potest, multos etiā nō mūdos multa scire vera. De hac re er-
Aug. lib. 1. de Trinitate, cap. 3. go sūma & excelentissima cū modesta & timore agēdū est, & attentissimis auribus atq; deuotis audiendū, vbi queritur vnitatis Trinitatis, Patris, f. & Filij, & Spiritus sancti: quia nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius: aliquid queritur, nec fructuosius: aliquid inuenitur. Proinde omnis, q̄ audit & legit ea quæ de inestabili & inaccessibili luce diuinitatis dicuntur, studeat imitari atque seruare quod venerabilis doct. **Tri. ca. 3.** August. in 1. lib. de Trini. de se ipso ait. Non pigebit me in-
Psalm. 104. quæ, sicubi hæsito querere: nec pudebit sicubi erro, discere. **Aug. in li. 1. de Trinitate, cap. 4.** Quisquis ergo audit hæc, vel legit, vbi pariter certus est, per-
Gen. 1. c. 1. gat mecum: vbi pariter hæsit, querat mecum, vbi errorem suū cogno-
Exod. 3. c. 1. sciat, recedat a me: vbi meū, reuocet me. Ita in-
Gen. 1. c. 1. grediamur simul charitatis viam, tendentes ad eum, de quo dictum est, **Quærite faciem eius semper.**
Quæ fuit intentio scribentium de Trinitate. **B**
OMNES autem catholici Tractatores, vt in eodē primo lib. de Trinit. c. 4. Aug. ait, qui de Trinitate, quæ Deus est, scripserūt hoc intenderūt: secundū Scripturas docere, q̄ Pater, & Filius, & Spiritus sanctus vnus sint substantiæ, & inseparabili equalitate. vn⁹ sint Deus, vt sit vnitatis in essentia, & pluralitas in personis: ideoque nō sunt tres dii, sed vn⁹ Deus, licet pater filium genuerit, & ideo filius nō sit qui pater est: filiūque à patre sit genitus, & ideo pater nō sit q̄ filius est: & spiritus sanctus, nec pater sit nec filius, sed tantū patris & filij spiritus, vtique coequalis, & ad Trinitatis pertinens vnitatem. Tenemus ergo patrem & filium & spiritum factum vnū essē naturaliter Deum, vt ait August. in lib. de fide ad

Petrum: neque tamen ipsum patrem esse, qui filius est: nec filiū ipsum esse, qui pater est: nec spiritum sanctum ipsum esse, qui pater est aut filius. Vna est enim patris & filij & spiritus sancti essentia, quam Græci * *ὁμοίαν* vocant: in qua non est aliud pater, aliud filius, aliud spiritus sanctus; quous sit personaliter alius pater, alius filius; alius spiritus sanctus. * *ὁμοίαν.*

Quis ordo sit seruandus cum de Trinitate agitur. **C**

C A E T E R V M, vt in primo libro de Tri. Aug. docet primo secundū auctoritates sanctarum Scripturarum, vtū fides ita se habeat demonstrandum est. Deinde aduersu gar-
Cap. 2. rulos ratiocinatores, elatiores magis quā capaciores, rationibus catholicis & similibus congruis ad defensionē & assertionem fidei vtendum est. vt eorū inquisitionibus satis facientes, manue eos plenius instruamus, & illi, si nequie- rint inuenire quod querunt, de suis mentibus potius quā de ipsa veritate, vel de nostra assertionem conuerantur.

Testimonia Sanctorum de Trinitate. **D**

PROPONAMVS ergo in medium veteris ac noui Testamēti auctoritates, quibus diuinæ vnitatis atque Trinitatis veritas demonstratur: ac primū ipsa legis exordia occurrant vbi Moyses ait, Audi Israël, Dominus Deus tuus, Deus vn⁹ est. Itz, Ego sum Domin⁹ Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: nō erunt tibi alij dii præter me. Ecce hic significauit vnitatem diuinæ naturæ. Deus enim, vt ait Ambro. in j. lib. de Trin. nomen est naturæ. Dominus verò nomen est potestatis. Item alibi Deus loquens ad Moysen, ait, Ego sum qui misit me ad vos. Dicens enim, Ego sum: non, Nos sumus: & Qui est: nō, Qui sumus: apertissimè declarauit vnā solā Deū esse. In cantico etiā Exodi legitur, Dominus: omnipotens nomen eius: nō ait Domini, vnitatis volens significare. Personarum quoque pluralitē & naturæ vnitatē simul ostedit Dominus in Gen. dicens: Faciamus hominē ad imaginē & similitudinem nostram. Dicens enim, Faciamus & Nō: trā pluralitatem personarū ostendit: dicens verò, Imaginem, vnitatem essentię. Vt enim dicit Aug. in lib. de Fide ad Petrum, Si in illa natura patris & filij & spiritus sancti vna esset tantū persona, non diceretur, Faciamus hominem ad imaginē & similitudinem

nostram. Cum enim dicit. Ad imaginē ostēdit unā naturam esse, ad cuius imaginē homo fieret: cum verō dicit. Nostram, ostendit eundem Deum non unam, sed plures esse personas.

Aperit ostēdit quod nec solitudo, nec diuersitas nec singularitas ibi est, sed similitudo.

Circa finem.

circum medium.

HILARIUS quoque in libro tertio de Trinitate dicit his verbis significari quod in Trinitate nec diuersitas est, nec singularitas, vel solitudo: sed similitudo, & pluralitas, siue distinctio: ait enim sic, Qui dixit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: inuicem esse sui similes, in eo quod dicit, Imaginem & similitudinem nostrā, ostendit. Imago enim sola non est, & similitudo sibi non est: neque diuersitatem duobus admisceri alterius ad alterum similitudo permittit. Item idem in quarto libro, ab soluto: voluit intelligi significationem hanc non ad se esse referendam tantum, dicendo: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: professio enim consortij sustulit intelligentiam singularitatis, quia consortium aliquod nec potest esse sibi ipsi solitario neque rursum solitudo consortij recipit. *Faciamus*: neque quisquam alieno à se loquitur. *Nostram*: Vterque ergo sermo, scilicet *Faciamus* & *nostram*, ut solitarium eundemque non patitur: ita neque diuersum à se alienumque significat. Solitario conuenit, *Faciam* & *Meam*: non solitario verō conuenit dicere, *Faciamus* & *Nostram*, verque sermo ut non solitariū tantum, ita neque differens esse, vel diuersum esse significat. Nobis quoque nec solitarius nec diuersus est constitendus: ita ergo Deus ad communē sibi cum Deo imaginem eandemque similitudinem hominem reperitur operari: ut nec significatio efficientis admittat intelligentiam solitudinis, nec operatio constituta ad eandem imaginem vel similitudinem patiatur diuersitatem diuinitatis. In his verbis Hilarius pluralitatem personarum voluit intelligi nomine Consortij: atque significauit nomine Consortij vel pluralitatis non poni aliquid, sed remoueri. Pluralitas enim vel consortium personarum cum dicitur, solitudo vel singularitas negatur: cum dicimus plures esse personas, significamus quod non est una sola. Ideo Hilarius volens ista subtiliter & sanè intelligi, ait: Professio consortij sustulit intelligentiam singularitatis: non dicit. Posuit aliquid: ita etiam cum dicimus tres personas, singularitatem & solitudinem

Quid ex verbis Hilarij intelligi debet.

tudinem tollimus, & quod pater non est solus, nec filius est solus, nec spiritus sanctus est solus, significamus & quod nec pater tantum est & filius, nec pater tantum & spiritus sanctus, nec filius tantum & spiritus sanctus. De hoc autem in sequenti plenius agetur, ubi etiam secundum quid similes dicantur tres personæ, & verum aliquo modo sibi diuersitas vel differentia ostendetur.

Ad idem quod exuperat, redit, ut alias auctoritates supponat.

NYNC verò ad propositum redeamus, & ad ostendendum personarum pluralitatem, atque essentiae diuinæ unitatem alias sanctorum auctoritates inducimus. Moyses dicit: In principio creauit Deus caelum & terram: per Deum significans patrem: per Principium, filium. Et pro eo quod apud nos Deus dicitur, Hebraica veritas habet *Heloym*: quod est plurale huius singularis, quod est *Hel*. Quod ergo non est dictū *Hel*, quod est Deus: sed *Heloym*, quod interpretari potest *dij* siue iudices: ad pluralitatem personarum refertur. Ad quam etiam illud attinere videtur, quod diabolus per serpentē dixit: Esitis sicut *dij*. Pro quo in Hebraico habetur *Heloym*: ac si diceret, Esitis sicut diuinæ personæ. Ille etiam maximus Prophetarum & regum David, qui suam ceteris præfert intelligentiam, dicens, Super senes intellexi: unitatem diuinæ naturæ ostendens, ait. Dominus nomen est illi: non dicit, Domini. Alibi etiam eiusdem unitatē & æternitatē simul ostendens ait ex persona Dei Israël, Si me audieris, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum. Aliud horū, ut dicit Ambrosius in libro primo de Trinitate, significat æternitatem: aliud unitatem substantiæ indifferentis, ut neque posteriorē patre, neque alterius diuinitatis filium, vel spiritum sanctum esse credamus: nā si patre posterior est filius, vel spiritus sanctus, recens est: & si vnus; non est diuinitatis, alienus est. sed nec posterior est, quia recens non est: nec alienus, quia ex patre natus est filius, ex patre procedit spiritus sanctus. Alibi quoque distinctionem personarum insinuans ait, Verbo Domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alibi etiam ait, Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. Trina enim confessio Dei trinitatem exprimit personarum: unitatem verò essentiae aperit, cum singulariter subiungit eum.

Distinctio. vii. dicitur 19. huius primi. & 24. 31. ac. 34.

Gene. 1.

Gene. 3. b

Psal. 118.

Psal. 67.

Psal. 80.

** Vel de se de ad Gratianum. cap. 5. b*

Psal. 32.

Psal. 66.

Esa. 6. Esaias quoque dicit se audisse Seraphim clamantia, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus. Per hoc quod dicit ter sanctus, Trinitatem significat: per hoc quod subdit, Dominus *Psal. 2.* Deus, unitatem essentiae. David quoque aeternam filij generationem aperte insinuat ex persona filij, dicens: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu: ego hodie genui te. De hac generatione ineffabili Esaias ait: Generationem eius quis enarrabit: In lib. quoque Sap. aeternitas filij cum Patre monstratur, ubi Sapientia ita loquitur, Dominus possedit me ab initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio, ab aeterno ordinata sum, antequam terra hieret: necdum erant abyssi, & ego iam concepta eram: necdum fontes, necdum montes, aut colles, & ego parturabar: adhuc terram non fecerat, & cardines orbis terrae: quando praeparabat caelo, aederam: quando appendebat fundamenta terrae, curram eram cuncta componens, & delectabar per singulos dies ludens: coram eo. Ecce apertum de aeterna genitura testimonium: quo ipsa Sapientia perhibet se ante mundum conceptam esse & parturiri, id est genitam, & apud Patrem aeternaliter existere. Ipsa etiam alibi ait, Ego ex ore altissimi prodij primogenita ante omnem creaturam. Michaeas quoque propheta aeternam Verbi generationem & temporalem ex Maria simul insinuavit, dicens: Et tu Bethleem Ephrata parvulus: es in millibus Iudae: ex te egredietur, qui sit dominator in Israël, & egressus eius ab initio à d. ebus aeternitatis.

Speciæ testimonia de spiritu sancto.

Gene. 1. a DE Spiritu sancto etiam expressa documenta in veteri Testamento habemus. In Gen. enim legitur, Spiritus Domini ferebatur super aquas. Et David dicit, Quo ibo à Spiritu tuo: In lib. Sap. dicitur, Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum: benignus est enim Spiritus sapientiae. Esaias quoque ait, Spiritus Domini super me.

De testimonio novi Testamenti.

Abac. 3. *Esa. 6. c.* *Mat. xli* **N V N C** verò post testimonia veteris Testamenti de sanctae Trinitatis & unitatis, ad novi Testamenti auctoritates accedamus: ut in medio duum animalium, id est, Testamentorum cognoscatur veritas: & forcipe de altari sumatur calculus, quo tangantur ora fidelium. Dominus itaque Christus unitatem diuinæ essentiae ac personarum Trinitatem

aperte insinuat, dicens: Apostolis, Ite, baptizate omnes Gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. In nomine vtrique ait, ut Ambrosius ait in lib. 1. de Trin. non in nominibus, ut unitas essentiae ostendatur. Per nomina tria quae superposita, tres esse personas declaravit. Ipse etiam ait, Ego & Pater unum sumus: Unum dixit, ut ait Ambrosius in eodem, ne fiat discretio potentiarum naturarum: & addidit, Sumus, ut patrem filiumque cognoscas: scilicet, ut perfectus pater filium perfectum genuisse credatur: & quod pater & filius unum sint, non confusione personarum, sed unitate naturae. Ioannes quoque in epistola canonica ait: Tres sunt qui testimonium perhibent in caelo, pater, verbum, & spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Ipse etiam in initio euangelij fuit ait. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: ubi aperte ostendit filium semper & aeternaliter fuisse apud patrem, ut alium apud alium. Apostolus quoque aperte Trinitatem distinguit, dicens: Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra, & alibi, Si spiritus eius qui suscitavit Iesum, habitat in nobis, &c. Item alibi Trinitatem atque unitatem evidenterissime commendat, dicens: Quonia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria. Ex ipso ait ut Augustinus in lib. de Trin. ait, propter patrem: per ipsum dicit, propter filium: in ipso, propter spiritum sanctum. Per hoc verò quod non ait, Ex ipsis, per ipsos, & in ipsis: nec ait, Ipsi gloria, sed Ipsi insinuavit hanc Trinitatem unum Deum esse. Sed quia singulae penè syllabae novi Testamenti hanc ineffabilem unitatis atque Trinitatis veritatem concorditer insinuant, inductioni testimoniorum super hac re supersedeamus, & rationibus, congruisque similitudinibus ita esse, prout infirmitas nostra valet, ostendamus.

INCIPIIT OSTENDERE QUOMODO

PER CREATURAM POTVERIT

cognosci Creator.

Distinct. III.

Apostolus namque ait, quod invisibilia Dei à creatura mundi, per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque virtus eius: & diuinitas. Per creaturam mundi intelligitur homo, propter excellentiam, qua excelsit inter alias creaturas: vel propter convenientiam, quam habet cum omni creatura. Homo ergo invisibilia Dei intel-

Ioan. 10. f
Cap. cod. e.

1. Ioan. 5. b

Ioan. a

Gal. 4. a
Rom. 8. b

Rom. 11. d
Lib. 1. c. 6

Rom. 1. c.
De Tri-
nitatis
unitate
secundum
quod cre-
ata p. ra-

tionē intelligitur. lectu mentis conſpicere potuit, vel etiam conſpexit, per ea quæ facta ſunt, id eſt, per creaturas viſibiles vel inuiſibiles. A duobus enim iuuabatur, ſcilicet à natura, quæ rationalis erat, & ab operibus à Deo factis, vt manifeſtaretur homini veritas. ideòque Apoſtolus dixit, Quia Deus reuelauit illis, ſcilicet dum fecit opera: in quibus artificis aliquatenus relictum iudicium.

Prima ratio vel modus quomodo potuit cognoſci Deus. B
 Tomo 4. N A M ſicut ait Ambroſius, vt Deus, qui natura inuiſibilis eſt, etiam à viſibilibus poſſet ſciri: opus fecit. quod opificem viſibilitate ſui manifeſtauit, vt per certum in certum poſſet ſciri, & ille Deus omnium eſſe crederetur, qui hoc fecit, quod ab homine impoſſibile eſt fieri. Potuerunt ergo cognoſcere, ſine cognouerunt vltra omnem creaturam eſſe illum qui ea fecit, quæ nulla creaturarum facere vel deſtruire valet. Accedat quæcunquēuis creatura, & faciat tale cælum & terram: & dicam quia Deus eſt. Sed quia nulla creatura talia facere valet, conſtat ſuper omnem creaturam eſſe illum, qui ea fecit: ac per hoc, illum eſſe Deum humana mens cognoſcere potuit.

Secunda ratio qua potuit cognoſci, vel modus quo nouerunt. C
 A L I O etiam modo Dei veritatem ductu rationis cognoſcere potuerunt, vel etiam cognouerunt: vt enim Auguſtinus ait in lib. de Ciuit. Dei, Viderunt ſummi Philoſoph. nullum corpus eſſe Deum, & ideo cuncta corpora tranſcenderunt querentes Deum: viderunt etiam qui quicquid mutabile eſt non eſſe ſummum Deum, omniumque principium: & ideo, omnem animam mutabilēſque ſpiritus tranſcenderūt. Deinde viderunt omne quod mutabile eſt, non poſſe eſſe niſi ab illo, qui incommutabiliter & ſimpliciter eſt. Intellexerūt ergo eum & omnia iſta feciſſe, & à nullo fieri potuiſſe.

Lib. 8. c. 6

Idem in eodem.

Tertia ratio vel modus. D
 C O N S I D E R A V E R V N T etiam cuiquid eſt in ſubſtantiis vel corpus eſſe, vel ſpiritus: meliùſque aliquid ſpiritus eſſe quàm corpus, ſed longè meliorem, qui ſpiritus fecit & corpus.

Quartus modus vel ratio. E
 I N T E L L E X E R V N T etiam corporis ſpeciem eſſe ſenſib

ſenſibilem, & ſpiritus ſpeciem intelligibilem, & intelligibilem ſpeciem ſenſibili præterunt. *ſenſibilia* dicimus, quæ viſu tactuque corporis ſentiri queunt, *Intelligibilia*, quæ conſpectu menti poſſunt intelligi. Cum ergo in eorum conſpectu & corpus & animus magis minùſque ſpecioſa eſſent: ſi autem omni ſpecie carere poſſent, omnino nulla eſſent: viderunt eſſe aliquid quo illa ſpecioſa facta ſunt, vbi eſt prima & incommutabilis ſpecies, ideòque incomparabilis: & illud eſſe rerum principium rectiſſimè crediderunt, quod factum non eſſet, & ex quo cuncta facta eſſent. Ecce tot modis potuit cognoſci veritas Dei. Cum ergo Deus vna ſit & ſimplex eſſentia, quæ ex nulla diuerſitate partium vel accidentium conſiſtit, pluraliter tamen dicit Apoſtolus, *Inuiſibilia Dei*: quia pluribus modis cognoſcitur veritas Dei per ea quæ facta ſunt. Ex perpetuitate namque creaturarum intelligitur conditor æternus: ex magnitudine creaturarum, omnipotens: ex ordine & diſpoſitione ſapiens: ex gubernatione, bonus. Hæc autem omnia ad vnitatem deitatis pertinent monſtrandam.

Quomodo in creaturis apparet veſtigium Trinitatis. F

N V N C reſtat oſtendere, vtrum per ea quæ facta ſunt, aliquod Trinitatis indicium vel exiguum haberi potuerit. De hoc Auguſt. in lib. 6. de Trin. ait: *Oportet vt creatorem per ea quæ facta ſunt: intellectu conſpicientes, Trinitatem intelligamus.* Huius enim Trinitatis veſtigium in creaturis apparet. Hæc enim quæ arte diuina facta ſunt, & vnitatem quandam in ſe oſtendunt, & ſpeciem & ordinem. Nam quodque horū creatorum, & vnum aliquid eſt, ſicut ſunt nature corporum, & ingenia animarum: & aliqua ſpecie formatur, ſicut ſunt figuræ vel qualitates corporum, ac doctrine vel artes animarum: & ordinem aliquem petit aut tenet, ſicut ſunt pondera vel collocationes corporum, & amores vel delectationes animarum: & ita in creaturis præluceſt veſtigium Trinitatis. In illa enim Trinitate ſumma origo eſt omnium rerum, & perfectiſſima pulchritudo, & beatiſſima delectatio. Summa autem origo, vt Auguſt. oſtendit in lib. de Vera Religione, intelligitur Deus pater, à quo ſunt omnia: à quo filius & ſpiritus ſanctus. Per ſubſiſſima pulchritudo intelligitur filius, ſcilicet veritas patris, nulla ex parte ei diſſimilis: quem cum ipſo, & in

Ex Aug. Lib. de Ciuitate.

8. Cap. 6.

Roma. 1.

Cap. 10. In tomo. 1. c. 7. ſed plenius. cap. 4. c. & 55. cir ca finem.

Visibile quod videri non potest vnde trinitas dicitur in eodem

ipſo patre veneramur, quæ forma eſt omnium, quæ ab vno facta ſunt, & ad vnum referuntur, quæ tamen omnia nec fierent à patre per filium, neque ſui ſinibus ſalua eſſent, niſi Deus ſummè bonus eſſet: qui & nulli naturæ, quæ ab illo bona eſſet, inuidit: & vt in bono ipſo maneret, alia quantum vellet alia quantum poſſet, dedit: quæ bonitas intelligitur ſpiritus ſanctus, qui eſt donum patris & filij. Quare ipſum donum Dei cum patre & filio æquè incommutabile colere & tenere nos conuenit. Per conſiderationem itaque creaturarum vnius ſubſtantia, Trinitatem intelligimus: ſcilicet vnum Deum patrem, à quo ſumus, & filium, per quem ſumus, & ſpiritum ſanctum, in quo ſumus: ſcilicet principium ad quod recurrimus, & formam quam ſequimur, & gratiam qua reconciliamur: vnum ſcilicet, quo auctore conditi ſumus: & ſimilitudinem eius, per quam ad vnitatem referamur: & pacem, qua vnitati adharemus: ſcilicet Deum qui dixit. Fiat lux, & Verbum, per quod factum eſt omne, quod ſubſtantialiter & naturaliter eſt, & donum benignitatis eius: qua placuit quod ab eo per Verbum factum eſt, & reconciliatum eſt auctori, vt non interiret. Ecce oſtenſum eſt qualiter in creaturis aliquatenus imago Trinitatis indicatur: non enim per creaturarum contemplationem ſufficiens noticia Trinitatis poteſt haberi vel potuit, ſine doctrina vel interioris inſpirationis reuelatione. Vnde illi antiqui Philoſophi quaſi per vmbra & de longinquo viderunt veritatem, deficientes in conuictu Trinitatis, vt Magi Pharaonis in tercio ſigno. Adiuuamur tamen in fide inuilibilium, per ea quæ facta ſunt.

Quomodo in anima ſit imago Trinitatis.

Cap. 8. **N V N C** verò ad eam iam perueniamus diſputationem, vbi in mente humana quæ nouit Deum, vel poteſt noſſe, Trinitatis imaginem reperiamus. Vt enim ait Auguſt. in 14. libro de Trinitate, Licet humana mens non ſit eius natura, cuius Deus eſt: imago tamen illius, quo nihil melius eſt, ibi quaerenda & inuenienda eſt, quo natura noſtra nihil habet melius, id eſt, in mente. In ipſa etiam mente antequam ſit particeps Dei, eius imago reperitur: eſt enim amiſſa Dei participatione deformis ſit, imago Dei tamen permanet. Eo enim ipſo imago Dei eſt mens, quo capax eius eſt, cuiſque particeps eſſe poteſt. Iam ergo in ea Trinitatem, quæ Deus

eſt, inquiramus. Ecce enim mens meminit ſui, intelligit ſe, diligitur ſe hoc ſi cernimus, cernimus Trinitatem, non vnum quidem Deum, ſed imaginem Dei. Hic enim quedam apparet Trinitas memoriæ, intelligentiæ, & amoris. Hæc ergo tria poſſimum tractemus, memoriã, intelligentiam, voluntatem. Hæc ergo tria vt Auguſt. ait in lib. 10. de Trinitate non ſunt tres vitæ, ſed vna vita, nec tres mentes, ſed vna mens, vna eſſentia. Memoria verò dicitur ad aliquid, & intelligentia & voluntas, ſue dilectio ſimiliter ad aliquid dicitur: vita verò dicitur ad ſeipſam, & mens & eſſentia. Hæc ergo tria eo vnum ſunt, quo vna vita, vna mens, vna eſſentia, & quicquid aliud ad ſeipſa ſingula dicuntur etiam ſimul, non pluraliter, ſed ſingulariter dicuntur. Eo verò tria ſunt, quo ad ſe inuicem referuntur.

Quomodo equalia ſint, quia capiuntur à ſingulis omnia & tota.

AE Q V A L I A etiam ſunt non ſolum ſingula ſingulis, ſed etiam ſingula omnibus, alioqui non ſe inuicem caperent: ſe autem inuicem capiunt. Capiuntur enim & à ſingulis ſingula, & à ſingulis omnia. Memini enim me habere memoriã, & intelligentiam, & voluntatem: & intelligo me intelligere, & velle, atque meminiffe: & volo me velle, & meminiffe, & intelligere.

Quomodo tota illa tria memoria capiat.

T O T A M Q V E meam memoriã, & intelligentiam, & voluntatem ſimul memini. Quod enim memoriæ meæ non memini, illud non eſt in memoria mea: nihil autem tam in memoria eſt, quam ipſa memoriã, totam ergo memini. Item quicquid intelligo, intelligere me ſcio: & ſcio me velle quicquid volo, quicquid autem ſcio, memini. Totam ergo intelligentiam totamque voluntatem meam memini.

Quomodo illa tria tota capiat intelligentia.

S I M I L I T E R cum hæc tria intelligo, tota ſimul intelligo: neque enim quicquam intelligibile eſt quod non intelligam, niſi quod ignoro. Quod autem ignoro, nec memini, nec volo. Quicquid ergo intelligibile non intelligo, conſequenter etiam nec memini, nec volo. Quicquid ergo intelligibile memini & volo, conſequenter intelligo.

Quomodo illa tota capiat voluntas.

*Trii oſſe
dit eſſe in
aia quæ
relatiue
dicuntur,
& equalia
ſunt,
ſ. memo-
riam, in-
telligentiã,
& dile-
ctionem.
An. lib.
14. de Tri-
nitate.*

H c. 7. & 8.

Cap. 11.

*Subtiliſſi-
ma & cõ-
grua ſi-
militudo.*

*Hic oſten-
dit quo-
modo om-
nia à ſin-
gulis ca-
piuntur.*

Ex eodem

Aug. li.

de Trinit.

Cap. 11.

Ex eodem

An. lib.

*& c. cita-
ti.*

VOLUNTAS etiam mea rotam intelligentiam totamque meam memoriam capit, dum vtor toto eo, quod intelligo & memini. Cum itaque inuicem à singulis & omnia & tota capiantur, equalia sunt tota singula totis singulis, & tota singula simul omnibus totis: & hæc tria vnum, vna vita, vna mens, vna essentia. Ecce illius summæ vnitatis, atque Trinitatis, vbi vna essentia & tres personæ, imago est humana mens, licet impar. Mens autem hic pro animo ipso accipitur, vbi est illa imago Trinitatis. Propriè verò mens dicitur, vt ait August. non ipsa anima, sed quod in ea est excellentius, qualiter sepe accipitur. Illud etiam sciendum est, quod memoria non solum est absentium & præteritorum, sed etiam præsentium, vt ait August. in 14. lib. de Trin. alioquin non se caperet.

Ex quo sensu illa tria dicantur esse vnum & vna essentia quaritur. M

HIC attendendum est diligenter, ex quo sensu accipiendum sit quod supra dixit, illa tria scilicet memoriam, intelligentiam, & voluntatem esse vnum, vnã mentem, vnã essentiam, quod vtiq; non videtur esse verum iuxta proprietatem sermonis. Mens enim, id est, spiritus rationalis, essentia est spiritualis & incorporea. Illa verò tria naturales proprietates seu vires sunt ipsius mentis, & à se inuicem differunt: quia memoria non est intelligentia, vel voluntas, nec intelligentia voluntas siue amor.

Quod etiam ad se inuicem dicuntur relatiuè. N

ET hæc tria etiam ad seipsa referuntur, vt ait Aug. in 9. lib. de Trin. Mens enim amare seipsam vel meminisse non potest, nisi etiam nouerit se. Nam quomodo amat vel meminit quod nescit. Miro itaque modo tria ista inseparabilia sunt à seipsis: & tamen eorum singulum, & simul omnia vna essentia est, cum & relatiuè dicantur ad inuicem.

Hic aperitur quod supra quærebatur, scilicet quomodo hæc tria dicantur vnum. O

SED iam videndum est quomodo hæc tria dicantur vna substantia. Ideo quia scilicet in ipsa anima vel mente substantialiter existunt, non sicut accidentia in subiectis, quæ possunt adesse vel abesse. vnde Aug. in 9. lib. de Trin. ait, Admonemur, si vtiq; videre possimus, hæc in animo existere

Libr. de Trin. 15. cap. 7.

Cap. 11.

Cap. 2. & 3. Aug. lib. de Trinit. 9. c. 5.

Cap. 4.

stere substantialiter non tãquam in subiecto, vt color in corpore: quia etiam relatiuè dicitur ad inuicem, si singula tamẽ substantialiter sunt in substantia sua. Ecce ex quo sensu illa tria dicantur esse vniũ vel vna substantia. Quæ tria, vt Aug. ait in 1. li. de Trin. in mente naturaliter diuinitus instituta quisquis viuaciter perspicit, & quã magnũ sit in ea, vnde potest etiã semper na immutabilisque natura recoli, cõspici, cõcupisci. Reminiscitur enim p memoriã inuenitur p intelligentiã, amplectitur per dilectionẽ: profecto reperit illius summæ Tri. imaginem.

Quod in illa similitudine est dissimilitudo. P

VERVNTA MEN caueas, ne hanc imaginem ab eadem Trinitate factam ita ei compares, vt omnino existimet similem, sed potiùs in quacunque ista similitudine magnam quoque dissimilitudinem cernat.

Prima dissimilitudo. Q

QVOD breuiter ostendi potest. Homo vnus per ista tria meminit, intelligit, diligit: qui nec memoria est, nec intelligentia, nec dilectio, sed hæc habet. Vnus ergo homo est, qui habet hæc tria; non ipse est hæc tria. In illius verò summæ simplicitate nature, quæ Deus est quantum vnus sit Deus, tamen tres personæ sunt, pater, & filius, & spiritus sanctus, & hæc tres personæ sunt vnus Deus. Aliud est itaque Trinitas res ipsa, aliud imago Trinitatis in re alia: propter quã imaginẽ etiam illud in quo sunt hæc tria, imago dicitur, scilicet homo. Sicut imago dicitur & tabula, & pictura quæ est in ea: sed tabula nomine Imaginis appellatur propter picturam quæ est in ea.

Altera dissimilitudo. R

RVRVSVS ista imago, quæ est homo, habet illa tria, vna persona est. Illa verò Trinitas nõ vna persona est, sed tres personæ, Pater filij, & filius patris, & spiritus patris, & filij. Itaque in ista imagine Trinitatis non hæc tria vnus homo, sed vnus hominis sunt. In illa verò summa Trinitate, cuius hæc imago est, non vnus Dei sunt illa tria, sed vnus Deus: & tres sunt illæ personæ, non vna persona. Illa enim tria non homo sunt: sed hominis sunt, vel in homine sunt. Sed nõquid possumus dicere Trinitatem sic esse in Deo, vt aliquid Dei sit, nec ipsa sit Deus? Absit vt hoc credamus. Dicamus ergo in mente nostra imaginem Trinitatis, sed exiguam, & qualemcunque esse: quæ summæ Trinitatis ita gerit similitudinem,

Cap. 20.

Ex Aug. li. de Trinit. 15. ca. 20.

Ex eodem li. c. 22.

Quod propter illa tria homo dicitur imago.

Ex eodem li. ca. 45.

Ibid. ca. 7.

Ibid. c. 23.

Cap. 12.

ut ex maxima parte sit dissimilis. Sciendum verò est quòd hæc Trinitas mentis, ut ait August. in 14. lib. de Trin. non propterea tantum imago Dei est, quia sui meminere mens, & intelligit, ac diligit se: sed quia potest etiam meminisse, & intelligere, & amare illum à quo facta est.

Alia assignatio Trinitatis in anima, scilicet mens, notitia, amor.

Cap. 4.

P O S T E T etiã alio modo aliisque nominibus distinguuntur Trinitas in anima, quæ est imago illius summæ & ineffabilis Trinitatis. ut enim ait August. in 9. lib. de Trin. Mens, & notitia eius, & amor, tria quædam sunt. Mens enim nouit se, & amat se: nec amare se potest, nisi etiam nouerit se. Duo quædã sunt mens & notitia eius. Itẽ duo quædã sunt mens & amor eius. Cùm ergo se nouit mens, & amat se, manet Trinitas, scilicet mens, amor & notitia. Mẽs autem hic accipitur non pro anima, sed pro eo quod in anima excellentius est.

Ibidem.

Ut habetur in lib. de Tri. 15. c. 6. & 7.

Quomodo ea dicantur esse vnum.

Id. li. 9. c. 4. de Tri. Ex Aug. li. de Tri. 9. ca. 12.

Hæc autem tria cùm sint distincta à se inuicem, dicuntur tamen esse vnum, quia in anima substantialiter existunt.

Quia mens, vice patris: notitia, filij: amor spiritus sancti accipitur.

E T est ipsa mens quasi parens, & notitia eius quasi proles eius. Mens enim cùm se cognoscit, notitiam sui gignit, & est sola parens suæ notitiæ. Tertius est amor, qui de ipsa mente & notitia procedit, dum mens cognoscit se & diligit se: non enim posset se diligere, nisi cognosceret se. Amat etiam placitam prolem, id est, notitiam suam: & ita amor quidam complexus est parentis & prolis.

Quòd non est minor mente notitia, nec amor retroque.

Ex eodem

Aug. lib. 9. ca. cita. 12.

Ex eodem lib. ca. 5.

N E C est minor proles parente, dũ rãtam se nouit mens, quãta est nec minor est amor parẽte & prole, id est, mente & notitia, dũ rãtum se diligit mẽs, quãtum se nouit, & quãta est.

Quòd hæc tria in seipsis sunt.

S V N T etiam hæc singula in seipsis: quia & mens amans in amore est, & amor in amanti: notitia: & notitia in mente noscente est. Ecce in his tribus qualecumque vestigium Trinitatis apparet.

Quomodo mens per ista proficit ad intelligendum Deum.

M E N S itaque rationalis considerans, hæc tria, & illam vnã essentiam in qua ista sunt, extendit se ad contempla-

tionem creatoris: & videt vnitatem in Trinitate & trinitatem in vnitatem. Intelligit enim vnum Deum esse, vnã essentiam, vnum principium. Intelligit enim, quia si duo essent, vel vterque insufficientes esset, vel alter superflueret: quia si aliquid deesset vni quod haberet alter, non esset ibi summa perfectio. Si verò nihil vni deesset quod haberet alter, cùm in vno essent omnia, alter superflueret. Intellexit ergo vnum esse Deum omnium auctorem: & vidit quia absque sapientia non sit, quasi res facta: & ideo intellexit eum habere sapientiam, quæ ab ipso genita est: & quia sapientiam suam diligit: intellexit etiam ibi esse amorem.

Hic de summa Trinitatũ vnitatem.

Q V A P R O P T E R iuxta istam considerationem, ut ait August. in 9. lib. de Trin. credamus patrem & filium & spiritum sanctum vnum esse Deum, vniuersæ creature conditorem & restorem: nec patrem esse filium, nec spiritum sanctum, vel patrem esse, vel filium: sed Trinitatem relatarum adinuicem personarum. Vt enim ait ipse in libro de fide ad Petrum, vna est natura siue essentia patris & filij & spiritus sancti, non vna persona. Si enim sic esset vna persona, sicut est vna substantia patris & filij & spiritus sancti, veraciter Trinitas non diceretur. Rursus quidem Trinitas esset vera, sed vnus Deus: Trinitas ipsa non esset. si quemadmodum pater & filius & spiritus sanctus personarum sunt adinuicem proprietate distincti, sic fuissent quæque nature diuersitate discreti. Fides autem patriarcharum, prophetarum, atque apostolorum vnum Deum prædicat Trinitatem esse. In illa ergo sancta Trinitate vnus est Deus pater, qui solus essentialiter de seipso filium vnum genuit: & vnus filius est, qui de vno patre solus essentialiter natus: & vnus spiritus sanctus, qui solus essentialiter à patre filioque procedit. Hoc autem totum non potest vna persona, id est, gignere se, & nasci de se, & procedere de se, ut enim ait August. in primo lib. de Trin. nulla res est, quæ seipsam gignat ut sit.

Cap. 1.

Ibidem. Sed sententia potius quam verbi ipsis.

Cap. 2.

**HIC QVÆRITVR VTRVM CON-
CEDENDVM SIT, QVOD DEVS
se genuerit.**

Distinct. IIII.

b 2

A

De cōpa-
ratione ge-
nerationis
ad termi-
num essen-
tiale cōcre-
tū, qualis
est hoc no-
mē 'Deus'
Solutio.
Nicano.

Cap. x.

Hic oritur quæstio satis necessaria Constat enim, & irrefragabiliter verum est, quod Deus pater genuit filium, Ideo queritur verum concedendum sit, quod Deus genuit Deum. Si enim Deus genuit Deū, videtur quod aut se Deum, aut aliū Deū genuerit. Si verò aliū Deū genuit, aliqua res seipsam genuit. Ad quod respondentes dicimus, sanè catholicè cōcedi quod vnus vnū genuit, & quod Deus Deū genuit: quia Deus pater Deū filium genuit. In symbolo quoque scriptū est. Lumen de lumine, Deū verū de Deo vero. Quod verò additur, Ergo genuit se Deum, vel alium Deum: neutrum cōcedendum esse dicimus. Quod alium Deum non genuit, manifestū est: quia vnus tantum Deus est. Quod autē seipsum non genuit, offendit Aug. in 1. lib. de Trin. dicens, qui putant eius potentie esse Deum, vt seipsum ipse genuerit: eo plus errant, quod non solum Deus ita non est, sed nec spiritualis, neque corporalis creatura. Nulla enim res est, quæ seipsam gignat vt sit: & idco non est credendum vel dicendum quod Deus genuit se.

Alia quæstio de eodem.

SE D adhuc componunt garruli ratiocinatores dicentes: Si Deus pater genuit Deum, aut genuit Deum, qui est Deus pater aut Deum, qui non est Deus pater. Si genuit Deum, qui non est pater: ergo Deus est, qui non est Deus pater: non ergo vnus tantum Deus est. Si verò genuit Deum, qui est Deus pater: ergo genuit seipsum. Ad quod respondemus determinantes istam propositionem. quia sic proponunt, Si Deus pater genuit Deum, aut Deū qui est Deus pater, aut Deū qui non est Deus pater. Hoc enim sanè & prauè intelligi potest, & ideo respondendū est ita. Deus pater genuit Deum, qui est ipse pater: hoc dicimus esse falsum, & concedimus alterum, scilicet, genuit Deū, qui non est pater: nec tamen genuit alterū Deū, nec ille qui genitus est, est alius Deus quam pater, sed vnus Deus cum patre. Si verò additur, genuit Deum, qui non est Deus pater: hinc distinguimus. quia dupliciter potest intelligi: Genuit Deum, qui non est Deus pater, scilicet Deum filium: qui filius non est pater, qui Deus est: hic sensus verus est. Si verò intelligatur sic, Genuit Deum, qui non est Deus pater, id est, qui nō est Deus qui pater est, hic sensus falsus est. Vnus enim & idem Deus est, pater, & filius, & spiritus sanctus: &

Responso.

ediuersò, pater, & filius, & spiritus sanctus vnus est Deus.
Opinio quorundam dicentium tres personas esse vnum Deum, vnā substantiam, sed non eonuersò scilicet vnum Deum vel vnā substantiam esse tres personas.

QUIDAM tamen veritatis aduersarij concedunt patre & filiū & spiritū sanctū, siue tres personas, esse vnū Deum, vnā substantiam, sed tamen nolūt cōcedere, vnū Deū siue vnā substantiam esse tres personas, dicente: diuinam substantiam prædicari de tribus personis, non tres personas de substantia diuina. Fides autē catholica tenet ac prædicat, & tres personas esse vnū Deū, & vnā substantiā, siue essentiā, siue naturam diuinā: & vnū Deū siue essentiā diuinā esse tres personas. Vnde Aug. in 1. lib. de Trin. ita ait, Rectè ipse Deus Trinitas intelligitur, beatus & solus potēs. Ecce quæ expressè dixit, ipse Deus Trinitas: vt ostēderet & ipsum Deū esse Trinitatē, & Trinitatem ipsum Deū. Item in eodē, In verbis, inquit, illis Apostoli quibus de aduētū Christi agēs, dicit: Quis ostēdit beatus & solus potēs, rex regū, & dominus dominātium, qui solus habet immortalitatē, &c. nec pater, propriè nominari est, nec filius, nec spiritus sanctus: sed beatus & solus potēs, id est, vnus & solus Deus verus, qui est ipsa Trinitas. Ecce & hinc apertè dicit vnū solū verū Deū esse ipsam Trinitatē: & si vnus Deus Trinitas est, ergo vnus Deus est tres personæ. Itē in li. 7. de Tri. Nō tres Deos, sed vnū Deū dicimus esse ipsam præstantissimam Trinitatē. Itē in libro qui dicitur Enchiridion ad Laurētium, cap. 9. Satis est Christiano rerū creatarū causam visibilium siue inuisibilium, nō nisi bonitatem credere creatoris, quid est Deus verus & vnus: nullamque esse naturā, quæ non aut ipse sit, aut ab ipso, eūque esse Trinitatē, patrē scilicet, & filiū, & spiritū sanctū. Item Aug. in sermone de Fide, Credimus vnū Deum vnā esse diuini nominis Trinitatem. Item in 6. lib. de Trin. Dicimus Deum solum esse ipsam Trinitatem. Ecce & his & aliis pluribus authoritatibus euidenter ostenditur, dicendum esse & credendum, quod vnus Deus est Trinitas & vnā substantia tres personæ: sicut eonuersò Trinitas dicitur esse vnus Deus, & tres personæ dicuntur esse vna substantia.

Redit ad præmissam quæstionem, scilicet an 'Deus pater se Deum, an alium Deum genuerit.

b 3

Cap. 6.

Aug. de
Trin. li. 1.
cap. 6.
1. Tim. 6.

Cap. 8.

Sermone,
129. feria
5. Cæna
Domini,
cap. 7.

D

NUNC ad præmissam questionem reuertamur, ubi quaerebatur an Deus pater genuerit se Deum, an alium Deum. Ad quod dicimus, neutrum fore concedendum. Dicit tamen Aug. in epistola ad Maximum, quod Deus pater se alterum genuit, his verbis, Pater ut haberet filium de se ipso, non inuit seipsum: sed ita genuit de se alterum se, ut totus maneret in se, & esset in filio tantus, quantus & solus. Quod ita intelligi potest, id est, de se alterum à se genuit: non utique alterum Deum, sed alteram personam: vel genuit se alterum, id est, genuit alterum, qui hoc est quod ipse. Nam etsi alius sit pater quam filius, non est tamen aliud quam filius, sed vnum.

Epist. 66.
Maximo
medico.

HIC QUÆRITUR, AN PATER
genuit diuinam essentiam, vel ipsa filium, an essentia genuerit essentiam, vel ipsa nec genuit, nec genita est. *Distinct. 7.*

De comparatione generationis ad alterminum essentialem abstractiui qui est essentia.

Ratio prima quaerita sit. *Cap. 7. circa finem eiusdem. i. lib. de Trinitate Cap. 1. Di. i. lit. C. lib. 6.*

POST hæc quaeritur verum concedendum sit, quod pater genuit diuinam essentiam, vel quod diuina essentia genuit filium, vel essentia genuit essentiam, an omnino non genuit, nec genita est diuina essentia. Ad quod catholici tractatoribus consentientes dicimus, quod nec pater genuit diuinam essentiam, nec diuina essentia genuit filium, nec diuina essentia genuit diuinam essentiam. Hic autem nomine Essentiae intelligimus diuinam naturam, quæ communis est tribus personis, & tota in singulis. Ideo non est dicendum, quod pater genuit diuinam essentiam: quia si pater diceretur genuisse diuinam essentiam, diuina essentia relatiuè diceretur ad patrem, vel pro relatiuo poneretur. Si autem relatiuè diceretur, vel pro relatiuo poneretur, non indicaret essentiam. Ut enim ait Aug. in 5. lib. de Trin. quod relatiuè dicitur, non indicat substantiam.

Secunda ratio.

ITEM, cum Deus pater sit diuina essentia, si eius esset genitor, esset utique genitor eius rei, quæ ipse est: & ita eadem res seipsam genuisset, quod Aug. negat, ut supra ostendimus.

Tertia ratio & potior.

ITEM, si pater est genitor essentiae diuinæ, cum ipse essentia diuina sit & Deus sit, eo quod generat, & est, & Deus est. Ita ergo non illud quod generatur, est à patre Deus, sed pater

eo quod generat, & est & Deus est, & si ita est, non genito gignens, sed gignenti genitus causa est, ut & sit, & Deus sit. Simili ratione probat Aug. in lib. 7. de Trin. quod pater non est sapiens sapientia quam genuit: quia si ea sapiens est, ea est: hoc enim est sibi esse quod sapere. Quod si hoc est sibi esse quod sapere, non per illam sapientiam, quam genuit pater, sapiens est. Quid enim aliud dicimus, cum dicimus, Hoc illi est esse quod sapere, nisi, eo est, quo sapiens est? Ergo quæ causa illi est ut sapiens sit, etiam ipsa illi causa est, ut sit. Si ergo sapientia, quam genuit, illi causa est, ut sapiens sit, & causa illi est ut sit. Sed causam patri, quæ sit, à patre genitam, nullo modo quisquam dixerit sapientiam: quid enim est infans? Ita ergo si pater genuit essentiam, quæ est essentia quam genuit, causa est illi ut sit. Non ergo ipsam, quæ est, essentiam genuit. Nam in illa simplicitate, ut inquit Augustinus, quia non est aliud sapere quam esse, eadem est ibi sapientia quæ essentia, idèoque quod de sapientia, hoc de essentia dicimus. Sicut ergo non genuit sapientiam, quæ sapiens est: ita nec essentiam, quæ est. Ut enim sapientia sapiens est, & potentia potens: ita & essentia ipse est. Eademque sapientia est & potentia, quæ essentia. Pater itaque ex prædictis, quia pater essentiam diuinam non genuit.

Hic aduersari videtur Augustinus.

HVIC autem videtur contrarium quod Aug. ait in lib. unico de Fide & Symbolo cap. 3. Deus: cum verbum genuit, id quod ipse est genuit, nec de nihilo, nec de aliqua iam facta conditaque materia, sed de seipso id quod ipse est. Item, Deus pater, qui verissimè se indicare animis cognituris & voluit & poruit, hoc ad seipsum indicandum genuit, quod est ipse qui genuit. Ecce aperte dicit his verbis, Deum patrem genuisse illud quod ipse est. Illud autem quod ipse est, non est nisi diuina essentia: videtur ergo diuinam essentiam genuisse. Ad quod respondemus illa verba sic intelligenda esse, dicentes: Pater de seipso genuit illud quod ipse est, id est, filium, qui est illud quod pater est. Nam quod pater est, & filius hoc est: sed non qui pater est, & filius hic est.

Alias partes questionis exequitur.

ITA etiam non est dicendum quod diuina essentia genuit filium: quia cum filius sit diuina essentia, iam esset filius

b 4

q. p. r. pater cum de Deo filius de seipso pater est.

lius res à qua generatur: & ita eadem res seipsam generaret. Ita etiam dicimus quod essentia diuina non genuit essentiam. Cum enim vna & summa quaedam res sit diuina essentia, si diuina essentia essentiam genuit, eadem res seipsam genuit, quod omnino esse non potest: sed pater solus genuit filium, & à patre & filio procedit spiritus sanctus.

Quae videantur praedictis esse contraria.

Aug. de Trin. lib. 7. cap. 1. & 2. PRAEDICTIS autem videtur contrarium esse, quod dicit Aug. in li. vij. de Trin. Hoc, inquit, est Deo esse, quod sapere: vnde pater & filius simul sunt vna sapientia, quia vna essentia, & sigillatim sapientia de sapientia, sicut essentia de essentia. Ecce his verbis aperte dicit Aug. sapientiam de sapientia, & essentiam de essentia. Vbi videtur significare quod sapientia sapientiam, & essentia genuit essentiam. Idem in lib. de Fide ad Petrum ait, Sic Christum Dei filium, id est, vnam ex Trinitate personam, Deum verum crede, ut diuinitatem eius de natura patris nata esse non dubites. Hic videtur dicere quod natura filij sit nata de natura patris. Idem in lib. xv. de Trin. ait, Dicitur filius consilium de consilio, & voluntas de voluntate: sicut substantia de substantia, sapientia de sapientia. Et hic videtur dicere quod substantia sit genita de substantia, & sapientia de sapientia. Sed hoc ita determinamus, Sapientia de sapientia, & substantia de substantia est, id est, filius qui est sapientia, qui est substantia, est de patre, qui est eadem substantia & sapientia: & filius, qui est diuinitas, natus est de patre, qui est natura diuina. Et ut expressius dicamus, dicimus filium sapientiam esse de patre sapientiam, & dicimus filium substantiam esse genitum de patre, & à patre substantiam. Quod autem ita intelligi debeat, Aug. ostendit in lib. vij. de Trin. dicens, Pater ipse sapientia est, & dicitur filius sapientia patris, quomodo dicitur lumen patris, id est, sicut lumen de lumine. & uterque vnum lumen: sic intelligatur sapientia de sapientia, & uterque vna sapientia & vna essentia. Item ideo Christus dicitur virtus & sapientia Dei, quia de patre virtute & sapientia etiam ipse virtus & sapientia est: sicut ipse lumen de patre lumine est, & ipse fons vitae est apud Deum patrem fontem vitae. Filius ergo sapientia de patre sapientia est: sicut filius lumen de patre lumine, & Deus filius de Deo patre, ut & singulus sit lumen, & singulus Deus, & singulus sa-

Determinatio eorum quae videntur contraria.

Aug. de Trin. lib. 7. ca. 1. circa finem capituli. Eodem lib. cap. 3. 1. Cor. 1.

piencia, & simul vnum lumen, vnus Deus, vna sapientia. Ecce manifestè his verbis aperit Aug. ex quo sensu accipienda sint praedicta verba & his similia. scilicet cum dicitur, Substantia de substantia, vel substantia genuit substantiam.

Quod videtur praedictae expositioni contrarium.

HVIC verò etiam id contrarium videtur, quod Hilarius ait in iiii. lib. de Trin. Nihil, inquit, nisi natum habet filius: & generi honoris admiratio in honore generantis est. Cum ergo filius essentiam habeat (tota enim in eo est diuina essentia) videtur quod ipsa diuina essentia nata sit. Item, in v. lib. ait, Natiuitas Dei non potest eam, ex qua prouecta est, non tenere naturam: nec enim aliud quam Deus subsistit, quod non aliunde quam de Deo subsistit. Ecce hic dicit natiuitatem Dei prouectam ex natura: & ita videtur ex his verbis, atque praedictis natura Dei & genita, & genuisse. Quod apertius dicit in lib. ix. de Trin. Nos, inquit, vniuentum Deum in forma Dei manentem in natura hominis mansisse profiteremur: nec vnitatem formae seruilis in naturam diuinam vnitatis refundimus: nec rursus corporali insinuatione patrem in filio praedicamus, sed ex eo eiusdem generis genitam naturam, naturaliter in se gignentem habuisse naturam, quae in forma naturae se gignentis manens, formam naturae & infirmitatis corporalis accepit. Non enim defecerat Dei natura, ne esset: sed in se humilitatem terrenae natiuitatis manens sibi Dei natura susceperat, generis sui potestatem in habitu assumptae humanitatis exercens. Ecce hic aperte dicit, & naturam genuisse, & naturam genitam, & naturam assumptam naturam quod à plerisque negatur. Item in eodem, Nunquid vniogenito Deo cõmuni est, Patrem sibi innascibilem Deum esse, cum ex innascibili Deo natiuitas vniogenita in naturam vniogenitam subsistat: Ecce & hic dicit vniogenitam naturam.

Quomodo sint intelligenda praemissa verba Hilarij.

SE D quia haec verba sanè vult intelligi, ipse idem dicit in iiii. lib. In intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi: quia non sermoni res, sed rei sermo subiectus est. Haec ergo verba ita intelligi possunt, Nihil habet filius nisi natum, id est, nihil habet secundum quod Deus est, nisi quod nascendo accepit: & ipse nascendo patris in se subsistentem naturam habuit, vnde Hilarius addit in v. libro Eandem natu-

Non loquor à principio libri. Circa finem libri quinquies.

Quod natura Dei in forma sua manens formam naturae et infirmitatis corporalis accepit. Quod natura Dei, non est minuta in assumptione ne passio inferius.

Circumduci eius esse quantum.

*Circa finē
quintæ.
Expositio
nem cōfir
mat per
verba e.
insidem.*

ram habet genitus, quam ille qui genuit: ita tamen, ut natus non sit ille qui genuit. Nam quomodo erit pater ipse, cum genitus sit: Sed in his ipsis subsistit ille qui genitus est, in quibus totus est ipse qui genuit: quia non est aliunde qui genitus est: & ideo non refertur ad aliud quod in vno subsistit, & ex vno. Ac si in generatione filij & naturam suam, ut ita dicam, sequitur indemutabilis Deus indemutabilem Deum gignens, nec naturam suam deserit ex indemutabili Deo indemutabilis Dei perfecta natiuitas. Subsistentem ergo in eo Dei naturam intelligamus, cum in Deo Deus insit, nec præter eum qui Deus est, quisquam Deus alius sit: quia ipse Deus, & in eo Deus. Naturæ ergo Dei patris veritas in Deo filio esse docetur, cum in eo Deus intelligitur esse qui Deus est. Est enim vnus in vno, & vnus ab vno.

*Ioan. 4.
Ego in pa
tre & pa
ter in me.*

*Quod legitur pater de sua substantia genuisse filium,
& filium substantia patris.*

Cap. 2.

DICITUR quoque, & frequenter in Scriptura legitur Patrem de sua substantia genuisse filium: vnde Augustinus in libro de Fide ad Petrum ait, Pater Deus de nullo genitus Deo, semel de sua natura sine initio genuit filium Deum sibi æqualem, & eadem qua ipse naturaliter æternus est, diuinitate coæternum. Ecce hic dicit Augustinus: filium genitum de natura Patris. Est autem vna natura patris, & filij, & spiritus sancti. Si ergo de natura patris genitus est filius, genitus est de natura filij & spiritus sancti: imò de natura trium personarum. Idem quoque Augustinus in lib. 15. de Trinitate, dicit Christum esse filium substantiæ patris, & de substantia patris genitum, tractans illud verbum Apostoli loquentis de Deo patre sic, Qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filij charitatis sue. Quod dictum est, inquit, Filij charitatis sue, nihil aliud intelligitur quam filij sui dilecti, quam filij substantiæ sue. Charitas quippe patris, quæ in natura eius est ineffabiliter simplici, nihil est aliud, quam ipsa natura atque substantia, ut sæpè diximus, & sæpè iterare non piger: ac per hoc filius charitatis eius nullus alius est, quam qui de substantia eius est genitus. Ecce hic aperit dicit Augustinus filium esse genitum de substantia patris, & filium substantiæ patris. Idem quoque Augustinus in lib. 3. contra hæreticum Maximinum, substantiam Dei genuisse

*Temp. 9.
Cap. 4.*

se filium, & filium genitum de substantia patris asserit dicens: carnalibus cogitationibus pleni, substantiam Dei de se ipsa, gigneret filium non putatis, nisi hoc patiaris quod substantia carnis patitur quando gignit. Erratis nõ scientes Scripturas, neque virtutem Dei. Nullo enim modo verum Dei filium cogitatis, si eum natum esse de substantia patris negatis. Non enim iam erat hominis filius, & Deo donante factus est Dei filius ex Deo natus: gratia nõ natura. An fortem etsi non hominis filius erat, tamen iam aliqua erat qualis eique creatura, & in Dei filium Deo mutata conuersa est? Sed nihil horum est: ergo aut de nihilo, aut de aliqua substantia natus est. Sed ne crederemus vos putare de nihilo esse Dei filium, affirmatis non vos dicere de nihilo esse Dei filium. De aliqua ergo substantia est: & si non de substantia patris, de qua sit dicit: sed non intuenietis. Iam ergo vnigenitum Dei filium Iesum Christum de patre esse substantia, non vos nobiscum pigeat confiteri, idem in eodem. Vtique legimus, ut simus in vero filio eius Iesu Christo. Dicite ergo nobis, Vtrum iste verus Dei filius, ab eis qui gratia filij sunt, quadam proprietate differet, de nulla substantia sit, an de aliqua: Non dico, inquis, de nulla: nec dicam de nihilo, ergo de aliqua substantia est. Quæro de qua: si non de patris substantia est, aliam quaere. Si aliam non inuenis, patris agnosce substantiam, & filium cum patre homouion confitere. Idem in eodem, Confiteor Deum patrem omnino incorruptibiliter genuisse, sed quod est ipse genuisse. Item, Dico quod sæpè dicendum est, Aut de aliqua substantia est natus Dei filius, aut de nulla. Si de nulla, ergo de nihilo, quod vos iam non dicitis: si verò de aliqua, nec tamen de patris substantia, non est verus filius: si verò de patris substantia, vnus eiusdemque substantiæ sunt pater & filius. Vos autem nec filium Dei de substantia patris genitum vultis, & tamen cum nec ex nihilo, nec ex aliqua materia, sed patre esse conceditis: nec videtis quam necesse sit ut qui non est ex nihilo, nec ex aliqua alia re, sed ex Deo nisi ex Dei substantia esse nõ possit, & hoc esse quod Deus est, de quo est, id est Deus de Deo natus: quia non alius prius fuit, sed natura coæterna de Deo est.

*Colligens summa prædictorum aperit esse
quo sensu accipienda sint.*

*Mat. 22.
& Contra
Paulianos.
Contra Ar-
rium &
Donatū.*

*1. Ioan. 5.
Paulo in-
ferius in
eodem ca.*

*Ex eodem
cap. circa
principiū.*

✕

HIS verbis præmissis innui videtur, quòd diuina substantia filiiu genuerit, & quòd filius sit genitus de substantia patris, & quòd de Deo est natura coeterna, & quòd pater id quod ipse est genuit. Id autem quod ipse est, diuina essentia est: & ita putari potest diuinam essentiam genuisse. Vehementer mouent nos hæc verba, quæ quomodo intelligenda sint, mallem ab aliis audire, quàm ipse tradere. Vt tamen sine præiudicio atque temeritate loquar, ex hoc sensu dicta possunt accipi: Natura coeterna de Deo est, id est, filius coeternus patri de patre est, ita quòd est eadem cum eo natura, vel eiusdem naturæ, quem sensum confirmat Aug. ibidè subiungens, & quod dixerat quasi explanans: Dicitio enim, Natura coeterna est de Deo, addit. Non est aliud filius quàm illud de quo est, id est, vnus eiusdemque substantiæ est. Deinde apertius talem intellectum ex prædictis verbis fore habendum aperit in eodem libro contra maximinum, dicens: Trinitas hæc vnus eiusdemque substantiæ est: quia nõ de aliqua materia vel de nihilo est filius, sed de quo est genitus. Item, Spiritus sanctus non de aliqua materia vel de nihilo est, sed inde est vnde procedit. His vtiq; verbis apertè ostendit ea ratione dici filium esse de substantia patris, qui est de patre genitus, ita quòd est eiusdem substantiæ cum eo: Spiritum sanctum esse de substantia patris & filij, quia ab vtroque procedit, ita quòd est eiusdem substantiæ.

Quòd nec filius, nec spiritus sanctus est de nihilo, sed de aliquo, non tamen de materia.

OSTENDITUR quoque ex illis verbis filium & spiritum sanctum non esse de nihilo, sed de aliquo, nec tamen de aliqua materia. Vnde etiam Hilarius in 12. libr. de Trinitate ait, Vnigenitus Deus cum natus sit, patre testatur authorem: cum ex matre natus est, non est natus ex nihilo: & cum ante tempus natus est, omnem sensum præuenit nascendo. Hic apertè dicitur, quod filius non est natus ex nihilo. Similiter & spiritus sanctus non est dicendus esse vel procedere ex nihilo: quia filius de substantia patri: natus est, id est, à patre est, cum quo eiusdem substantiæ est, & eadem substantia. Ex quo sensu etiam accipiendum est illud. Pater genuit id quod ipse est, id est filium, qui est hoc quod pater. Et hoc

Lib. 3. contra maximinum. c. 14. Circa principium capitis. Eodem cap. An. Ibi.

Non lege à medio.

ira debere intelligi Aug. aperit dicens in 1. libr. contra Maximinum, Hoc genuit pater quod est: alioquin non est verus filius, si quod est pater, non est filius. Item substantia Dei genuit filium, id est, pater substantia genuit filium, qui est eadem substantia & eiusdem substantiæ. Quod sic esse intelligendum Aug. ostendit dicens ad Maximinum, Sicut dicitis, Spiritus spiritum genuit: ita dic, Spiritus eiusdem naturæ vel substantiæ spiritum genuit. Item sicut dicitis, Deus Deum genuit: ita dic, Deus eiusdem naturæ vel substantiæ Deum genuit. Hoc si crederis & dixeris, nihil de hac re vltius accusaberis. His enim verbis aperit quomodo prædicta debeant intelligi. Similiter filius natus est substantia patris, vel pater genuit filium de sua natura siue essentia, id est, de se natura & essentia genuit filium eiusdem substantiæ ac naturæ, & qui est eadem essentia ac natura. Similiter expone illud, Filij: substantiæ patris, & filius patris substantiæ, id est, qui est substantia, cum quo & filius eadem substantia est: quia consubstantialis est patri filius. Et hic sensus adiuuatur ex his verbis Aug. qui in libr. 5. de Trin. ait, Tres personas eiusdem essentia, vel tres personas vnã essentiam dicimus. Tres autem personas ex eadem essentia non dicimus, quasi aliud ibi sit quod essentia est, aliud quod persona. His verbis ostenditur non esse dicendum personã esse ex essentia, nisi ex sensu prædicto. Qui sensus confirmatur etiam ex eo quod in libr. 15. de Tri. idem ait, Sicut nostra scientia scientiæ Dei, sic & nostrum verbum, quod nascitur de nostra scientia, dissimile est illi verbo Dei, quod natum est de patris essentia. Tale est autem ac si dicerem, De patris scientia, de patris sapientia: vel, quod est expressius, de patre essentia, de patre scientia, de patre sapientia. Ex hoc itaque intellectu, verbum Dei patris vnigenitus filius per omnia patri similis & æqualis rectè dicitur Deus de Deo, lumen de lumine, sapientia de sapientia, essentia de essentia: quia hoc est omnino quod pater, non tamen pater: quia iste filius, ille pater.

Quare verbum patris dicatur filius nature

INDE est quod solum vnigenitus Dei dicitur natura filius, quia eiusdem naturæ est, & eadè natura est cum patre: vnde Hilarius in libr. 1. de Trin. de Christo loquens ait, Natura filius est, quia eandem naturam quam ille, qui genuit, habet.

Ex c. 2. l. de Fide et Symbolo paulo ante citatū. Circa medium primi libri. Ex libr. 3. contra Maximinum c. 14. Li. 3. c. 15.

Cap. 6.

Cap. 13. et 14.

Ex c. 14.

UTRUM PATER VOLUNTATE GENUIT FILIUM, AN NECESSITATE, & AN VOLENS VEL NOLENS SIT DEUS.

Distinct. VI.

A

Decompositione rationis. Etiam generandi ad potentiam cap. 20. in som. 4. in Dialog. 65. qua. 7. Opinione in d. haeretic.

Aug. de Trin. lib. 15. Cap. 20. Et in quaest. 10. in d. haeretic.

Pater ea quae quiri solet, utrum pater genuerit filium voluntate, an necessitate. De hoc Orosius ad Augustinum ait. Voluntate genuit pater filium vel necessitate: sed nec voluntate nec necessitate, quia necessitas in Deo non est, praeter voluntatem sapientiam non potuit. Quocirca, ut Augustinus ait in 15. libro de Trinitate, videnda est dialectica Eunomij, a quo Eunomiani haeretici orti sunt: qui cum non potuissent intelligere nec credere voluissent unigenitum Dei filium verbum Dei esse naturam, id est, substantiam patris; genitum, non naturam vel substantiam dixit esse filium, sed illam voluntatem Dei, volens asserere, accedentem Deo voluntatem, qua generet filium: si cur nos aliquando aliquid volumus, quod antea non volebamus, propter quod mutabilis intelligitur nostra natura, quod absit ut in Deo esse credamus. Dicamus ergo verbum Dei esse filium Dei naturam, non voluntatem, ut docet Augustinus in 15. libro de Trinitate, ubi quendam catholicum haereticum respondente commendat, dicens: Accurè sane quidam respondit haeretico versutissimo interroganti, utrum Deus filium volens vel nolens genuerit, ut si diceret nolens, Absurdissima Dei miseria sequeretur: si autem volens, continuo quod intendebat concluderet, scilicet non naturam esse filium: sed voluntatis. At ille vigilantissimè vicissim quaesivit ab eo, utrum Deus pater volens aut nolens sit Deus: ut si responderet, nolens, sequeretur grandis absurditas & miseria, quam de Deo credere magna est insania: si autem diceret, Volens, responderetur ei, Ergo & ipse voluntate sua Deus est, non natura. Quid ergo restabat, nisi ut obmutesceret, sua interrogazione obligati indissolubili vinculo se videns: Ex praedictis docetur non esse concedendum, quod Deus voluntate vel necessitate, vel volens, vel nolens, sit Deus. Item quod voluntate vel necessitate, vel volens, vel nolens genuerit filium.

Oppositio contra praedicta

B

SED contra hoc opponitur sic, Voluntas Dei est natura siue essentia Dei, quia non est aliud Deo esse, aliud velle: &

ideo sicut una est essentia trium personarum, ita & una voluntas. Si ergo Deus natura Deus est, & voluntate Deus est, & si Verbum Dei natura filius Dei est, & voluntate filius Dei est. Hoc autem facile est refellere: nam & praescientia Dei siue scientia, qua scit vel praescit bona & mala, diuina natura siue essentia est, & praedestinatio siue voluntas eius eadem diuina essentia est, nec est aliud Deo scire & velle, quam esse, & cum sit vnum & idem scientia Dei vel voluntas, non tamen dicitur de voluntate quicquid dicitur de scientia, & e converso. Nec omnia illa sua voluntate Deus vult, quae sua scientia scit, cum sua scientia nouerit tam bona quam mala voluntate autem non velit nisi bona. Scientia quippe Dei & praescientia de bonis est & malis: voluntas vero & praedestinatio de bonis est tantum, & tamen vnum & idem in Deo est scientia & voluntas, & praescientia & praedestinatio. Ita cum vnum sit natura Dei & voluntas, dicitur tamen pater genuisse filium natura non voluntate, & esse Deus natura, non voluntate.

Qualiter intelligenda sunt illa verba, Pater nec volens nec volens Deus est, nec volens nec nolens genuit filium.

PRAEDICTA tamen verba quibus prudenter dictum est, quod Deus pater nec volens nec nolens est Deus, nec nolens nec volens genuit filium, siue voluntate, siue necessitate, ex tali sensu mihi videntur accipienda, ut voluntatem praecedentem vel accedentem intelligamus: qualiter Eunomius intelligebat. Non enim ipse Deus est voluntate praecedenti vel efficienti, vel volens priusquam Deus, nec voluntate praecedenti vel accedenti genuit filium, nec prius volens, quam generans genuit filium, nec prius generans quam volens genuit filium: volens tamen genuit, sicut potens genuit, & bonus genuit filium, & sapiens genuit, & huiusmodi. Si enim pater sapiens & bonus dicitur genuisse filium, cur non & volens: cum ita sit Deo idem esse volentem, quod est esse Deum: sicut idem est esse sapientem, quod est esse Deum. Dicamus ergo quia pater sicut sapiens, ita volens genuit filium, sed non voluntate praecedenti vel accedenti. Quem sensum aperit Hieronymus & confirmat ita dicens super epistolam ad Ephesios. De filio Dei, id est domino nostro Iesu Christo scriptum est, quia cum patre semper fuit, & nunquam cum ut esset, paterna voluntas praecessit, & ille quidem natura filius est.

Responsio.

Hilarius in h. de sy nodis, eos qui dicunt de no. ex. tibus est. filium dei, similiter qui dicunt quod neque consilio, neque voluntate pater genuerit filium anathemati. Et si quis nolentem patre dicat natum filium anathema sit. Non enim nolentem patre coaeternus pater vel

HIC QVAERITVR AN PATER POTUERIT VEL VOLUERIT GIGNERE FILIUM.

Distinct. VII.

naturali
necessita-
te ductus
cum uollet
genuit fi-
lium: sed
mox ui-
uit sine e-
pore et im-
possibilitate
ex se uni-
genitū de-
monstrauit
Ephes. &
Ecc. 1. De
cōparatio-
ne potētie
generādi
ad perfa-
mam.

Hic solet quæri à quibusdam. vtrum pater potuerit vel voluerit generare filium. Si enim, inquit, potuit vel voluit generare filium, ergo potuit aliquid & voluit, quod nec voluit nec potuit filius: nam filius nec potuit nec voluit generare filium. Cui versus faciliè respondemus, dicentes: posse vel velle generare filium, non est aliquid posse vel velle subiectum potentia vel voluntati. Est tamen aliqua potentia vel voluntas, scilicet posse vel velle gignere filium, & ideo distinguenda est intell. gentia propositi verbi, posse vel velle gignere filium, & posse vel velle aliquid. Neq; enim generatio filij aliquid eorum est, quæ subiecta sunt diuinæ potentia & voluntati, nec est aliquid inter omnia vel de omnibus, sed super omnia & ante omnia. Non enim ante voluit vel potuit, quam genuit, sicut nec ante fuit, quam genuit quia ab æterno fuit, & ab æterno genuit. Ex simili quoque hoc videre possumus. Pater enim potest esse pater, & vult esse pater: filius autem non potest, nec vult esse pater: ergo pater potest vel vult esse aliquid, quod non potest vel vult esse filius. Non sequitur: quia esse patrem non est esse aliquid, sed potest esse ad aliquid, vt in sequenti ostendetur.

Ponit quadam verba Aug. unde potest moueri auditor.

Dist. 28.
huius pri-
mi. 3. si. 12
20.

SED vehementer nos mouet quod Aug. ait in libr. contra Maximinum, qui asserbat patrem potentiorē esse filio, eò quòd filium genuit. Deum creatorem, filius autem non dicebaturque patrem potuisse gignere non filium, & ideo potentiorē esse filio. Ad quod respondens Augustin. dicere videtur, quòd filius etiam potuit gignere, volens ostendere patrem esse non potentiorē filio, his verbis, Absit vt ideo potentior sit pater filio, sicut putas, quia creatorem genuit pater, filius autem non genuit creatorem. neque enim non potuit, sed non oportuit. Vide & diligenter attende hæc verba, non enim non potuit, sed non oportuit. Videtur enim dicere quòd filius potuit gignere, sed non oportuit, & ita potuit quod non oportuit. Quare autem non oportuit, subdit dicens. Immoderata enim esset diuina generatio, si genitus filius nepotem

nepotem gigneret patri, quia & ipse nepos nisi auo suo pronepotem gigneret, secundum vestram mirabilem sapientiam impotens diceretur. Similiter etiam ille si nepotem non gigneret auo suo, & pronepotem pro auo suo, non à vobis appellaretur omnipotens, nec impleteretur generationis series, si semper alter ex altero nasceretur: nec eam perficeret vllus, si non sufficeret vnus omnipotens. Itaque omnipotentem genuit filium patria natura non fecit.

Opponitur prædictis verbis Augustini.

HOC autem videtur quibusdam non posse stare, scilicet quòd filius potuerit gignere. Si enim potuit filius gignere, potuit esse pater: & si potuit esse pater, potuit ergo esse pater vel sui, vel patris, vel spiritus sancti, vel al cuius alius. Sed alius non: quia nullus alius semper fuit. Nec patris: quia pater est ingentus & inuascibilis. Nec sui: quia nullares seipsam gignere potest. Nec spiritus sancti: quia nasci non potuit. Si enim nasci potuit, potuit esse filius, & ita mutabilis esse potuit.

l. de tri.
1. cap. 1.

Hic queritur quomodo intelligenda sint.

QUOMODO ergo accipiatur quod supra dictum est: non enim non potuit gignere, sed non oportuit: qui uti potuit, sed non oportuit. Non est nobis perspicuum aperire quomodo sit hoc verum, & ideo sub silentio potius esset præterendum, nisi me super hoc aliquid loqui cogeret instantia querentium.

Hic aperitur ex quo sensu accipienda sint.

POTEST ergo sic intelligi, Non enim non potuit, sed non oportuit, id est, non ex impotentia sui fuit quòd filius non genuit, sed ei non conueniebat: sicut Deus filius non est Deus pater, nec tamen hoc ex impotentia sui est. Nam & pater similiter non est filius, nec hoc est ex impotentia patris. Sed quærit Maximinus Arrianorum episcopus. Vnde ergo est quod pater non potest esse filius, vel filius pater: non vtique ex impotentia, sed pater proprietate generationis pater est, quæ oportet eum non esse filium, & filius proprietate natiuitatis filius est, quæ oportet eum non esse patrem. De quibus proprietatibus postea plenius tractabitur.

Vtrum pater natura sit potens gignere filium, & an hoc sit aliqua potentia, quæ sit in filio.

Distin.
26. huius
primi.

Vnde dicitur in Deo ad oporem et actus naturales ergo dicitur?

ITEM queritur à quibusdam, Si pater potens sit natura gignere filium, & an hoc sit aliqua potentia, quæ sit in filio: Ad quod dicimus, quia pater non est potens nisi natura: eius enim potentia natura est vel essentia. At, inquiunt illi, si potens est gignere, habet ergo potentiam gignendi, Filius autem non habet potentiam gignendi, si non potest gignere. Habet ergo aliquam potentiam pater, quam non habet filius. Non sequitur. Eandem enim potentiam habet penitus filius, quam & pater: quia pater potuit gignere, & filius gigni potuit. Eadem enim potentia est in filio, qua potuit gigni, quæ est in patre, qua potuit gignere. Sed contra hoc opponitur. Aliud est posse gignere, aliud est posse gigni: quia aliud est gignere, & aliud gigni. Hic distinguendum est. Si enim cum dicitur, Aliud est posse gignere, aliud posse gigni, aliam significas potentiam, qua pater potens est gignere, & aliam, qua filius potens est gigni, falsus est intellectus. Si autem dicas, patrem posse habere aliam proprietatem siue notionem, qua genitor est: & filium aliam, qua genitus est, verus est intellectus. Aliam enim habet pater proprietatem, qua pater est: aliam filius, qua filius est.

Oppositio.

Quomodo intelligendum sit, Filius habet vel non habet potentiam generandi.

ITA etiam cum dicitur, filius non habet potentiam generandi, quam pater habet dupliciter intelligi potest. Si enim dicatur, Filius non habet potentiam generandi quam & pater, scilicet qua potens sit ad generandum, id est, ut genuerit vel ut generet sicut pater, verum est. Si verò intelligatur sic, Non habet potentiam quæ possit gigni vel genitus esse, qua eadem pater potens est ut genuerit vel ut generet, falsum est. Sicut dicitur, Pater habet potentiam, qua potest esse pater: filius verò non habet potentiam, qua possit esse pater, & e conversò, filius habet potentiam, qua possit esse filius, habet ergo aliquam pater, quam non habet filius, & e conversò. Absit: quia eadem est potentia patris, qua potest esse pater, & filij, qua potest esse filius. Ita etiam eadem est voluntas, qua pater vult esse pater, non filius, & filius vult esse filius, non pater: & eadem est voluntas filij, qua vult esse genitus & patrem genuisse, & patris, qua vult esse genitor, & filium genitum esse.

DE VERITATE ET PROPRIETATE & INCOMMUTABILITATE & SIMPLICITATE ESSENTIÆ DEI.

Distinct. VIII.

Nunc de veritate siue proprietate siue incommutabilitate atque simplicitate diuinæ naturæ, siue substantiæ, siue essentiæ agendum est. Est itaque Deus, ut ait August. in 1. lib. de Trinitate, sine dubitatione substantia, vel si melius hoc appellatur, essentia: quam Græci *ὕλην* vocant. Sicut enim ab eo quod est sapere dicta est sapientia, & ab eo quod est scire dicta est scientia: ita ab eo quod est esse, dicta est essentia. Er quis magis est, quam ille qui dixit summo suo, Ego sum qui sum? & dices filius Israël. Qui est misit me ad vos: Ipse verè ac propriè dicitur essentia cuius essentia non nouit præteritum vel futurum. Vnde Hier. ad Damasum scribens ait, Deus solus qui exordium non habet, veræ essentiæ nomen tenet: quia in eius comparatione verè est, quia incommutabilis est: quasi non sint quæ mutabilia sunt. De quo enim dicitur, Fuit, non est, & de quo dicitur erit, nondum est. Deus autem tantum est, qui non nouit fuisse vel futurum esse. Solus ergo Deus verè est: cuius essentiæ comparatum nostrum esse, non est.

Qualiter intelligenda sint verba Hieronymi, quærendum est.

Hic diligenter aduertendum est, quomodo intelligi debeant illa verba Hierony. scilicet, Deus tantum est, & non nouit fuisse vel futurum esse: tanquam non possit dici de Deo, Fuit vel Erit, sed tantum, est, cum de eo scriptum frequenter reperiamus, fuit ab æterno, fuit semper, & erit in secula, & huiusmodi: vnde videtur quia non est tantum dicendum de Deo, Fuit, vel Est, vel Erit. Si enim diceretur tantum Fuit, putaretur quod deserit esse: si diceretur tantum, Est, putaretur quod non semper fuerit, sed esse cœperit, si tantum diceretur, Erit: putaretur non esse modo. Dicatur ergo quia semper fuit est: & erit: ut intelligatur quia nec cœpit, nec desinit esse. De hoc August. super Ioannem, ita ait, Cum de sempiterna re propriè dicatur, est: secundum nos bene dicitur, Fuit & Erit: fuit, quia nunquam desinit, erit, quia nunquam deerit, est, quia semper est: non præterit, quasi quod non maneat: non erit, quasi quod non erat. Cum ergo nostra locutio

De proprietate & incommutabilitate & simplicitate essentiæ Dei.
A distinctionibus Trinitatis.
Cap. 2.
Exo. 3. d. Hier. 1. e. pistola ad Marcellin. de 10. nob. bus, attingit quidè nomen essentiæ Dei, similiter in epistola ad Damasum cuius initium, Quoniam resursum indicatur hæc sententia, sed ad verbum habetur.
Ibid. lib. 7. Etimo ca. 1. & in Rabano super illud.
Exo. Qui est, misit me ad vos.

per tempora varietur, de eo verè dicuntur verba cuiuslibet temporis, qui nullo tempore defuit, vel deest, vel deerit: & ideo non est mirum si de spiritu veritatis loquens dixit per futurum: Quæcunque audiet, loquetur: audiet scilicet ab eo à quo procedit. Audire illius est scire, idem etiam esse. A quo ergo est illi essentia, ab illo audientia, id est, scientia: quæ non est aliud, quàm essentia. Audiet ergo dixit de eo quod audiuit: & audit, id est, quod semper scivit, scit, & sciet. Ecce hinc dicit August. verba cuiuslibet temporis dici de Deo: sed tamen propriè, est. Illud ergo quod Hieronymus dicit ita intelligendum est, Non nonit fuisse vel futurus esse, sed tantum esse, id est, cum dicitur de Deo quòd fuit vel erit, non est intelligendum quòd præterit vel futurum sit. sed quòd existat simpliciter sine aliquo temporali motu. Licet enim verba substantia diuersorum temporum de Deo dicantur (vt fuit, erit, est, erat) non tamen temporales motus esse distinguunt, scilicet præteritum, vel futurum, vel præteritum imperfectum, vel præteritum perfectum, vel præteritum plusquam perfectum: sed essentiam siue existentiam suæ diuinitatis simpliciter insinuant. Deus ergo solus propriè dicitur essentia vel esse. Vnde Hilarius in 7. de Trinitate ait, Esse non est accidens Deo, sed subsistens veritas, & manens causa, & naturalis generis proprietates.

Hic de incommutabilitate.

D E I etiam solius essentia incommutabilis dicitur propriè: quia nec mutatur, nec mutari potest. Vnde August. in 1. lib. de Trinitate. Aliæ, inquit, essentia vel substantia capiunt accidentia, quibus in eis fiat vel magna, vel quantacunque mutatio: Deo autem aliquid huiusmodi accidere non potest, & ideo sola substantia vel essentia, quæ est Deus, incommutabilis est, cui profectò maximè ac verissimè competit esse. Quod enim mutatur, non seruat ipsum verum esse: & quod mutari potest, etiam si non mutetur, potest quòd fuerat non esse. Ideoque illud solum quod non tantum non mutatur, verum etiam mutari omnino non potest, verissimè dicitur esse, id est, substantia patri, & filij, & spiritus sancti. Ideoque Apostolus loquens de Deo ait, Qui solus habet immortalitatem. Vt enim ait August. in lib. 1. de Trinitate. Cum anima quodammodo immortalis esse dicatur & sit, non diceret Apo-

In tom. 9.
in tractatu
tu 99. ad
16. cap.
Ioan.

Hic apertè
rit quomodo
do sit intelligenda.

Non loquè
à principio
Li. 7.

Cap. 2.

1. Tim. 6.
c.
Cap. 1.

stolus, Solus Deus habet immortalitatem: nisi, quia vera immortalitas incommutabilitas est, quam nulla potest habere creatura, quoniam solius creatoris est. Vnde Iacobus ait, Apud Deum non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. & David, Mutabis ea, & mutabuntur: tu autem idem ipse es. Ideo August. super Gen. dicit quòd Deus nec per loca, nec per tempora mouetur: creatura verò per loca, & tempora Et per tempora moueri, est per affectiones: commutari Deus autem nec loco, nec affectione mutari potest, qui per prophetam ait, Ego Deus & non mutor, qui est immutabilis solus. Vnde rectè solus dicitur habere immortalitatem. In omni enim mutabili natura, vt ait August. contra Maximinum, nonnulla mors est ipsa mutatio: quia facit aliquid in ea non esse quod erat. Vnde & ipsa anima humana, quæ ideo dicitur immortalis, quia secundum modum suum nunquam desinit viuere, habet tamen quandam mortem suam: quia si iuste viuebat & peccat, moritur iustitiæ: si peccatrix erat & iustificatur, moritur peccato, vt alias eius mutationes taceam, de quibus modo longum est disputare. Et creaturarum natura caelestium mori potuit, quia peccare potuit. Nam & angeli peccauerunt, & demones facti sunt, quorum est diabolus princeps, & qui non peccauerunt, peccare potuerunt: & cuiusque rationali creaturæ præstatur, vt peccare non possit: non est hoc naturæ propriæ, sed Dei gratiæ. Et ideo solus Deus, vt ait Apostolus, habet immortalitatem: qui non cuiusquam gratia, sed natura sua nec potuit, nec potest aliqua conuersione mutari: nec potuit, nec poterit aliqua mutatione peccare. Proinde, vt ait August. in 1. lib. de Trinitate substantiam Dei sine vlla sui commutatione mutabilia facientem, & sine vlllo suo temporali motu temporalia creantem, intueri & nosse, licet sit difficile, oportet. Verè ergo ac propriè incommutabilis est sola diuinitatis essentia: quæ sine sui mutatione cunctas condidit naturas.

Hic de simplicitate.

E A D E M Q V E sola propriè ac verè simplex est vbi nec partium, nec accidentium, nec quarumlibet formarum vlla est diuersitas, siue variatio vel multitudo. Vt autem scias quomodo simplex sit illa substantia, te docet August. in 6. lib. de Trinitate. Animaduerte primò, quare omnis creatu-

Quæ sit
vera im-
mortalitas,
quæ
sola crea-
ture est.

Iaco. 1. c.

Psal. 107.

Li. 8. cap.

20. 21. 22

& 26.

Mal. 3. b.

Li. 3. c. 12.

1. Ti. 6. c.

Cap. 1.

Quare
creatura
sit multi-
plex & nõ
simplex.
Cap. 6.

Hic de corporali ostenditur quare sit multiplex. ra sit multiplex, & nullo modo verè simplex: & primùm de corporali, postea de spiritali creatura. Corporalis vitique creatura ex partibus constat, ita vt sit ibi aliqua pars minor, alia maior: & maior sit totum, quàm quaelibet pars: & in vno quoque corpore aliud est magnitudo, aliud color, aliud est figura. Potest enim imminuta magnitudine manere idem color, & eadem figura: & colore mutato manere eadem figura, & eadem magnitudo. Ac per hoc multiplex esse conuincitur natura corporis: simplex autem nullo modo.

Hic de spiritali creatura ostendit quomodo sit multiplex, & non simplex.

Ex eodẽ lib. 6. cap. eodẽ.

CREATVRA quoque spiritalis, vt est anima, in comparatione quidem corporis est simplex, sine comparatione verò corporis, est multiplex & non simplex: quæ ideo simplex dicitur respectu corporis, quia mole non diffunditur per spaciũ loci, sed in vnoquoque corpore: & in toto, tota est, & in qualibet eius parte tota est. Et ideo cum sit aliquid in quavis exigua particula corporis, quod sentiat anima, quanuis non fiat in toto corpore, illa tamen tota sentit, quia totam non lateat. Sed tamen nec in ipsa tota anima vera simplicitas est. Cùm enim aliud sit artificiosum esse, aliud inerrem, aliud acutum, aliud memorem: aliud cupiditas, aliud timor, aliud lætitia, aliud tristitia, possintque hæc & alia huiusmodi innumerabilia in animæ inueniri natura, & alia sine aliis, & alia magis, & alia minus, manifestum est animæ non simplicem, sed multiplicem esse naturam. Nihil enim simplex mutabile est: omnis autem creatura mutabilis est, nulla ergo creatura verè simplex est.

Ibid. c. 7.

Quomodo Deus simplex est.

Deus verò etsi multiplex dicatur, verè tamen & summè simplex est. Dicitur enim magnus, bonus, sapiens, beatus, verus, & quicquid aliud non indignè dici videtur: sed eadem magnitudo eius est quæ sapientia. Non enim mole magnus est, sed virtute, & eadem bonitas eius est, quæ sapientia, & magnitudo & veritas: & non est ibi aliud ipsum beatum esse, & aliud magnum, aut sapientem, aut verum, aut bonum esse, aut omnino esse.

Qualiter Deus cum sit simplex, multiplex tamen dicatur.

HIC diligenter notandum, est cum dicat Augustinus.

solum Deum verè simplicem esse, cur dicat eundem multipliciter dici. Sed hoc non propter diuersitatem accidentium vel partium dicit, sed propter diuersitatem ac multitudinem nominum, quæ de Deo dicuntur, quæ licet multiplicia sint, vnum tamen significant, scilicet diuinã naturam. Hæc enim non ita accipiuntur, cum de illa in com. mutabili aternaque substantia, incomparabiliter simpliciore quàm est humanus animus, dicuntur, quemadmodum cum de creaturis dicuntur. Vnde August. in vj. lib. de Trin. Deo, inquit, est hoc esse, quod est fortem esse, vel sapientem esse, vel iustum esse, & si quid de illa simplici multiplicitate, vel simplici simplicitate dixeris, quod substantia eius significetur. Humano autem animo non est hoc esse, quod est fortem esse, aut prudentem, aut iustum: potest enim esse animus, & nullam istarum habere virtutum.

Cap. 4.

Tanta est Dei simplicitas, quod nulli prædicamentorum subicitur.

QUOD autem in natura diuina nulla sit accidentium diuersitas, nullaque penitus mutabilitas, sed perfecta simplicitas, ostendit Augustinus in libro quinto de Trinitate dicens, Intelligamus Deum quantum possumus, sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigetia creatorem, sine situ prædentem, sine habitu omnia continentem, sine loco vbique totum, sine tempore sempiternum, sine vlla sui mutatione mutabilia facientem, nihilque patientem, quisquis Deum ita cogitat, etsi nondum potest omnino inuenire quid sit ipse: piè tamen caueat quantum potest aliquid de illo sentire, quod non sit. Ecce si subtiliter intendas ex his atque prædictis aperitur, illa prædicamenta artis Dialecticæ Dei naturæ minimè conuenire, quæ nullis est subiecta accidentibus.

Cap. 1.

Quod Deus non proprie sed abusue dicitur substantia.

VNDE nec proprie dicitur substantia, vt Augustinus ostendit, in lib. vij. de Trin. Sicut ab eo quod est esse appellatur essentia, ita ab eo quod est subsistere substantiam dicimus: si tamen dignum est, vt Deus dicatur subsistere. Hoc enim de his rebus rectè intelligitur, in quibus, vt subiectis, sunt ea quæ in aliquo subiecto esse dicuntur: sicut in corpore color, aut forma. Corpus enim subsistit, & ideo substantia est.

Ca. 4. et 5.

Res vero mutabiles neque simplices proprie dicuntur substantia. Deus autem si subsistit, ut substantia proprie dici possit, inest in eo aliquid tanquam in subiecto: & non est simplex. Nefas est autem dicere ut subsistat Deus, & subsit bonitati suae: atque illa bonitas non substantia sit, vel potius essentia, neque ipse Deus sit bonitas sua, sed in illo sit tanquam in subiecto. Vnde manifestum est Deum abusive substantiarum vocari, ut nomine visitatione intelligatur essentia, quod vere ac proprie dicitur, ita ut fortasse solum Deum dici oporteat essentiam. Est enim vere solus, quia incommutabilis est:

Quod non est aliquid in Deo, quod non sit Deus.

Paulo post medius 4. lib. Non loquitur a fine lib.

H V I V S autem essentiae simplicitas ac sinceritas tanta est, quod non est in ea aliquid, quod non sit ipsa: sed idem est habens, & quod habetur, vnde Hilarius in vij. l. b. de Trinitate ait, Non ex compositis Deus, qui vita est, subsistit, neque qui virtus est, ex infirmis continetur, neque qui lux est, obscuris coopratur, neque qui spiritus est, ex disparibus formalis est: totum quod in eo est, vnum est. Idem in vij. lib. de Trin. Non humano modo ex compositis Deus est, ut in eo aliud sit quod ab eo habetur, & aliud sit ipse qui habeat: sed totum vna est natura, scilicet, perfecta & infinita, & non ex disparibus constituta, sed vivens per totum ipsa. De hoc eodem Boetius in primo libro de Trinitate ait, Quocirca hoc vere vnum est, in quo nullus numerus, nullum in eo aliud praeter id quod in eo est: neque enim subiectum fieri potest. Augustinus quoque in libro de Fide & Symbolo dicit, In Dei substantia non est aliquid quod non sit substantia: quasi aliud sit ibi substantia, aliud quod accidit substantiae. Sed quicquid ibi intelligi potest, substantia est. Verum haec dici possunt facile, & credi: videri autem nisi puro corde omnino non possunt. Item Augustinus 15. lib. de Trin. Sic habetur in natura vniuscuiusque trium, quod qui habet, hoc sit quod habet, sicut immutabilis simplexque substantia, vnde Isidorus ait, Deus simplex dicitur, siue non amittendo quod habet, seu quod aliud non est ipse, & aliud quod in ipso est. Et cum tantae simplicitatis atque sinceritatis sit natura divina, est tamen in ea trinitatis personarum. Vnde Augustinus in lib. 11. de Civitate Dei, Non propter hoc naturam summi boni simplicem dicimus, quia est pater in ea solus, aut filius in ea solus,

Cap. 3.

Ca. 9. circa finem eiusdem.

Cap. 17.

Lib. 1. de Sum. Bo. c. 1. & ca. 7. Ethic. cap. 1. Cap. 10.

aut spiritus sanctus in ea solus, aut quia est sola ista nominu Trinitas, siue substantia personarum, sicut Sabelliani putaverunt. Sed ideo simplex dicitur, quia est hoc quod habet: excepto quod relative quaeque persona ad alteram dicitur, nec est ipsa. Nam utique pater habet filium, ad quem relative dicitur, nec tamen ipse est filius: & filius habet patrem, nec tamen ipse est pater. In quo vero ad semetipsum dicitur, non ad alterum, hoc est quod habet: sicut ad semetipsum dicitur vivens habendo vitam, & eadem vita est ipse. Propter hoc utique natura haec dicitur simplex, quod non sit aliud habes, & aliud id quod habet, sicut in caeteris rebus est. Non enim habens liquor em liquor est, nec corpus color, nec anima est sapientia. Ecce quanta est identitas, quanta est unitas, immutabilitas, simplicitas, puritas divinae substantiae, iuxta inimitatis nostrae valerudinem assignavimus.

DE DISTINCTIONE TRIUM PERSONARUM.

Andisignatus.

N VNC ad distinctionem trium personarum accedamus. Teneamus ergo, ut docet Augustinus in libro de Fide ad Petrum, patrem & filium & spiritum sanctum vnum esse Deum naturaliter: nec tamen ipsum patrem esse, qui filius est, nec filium esse ipsum qui pater est, nec spiritum sanctum esse ipsum, qui pater est aut filius. Vna enim est essentia patris, & filij, & spiritus sancti, in qua non est aliud pater, aliud filius, aliud spiritus sanctus: quanvis personaliter alius sit pater, alius filius, alius spiritus sanctus.

De proprietatibus & conditionibus personarum trinitatis & unitatis. Cap. 1.

Hic de coeternitate filij cum patre.

G E N I T V S est enim a patre filius, & ideo alius: nec tamen ante fuit pater, quam filius: coeternae enim sunt sibi tres personae.

Argumentatio Arrianorum.

S E D contra hoc inquit haereticus, ut refert Ambrosius in lib. j. de Fide ad Gratianum, Omne quod natum est, principiu habet: & ideo quia filius natus est, principiu habet, & esse coepit: quod haereticoru ore sic dictu est. Nam ipse Arrius, ut meminit Augustinus in 6. lib. de Trin. dixisse fertur, Si filius est, natus est: si natus est, erat tempus quando non erat filius.

Cap. 5. circa mediu eiusdem.

Responsio Augustini catholica.

Q U I hoc dicit, non intelligit etiam natum esse de Deo

Cap. 1.

Aug. ibi.

Sanctus vnum summu g' d' ist' g' n' v' t'

sempiternum esse, ut sit coaeternus patri filius: sicut splendor qui gignitur ab igne atque diffunditur, coaevus est illi, & esset coaeternus, si ignis esset.

Oppositio Augustini contra haeticum.

Lib. 6. Cap. 1. I. Cor. 1. d. **ITEM**, Si Dei filius, inquit Augustinus, virtus & sapientia Dei est, nec unquam fuit Deus sine virtute & sapientia: coaeternus est ergo Deo, patri filius. Dicit autem Apostolus Christum esse Dei virtutem, & Dei sapientiam. Aut ergo non fuit, quando non fuit filius, aut aliquando Deus non habuit virtutem & sapientiam, quod dementis est dicere. Constat enim quia semper habuit sapientiam: semper ergo habuit filium.

Responsio Ambrosij ad idem, auctoritate fultra.

In 1. lib. de Fid. ad Gratianum circa medij quinti capitis. Esa. 43. Ioan. 13. d. Ratione ritus Ambrosio, contra haeticum. Libro & ca. citatis. **EI D E M** quoque Atrianicae quaestioni Ambrosius in hunc modum respondet, Ego, inquam, filium esse natum confiteor: quod reliquum est impietatis, horresco. Scriptum est enim in veteri Testamento, ut vel unum est pluribus dicam, Ante me non fuit alius Deus, & post me non erit. Quis ergo hoc dicit? pater an filius? Si filius ante me, inquit, non fuit alius Deus. Si pater, post me, inquit, non erit: hic priorem, & ille posteriorem non habet. Inuicem enim in se, & pater in filio, & filius in patre cognoscitur. Cum enim patrem dixeris, eius etiam filium designasti, quia nemo ipse pater est sibi: cum filium nominas, etiam patrem fateris, quia nemo ipse sibi filius est. Itaque nec filius sine patre, nec pater potest esse sine filio: semper ergo pater, semper & filius est.

Inuectio Ambrosij contra haeticum.

ITEM dic, inquam, mihi haetice, fuitne quando omnipotens Deus pater non erat, & Deus erat? Nam si pater esse coepit, Deus ergo primo erat, & postea pater factus est. Quomodo ergo immutabilis Deus est? Si enim ante Deus, postea pater fuit, utique generationis a cessione mutatus est: sed auertat Deus hanc amentiam.

Ineffabile est quomodo filius sit, & non habeat patrem priorem: sicut modus generationis intelligibilis & ineffabilis est.

Vbi supra **SE D** quaeris a me, inquit Ambrosius, quomodo si filius sit, non priorem habeat patrem. Quaero item abs te, quando vel quomodo filium putes esse generatum? Mihi enim im-

possibile est generationis scire secretum. Mens deficit, vox fileat, non mea tantum, sed & angelorum: supra potestates, & supra angelos, & supra cherubim, & supra seraphim, & supra omnem sensum est: quia scriptum est, Pax Christi supra omnem sensum est. Et si pax Christi supra omnem sensum est, quomodo non est supra omnem sensum tanta generatio? Tu ergo ori manum admoue: scrutari non licet superna mysteria. Licet scire quod natus sit, non licet discutere quomodo natus sit. Illud mihi negare non licet, hoc quaerere merus est. Ineffabilis enim est illa generatio: vnde Esaias, Generationem eius quis enarrabit?

Quidam presumunt discutere generationis secretum.

Q V I D A M tamen de ingenio suo praesumentes, dicunt illam generationem posse intelligi, & alia huiusmodi: inhærentes illi auctoritati Hier. super Ecclesiasten, In factis Scripturis, quis sapissimè non pro impossibili, sed pro difficili ponitur: ut tibi, Generationem eius quis enarrabit? Sed hoc non dicit Hieron. ideo quod generatio filij aeterna plenè intelligi vel explicari possit à quoquam mortalium: sed quia de ea aliquid intelligi, vel dici potest: quidam tamen hoc accipiunt dictum de temporali Christi generatione.

Vtrum debeat dici, Semper gignitur, vel Semper genitus est filius.

H I C quaeri potest, cum generatio filij à patre nec principium habeat, nec finem, quia aeterna est, vtrum debeat dici, Filius semper gignitur, vel, Semper genitus est, vel, Semper gignetur. De hoc Gregor. super Iob ait, Dominus Deus Iesus in eo quod virtus & sapientia Dei est, de patre ante tempora natus est: vel potius quia nec coepit nasci, nec desit, dicamus verius semper natus: non autem possumus dicere semper nascitur, ne imperfectus esse videatur. At verò, ut aeternus designari valeat & perfectus, & semper dicamus, & natus, quatenus & natus ad perfectionem pertineat, & semper ad aeternitatem: quanuis per hoc ipsum quod perfectum dicimus, multum ab illius veritatis expressione deuiamus: quod factum non est, non potest dici proprie perfectum: sed habutiendo, ut possumus, excelsa Dei resonemus. Et Dominus nostræ infirmitatis verbis cōdescendens, Estote, inquit, perfecti, sicut & pater vester caelestis perfectus est. Super il-

Phil. 4. b

Eccles. 5. d

Esa. 53. b

Tomo 7. v. cōmentario ad 3. c. Ecclesiaste, circa illud Quis scit si spiritus. Leo Papa & Dyonysius.

Lib. 29. moralium. cap. 1.

Mat. 5.

Psal. 2. lum locum etiam *Psal.* Ego hodie genui te. De hac generatione filij ita loquitur Aug. *In tom. 3.* *in exposi-* *tione psal-* *mi secūdi.* Quamquam per hoc quod dicit Hodie possit intelligi dies ille quo Christus secundum hominem natus est: tamen quia hodie presentiam significat, atque in eternitate neque prateritum quiquam est, quasi esse desierit: neque futurum, quasi nondum sit, sed presentiam tantum, quia qui quid eternum est, semper est: diuinitus tamen accipitur de sempiterna generatione sapientiae Dei. Ecce his verbis ostendit Aug. quod generatio filij semper est, nec prateriit, nec futura est, quia aeterna est. Ideo dixit Genui, ne nouum putaretur, scilicet ne videretur incepisse. Hodie dixit, ne praterita generatio videretur. Ex his ergo verbis Prophetarum, ut ait Ioann. Chryso. nihil aliud manifestatur, nisi quia ex ipsa essentia patris semper genitus est filius.

Origenes videtur dicere contrarium: ait enim quod semper generatur filius, à patre

Ori. tom. 2. homil. in Hieroniam. 6. circa illud Hie. 11. Reuersi sunt. Prouer. 8. secundum 70.

O R I G E N E S verò super Hieremiam dicit, quod filius semper generatur à patre, his verbis: Saluator noster est sapientia Dei: sapientia verò est splendor aeternae lucis, saluator ergo noster splendor est claritatis. Splendor autem non semel nascitur & desinit, sed quoties ortum fuerit lumen ex quo splendor oritur, toties oritur etiam splendor claritatis: sic ergo saluator semper nascitur. Vnde ait in lib. Sap. Ante omnes colles generat me Dominus; non ut quidam malè legunt generauit. His verbis aperte ostendit Origenes, sanè posse dici & debere, Filius semper nascitur: quod videtur contrarium illi verbo Gregorij praemisso, scilicet, non possumus dicere, Semper nascitur.

Exponit praemissa verba Gregorij, ne putetur inter doctores esse contrarietas.

Quaestio de ipsis verbis Gregorij, hic soluit.

S E D ne tanti auctores sibi contradicere in re tanta videantur, illa verba Gregorij benignè interpretemur Dominus, inquit, Iesus ante tempora natus est de patre: vel potius, quia nec coepit nasci, nec desinit, dicamus verius, Semper natus. Sed quo modo verius dicitur hoc, scilicet quod filius semper natus est, quam illud, scilicet quod de patre ante tempora natus est? Illud enim sincera & catholica fides tenet ac praedicat, ut istud. Quare ergo ait, dicamus verius, cum vtrunque pariter sit verum: nisi quia volebat intelligi hoc ad maiore euentiam

& expressionem veritatis dici, quam illud: His etenim verbis omnis calumniandi verusitatis obtruncatur aditus, quibus Christi secundum Deitatem generatio sine initio, & sine fine esse, ac perfecta monstratur. Non autem ad eò aperte semper manifestatur veritas, cum dicitur, Filius ante tempora genitus est de patre, vel Filius semper nascitur de patre. Et ideo dicit Greg. quod non possumus dicere, Semper nascitur. Non, inquam, ita conuenienter, non ita congruè ad explanationem veritatis, potest tamè dici, si sanè intelligatur, semper enim nascitur filius de patre, ut ait Orig. non quod quotidie iteretur illa generatio, sed quia semper est. Semper ergo nascitur, id est, natiuitas eius sempiterna est.

Quod filius semper generatur, confirmatur ex dictis Hilarij. N

H I L A R I V S quoque dicit filium nasci ex patre, in lib. 7. de Trin. his verbis, Viuens Deus, & naturae aeternae viuens potestas est: & quod cum sacramento scientiae suae ex eo nascitur, non potuit aliud esse quam viuens. Nam cum ait, Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: docuit vitam in se per viuentem patrem inesse. Ecce hic habes, quia filius nascitur ex patre, Item in eodem, cum dicit Christus, Sicut pater habet vitam in se sic & filio dedit vitam habere in semetipso: omnia viua sua ex viuente restatus est. Quod autem ex viuo viuum natum est, habet natiuitatis profectum sine nouitate naturae. Non enim nouum est quod ex viuo generatur in viuum, quia ex nihilo est: & vita quae natiuitatem sumit ex vita, necesse est per naturae vnitatem, & perfectae natiuitatis sacramentum, ut & in viuente viuatur, & in se habeat vitam viuentem. Ecce & hic habes quia generatur ex viuo viuens filius. Item in eodem: In Deo totum quod est viuunt, Deus enim vita est, & ex vita non potest quicquam esse nisi viuum: neque ex deriuatione, sed ex virtute natiuitatis est. Ac sic dum totum quod est viuunt, & dum totum quod ex eo nascitur virtus est, habet natiuitatem filius, non demutatione. Et hic dicit, quia nascitur. Item in nono lib. de Trinit. Donat pater filio tantum esse, quantum est ipse: cui innascebilitatis esse imaginem sacramento natiuitatis impartit, quem ex se in sua forma generat. Hic dicit qui generat per filium.

Breuius docet quid de hoc concedendum sit.

D I C A M V S ergo filium natum de patre ante tempo-

Paulo post lib. mediū. Ioan. 6. f. Ioan. 5. d. Idem in eodem paulo post.

Paucis interpositis. Attende in totum quod i deo est viuunt. Pene in locoprius citato Nulro post libri mediū.

*Hac dis.
Itē 15. di.*

*Pene in
medio lib.*

ra, & semper nasci de patre, sed congruentius semper natum, & eundem fateamur ab æterno esse, & patri coæternum: id est, auctori. Pater enim generatione auctor filij est, ut in sequenti ostēdetur. Ut ergo pater est æternus, ita & filius æternus est: sed pater sine auctore, filius verò non: quia pater innascibilis, filius natus. Et ut ait Hillarius in 12. libr. de Trinit. aliud est sine auctore semper esse æternum, aliud patri, id est, auctori, esse coæternum. Vbi autem pater auctor est, ibi & natiuitas est: quia si cur natiuitas ab auctore est, ita & ab æterno auctore æterna est natiuitas. Omne autem quod semper est, etiam æternum est: sed tamen non omne quod æternum est, etiam innatum est, quia quod ab æterno nascitur, habet æternum esse quod natum est. Quod autem non natum est id cum æternitate non natum est: quod verò ex æterno natum est, id si non æternum natum est, iam non erit & pater auctor æternus. Si quid ergo ei, qui ab æterno patre natus est, ex æternitate defuerit, id ipsum non est auctori ambiguum defuisse: quia se gignenti est infinitum gignere, & nascenti etiam infinitum nasci est. Medium enim quid inter natiuitatem Dei filij, & generationem Dei patris, nec sensus, nec ratio admittit: quia & in generatione natiuitas est, & in natiuitate generatio est, quia sine vtroque neutrum est: vtrumque ergo sine interuallo sui est.

Argumentatio heretici.

SE D inquit hereticus, Omne quod natum est non semper fuit: quia in id natum est ut esset. Nemo ambigit quin ea quæ in rebus humanis nata sunt, aliquando non fuerint. Sed aliud est ex eo nasci, quod semper non fuit: aliud est ex eo natum esse, quod semper est. Ibi nec semper fuit, quia pater est, nec semper pater est: & qui non semper pater est, non semper genuit: vbi autem semper pater est, semper filius est. Quod si semper Deo patri proprium est quod semper est pater, necesse est filio semper proprium esse quod semper est filius. Quo modo ergo cader in intelligentiam nostram, vr non fuerit semper cui proprium est semper esse quod natum est? Natum ergo vnigenitum Deum confitemur, sed natum ante tempora, nec ante esse quam natum, nec ante natum quam esse: quia nasci quod erat iam, non nasci est, sed se ipsum demutare nascendo. Hoc autem humanum sensum & intelli-

*Responsio
Hilar. li.
sup. dicto.
Quid sit
proprium
patri &
filio.*

gentiam ex cedit mundi, non hoc capit ratio humanæ intelligentiæ, sed prudentiæ fidelis professio est.

HIC DE SPIRITV SANCTO AGITVR,
& prius, quid sit amor patris & filij, dicitur.

Distinct. x.

NVnc post filij æternitatem de spiritu sancto, quantum Deo donante videre cōceditur, differamus. Spiritus sanctus amor est, siue charitas, siue dilectio patris & filij. Vnde Augu. in 15. lib. de Trip. ait, Spiritus sanctus nec patris est solius, nec filij est solius, sed amborum: & ideo communem, qua inuicem se diligunt, pater & filius nobis in sinuat charitatem.

Quod spiritus sanctus proprie dilectio dicatur, & tamen trinitas sit dilectio.

I O A N N E S autem in epistola canonica ait, Deus charitas est: non dixit, Spiritus sanctus charitas est. Quod si dixisset, absolutior esset sermo, & non parua pars questionis decisa: sed quia dixit, Deus charitas est, incertum est, & ideo quærendum est, vtrum Deus pater sit charitas, an filius, an spiritus sanctus, an Deus ipsa trinitas, quia & ipsa non tres dii, sed vnus est Deus. Ad hoc Augustinus in eodem libro ita dicit, Nescio cur sicut sapientia & pater dicitur, & filius, & spiritus sanctus, & simul omnes non tres, sed vna sapientia: non ita, & charitas dicatur pater, & filius, & spiritus sanctus, simul omnes vna charitas. Non ideo tamen quicquam nos inconuenienter æstimet charitatem appellare spiritum sanctum: quia & Deus pater, & Deus filius potest charitas nuncupari: sicut proprie verbum Dei etiam sapientia Dei dicitur, cum & pater & spiritus sanctus sit sapientia.

Sicut verbum Dei proprie dicitur sapientia & tamen tota trinitas dicitur sapientia: ita & spiritus sanctus proprie dicitur charitas: & tamen pater & filius & spiritus sanctus dicitur charitas.

S I ergo proprie aliquis horum trium charitas nuncupari debet, quis aptius quam spiritus sanctus: vt scilicet in illa summa simplicique natura non sit aliud substantia, & aliud charitas: sed substantia ipsa sit charitas, & charitas ipsa sit substantia, siue in patre, siue in filio, siue in spiritu

*De æterna
processio-
ne spiritus
sancti quā
tūm ad per-
sonā quæ
procedat.
Cap. 17.*

*I. Io. 4. a
Au. libr.
& ca. pra
dicto.*

*Ex eodem
li. ca. eodē
sed paulo
inferius.*

sancto: & tamen spiritus sanctus proprie charitas nuncupatur. Ecce his verbis aperte dicit Aug. quod in trinitate charitas aliquando refertur ad substantiam, quae communis est trium personarum & tota in singulis: aliquando specialiter ad personam spiritus sancti, sicut sapientia Dei aliquando pro substantia diuina, aliquando pro filio proprie accipitur, & hoc in multis fieri reperitur.

Exemplis firmat eadem nomina proprie & vniuersaliter accipi.

PLVRIBVS enim exemplis doceri potest, multa rerum vocabula & vniuersaliter poni: & proprie quibusdam rebus adhiberi: sicut legis nomine aliquando simul omnia veteris Testamenti, significatur eloquia: aliquid autem proprie vocatur Lex quae data est per Moysen. Multa alia superunt exempla, sed in re aperta vitanda est longitudo sermonis. Sicut ergo vnicuique Dei verbum proprie vocamus nomine Sapientiae, cum sit vniuersaliter & spiritus sanctus & pater ipsa sapientia: ita spiritus sanctus proprio vocabulo charitas nuncupatur, cum sit pater & filius vniuersaliter charitas.

Authoritatem ponit, quod filius proprie dicitur sapientia.

SED Dei verbum, id est, vniuersus Dei filius, aperte dicitur est Dei sapientia, ore Apostoli dicentis, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Spiritus autem sanctus vbi sit dicitur charitas, inuenimus. si diligenter Ioannis Apostoli eloquium scrutemur: qui eam dixisset, Diligamus inuicem, quia ex Deo est dilectio: ad iunxit, Et omnis qui diligit, ex Deo natus est, quia dilectio Deus est. Hic manifestauit se dixisse eam dilectionem esse Deum, quam dixit ex Deo. Deus ergo ex Deo est dilectio: sed quia & filius ex Deo patre natus est, & spiritus sanctus ex Deo patre procedit, quem potius eorum hic debeamus accipere dictum esse dilectionis, merito quaeritur. Pater enim solus ita Deus est, vt non sit ex Deo: & ideo dilectio, quae ita Deus est vt ex Deo sit, non ipse pater est, sed aut filius, aut spiritus sanctus. Sed in consequentibus cum Dei dilectionem commemorasset Ioannes, quia dilexit nos, & hinc hortatus esset vt & nos inuicem diligamus, atque ita Deus in nobis maneat: quia vtique dilectionem Deum dixerat statim volens de hac re apertius aliquid eloqui, inquit,

II.

1^m. sic vera et eadem possit de p. Pater et filius redolunt. 1^o. res 1^o = quae

In hoc cognoscimus, quia in ipso maneamus, & ipse in nobis: quia de suo spiritu dedit nobis. Spiritus itaque sanctus, de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere: & ipsum in nobis. Hoc autem facit dilectio. Ipse ergo Deus est dilectio: Deus ergo spiritus sanctus, qui procedit ex Deo, significatur vbi legitur, Deus dilectio, & dilectio ex Deo est. Ecce his verbis aperte dicit August. spiritum sanctum esse charitatem patris & filij: & in tantum quoque sermonem produxit, vt videatur dixisse spiritum sanctum non solum esse dilectionem patris & filij, quia se inuicem & nos diligunt, sed etiam qua diligimus Deum. Sed vtum ipse sit charitas, qua nos diligamus Deum, in sequenti explicatur.

Redit ostendere quod proposuerat, scilicet quod spiritus sanctus sit amor, quo pater à filio, & filius à patre diligitur.

N V N C verò quod incepimus ostendere curamus, scilicet spiritum sanctum dilectionem esse, siue amorem patris & filij: quo scilicet pater diligit filium & filius patrem. De hoc Hiero. super 17. psal. ait, Spiritus sanctus nec pater est nec filius: sed dilectio, quam habet pater in filium, & filius in patrem. August. quoque in 6. lib. de Trinitate ait, In omnibus aequalis est patri filius, & est vnus eiusdemque substantiae. Quapropter etiam spiritus sanctus in eadem vnitate substantiae & aequalitate consistit.

Quid sit spiritus sanctus hic aperitur.

S I V E enim sit vnitas amborum, siue sanctitas, siue charitas manifestum est quod non aliquis duorum est, quo vt erque coniungitur: quo genitus à gignente diligitur, genitorumque suum diligit, suntque non participatione sed essentia sua: neque dono superioris alicuius, sed proprio suo seruantes vnitatem spiritus in vinculo pacis. Spiritus ergo sanctus, vt ait August. in eodem. comune est aliquid patris & filij, quicquid illud est. At ipsa communio consubstantialis, & coaeterna est: quae si amicitia conuenienter dici potest, dicatur. Sed aptius dicitur charitas, & haec quoque substantia: quia Deus substantia est, & Deus charitas est. Tria ergo sunt, & non amplius: vnus diligens eum qui de illo est, & vnus dili-

In eod. cap.

Dist. 17. primi.

In tom. 8 circa il lud.

Diligent te Domine.

In st. 4. c.

In principio 8. ca.

Ad Ephe. 4. ca.

Lib. 6. de Tri. ca. 5.

gens cum de quo est, & ipsa dilectio, quæ si nihil est, quomodo Deus substantia est?

Quod spiritus sanctus, sicut communis est patri & filio, ita commune nomen habet proprium.

H I C norandum est quod sicut spiritus sanctus in Trinitate specialiter dicitur charitas, quæ est patris & filij vnic: ita & nomen tenet propriè, quod patri & filio communiter quodam modo congruit. Vnde August. in 15. lib. de Trinitate. Si charitas inquit, qua pater diligit filium, & patrem diligit filius, ineffabilem communionem demonstrat amborum, quid conuenientius, quam vt ille propriè dicatur charitas, qui spiritus est communis ambobus? Hoc enim sanius creditur & intelligitur, vt non solum spiritus sanctus charitas sit in illa Trinitate, sed non frustra propriè charitas nuncupetur, propter illa quæ dicta sunt: sicut non solus in illa Trinitate vel spiritus est vel sanctus, quia & pater spiritus, & filius spiritus: & pater sanctus, & filius sanctus: & tamen ipse non frustra dicitur spiritus sanctus. Qui enim est communis ambobus, id vocatur ipse propriè, quod ambo communiter. Alioquin si in illa Trinitate solus spiritus sanctus est charitas, profectò & filius non solius patris, sed etiam spiritus sancti filius inuenitur. Ait enim Apostolus de Deo patre, Tractat hic nos in regnum filij charitatis suæ. Si ergo non est in ista Trinitate charitas Dei nisi spiritus sanctus, filius est etiam spiritus sancti. Sed quia hoc absurdissimum est, restat vt non solus ibi sit Charitas spiritus sanctus, sed propter illa, de quibus satis differui, propriè sic vocatur.

QVOD SPIRITVS SANCTVS

procedit à patre & filio.

Distinct. x i.

H I C dicendum est spiritum sanctum à patre esse & filio, & procedere à patre & filio, quod multi hæretici negauerunt. Quod autem de vtroque procedat, multis diuinorum eloquiorum testimoniis comprobatur. Dicit enim Apostolus: Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra. Ecce hic dicitur Spiritus filij. Et alibi, Qui autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Ipse etiam filius de spiritu sancto dicit in euangelio, Quem ego mittam vobis à patre. Patris

Cap. 16.
circa finē
cap.
Ca. 19. cir
ca finē ca.

Colos. 1. b

Aug. li.
15. de Tri-
ni. 26. has
scripturas
ad idē ad-
ducit.
Gal. 4. a
Rom. 8. b
Ioan. 18. d
Mat. 10.
c.
Ioan. 14. d
Ioan. 15. d

autem spiritus dicitur est, vbi legitur, Si spiritus eius qui suscitauit Christum à mortuis, habitat in vobis. Et ipse Christus dicit, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur. Et in alio loco, Quem mirret pater in nomine meo. Et alibi ipse filius de spiritu sancto ait, De patre procedit. His & aliis authoritatibus pluribus ostenditur quod spiritus sanctus à patre & filio procedit.

Quod Græci non concedunt spiritum sanctum procedere à filio.

G R A E C I tamen dicunt spiritum sanctum procedere tantum à patre, & non à filio. Quod ideo dicunt, quia veritas in euangelio fidem integram continens, de processione spiritus loquens, solum patrem commemorat dicens, Spiritus qui à patre procedit. Et etiam ideo quia in principalibus conciliis, quæ apud eos celebrata sunt, ita symbola eorum subiunctis anathematibus sancita sunt, vt nulli de Trinitatis fide aliud docere vel aliter prædicare, quam ibi continetur, liceat. In quibus quidem symbolis cum spiritus sanctus commemoraretur procedere à patre, & non à filio. Quicumque inquit, à filio eum procedere addunt, anathema incurrun: vnde & nos arguunt anathematis reos. Addunt etiam ad assertionem suæ opinionis, & in testimonium nostræ damnationis, de symbolo fidei, quod secundum traditionem prædictorum conciliorum Leo III. Romæ transscriptum in tabula argentea post altare beati Pauli posita posteris reliquit pro amore (vt ipse ait) & cautela fidei orthodoxæ. In quo quidem symbolo, in processione spiritus solum commemoratur pater: his verbis: Et in spiritum sanctum dominum, & viuificantorem, ex patre procedentem: cum patre & filio coadorandum & glorificandum, &c. Illud est symbolum quod in missa cantatur, editum in Nicæno concilio, in fine cuius subiunctum est, Qui aliud docuerit, vel aliter prædicauerit, anathema sit. Idèoque Græci nos anathematizatos dicunt, quia dicimus spiritum sanctum à filio procedere, quod ibi non continetur. Quod enim secundum nos ibi dicitur, Quia à patre filioque procedit: alterum à Latini: est additum, scilicet filioque.

Responsio, vbi determinantur prædicta.

N O S autem illa verba ita determinamus, Qui aliud docuerit, vel aliter prædicauerit, id est, contrarium docuerit,

Quare dicitur.

*Prima cæ.
Ioan. 15. d
Secunda
causa.
Nicæno,
Ephesino.
Cal. edo-
nensi &
Constanti-
nopolita-
no.
Tertia cæ.*

Gal. 1. b vel cōtrario modo prædicauerit, anathema sit. Aliud ergo posuit pro opposito, qualiter & Apostolus in epistola ad Gal. Si quis aliud euangelizauerit, id est, contrarium, anathema sit. Non dicit, Si quis addiderit. Nā si illud diceret, sibi ipsi, ut ait August. præiudicaret, qui cupiebat venire ad quosdam quibus scribebat, sicut ad Thessal. ut suppleret quæ illorum fidei deerant. Sed qui supplet quod minus erat, addit, non quod inerat, tollit. Qui autē prætergreditur fidei regulā, non incedit in via, sed recedit à via. Ad illud autē quod de euāgelio opponit, respondemus ita, quia cūm dicat in eo veritas spiritū sanctū à patre procedere, non addit solo, & ideo etiam à se procedere non negat: sed ideo patrem tantū nominat, quia ad eum solet referre etiam quod ipsius est, quia ab illo habet.

Quod Græci in sensu nobiscum conueniunt, est verbis differant.

Gal. 4. 10. 16. c **S**CIENTVM est tamen, quod Græci confitentur spiritum sanctum esse filij, sicut & patris: quia & Apostolus dicit, Spiritum filij. Et veritas in euāgelio, Spiritum veritatis. Sed cum non sit aliud spiritū sanctū esse patris vel filij, quā esse à patre & filio: etiā in hoc in eandem nobiscum fidei sententiam conuenire videntur, licet in verbis dissentiant.

Authoritatibus Græcorum ostendit Spiritum sanctum etiam procedere à filio.

Post mediu libri. Ioan. 16. c Di. Symus ib. eodem. **V**NDE etiam quidam eorum catholici Doctores intelligentes vnam eandemque fore sententiam prædictorum verborum, quibus dicitur spiritus sanctus procedere à filio, & esse filij, professi sunt spiritum sanctum etiam procedere à filio. Vnde Athanasius in symbolo fidei. Spiritus sanctus à patre & filio, non factus, nec creatus, nec genitus: sed procedens. Ecce spiritum sanctum aperte dixit procedere à patre & filio. Didymus etiam eorum maximus Doctor in lib. 2. de Spiritu sancto, spiritum sanctum à filio procedere dicit. Saluator, inquit, qui est veritas, Non enim loquerur à semetipso, hoc est, non sine me & sine meo & patris arbitrio: quia inseparabiliter est à me & à patris voluntate: quia ex se non est, sed ex patre & me est. Hoc enim ipsum quod subsistit & loquitur, à patre & à me illi est. Item spiritus sanctus, qui est spiritus veritatis, spiritusque sapientiæ, non potest audire à filio loquente quæ nescit, cūm hoc ipsum sit quod profertur à

filio, id est, procedens Deus de Deo, spiritus veritatis procedens à veritate, consolator manens ex consolatione. Nā Cyrillus episcopus in epistola Nestorio directā ait, Spiritus intelligitur per se secundum quod spiritus est, & non filius: sed tamen non est alienus ab eo. Spiritus enim veritatis nominatur, & profuit ab eo sicut ex Deo patre. Ioannes quoque Chrysol. in Homilia quadam de expositione Symboli sic ait, Ille est spiritus procedens de patre & filio, qui diuidit dona propria prout vult. Idem in alia homilia, Credendum est spiritum sanctum patris esse & filij. Istum spiritum sanctum dicimus patri & filio cōæqualem, & procedentem de patre & filio. Hoc credite, ne colloquia mala corrumpant bonos mores. Ecce à Doctoribus Græcorum aperta habemus testimonium, quibus spiritus sanctus à patre & filio procedere ostenditur. Omnis ergo lingua confiteatur spiritum sanctum procedere à patre & filio.

VTRVM SPIRITVS SANCTVS prius vel pleniùs procedat à patre quā à filio.

Distinct. XII.

ITEM quaeritur cūm spiritus sanctus à patre procedat & à filio, vtrum prius vel magis processerit à patre quā à filio: quod nititur hæreticus ostendere, ita dicens: Si processit spiritus sanctus à patre, processit vtrique aut nato iam filio, aut non nato filio. Si verò iam nato filio processit, antè natus est filius quā processerit spiritus sanctus: processit ergo natiuitas filij processionem spiritus sancti. Si autem processit à patre non genito filio, antè processit quā filius genitus fuerit.

Responsio Augustini ad id quod primo quaerebatur, scilicet an prius à patre quā à filio processerit.

HIS & huiusmodi questionibus magis laboriosis quā fructuosis responder August. in 15. lib. de Trin. dicens. In illa summa Trinitate, quæ Deus est, interualla temporum nulla sunt, per quæ possit ostendi aut saltem requiri, vtrum prius de patre natus sit filius, & postea de ambobus processerit spiritus sanctus. Nunquid ergo possumus quaerere vtrum iam processerat de patre spiritus sanctus, quando natus est filius: an nodum processerat, & illo nato de vtroque processit: Non

Handwritten note in Latin script, partially illegible due to fading and bleed-through.

Handwritten notes and bleed-through from the reverse side of the page.

possunt prorsus ibi ista quari, ubi nihil ex tempore inchoatur, vt ex consequenti perficiatur in tempore. Ideo qui potest intelligere sine tempore generationem filij de patre, intelligat sine tempore processionem spiritus sancti de vtroque. Ecce his verbis absoluta est quæstio illa qua quærebatur, vtrū prius processerit spiritus sanctus à patre, quàm à filio.

possunt prorsus ibi ista quari, ubi nihil ex tempore inchoatur, vt ex consequenti perficiatur in tempore. Ideo qui potest intelligere sine tempore generationem filij de patre, intelligat sine tempore processionem spiritus sancti de vtroque. Ecce his verbis absoluta est quæstio illa qua quærebatur, vtrū prius processerit spiritus sanctus à patre, quàm à filio.

Hic agitur de eo quod secundo quærebatur, scilicet, an plenius vel magis processerit à patre, quàm à filio.

NUNC tractandum est quod secundo quærebatur, scilicet, an plenius aut magis procedat spiritus sanctus à patre quàm à filio. Ad quod dicimus, quia sicut non antè procedit à patre quàm à filio, ita non plenius vel magis procedit à patre quàm à filio. Augustinus tamen in 15. lib. de Trinitate dicens, quod spiritus sanctus principaliter procedit de patre: Non frustra, inquit, in hac trinitate non dicitur verbum Dei nisi filius: nec donum Dei, nisi spiritus sanctus: nec de quo genitum est verbum, & de quo procedit spiritus sanctus principaliter, nisi Deus pater. Ecce audistis, quia spiritus sanctus principaliter procedit à patre. Sed ne te hoc turbaret, ipse continuo ex quo sensu hoc dixerit, aperit dicens: Ideo addidi Principaliter, quia & de filio spiritus sanctus procedere reperitur: sed hoc quoque illi pater dedit non iam existenti, & nondum habenti. Sed quicquid vnigenito verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo eum genuit, vt etiam de illo donum commune procederet, & spiritus sanctus, spiritus esset amborum. Ecce exposuit ipsemet quomodo spiritus principaliter procedat à patre: non quia prius vel magis procedat à patre quàm à filio: sed quia cum procedat à filio, hoc ipsum habet filius à patre.

Cap. 17.

Ex quo sensu dicitur, principaliter procedere à patre.

Tom. 4. ad Cyrillum scribes, in epist. cuius initium, Cre dimus in vnu Deū patrem.

EX eodem sensu etiam dicitur procedere proprie de patre: vnde Hieronymus in expositione catholice fidei Nicænicæ symboli ait: Credimus in spiritum sanctum, qui de patre procedit proprie. Item Spiritum sanctum verum Deum inuenimus in scriptura, & de patre esse proprie. Et item, De patre filius & spiritus sanctus proprie & verè de patre procedit. Ecce aperte dicit spiritum sanctum proprie esse de patre, & proprie procedere à patre: quod non est ita intelligendum,

U. spiritus s. pater generat ex se principij in s. m. Patrem & filium tanq. duas spirantes ad su. p. ductem. idē data hypothesis hinc s. pater an generat spiritus s. eodem m. p. & factus pater.

tanquam prius vel plenius à patre procedat quàm à filio: sed quia hoc habet pater à se non ab alio, vt de ipso sit & procedat spiritus sanctus. Filius autem non à se, sed à patre hoc habet, vt de se ipso sit & procedat spiritus sanctus.

Ex eodem sensu dicitur spiritus sanctus esse, & mitti à patre per filium.

FORTE etiam iuxta hanc intelligentiam dicitur spiritus sanctus mitti per filium, & à patre esse per filium: vnde Hilarius ad Deum patrem de spiritu sancto & filio loquens in 12. lib. de Trinitate ait, In spiritu sancto tuo ex te profecto, & per eum missio. Item, Ante tempora vnigenitus tuus ex te natus manet, ita quod ex te per eum spiritus sanctus tuus est: quod etsi sensu non percipiam, tamen teneo conscientia. In spiritualibus enim rebus tuis hebes sum. Item in eodem, Conferua hanc oro fidei meæ religionem, vt quod in regenerationis meæ symbolo professus sum, semper obtineam: te patrem scilicet, & filium tuum vna tecum adorem: spiritum sanctum tuum, qui ex te per vnigenitum tuum est, promerear. Ecce aperte dicit spiritum sanctum à patre per filium & mitti, & esse: quod non est intelligendum quasi à patre per filium minorem mittatur vel sit, sed quia ex patre & filio est, mittitur ab vtroque, sed hoc ipsum habet filius à patre, vt ab ipso sit & mittatur spiritus sanctus. Hoc ergo voluit significare Hilarius distinctionem faciens in locutione, vt ostenderet in patre esse auctoritatem. Inde est etiam, quod veritas ostendens patrem esse auctorē processionis, qua procedit spiritus à filio, dixit in euangelio, De patre procedit: cum & de patre & filio procedat spiritus sanctus. Vnde Aug. in xv. lib. de Trin. quærit, Si de patre & filio procedit spiritus sanctus: cur filius dixit, De patre procedit? Cur putas, nisi quia solet ad eum referre etiā quod ipsius est, sicut & de quo ipse est: sicut ait, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me: Si ergo hic intelligitur eius doctrina, quam tamen non dixit suam, sed patris: quanto magis illic intelligendus est spiritus sanctus de ipso procedere, vbi sic ait, De patre procedit: vt non diceret de me non procedit. A quo autem habet filius vt sit Deus (est enim Deus de Deo) ab illo vtrique habet vt etiam de illo procedat spiritus sanctus. Et ideo spi-

In fine duodecimi libri.

Ibidem.

Ratio cum filius dicitur de spiritu sancto.

Ioan. 15. d. à patre procedere, cum ab vtroque procedat. Cap. 27. Ioan. 7. b.

Ioan. 5. Aug. lib. de Tri. 15. cap. 26.
 ritus sanctus ut etiam de filio procedat, sicut procedit de patre, ab ipso habet patre. Quapropter qui potest intelligere in eo quod ait filius: Sicut habet pater vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso: non sine vita existenti iam filio vitam patrem dedisse, sed ita eum sine tempore genuisse, ut vita, quam pater filio gignendo dedit coeterna sit vitae patris qui dedit. Intelligat etiam sicut habet pater in seipso, ut de illo procedat spiritus sanctus: sic dedisse filio, ut etiam de isto procedat idem spiritus sanctus, & utrumque sine tempore. Ita ergo dictum est spiritum sanctum de patre procedere, ut intelligatur quod etiam procedit de filio, de patre esse & filio. Si enim quicquid habet, de patre habet filius, de patre habet utique ut de illo procedat spiritus sanctus, sed nulla ibi tempora cogitentur, quae habeant prius & posterius: quia ibi omnino nulla sunt.

QVARE SPIRITVS SANCTVS, CVM

fit de substantia patris non dicatur genitus vel filius, sed tantum procedens.

Distinct. XIII.

Cap. 27.
POST haec considerandum est, quantum à talibus quales nos sumus intelligi potest, cum spiritus sanctus procedat de patre, & sit de substantia patris, cur non dicatur esse natus, sed potius procedere, & cur non dicatur filius. Quare autem spiritus sanctus non dicatur vel sit natus, & ideo non sit filius, Aug. ostendit in 15. lib. de Trin. dicens: Si spiritus sanctus filius diceretur, amborum utique filius diceretur: quod absurdissimum est. Filius quippe nullus est duorum, nisi patris & matris. Absit autem ut inter Deum patrem & Deum filium tale aliquid suspicemur. Absurdi limè ergo filius diceretur amborum, id est, patris & filij. Amborum enim filius diceretur, si eum ambo genuissent: quod abhorret omnium sanorum sensus. Non ergo ab utroque est genitus, sed procedit ab utroque amborum spiritus. His verbis ostenditur, cur spiritus sanctus cum sit de patre, non tamè dicatur genitus vel filius.

Cum spiritus sanctus non dicatur genitus, cur filius dicatur procedere.

CVM autem spiritus sanctus non dicatur genitus, sed tantum procedens, quæri solet cur filius dicitur non tantum

Ioan. 16. 2
Cap. 14.
 genitus, sed & procedens. Sicut ipse in euangelio Ioannis ait, Ego ex Deo processi, vel exiui, & veni in mundum. Non ergo tantum spiritus sanctus procedit à patre, sed etiam filius. Ad quod dicimus, quod cum uterque procedat à patre, dissimiliter tamen. Nam spiritus sanctus, ut ait Augustinus in 5. lib. de Trinitate procedit à patre, non quomodo natus, sed quomodo datus, vel donum. Filius autem processit nascendo, exiit ut genitus. Ac per hoc illud elucescit ut potest, scilicet cur spiritus sanctus etiam non sit filius, cum & ipse à patre exeat. Ideo spiritus non dicitur filius, quia neque natus est sicut unigenitus, neque factus, ut per Dei gratiam in adoptionem nasceretur, sicut nos.

Quod non potest distingui à nobis inter generationem filij & processionem spiritus sancti.

INTER generationem verò filij & processionem spiritus sancti, dum hic viuimus, distinguere non sufficimus: unde Augustinus Maximino præmissam quaestionem refrecti, scilicet quaerenti, cur spiritus sanctus non diceretur filius, cum de patris esset substantia, respondens sic ait, Quæris à me si de substantia patris est filius, de substantia patris est etiam spiritus sanctus: cur vnus filius sit, & alius non sit filius. Ecce respondeo, siue capias siue non capias. De patre est filius, de patre est spiritus sanctus: sed ille genitus est, iste procedens. Ideo ille filius est patris de quo est genitus: iste autem spiritus est utriusque, quoniam de utroque procedit. Sed ideo cum de illo loqueretur ait, De patre procedit, quoniam pater processionis eius author est, qui talem filium genuit, & gignendo ei dedit, ut etiam de ipso procederet spiritus sanctus. Nam nisi procederet etiam de ipso, non diceret Discipulis, Accipite spiritum sanctum, eumque insufflando daret, ut à se quoque procedere significans, aperte ostenderet flando, quod spirando dabat occultè. Quia ergo si nasceretur non tantum de patre nec tantum de filio, sed de ambobus utique nasceretur, sine dubio filius diceretur amborum. Ac per hoc, quia filius amborum nullo modo esset, non oportuit nasci eum de ambobus. Amborum est ergo spiritus sanctus, procedendo de ambobus.

Hic dicit quod non valet inter illa duo distinguere.

Quaestio Maxim. To. 6. lib. contra Max. xi. 3. c. 14. Responso Au. quod pater est author processionis filiorum. Ioan. 15. d. Ioan. 20. 23.

Ex eodē
August.
aduersus
Iulianum
lib. 6.
ca. citatis.

Esa. 53. c.

QVID autem inter nasci & procedere interfit, de illa excellentissima natura loquens explicare quis potest? Non omne quod procedit, nascitur: quāuis omne procedat, quod nascitur. Sicut non omne quod bipes est, homo est: quāuis bipes sit omnis, qui homo est. Hoc scio: distinguere autem inter illam generationem, & hanc processionem nescio, non valeo, non sufficio. Ac per hoc quia & illa & ista est ineffabilis, sicut Propheta de filio loquens ait, Generationem eius quis enarrabit? Ita de spiritu sancto verissimè dicitur, Processionem eius quis enarrabit? Satis sit ergo nobis, quia non est à seipso filius, sed ab illo de quo natus est: non est à seipso spiritus sanctus, sed ab illo de quo procedit. Et quia de utroque procedit, sicut iam ostendimus. De spiritu sancto quomodo ipse de Deo sit, nec tamen ipse filius sit, quoniam procedendo non nascendo legitur esse de Deo, iam superius, quantum visum est, disputauimus.

An spiritus sanctus debeat dici ingenuus.

Tomo 4.
in Dialo
go quæst. 2

Cap. 26.

NUNC considerandum est, cum spiritus sanctus non sit genitus, utrum debeat dici ingenuus. Ad quod dicimus, spiritum sanctum nec genitum, nec ingenuum debere dici. Vnde Augustinus ad Orosium ait, Spiritum sanctum nec genitum, nec ingenuum fides certa declarat: quia si dixerimus ingenuum, duos patres videbimur affirmare: si autem genitum, duos credere filios culpamur. Sicut enim solus filius dicitur genitus, ita & solus pater dicitur ingenuus, eò quod ab alio non sit. Vnde Augustinus in 17. lib. de Trin. Pater, inquit, solus nō est de alio. Ideo solus appellatur ingenuus, non quidem in Scripturis, sed in consuetudine disputantium, & de re tanta sermonem qualem valuerint proferentium. Filius autem de patre natus est: & spiritus sanctus de patre principaliter, & communiter de utroque procedit. Ideòque cum spiritum sanctum genitum non dicamus, dicere tamen ingenuum non audemus: ne in hoc vocabulo vel duos patres in illa Trinitate, vel duos qui non sunt de alio quispiam suspicetur. Ecce his verbis aperte ostendit spiritum sanctum nec genitum, nec ingenuum debere dici.

Quod Hieronymus dicit spiritum sanctum ingenuum, quod videtur predictis aduersari.

HIERONYMVS tamen in Regulis definitionum

contra hæreticos, dicit spiritum sanctum ingenuum esse, his verbis, Spiritus sanctus pater non est, sed ingenuus atque ineffus. Pater non est, quia patris est, & in patre est: processionem habet ex patre, & non natiuitatem. Filius autem non est, quia genitus non est. Ecce iis verbis dicitur spiritus sanctus esse ingenuus, quod videtur aduersari præmissis verbis Augustini.

Determinatio secundum diuersas acceptiones dicit eos locutos.


SED ut istam, quæ videtur repugnantiam de medio abigamus, dicimus quod Hieronymus aliter accepit nomen Ingenui, & aliter Augustinus. Accepit enim Augustinus Ingenuum, qui vel quod de alio non est: & secundum hoc de solo patre dicitur. Hieronymus verò ingenuum dicit, non genitum: & secundum hoc de spiritu sancto potest dici, cum spiritus sanctus non sit genitus.

Ex verbis Hieronymi ostenditur, ex quo sensu dixit, spiritum sanctum ingenuum.

QUOD autem Hieronymus ita acceperit, ostenditur ex verbis eius, quibus in eodem Tractatu vtitur, faciens talem diuisionem: Omne quod est, aut ingenuum est, aut genitum, aut factum. Est ergo quod nec natum est, nec factum: & est quod natum est, & factum non est: & est quod nec natum est, nec factum est: & est quod factum est, & natum non est: & est quod factum est, & natum est, & renatum est: & est quod factum est, & natum est, & renatum non est. Nunc præpositorum singulis rebus subsistentiam destinemus. Quod ergo nec natum nec factum est, pater est: non enim ab alio aliquo est. Quod autem natum est & factum non est, filius est: qui à patre genitus est, non factus. Quod iterum nec factum nec natum est, spiritus sanctus est, qui à patre procedit. Quod etiam factum est & natum non est, cælum & terra, cæteraque insensibilia sunt. Quod autem factum, & natum, & renatum est, homo est. Quod verò factum est, & natum est, & renatum non est, animalia sunt. Ecce his verbis ostendit Hieronymus se ingenuum accipere, non genitum. Aliter enim non esset præmissa diuio vera, scilicet omne quod est, aut ingenuum est, aut ge-

Lib. 5. de
Tri. ca. 7a

Diuisio
hec nota
da est diu
gener.



nium aut factum. Atque in diuisionis huius prosecutione, in assignatione ingenti, ubique ponit non natum.

QVOD GEMINA EST PROCESSIO

SPIRITVS SANCTI

Distinct. XIII.

Praterea diligenter adnotandum est, quod gemina est processio spiritus sancti: aeterna videlicet, quae ineffabilis est, quae à patre, & filio, aeternaliter, & sine tempore processit: & temporalis, quae à patre & filio ad sanctificandam creaturam procedit. Et sicut ab aeterno communiter ac simul procedit à patre & filio: ita & in tempore communiter & simul ab utroque procedit ad creaturam, non diuisum à patre in filium, & à filio ad creaturam. Vnde Aug. in 15. li. de Trin. ait, Spiritus sanctus non de patre procedit in filium, & de filio procedit ad sanctificandam creaturam: sed simul de utroque procedit, quantum hoc filio pater dederit, ut sicut de se, ita etiam de illo procedat.

*De temporali processione spiritus sancti.
Specialiter agitur.*

*Libro homiliarum.
homilia undecima*

DE temporali autem processione, Beda in homilia dominicae primae post ascensionem ita loquitur, Cum gratia spiritus sancti datur hominibus, profecto mittitur spiritus à patre, mittitur & à filio, procedit à patre, procedit & à filio: quia & eius missio est ipsa processio. His verbis aperte ostendit, donationem gratiae spiritus sancti dici processionem vel missionem eiusdem. Sed cum donatio vel datio non sit nisi temporalis, constat quia & haec processio siue missio temporalis est. Hanc quoque temporalem spiritus sancti processionem Augustinus in 15. libr. de Trinitate insinuat dicens, Spiritus sanctus processit à Christo, quando post resurrectionem insufflauit in Discipulos, his verbis: Cum surrexisset Christus à mortuis, & apparuisset discipulis, insufflauit, & ait, Accipite spiritum sanctum: ut etiam eum de se procedere ostenderet: & ipse est virtus, quae de illo exibat (ut legitur in Euangelio) & sanabat omnes. Et ut ostenderet hanc processionem spiritus sancti non esse aliud, quam donationem vel dationem ipsius spiritus sancti, addidit: Post resurrectionem Dominus Iesus his dedit spiritum sanctum: semel in terra propter dilectionem proximi: & iterum de caelo pra-

*1o d. 2o. f
Act. 2. a*

per dilectionem Dei: quia per ipsum donum diffunditur charitas in cordibus nostris, quae diligimus Deum & proximum.

*Quod aliqui dicunt ipsum spiritum sanctum,
non dari, sed dona eius.*

SVNT autem aliqui, qui dicunt spiritum sanctum ipsum Deum non dari, sed dona eius, quae non sunt ipse spiritus: & ut aiunt, spiritus sanctus dicitur dari cum gratia eius, quae tamen non est ipse qui datur hominibus. Et hoc dicunt Bedam sensisse in superioribus verbis, quibus dicit spiritum sanctum procedere, cum ipse gratia datur hominibus: tanquam non ipse detur, sed gratia eius. Sed quod ipse spiritus sanctus, qui deus est, & tertia in trinitate persona, detur, aperte dicit Aug. in 15. lib. de Trin. ita dicens, Eundem spiritum sanctum datum cum insufflasset Iesus: de quo mox ait, Ite, baptizate omnes gentes in nomine patris & filij, & spiritus sancti: ambigere non debemus. Ipse est ergo, qui etiam de caelo datus est die Pentecostes. Quomodo ergo Deus non est, qui dat spiritum sanctum: imò quantum est Deus, qui dat Deum? Ecce his verbis aperte dicit spiritum sanctum, ipsum scilicet Deum dari hominibus à patre & à filio. Et quod ipse spiritus sanctus, qui Deus est ac tertia in trinitate persona, nobis detur, nostrisque infundatur atque illabatur mentibus, aperte ostendit Amb. in 1. lib. de spiritu sancto dicens, Licet multi dicantur spiritus: quia legitur, Qui facit angelos suos spiritus: vnus est tamen Dei spiritus. Ipsum ergo vnum spiritum & Apostoli, & Prophetae sunt consecuti: sicut etiam vas electionis dicit, Quia vnum spiritum potauimus: quasi eum qui non queat scindi, sed infundatur animis, & sensibus illabatur, ut secularis sitis restinguat ardorem: qui spiritus sanctus non est de substantia rerum corporalium, nec de substantia inuisibilium creaturarum. His verbis aperte dicit spiritum sanctum ipsum, qui creatura non est, infundi mentibus nostris. Item in eodem, Omnis creatura mutabilis est, sed non mutabilis spiritus sanctus. Quid autem dicere dubitem, quia datus est spiritus sanctus, cum scriptum sit, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis? Qui cum sit inaccessibleis natura, receptibilis tamen propter bonitatem suam nobis est, complectens virtute omnia: sed

Quod ipse spiritus sanctus, qui Deus est datur & mittitur.

*Cap. 26. §
Ma. 28. d.
Act. 2. a*

*Tomo. 2.
Et cap. 4.
Psal. 103.
Act. 9. c
Libro de Spu cap. 5*

*Ad Ro. 5
a. Eisdem
lib. et ca.*

Ca. 12. b

qui solis participetur iustis, simplex substantia, opulens virtutibus, unicuique praesens, diuidens de suo singulis, & ubique totus. Incircumscriptus ergo & infinitus est spiritus sanctus: qui Discipulorum sensus separatorum infudit, quem nihil potest fallere. Angeli ad paucos mittebantur, spiritus sanctus autem populis infundebatur. Quis ergo dubitet quin diuinum sit quod infunditur simul pluribus, nec videtur? Vnus est ergo spiritus sanctus, qui datus est omnibus, licet separatis Apostolis. Et hic aperte dicit Ambrosius, quod spiritus sanctus, qui est substantia simplex, cum sit vnus, datur pluribus. Alia quoque autoritate hoc idem astruitur, scilicet quod spiritus sanctus qui est aequalis filio, hominibus datur. Ait enim August. de verbis Apostoli sic, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. A quo datur? Ab illo qui aedit dona hominibus.

Sermone
43. in 10.
10. Ad
Rom. 5.

Ca. 11. cir
ca finem.

An viri sancti & ecclesiae praelati dent, vel dare possint spiritum sanctum, quod non dant hic ostendit.

HIC quaeritur, utrum & viri sancti dent vel possint dare aliis spiritum sanctum. Quem si aliis dant, cum eius donatio supra sit dicta processio, videtur ab eis procedere spiritus sanctus vel mitti: sed creator a creatura non mittitur vel procedit. Restat ergo ut spiritum sanctum ipsi non dent, nec possint dare. Vnde August. in 15. libr. de Trinit. Non aliquis Discipulorum Christi dedit spiritum sanctum. Orabant quippe ut veniret in eos, quibus manum imponebant, non ipsi eum dabant. Quem morem in suis praepositis etiam nunc seruat ecclesia. Denique & Simon Magus offerens Apostolis pecuniam, non ait, Date mihi & hanc potestatem, ut dem spiritum sanctum: sed cuiusque, inquit, imposuero manus, accipiat spiritum sanctum: quia nec Scriptura superius dixerat, Videns autem Simon, quia Apostoli darent spiritum sanctum:

Cap. 2. 7.

Act. 8.

sed dixerat. Videns autem Simon quia per impositionem manuum Apostolorum daretur spiritus sanctus. Ecce his verbis ostendit Aug. Nec Apostolos, nec alios ecclesiae praelatos dedisse vel dare spiritum sanctum.

Quod non possunt dare spiritum sanctum hic docet.

ET quod plus est, non posse etiam dare dicit in eodem libro, subdens, de Christo scriptum est, quod acceperit a patre promissionem spiritus sancti, & effuderit: in quo utraque natura monstrata est, humana scilicet & diuina. Accepit quippe ut homo, effudit ut Deus. Nos autem accipere quidem hoc donum possumus pro modulo nostro: effundere vero super alios non utique possumus: sed ut hoc fiat, Deum super eos, a quo id efficitur, inuocamus. His verbis expressè dicit, nos spiritum sanctum non posse super alios effundere, id est, aliis dare.

Quod videtur contrarium.

SED huic videtur contrarium, quod Apostolus ad Galat. de se loquens ait, Qui tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis. Ecce euidenter dicit se tribuisse spiritum. Sed intelligendum est hoc dixisse Apostolum, non quia haberet potestatem & auctoritatem dandi spiritum sanctum, sed quia ministerium habuerit, in quo dabatur a Deo spiritus sanctus: ut enim ait Augustin. super eundem locum, exponens illud Apostoli verbum, ab Apostolo praedicata est eis fides: in qua praedicatione aduentum & praesentiam spiritus sancti senserant, sicut illo tempore in nouitate inuitationis ad fidem, etiam sensibilibus miraculis praesentia spiritus sancti apparebat, ut in Actibus Apostolorum legitur. Apertè hic ostendit quomodo illis spiritum sanctum Apostolus tribuerit: non utique ipsum mittendo in eos, sed praedicando eis fidem Christi: quam illis recipientibus, quod spiritus sanctus in eis esset, aliquibus signis visibilibus monstrabatur. Non ergo homines quantuncunque sancti dare possunt spiritum sanctum.

VTRVM SPIRITVS SANCTVS

A SEIPSO DETVR

Distinct. xv.

HIC considerandum est, cum spiritus sanctus detur hominibus a patre & filio, quod est ipsum temporaliter

Ca. eodem
10. 1. &
Iohelis. 3.

Cap. 3.
Determinatio.

Tomo. 4.
In explanatione
tertij ad
Gal.
Act. 2. 8
9. 10. et 11

procedere ab utroque vel mitti, utrum etiam à seipso detur. Si datur à se, vel procedit vel mittitur à se. Ad quod dicimus, quia spiritus sanctus & Deus est, & donum siue datum: & ideo dat, & datur. Dat quidem, in quantum Deus: & datur in quantum donum siue datum. Cum autem donatio siue datio spiritus sancti sit operatio Dei, & communis sit & indivisa operatio trium personarum, datur itaque spiritus sanctus non tantum à patre & filio, sed etiam à seipso. Vnde Au. in 15. lib. de Tri. dicit quod seipsum dat. Sicut, inquit, corpus carnis nihil est aliud quam caro: sic donum spiritus sancti nihil est quam spiritus sanctus. Intantum ergo donum Dei est, in quantum datur eis quibus datur. Apud se autem Deus est, est nemini datur: quia Deus erat patri & filio coæternus, antequam cuiquam daretur: nec quia illi dant & ipse datur, ideo minor est illis. Ita enim datur, sicut Dei donum, ut etiam spiritus sanctus, sicut Deus. Non enim dici potest non esse suæ potestatis, de quo dictum est, Spiritus ubi vult spirat. Ecce aperte dicit quod spiritus sanctus seipsum dat. Si enim spiritus sanctus seipsum dare non potest, & cum pater dare potest, & filius: potest utique pater dare aliquid & filius, quod non potest spiritus sanctus. Item, si pater & filius dant spiritum sanctum, nec ipse dat: aliquid ergo pater operatur & filius, quod non operatur spiritus sanctus: dat ergo spiritus sanctus seipsum. Si autem seipsum dat, tunc à seipso procedit & mittitur: quod utique verum est. Nam processio temporalis spiritus sancti vel missio, ipsius est donatio, & ipsa Dei operatio. Procedit ergo spiritus sanctus temporaliter à se, & mittitur à se, quia datur à se.

Non est mirum, si spiritus sanctus dicatur mitti vel procedere à se, cum etiam filius dicatur mitti à se.

Cap. 5. **N**E autem mireris, quod spiritus sanctus dicitur mitti vel procedere à se. Nam & de filio dicit Au. in 2. lib. de Trin. quod non tantum à patre missus est, sed etiam à seipso & à spiritu sancto: quærens quomodo filius vel spiritus sanctus sit missus, cum uterque sit ubique tanquam Deus. Nam uterque, inquit Aug. legitur missus. De spiritu sancto enim legitur, Quem mittet pater in nomine meo. Et iterum, Si abiero, mittam eum ad vos. Et filius de se dicit, Exiui à patre, & veni in mundum. Et Apostolus dicit: Misit Deus filium suum. In Propheta autem scriptum est ex persona Dei, Cælum & terram

terram ego impleo. Itaque si ubique Deus est, ubique ergo est filius, ubique etiam est spiritus sanctus. Illuc ergo missus est filius & spiritus sanctus, ubi erat.

Quomodo intelligenda sit missio utriusque.

QUO CIRCA quærendum est, quomodo intelligatur missio filij vel spiritus sancti. Pater enim solus, inquit August. in eodem, nusquam legitur missus, sed filius, & spiritus sanctus. Et de filio primo videamus quomodo missum eum Apostolus dicat. Misit Deus filium suum factum ex muliere: ubi satis ostendit eo ipso missum filium, quo factum ex muliere. Proinde mitti à patre sine spiritu sancto non potuit, quia pater intelligitur misisse eum, cum fecit ex foemina: quod utique non fecit sine spiritu sancto. Ecce hic dicit filium missum à patre & spiritu sancto.

Quod à spiritu sancto filius sit missus, auctoritatibus confirmatur.

ET quod à spiritu sancto filius sit missus, ut ait August. in eodem, auctoritatibus confirmatur. Ipse Christus, dicit per Esa. Nunc misit me Dominus, & spiritus eius. De hoc Amb. in lib. 3. de Spiritu sancto ita ait, Quis est qui dicit, Me misit Dominus & spiritus eius: nisi qui venit à patre, ut saluos faceret peccatores, id est, Christus: ergo & pater filium misit, & spiritus sanctus. Idem in eodem, Datus est à patre, ut Esa. dicit, Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Datus est, audeo dicere, & à spiritu, quia & à spiritu sancto missus est. Dicit enim filius Dei, Spiritus Domini super me, propter quod unxit me: evangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis remissionem, &c. Quod cum de lib. Esa. legeret, ait in euangelio. Hodie completa est hæc scriptura auribus vestris, ut de se dictum esse signaret. Bene autem dixit, Super me: quia quasi filius hominis & unctus est, & missus ad prædicandum. Nam secundum diuinitatem non super Christum est spiritus, sed in Christo. Ecce his verbis ostendit Ambrosius filium esse missum & datum nobis, non tantum à patre, sed etiam à spiritu sancto.

Quod filius sit datus etiam à seipso.

DE I N D E ostendit esse datum etiam à seipso, ita dicens in eodem lib. Cum enim non definitum fuerit per Prophetam à quo datus est filius, ostenditur datus gratia Trini-

Cap. 5. Prius de missione filij. Psal. 4. a

Lib. 8. ca. esaiæ. Esa. 48. 0. Cap. 1.

Cap. 2.

Esa. 9. a. Esa. 61. a. Ambro. in Prologo lib. 3. Luc. 4. d

Cap. 2.

My all' gi' Pabb' de' Emmano' &c.

tatis, vt etiam ipse filius sedederit. Ecce hinc dicit quod filius se dedit, quia Trinitas eum dedit. Si autem filius à se datus est, à se ergo missus est, & à se processit. Et hoc vtrique verum est, & concedi oportet, cum eius missio sit diuina operatio.

Quod filius sit missus à se.

Cap. 5.

QUOD autem à se mittatur Augustin. astruit in lib. 2. de Trin. dicens, Fortè aliquis cogat vt dicamus etiam à seipso missum esse filium: quia & Mariæ concepit, & partus operatio Trinitatis est. Sed, inquit aliquis, quomodo pater eum misit si ipse se misit? Cui respondeo querens vt dicat, quomodo cum pater sanctificauit, si & ipse se sanctificauit? Vtrumque enim Dominus ait. Quem pater, inquit, sanctificauit & misit in hunc mundum. Et alibi, Ego pro eis sanctifico meminum. Item quæro, quomodo pater eum tradidit, si ipse se tradidit? vtrumque enim legitur. Credo respondebis, si probè sapit, quia vna voluntas est patris & filij, & inseparabilis operatio. Sicigitur intelligat, illam incarnationem & ex virgine natiuitatem, in qua filius intelligitur missus, vt eademque operatione patris & filij inseparabiliter esse factam, non inde separato spiritu sancto. Ergo à patre & filio missus est idem filius, quia à patre & Verbo eius factum est vt mitteretur, id est, incarnatus hominibus appareret. Non enim missus est mutando locum, quia in mundo erat. Quapropter pater inuisibilis vnà cum filio secum inuisibili, eundem filium visibilem faciendo, misisse eum dicitur: est, qui si ita visibilis fieret, vt cum patre inuisibilis esse desisteret, id est, si in substantia inuisibilis Verbi in creaturam visibilem mutata & transiens verteret: ita missus à patre intelligeretur filius, vt tantum missus non etiam mittens eum patre inueniretur. Cum verò sic est accepta forma serui, vt maneret incommutabilis forma Dei: manifestum est quod à patre & filio non apparentibus factum sit quod appareret in filio, id est, ab inuisibili patre cum inuisibili filio, idem ipse filius visibilis mitteretur.

ad Phi. 3.

Summatim colligit quæ ex predictis astruuntur.

EX predictis aperte monstratur quod filius missus est à patre & spiritu sancto, & à se ipso: & quæ sit ipsa missio scilicet incarnatio, id est, quod factus est homo, per quod visibilis apparuit, quod est opus commune patris, & filij, & spiritus sancti.

Quæstio cur dicit, A seipso non venit.

H

SED ad hoc opponitur, si filius à seipso missus est, cur ergo ait, A seipso non venit? Ad hoc August. respondet in 2. lib. de Trin. dicens, Hoc dictum esse secundum formam serui, secundum quam non fecit vt mitteretur, id est, non operatus est incarnationem, sed secundum formam Dei.

Vtrum semel tantum missus sit filius, an sæpè.

I

HIC quaeritur, vtrum semel tantum missus sit filius, an sæpè mittatur? Si enim missio filij ipsius tantum incarnatio est, cum semel tantum incarnatus sit, & semel tantum videtur missus. At si sæpè mittitur, est & alia eius missio quam incarnatio. Sed quæ est illa? Nunquid æterna genitura missio eius dicenda est, an etiam alia missio quaerenda est?

Quod duobus modis dicitur filius mitti.

K

AD quod dicimus, quod duobus modis dicitur filius mitti præter illam æternam genituram, quæ ineffabilis est: secundum quam etiam missus posset dici, vt videtur quibusdam: sed melius ac verius secundum eam dicitur genitus. Præter eam ergo duobus modis dicitur mitti, scilicet, vel cum visibiliter mundo apparuit carne indutus, vel cum se in animas piæ sic transfert, vt ab eis percipitur ac cognoscatur. Hos duos missionis modos aperte August. distinguit in 4. lib. de Trinitate dicens, Non eo ipso quod de patre natus est, missus dicitur filius: sed eo quod apparuit huic mundo, Verbum caro factum. Vnde dicit, A patre exiit, & veni in mundum: vel eo quod ex tempore cuiusquam mente percipitur, sicut dictum est de sapientia, Emitte illam de caelis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit & mecum laboret, id est, doceat me laborare. Et tunc vnicuique mittitur, cum à quoquam cognoscitur atque percipitur, quantum cognosci & percipi potest, pro captu vel proficientis in Deum, vel perfectæ in Deo animæ rationalis.

Sap. 7.
Cap. 20.

Ioan. 16.
Sap. 9. b

Quod secundum alterum semel, secundum alterum sæpè sit missus: & secundum alterum vt sit homo, & secundum alterum vt sit cum homine.

L

ECCE, distincti sunt duo modi missionis filij: & secundum alterum semel tantum missus est Dei filius, secundum alterum sæpè missus est, & mittitur quotidie. Nam secundum alterum missus est, vt sit homo, quod semel tantum factum

est: secundum alterum verò mittitur, vt sit cum homine, quomodo quotidie mittitur ad sanctos, & missus est etiam ante incarnationem, & ad omnes sanctos qui ante fuerunt, & etiam ad angelos. Vnde August. de filio, id est, de sapientia patris loquens 4. lib. de Trinitate ait, Aliter mittitur sapientia, vt sit cum homine: aliter missa est, vt sit homo. In animas sanctas se transfert, & amicos Dei & Prophetas constituit, sicut implet etiam sanctos angelos. Sed cum venit plenitudo temporis, missa est, non vt impleret angelos, nec vt esset angelus, nec vt esset cum hominibus vel in hominibus, vt antea in Patribus erat & in Prophetis: sed vt ipsum Verbum fieret caro, id est, homo.

Quod secundum alterum modum dicitur missus in mundum, secundum alterum non.

P R A E T E R E A notandum est, quod cum his duobus modis mittatur filius secundum alterum dicitur missus in mundum: secundum alterum verò non. Eo enim modo missus dicitur in mundum, quo visibilis mundo apparuit. Vnde Aug. in eodem lib. ait. Cum ex tempore cuiusquam mente percipitur, mitti quidem dicitur, sed non in hunc mundum. Non enim sensibiliter apparet, id est, corporeis sensibus praesto est. Nam & nos, secundum, quod mente aliquid aeternum capimus, non in hoc mundo sumus: & omnium iustorum spiritus etiam in carne viuentium, in quantum diuina sapiunt, non sunt in hoc mundo. Ex praedictis liquet, quod praeter ineffabilem genituram, duobus modis mittitur filius, scilicet cum visibiliter apparuit, vel inuisibiliter percipitur mente.

Cur pater non dicitur missus, cum ab aliquo cognoscitur, vt filius.

H I C quaeritur, cur pater non dicitur missus, cum ex tempore à quoquam cognoscitur, sicut filius. Ad quod dicimus, quia in eo est principij authoritas, quae non habet de quo sit, à quo filius est & spiritus sanctus. Pater enim est, vt ait August. in eodem lib. principium totius diuinitatis, vel si melius dicitur deitatis: quia principium est filij, & spiritus sancti. Nam, vt ait Aug. in eodem. Si voluisset etiam Deus pater, per subiectam creaturam visibiliter appareret: absurdissime tamē aut à filio quem genuit, aut à spiritu sancto qui de illo procedit, missus diceretur. Cōgruenter autē ille, missus dicitur, qui in

Cap. 10.
Sap. 7. d

Cap. 10.
Vbi in
pra.

Li. & ca.
citatis.
Cap. 11. in
s. libri. 4.

carne apparuit: missus autem ille, qui in ea non apparuit.

Putauerunt quidam filium & spiritum sanctum minores fuisse patre, quia missi dicuntur.

August.
lib. 3. de
Tri. c. 5.

I D E O Q V E putauerunt quidam heretici, cum pater non sit missus, sed filius & spiritus sanctus, patrem esse maiorem, ac filium minorem esse & spiritum sanctum: atque patrem, quasi maiorem, missus vtrāque quasi minorem. Quod August. improbat in 4. lib. de Tri. illis cōtradicens. Non ideo, inquit, arbitrandum est minorem esse filium quod missus est à patre, nec ideo minorem spiritum sanctum, quod & pater cum misit & filius: siue enim propter visibilem creaturam, siue potius propter principij authoritatem vel commendationem, non propter inaequalitatem vel imparitatem vel dissimilitudinem substantiae, in Scripturis haec posita intelliguntur. Non ergo ideo dicitur pater missus filium vel spiritum sanctum, quod ille esset maior, & illi minores: sed maxime propter authoritatem principij commendandam: & quia in visibili creatura non sicut ille apparuit. Ecce ostensum est quae sit missio filij, & quibus modis mittatur.

Cap. 21.
in fine li-
bri.

DE MISSIONE SPIRITVS SANCTI,
quae fit duobus modis visibiliter
& inuisibiliter.

Distinct. x v i.

Nunc de spiritu sancto videndum est, praeter illam ineffabilem & aeternam processionem qua procedit à patre & filio, & non à seipso: quae fit eius temporalis processio, quae dicitur missio siue datio. Ad quod dicimus, quia sicut filius duobus modis dicitur mitti: vno, quo visibiliter apparuit: altero, quo inuisibiliter à castis mentibus percipitur: ita & spiritus sanctus à patre & filio, ac à seipso duobus modis procedere siue mitti siue dari dicitur: vno visibiliter, altero inuisibiliter. Datus est enim visibilis creaturae demonstratione, sicut in die Pentecostes, aliisque vicibus & datur quotidie inuisibiliter, illabendo mentibus fidelium.

Primum de illo modo missionis, qui fit visibiliter, agit.

E T primò agamus de illo missionis modo, qui fit visibili specie: de hoc August. in 2. lib. de Trinitate ait, In promptu est intelligere de spiritu sancto, cur missus & ipse dicatur. Facta est enim quaedam creaturae species ex tempore, in qua

Cap. 5.

Domini sermone.
 58. Tom. 2
 epi. 69. ad
 Maxim.
 medicum.
 qua inci-
 pit Domi-
 no & ximio
 Cap. 7.

mam serui, quam accepit: in qua non modò patre, sed etiam spiritu sancto, nec hoc tantum, sed etiam seipso minor inuentus est. Propter quod, ut idem in lib. Epistola. contra Maximinum ait, Non tantum patre, sed etiam seipso, & spiritu sancto minor factus est, & etiam minoratus paulominus ab angelis. Est ergo Dei filius, ut ipse ait in 1. lib. de Trin. Deo patri in natura æqualis, habitu minor in forma serui quam accepit. His autoritatibus ostenditur apertè filius secundum formam serui minor patre, & seipso, & spiritu sancto.

Hilarius aliter dicit, scilicet, quod pater sit maior, nec filius tamen minor.

*Ioan. 1. 4.
 Phil. 2. c.*

*Post libri
 medium.*

Ioan. 1. f

*Hilarius
 ibidem.*

HILARIUS autem dicere videtur, quòd pater maior sit filio, nec tamen filius minor patre. Pater enim dicitur maior propter autoritatem, quia in eo est autoritas generationis: secundum quam dicit, Pater maior me est. Et Apostolus, Donauit ei nomen quod est super omne nomen. Cum ergo ait, Pater maior me est, hoc est ac si diceret, Donauit mihi nomen. Si ergo, inquit Hilarius, in 9. lib. de Trin. donantis autoritate pater maior est, nunquid per doni confessionem filius minor est? Maior itaque donans est, sed minor iam non est cui vnù esse donatur: ait enim, Ego & pater vnù sumus. Si non hoc donatur Iesu, ut cõfiteendus sit in gloria Dei patris, minor patre est: si autem in ea gloria ei donatur esse qua pater est, habes & in donantis autoritate, quia maior est: & in donati confessione, quia vnum sunt. Maior itaque pater & filio est, & planè maior: cui tantum donat esse, quantum est ipse: cui innascibilitatis esse imaginem sacramento natiuitatis impartit, quem ex se in forma sua generat. Audisti Lector quid super hoc dicat Hilarius: cuius verba vbicum que occurrerint diligenter nota, pieque intellige.

DE MISSIONE SPIRITVS SANCTI,
 qua inuisibiliter mittitur.
 Distinct. XVII.

*De inuisibili spiri-
 tus sancti
 missione.*

I Am nunc accedamus ad assignandam missionem spiritus sancti, qua inuisibiliter mittitur in corda fidelium. Nam ipse spiritus sanctus, qui Deus est, ac tertia in Trinitate persona (ut supra ostensum est) à patre & filio ac semetipso tem-

poraliter procedit, id est, mittitur ac donatur fidelibus. Sed quæ sit ista missio siue donatio, vel quomodo fiat, considerandum est.

Premittitur quiddam ad hanc ostensionem necessarium, scilicet quod spiritus sanctus est charitas, qua diligimus Deum & proximum.

HOC autem ut intelligibilius doceri, ac plenius perspicere valeat, præmittendū est quiddam ad hoc valde necessarium. Dicitur quidem est supra, & sacris autoritatibus ostensum, quòd spiritus sanctus amor est patris & filij, quo se inuicem amant & nos. His autem addendum est, quòd ipse idem spiritus sanctus est amor siue charitas, qua nos diligimus Deum & proximum: quæ charitas cum ita est in nobis, ut nos faciat diligere Deum & proximum, tunc spiritus sanctus dicitur mitti vel dari nobis: & qui diligit ipsam dilectionem qua diligit proximum, in eo ipso Deum diligit: quia ipsa dilectio Deus est, id est, spiritus sanctus.

Autoritatibus ita esse confirmat.

NE autem in re tanta aliquid de nostro influere videamur, sacris autoritatibus quod dictum est corroboremus. De hoc Augustinus in 8. lib. de Trinitate ait, Qui proximum diligit, consequens est, ut ipsam præcipue dilectionem diligat. Deus autem dilectio est: consequens ergo est, ut præcipue Deum diligat. Item in eodem, Deus dilectio est, ut ait Ioannes Apostolus: ut quid ergo imus & currimus in sublimia caelorum & ima terrarum, quærentes eum qui est apud nos, si nos apud eum esse velimus? Nemo dicat, Non noui quid diligam, diligat fratrem, & diligat eandem dilectionem. Magis enim nouit dilectionem qua diligit, quam fratrem quem diligit. Ecce iam potes notiorum Deum habere quam fratrem. Planè notiosem, quia præsentiosem, quia interiorum, quia certiosem. Amplectere dilectionem Deum, & dilectione amplectere Deum. Ipsa est dilectio, quæ omnes bonos angelos, & omnes Dei seruos confociat vinculo sanctitatis. Quanto ergo saniores sumus à tumore superbiæ, tanto sumus dilectione pleniores: & quo, nisi Deo, plenus est, qui plenus est dilectione? His verbis satis ostendit Augustinus quòd dilectio ipsa, qua diligimus Deum vel proximum, Deus est. Sed adhuc apertius in eodem libro subdit, dicens:

1. Ioā. 1. b. Dilectionem quantum commendat Ioannes Apostolus, attendamus. Qui diligit, inquit, fratrem, in lumine manet, & scandalum in eo non est. Manifestum est quod iustitiæ perfectionem in fratris dilectione posuerit. Nam in quo scandalum non est, utique perfectus est. Et tamen videtur dilectionem Dei tacuisse: quod nunquam faceret, nisi quia in ipsa fraterna dilectione vult intelligi Deum. Apertissimè enim in eadem epistola paulo post ait ita, Dilectissimi diligamus inuicem, quia dilectio ex Deo est: & omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognouit Deum. Qui non diligit, non cognouit Deum, quia Deus dilectio est. Ista contextio satis apertè declarat, eandem ipsam fraternam dilectionem (nam fraterna dilectio est, qua diligimus inuicem) non solum ex Deo, sed etiam Deum esse, tanta autoritate prædicari, scilicet Ioannis. Cum ergo de dilectione diligimus fratrem, de Deo diligimus fratrem, nec fieri potest ut eandem dilectionem non præcipuè diligamus, qua fratrem diligimus, quoniam Deus dilectio est. Item, Qui non diligit fratrem, non est in dilectione: & qui non est in dilectione, non est in Deo, quia Deus dilectio est. Ecce apertè dicit, fraternam dilectionem Deum esse.

Paulo in
ferius, in
cap. 8.

Quod fraterna dilectio cum sit Deus, non est pater vel filius, sed tantum spiritus sanctus.

CVM autem fraterna dilectio sit Deus, nec pater est, nec filius, sed tantum spiritus sanctus, qui proprie in Trinitate dilectio vel charitas dicitur. Vnde Augustinus in xv. lib. de Trinitate. Si in donis Dei nihil est maius charitate, & nullum est maius donum Dei quam spiritus sanctus, quid consequentius est, quam ut ipse sit charitas, quæ dicitur & Deus & ex Deo: Ita enim ait Ioannes, Dilectio ex Deo est. Et paulo post, Deus dilectio est. Vbi manifestat eam se dilectionem dixisse Deum, quam dixit ex Deo. Deus ergo ex Deo est dilectio. Item in eodem, Ioannes volens de hac re apertius loqui: In hoc, inquit, cognoscimus quia in ipso manemus, & ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis. Spiritus itaque sanctus, de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere, & ipsum in nobis, hoc autem facit dilectio. Ipse est ergo Deus dilectio. Ipse igitur significatur ubi legitur, Deus dilectio est. Ex his ergo apparet quod spiritus sanctus charitas est.

Ca. 19. cir
ca finem.
Aug. lib.
de Trin. co-
dè. ca. 17.
1. Ioā. 4. b.
Eodem c.

Quod non est dictum per causam illud, Deus charitas est: sicut illud: Tu es patientia mea, & spes mea.

SED ne fortè aliquis dicat illud esse dictum per exprefionem causæ, Deus charitas est, eò scilicet quod charitas sit ex Deo, & non sit ipse Deus: sicut dicitur, Deus nostra patientia est, & spes: & non quod ipse sit ista, sed quia ista ex Deo sunt: occurrit Aug. ostendens hoc non esse dictum per causam, sicut illa, in 15. lib. de Trin. dicens, Non dicturi sumus charitatem non propterea esse dictum Deum, quod ipsa charitas sit vlla substantia, quæ Dei digna sit nomine, sed quod donum sit Dei: sicut dictum est de Deo, Tu es patientia mea. non utique ideo dictum est, Tu es patientia mea, quod Dei substantia est nostra patientia, sed quia ab ipso nobis est. Vnde alibi: Ab ipso est patientia mea. Hunc enim sensum facile refellit Scripturarum ipsa locutio. Tale est enim, Tu es patientia mea: quale est, Domine spes mea, & Deus meus, misericordia mea: & multa similia. Non est autem dictum, Domine charitas mea, aut tu es charitas mea, aut Deus charitas mea: sed ita dictum est, Deus charitas est, sicut dictum est, Deus spiritus est. Hoc qui non discernit, intellectum à Domino, non expositionem quaerat à nobis. Non enim apertius quicquam possumus dicere. Deus ergo charitas est. Ex prædictis clarescit, quod spiritus sanctus charitas est, qua diligimus Deum & proximum: vnde facilius est nobis ostendere quomodo spiritus sanctus mittatur siue detur nobis.

Quomodo spiritus sanctus mittatur vel detur nobis.

TVNC enim mitti vel dari dicitur, cum ita in nobis est ut faciat nos diligere Deum & proximum: per quod manemus in Deo, & Deus in nobis. Vnde August. hunc missionis modum insinuans in 15. lib. de Trin. ait, Deus spiritus sanctus, qui procedit ex Deo, cum datus fuerit homini, accendit eum ad diligendum Deum & proximum, & ipse dilectio est. Non enim habet homo vnde diligit Deum, nisi ex Deo. Ecce quomodo datur vel mittitur nobis spiritus sanctus, secundum quod dicitur datum, siue donum. Quod donum commendat Aug. explanans apertius quomodo detur, in eodem libro: Dilectio, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris, ut ait Apostolus per spiritum sanctum qui datus est nobis. Nul-

Cap. 17.

Psal. 70.
Psal. 61.
Psal. 58.
et 90.

1. Ioā. 4. c.
Ioan. 4. c.

Cap. 17.

Idem vbi
supra ca.
17. et 18.
Rom. 5. a.

lum est isto dono Dei excellentius. Solum est quod diuidit inter filios regni, & filios perditionis. Dantur & alia per spiritum munera, sed sine charitate nihil profunt. Nisi ergo tantum impartitur cuiquam spiritus sanctus, ut eum Dei & proximi faciat amatorem, à sinistra non transferatur ad dexteram. Neque spiritus sanctus propriè dicitur donum, nisi propter dilectionem quam qui non habuerit, etiam loquatur omnibus linguis, & habuerit prophetiam, & omnem scientiam & omnem fidem, & distribuerit omnem substantiam suam. & tradiderit corpus suum ita ut ardeat, nõ ei prodest. Quantum ergo bonum est sine quo ad æternam vitam neminem tanta bona perducunt? Ipsa verò dilectio vel charitas (nam vnus rei nomen est verumque) perducit ad regnum. Dilectio ergo, quæ Deus est propriè ex Deo est, spiritus sanctus est, per quem diffunditur in cordibus nostris Deus charitas per quam nos tota inhabitat trinitas. Quocirca rectissimè spiritus sanctus, cum sit Deus, vocatur etiam donum Dei. Quod donum propriè quid nisi charitas intelligendum est, quæ perducit ad Deum: & sine qua quodlibet aliud Dei donum non perducit ad Deum? Ecce hic aperitur quod supra dictum erat, scilicet quod charitas sit spiritus sanctus, & donum excellentius: & quomodo hoc donum, id est, spiritus sanctus detur nobis scilicet cum ita impartitur alicui, id est, ita habet esse in aliquo: ut eum faciat Dei & proximi amatorem. Quod cum facit, tunc dari dicitur siue mitti alicui: & tunc ille dicitur propriè habere spiritum sanctum.

*Vtrum concedendum sit, quod spiritus sanctus
augeatur in homine, vel magis vel minus
habeatur vel detur.*

H I C quæritur, si charitas spiritus sanctus est, cum ipsa augeatur & minuatur in homine, & magis & minus per diuersa tempora habeatur, vtrum concedendum sit, quod spiritus sanctus augeatur vel minuatur in homine, vel magis & minus habeatur. Si enim in homine augetur, & magis vel minus datur & habetur, mutabilis esse videretur, Deus autem omnino immutabilis est. Videntur ergo quod vel spiritus sanctus non sit charitas, vel charitas non augeatur vel minuatur in homine. Item, charitas & non habenti datur ut habeat, &

*Mat. 25. c
Quomodo
spiritus sanctus
detur
hic notatur.
1. Cor. 13. a*

Eadem li.

haberi ut plenius habeat. Si ergo spiritus sanctus charitas est, & non habenti datur, ut habeat, & habenti ut plenius habeat. Sed quomodo datur non habenti, cum ipse ut Deus sit vbique, & in omnibus creaturis totus: & quomodo plenius datur vel habetur sine sui mutatione.

Responsio ad primam questionem.

H I S itaque respondemus, dicentes quod spiritus sanctus siue charitas penitus immutabilis est, nec in se augetur vel minuitur, nec in se recipit magis vel minus, sed in homine vel potius homini augetur & minuitur, & magis vel minus datur vel habetur. Sicut Deus dicitur magnificari & exaltari in nobis, qui tamen in se nec magnificatur nec exaltatur. Vnde Propheta, Accedat homo ad cor altissimi, & exaltabitur Deus. Super quem locum ait autoritas, Deus non in se, sed in corde hominis grandescit. Si ergo spiritus sanctus homini datur, & datus amplius datur, id est, augetur, & magis & minus habetur: & tamen immutabilis existit.

Responsio ad secundam

CVM QVE vbique sit, & in omni creatura totus, sunt tamen multi qui eum non habent. Non enim omnes spiritum sanctum habent, in quibus est: alioquin & irrationabiles creaturæ haberent spiritum sanctum, quod fidei pietas non admittit.

Autoritate confirmat vtrunque responsionem

VT autem certius fiat quod diximus, autoritate confirmemus, quod spiritus sanctus magis, ac minus percipiatur & homini augeatur, & non habenti detur, & habenti ut plus habeatur. August. ostendit super Ioannem dicens, Sine spiritu sancto constat nos Christum non diligere, & eius mandata seruare non posse: & id nos posse atque agere tanto minus, quanto illum percipimus minus: tanto verò amplius quanto illum percipimus amplius. Ideoque non solum non habenti, verum etiam habenti non in casum promittitur. Non habenti quidem, ut habeatur: habenti autem, ut amplius habeatur. Nam si ab alio minus, & ab alio amplius non haberetur, sanctus Heliseus sancto Helix non diceret, Spiritus qui est in te, duplo sit in me. Christo autem qui est Dei filius, non ad mensuram datus est spiritus. Neque enim sine gratia

*An spiritus sanctus
detur
habenti
non habenti.*

*H
Luc. 19. d
Hic ponitur
illius dubij
solutionem.
Psal. 63.
in anti-
quo habetur.
Castro-
siadori.*

I

*Hic ponitur
confirmatio
pre-
dictæ
conclusionis.
Tomo 9.
Tra. 74.
super illo,
Si diligitis
me.
4. Re. 2. b
Ioan. 3. d
1. ad Ti-
mo. 2. b*

spiritus sancti est mediator Dei & hominum homo Christus: quod enim est vnigenitus Dei filius æqualis patri, non est gratia, sed natura. Quod autem in vnitatem personæ vnigeniti assumptus est homo, gratia est, non natura. Cæteris autem ad mensuram datur, & datus additur: donec vnicuique pro modo suæ perfectionis propria mensura cõpleatur. Ecce expressè habes quod spiritus sanctus magis & minus datur vel accipitur, & homini datus augetur, & habenti & non habenti datur: quia spiritus sanctus est charitas, quæ nõ habenti datur, & in habentẽ augetur & proficit. Imò, vt veriùs & magis propriè loquar, homo in ea proficit & deficit aliquando: & tunc ipsa dicitur proficere vel deficere, quæ tamen nec proficit nec deficit in se, quia Deus est: vnde Aug. in Homil. 9. super epistolam Ioan. ait, Probet se quisque quantum in illo profecerit charitas, vel potiùs quantum ipse in charitate profecerit. Nam si charitas Deus est, nec deficit, nec proficit. Sic ergo in te proficere dicitur charitas, quia tu in ea proficis. Ecce quomodo intelligendum sit cum dicitur spiritus sanctus augeri in nobis, quia nos in eo scilicet proficimus, sic & alia huiusmodi.

Quod aliqui dicunt spiritum sanctum non esse charitatem, qua diligimus Deum & proximum.

*Tomo 9.
Tracta. 9
In principiis
prouisus.*

*Hac di. li.
cap. 1.
Rom. 5. a.*

*Authoritates
qua
videntur
pro eis
facere.*

*Tomo 3.
cap. 23. in
sine cap.*

SV P R A dictum est, quod spiritus sanctus charitas est patris & filij, qua se inuicem diligunt & nos: & ipse idem est charitas quæ diffunditur in cordibus nostris ad diligendum Deum & proximum. Horum alterum omnes catholici concedunt, scilicet quod spiritus sanctus sit charitas patris & filij. Quod autem ipse idem sit charitas, qua diligimus Deum & proximum, à plerisque negatur. Dicunt enim, Si spiritus sanctus charitas est patris & filij & nostra, eadem ergo charitas est, qua Deus diligit nos, & qua nos diligimus eum. Hoc autem sanctorum autoritates negare videntur. Dicit enim Aug. in libr. de Spiritu & Litæra. Vnde est dilectio, nisi vnde & ipsa fides, id est, à spiritu sancto? Non esset enim in nobis, nisi diffunderetur in cordibus nostris per spiritum. Charitas autem Dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos. Sicut iustitia Dei dicitur, qua nos iusti eius munere efficiamur: & Domini salus,

qua nos saluat: & fides Christi qua nos fideles facit. His verbis videtur monstrari distinctio inter charitatem, qua nos Deus diligit, & qua nos diligimus. Et sicut iustitia nostra dicitur Dei, non quod ipse sit ea iustus, sed quia ea nos iustos facit: similiter & fides, & salus. Sic videtur dicta Dei charitas quæ est in nobis, non quod ipse ea diligit, sed quia ea nos diligere facit. De hoc etiam idem August. in lib. 15. de Trin. ait, Cum Ioannes commemorasset Dei dilectionem, non qua nos eum, sed qua ipse dilexit nos, & misit filium suum liberatorem pro peccatis nostris. Ecce & hic videtur manifestè diuidere dilectionem, qua nos diligimus Deum, ab ea qua ipse diligit nos. Si ergo, inquit, spiritus sanctus dilectio est qua Deus diligit, & qua nos diligimus, duplex dilectio est, imò duo diuersa sunt, quod absurdum & à veritate longè est. Non est ergo dilectio, qua diligimus, sed qua Deus tantum diligit nos.

Responsio ad prædicta determinans autoritates.

HIS respondemus prædictarum autoritatum verba determinantes hoc modo. Charitas Dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non qua ipse nos diligit, sed qua nos diligere facit, &c. His verbis non diuiditur nec diuersa ostenditur charitas, qua Deus nos diligit, ab ea qua nos diligimus: sed potiùs cum sit vna & eadem charitas, & dicatur ipsa Dei charitas, & diuersis de causis & rationibus Dei charitas appellari in Scriptura ostenditur. Dicitur enim Dei charitas, vel quia Deus ea diligit nos, vel quia nos ea suos dilectores facit.

Determinatio primæ autoritatis.

CV M ergo ab Apostolo dicitur charitas Dei diffundi in cordibus nostris, non est dicta charitas Dei qua diligit nos, sed qua facit nos diligere, id est, non ibi appellatur charitas Dei, eò quod Deus nos ea diligit, sed eò quod nos ea sui dilectores facit. Et quod ea ratione possit dici charitas Dei, quia nos ea diligere facit, ex simili genere locutionis ostenditur: sicut dicitur iustitia Dei, qua nos iustificat, & Domini salus, qua nos saluat, & fides Christi, qua nos fideles facit.

Determinatio secundæ.

SI M I L I T E R & aliam exponimus autoritatem, vbi ait dilectionem Dei commemorari nõ qua nos eum, sed qua

*Cap. 17.
1. Ioan. 4.
Ex verbis
authoritatis
tum argu
mẽtando
procedit.*

*De Spiritu
& lite
ra Ca. 32.*

Rom. 5. a.

*Psal. 18.
Psal. 31.
Galat. 2.*

*Ex li. 16.
de Trini.
Cap. 17.*

ipse dilexit nos: ac si diceret commemorat dilectionem Dei, non secundum quod ea nos diligimus Deum, sed secundum quod ipse ea diligit nos.

Aliud obiciunt.

SE D aliud est, inquit, quod magis urget, dixit enim supra Aug. quod dilectio est à spiritu sancto, à quo est fides. Sicut ergo fides non est spiritus sanctus à quo est, ita nec charitas. Quomodo ergo spiritus sanctus est, si ab ipso est? Nam si ab ipso est, & ipse est, ergo spiritus sanctus à seipso est. Ad quod dicimus, Spiritus sanctus quidem à seipso non est, sed tamen à seipso datur nobis, ut supra dictum est. Dat enim seipsum nobis spiritus sanctus. Et ex hoc sensu dictum est, quod charitas ab ipso est in nobis, & tamen ipsa spiritus sanctus est. Fides autem est à spiritu sancto, & non est spiritus sanctus: quia donum vel datum solummodo est, non Deus datus.

Quod alias inducunt rationes & auctoritates ad idem probandum.

ALIAS quoque inducunt rationes ad idem ostendum, scilicet quod charitas non sit spiritus sanctus, quia charitas affectio mentis est & motus animi: spiritus sanctus vero non est affectio animi vel motus mentis, quia spiritus sanctus immutabilis est & increatus: non est ergo charitas.

Quod charitas est motus vel affectio animi.

QUOD autem charitas sit affectio animi, & motus mentis, auctoritatibus confirmant. Dicit enim Augustinus in 3. libr. de Doct. Christiana, Charitatem voco motum animi ad fruendum Deo propter ipsum, & se ac proximo propter Deum. Idem in lib. de Moribus Ecclesiae catholicae: tractans illud verbum Apostoli. Nec mors nec vita poterit nos separare à charitate Dei. Charitas Dei, inquit, hæc dicta est virtus: quæ animi nostri rectissima affectio est, quæ coniungit nos Deo, qua eum diligimus. Ecce his verbis exprimitur, quod charitas est affectio & motus animi: ac per hoc non videtur esse spiritus sanctus.

Responsio determinans auctoritates.

AD quod dicimus hoc ita dictum esse, sicut dicitur, Deus est spes nostra, & patientia nostra, quia facit nos sperare & pati. Ita charitas dicitur esse motus siue affectio animi, quia

per

Per eam mouetur & afficitur animus ad diligendum Deum. Non autem mireris si charitas, cum sit spiritus sanctus, dicatur motus mentis: cum etiam in lib. Sap. dicatur de spiritu sapientia: Qui attingit à fine usque ad finem, qui est actus nobilis, certus, incoquinatus. Quod non ideo dicitur, quod sapientia sit mobile aliquid vel actus aliquis: sed quia sui immobilitate omnia attingit, non locali motu, sed ut ubique semper sit, & nusquam inclusa teneatur. Sic ergo charitas dicitur motus animi, non quod ipsa sit motus vel affectio vel virtus animi: sed quia per eam quasi esset virtus afficitur mens & mouetur. Sed si charitas spiritus sanctus est, qui operatur in singulis prout vult, cum per eum mens hominis afficiatur & moueatur ad credendum vel sperandum, & huiusmodi, sicut ad diligendum, quare non sic dicitur charitas motus vel affectio mentis ad credendum vel sperandum, sicut ad diligendum? Ad quod sanè dici potest, quia alios actus atque motus virtutum operatur charitas, id est, spiritus sanctus mediantibus virtutibus, quarum actus sunt, vapore actum fidei, id est, credere fide media, ut actum spei, id est, sperare media spe. Per fidem enim & spem prædictos operatur actus. Diligendi vero actum per se tantum, sine alicuius virtutis medio operatur, id est, diligere. Aliter ergo hunc actum operatur, quam alios virtutum actus. Ideoque differenter de hoc & de aliis loquitur Scriptura, quæ istum specialiter charitati tribuit. Est ergo charitas verè spiritus sanctus. Vnde August. præmissum verbum Apostoli tractans in eodem lib. charitatem dicit esse bonum quo nil melius est: & per hoc, ipsam esse Deum significat, dicens: Si nulla res ab eius charitate non separatur, quid esse non solum melius, sed etiam certius hoc bono potest: Ecce dicit, quia charitate nihil melius est. Charitas ergo spiritus sanctus est, qui Deus est, & donum Dei siue datum, qui diuidit singulis fidelibus dona, nec ipse diuiditur, sed indiuisus singulis datur. Vnde Augu. ubi Ioannes dicit non ad mensuram Christo dari spiritum, ait, Cæteris vero diuiditur, non quidem ipse spiritus, sed dona eius.

An concedendum sit quod per Donum dentur dona.

HIC quaritur, cum spiritus sanctus, per quem diuiduntur dona, ipse sit donum, utrum concedendum sit, quod per donum diuidantur ac dentur dona? Ad quod dicimus, quia

f

Libr. de
Sp. S. &
li. 8. 32. in
tom. 3. Re
sponso.
Dist. 15. li-
tera, A

Sap. 8. a

I. Co. 1. b

De mori-
bus eccle-
siae.

Cap. 11.

Rom. 8.

I. Cor. 12.

Tomo 9.

Trac. 74.

circa ex-
positione

illius.

Nō enim

ad mensu-

ram dar-

entur spi-

ritum.

per Donum quod est spiritus sanctus, singulis propria diuiduntur, & ipsam communiter omnes boni habent. Vnde Augustin. in 1. lib. de Trin. ait, Per donum quod est spiritus sanctus, in commune omnibus membris Christi multa dona, quæ sunt quibusque propria, diuiduntur. Non enim singuli quique habent omnia, sed hi illa, alij alia: Quauis ipsum Donum, à quo cuique propria diuiduntur, omnes habeant, id est spiritum sanctum. Ecce aperte dicit, per Donum dona dari.

VTRVM EADEM RATIONE

spiritus sanctus dicatur donum & datum
sive donatum.

Distinct. XVIII.

P Ræterea diligenter considerandum est, cum spiritus sanctus dicatur donum & datum, vtrum & eadem ratione vtrunquē nomen ei conueniat: quod vtrique videri potest.

Quare ita esse videtur.

C V. M. enim idem sit spiritum sanctum dari, & spiritum sanctum donari, ex eadem ratione videtur spiritus sanctus dici datum & donum. Hoc etiam videtur August. significare in 1. li. de Tri. cum ait, Spiritus sanctus in tantum donum Dei est, in quantum datur eis, quibus datur: apud se autem Deus est, in quantum nemini datur. Ecce aperte dicit spiritum sanctum doctum appellari, quia datur. Si autem ex eo tantum appellatur donum, quia datur, non ab æterno fuit donum, quia non datur nisi ex tempore.

Responsio quare datum sive donatum
dicatur spiritus
sanctus.

A D quod dicimus, quia spiritus sanctus & donum dicitur & datum sive donatum: sed datum sive donatum ex eo tantum dicitur, quia datur vel donatur, quod habet tantum ex tempore.

Quid sit
filio esse à
patre &
spiritus
sancto.
Cap. 20.

Hic quare donum.

D O N V M verò dicitur non ex eo tantum quod donetur, sed ex proprietate quam habuit ab æterno. Vnde & ab æterno fuit donum. Sempiternè enim donum fuit, non quia daretur, sed quia processit à patre & filio. Vnde Aug. in 4. lib.

de Trin. ait, Sicut natum esse est filio à patre esse: ita spiritui sancto donum Dei esse, est à patre & à filio procedere. Hic aperte ostenditur quod spiritus sanctus eo donum est, quod procedit à patre & à filio: sicut filius eo est à patre, quod natus est ab eo. Non enim idem est filio esse à patre, & spiritui sancto, id est, non ea proprietate filius dicitur esse à patre, qua spiritus sanctus. Nam filius dicitur esse à patre, quia genitus est ab eo. Spiritus sanctus verò dicitur esse à patre & à filio, quia spiritus sanctus est donum patris & filij, id est, quia procedit ab utroque. Eo enim dicitur spiritus, quo donum: & eo donum, quo procedens. Vnde August. in 5. lib. de Trin. ait, Spiritus sanctus qui non est Trinitas, sed in Trinitate intelligitur, in eo quod proprie dicitur spiritus sanctus, relatiuè dicitur, cum & ad patrem & filium refertur: quia spiritus sanctus, & patris & filij spiritus est: sed ipsa relatio non apparet in hoc nomine. Apparet autem cum dicitur donum Dei: donum enim est enim patris & filij, quia & à patre procedit, & à filio. Ecce his verbis aperte ostenditur, eadem relatione dici spiritum sanctum, & donum. Donum autem, quia procedit à patre & filio. Proprietas ergo qua dicitur spiritus sanctus vel donum, processio ipsa est, de qua post plenius agemus cum aliis. Cum ergo ab æterno processerit ab utroque, & ab æterno donum fuit: non ergo spiritus sanctus eo tantum dicitur donum, quia donatur: nam & ante fuit donum quam donaretur. Vnde August. in 5. lib. de Trinit. Semper spiritus sanctus procedit, & non ex tempore, sed ab æternitate procedit. Sed quia sic procedebat, ut esset donabile, iam donum erat antequam esset cui donaretur. Aliter enim intelligitur, cum dicitur donum, aliter, cum dicitur donatum: nam donum potest esse etiam antequam detur, donatum autem, nisi datum fuerit, nullo modo dici potest. Sempiternè ergo spiritus sanctus est donum, temporaliter autem donatum. His verbis aperte ostenditur, quod sicut spiritus sanctus ab æterno procedit: ita ab æterno donum est, non quia donaretur à patre filio, vel à filio patri, sed quia ab æterno processit donabilis.

Queritur cui donabilis,

S E D queritur cui donabilis: vtrum patri & filio, an tantum nobis, qui nondum eramus: Si autem non erat donabilis patri & filio, sed tantum nobis, & ex eo donum erat, quia

Cap. 11.

Li. 6. ca.
eisdem.

Hæc dist.
lit. g. &
sequenti-
bus, & di.
26. & 29
Cap. 15.
Quod sem-
per proce-
dit spiri-
tus san-
ctus.

Es. 9. b
 sic donabilis procedebat, videtur quod filius semper eadem ratione donum fuerit: quia ab aeterno processit à patre donabilis nobis in tempore, nam & de filio legitur quod datus est nobis. Ad quod dicimus, quia spiritus sanctus nobis tantum, non patri vel filio donabilis processit sicut & nobis tantum datus est. Et filius verè datus est nobis, & ab aeterno processit à patre, non ut donabilis tantum, sed ut genitus, qui & donari possit. Processit ergo ut genitus, sed tantum ut donum. Donum autem semper fuit: non solum quia donabilis, sed quia ab utroque processit, & donabilis fuit. Vnde Augustinus in 5. libr. de Trinitate ait, Eo ipso quod daturus erat eum Deus, iam donum erat, etiam antequam daretur, & ideo donabilis est: sed aliter donabilis, quam filius, nam & aliter datur, & aliter processit quam filius, filij enim processio genitura est, vel natiuitas: spiritus sancti verò processio, natiuitas non est, utraque verò ineffabilis est.

Cap. 14. circa finem.

Quod sicut filius nascendo accepit non tantum ut esset filius, sed etiam essentia: ita & spiritus sanctus procedendo accepit non tantum ut esset donum, sed etiam ut esset essentia.

Cap. 15.
ET notandum, quod sicut filius nascendo accepit non tantum ut filius sit, sed omnino ut sit, & ut ipsa substantia sit: ita & spiritus sanctus à patre & filio procedendo, accepit non tantum ut spiritus sanctus sit, vel donum: sed etiam ut omnino sit, & ut substantia sit: quod utique non accepit ex eo quod datur, nam cum non detur nisi ex tempore, si hoc haberet ex eo quod datur, accepisset ergo ex tempore ut esset. Vnde Augustinus in 5. libro de Trinitate. Filius non hoc tantum habet nascendo, ut sit filius, sed omnino ut sit. Queritur ergo, utrum spiritus sanctus eò quod datur, habeat non tantum ut donum sit, sed omnino ut sit? Quod si non est nisi quia datur, id est si non habet esse, nisi eò quod datur, sicut filius nascendo habet non tantum ut sit filius, quod relatiue dicitur, sed omnino ut sit ipsa substantia: quomodo iam spiritus sanctus erat ipsa substantia, cum non prius daretur, quam esset cui daretur: Non ergo eò quod datur, sed procedendo habet ut sit donum, & ut sit essentia: sicut filius non eò quod datus est, sed nascendo accepit non tantum ut sit filius, sed ut sit essen-

Cap. 26.
 tia. Vnde Augustinus in 15. libro de Trinitate ait, Sicut filio præstat essentiam sine initio temporis, sine mutabilitate naturæ de patre generatio: ita spiritui sancto præstat essentiam sine vilo initio temporis, sine vlla mutabilitate naturæ, de utroque processio.

Quod ex prædictis videtur, quod filius non tantum sit filius natiuitate, sed etiam de simili essentia, & spiritus sanctus processione.

HIC oritur questio: Si filius nascendo habet non tantum ut sit filius, sed ut sit essentia, & spiritus sanctus procedendo non tantum ut sit donum, sed ut sit essentia: ergo & filius natiuitate essentia est, & spiritus sanctus processione est essentia, cum alibi dicatur, quod nec pater eo pater est quod Deus, nec filius eo filius quod Deus, nec spiritus sanctus eo donum quod Deus: quia ut ait Augustinus in 7. libro de Trinitate. His nominibus relatiua eorum ostenduntur, non essentia. Vnde post plenius agemus. Ad quod breuiter respondentem dicimus, quia nec filius natiuitate essentia est, sed tantum filius: nec spiritus sanctus processione essentia est, sed donum tantum: & tamen uterque, & ille nascendo, & iste procedendo accepit ut esset essentia. Non enim, ut ait Hilarius in 5. libro de Trinitate per defectionem aut protensionem aut deriuationem ex Deo Deus est, sed ex virtute naturæ in naturam eandem natiuitate subsistit filius: & ex virtute naturæ in naturam eadem processione subsistit spiritus sanctus.

Exponit verba Hillarij.

QUOD ita intelligi potest, Ex patre qui est virtus ingenta, naturam quam habet eandem filius, natiuitate, id est, nascendo, & spiritus sanctus processione, id est, procedendo habet. Vnde ipse idem apertius eloquens, quod dixerat aperit, dicens: Natiuitas inquit, Dei non potest non eam, de qua profecta est, tenere naturam. Non enim aliud quam Deus subsistit, quod non aliunde quam de Deo subsistit. Ecce his verbis aperitur, quomodo intelligendum sit illud, De patre generatio præstat essentiam filio, & de utroque processio præstat essentiam spiritui sancto. Non quia ille essentia sit filius, & iste essentia sit spiritus sanctus, imò proprietate personali, sed quia & ille nascendo, & iste procedendo essentiam habet eandem, & totam quæ in patre est.

Cap. 2.

Dist. 26.

27. & 29.

Responsio.

Penè in

calce li.

bri.

Ibidem pan

de infen

rius.

Ex Au-

gust. 15. li.

de Trin.

Cap. 26.

Quod spiritus sanctus dicitur donum & donatum
secundum duos predictos
modos processionis.

E X predictis patet quod spiritus sanctus sempiternè donum est, & temporaliter datum vel donatum. Ex quo apparet illa distinctio geminæ processionis, de qua supra egimus. Nam secundum alteram processionem dicitur donatum vel datum, secundum alteram verò dicitur donum.

Dist. 14.

Secundum hoc quod donum est, refertur ad patrem & filium, secundum quod datum, ad eum qui dedit, & ad eos quibus datum est.

E T secundum hoc quod sempiternè donum est, refertur ad patrem & filium: secundum hoc verò quod dicitur datum vel donatum, & ad eum qui dedit refertur, & ad eos quibus datur. Vnde August. in 5. lib. de Trinitate ait, Quod datum est, & ad eum qui dedit refertur, & ad eos quibus dedit. Itaque spiritus sanctus non tantum patris & filij qui dederunt, sed etiam noster dicitur, qui accepimus. Spiritus ergo & Dei est qui dedit, & noster qui accepimus: non ille spiritus noster quo sumus, quia ipse est spiritus hominis, qui in ipso est: quantum & illum spiritum qui hominis dicitur, utique accepimus: sed aliter iste, aliter ille noster dicitur. Aliud est enim quod accepimus ut essemus, aliud quod accepimus ut sancti essemus. Quod autem spiritus sanctus noster dicatur Scriptura ostendit. Scriptum est enim de Ioanne, quod in spiritu Helix veniret. Ecce dictus est Helix spiritus, quem accepit Helias, scilicet spiritus sanctus. Et Moyse ait Dominus, Tollam de spiritu sancto quem iam dedi tibi. Ecce & hic dictus est spiritus Moyse. Pater igitur, quia spiritus sanctus noster dicitur spiritus: sed quia nobis datus, & datus utique ad hoc ut sancti essemus. Spiritus verò creatus ad hoc est datus, ut essemus.

En filius, cum sit nobis datus, potest dici noster, ut spiritus sanctus.

H I C queritur, verum & filius cum sit nobis datus, dicitur vel possit dici noster? Ad quod dicimus, quia filius dicitur noster panis, noster redemptor, & huiusmodi: sed non dicitur noster filius, quia filius dicitur tantum relatiue ad

Cap. 14.

Quod aliter spiritus sanctus dicitur noster, aliter naturalis. 1. ad Cor. 1. b. Luc. 1. b. Num. 11. d

eum qui genuit. Et ideo noster filius non potest dici, sed patris tantum. In eo autem quod dicitur datus, & ad eum qui dedit, & ad eos quibus datus est, refertur. Vt & spiritus sanctus, qui etiam cum in Scriptura (ut supra dictum est) dicatur spiritus noster, vel spiritus tuus, vel illius (ut de Moyse & Helix dictum est) nusquam tamè in Scriptura occurrit ita dici spiritus sanctus noster, vel tuus, vel illius, sed spiritus noster, vel tuus, vel illius, quia spiritus sanctus eo dicitur quo doni: & utrunque relatiue dicitur ad patrem & filium, & hoc sempiterna relatione. Si tamen aliquando dicitur donum nostrum, accipitur donum pro donato, vel dato. Cum verò donum accipitur eo modo, quo spiritus sanctus, donum patris & filij dicitur, non hominis: ita & filius sub hac appellatione non potest dici noster, ut dicatur filius noster, sicut nec dicitur spiritus sanctus noster: & tamè de filio dicitur, panis noster, & de spiritu, spiritus noster. Ille noster panis, quia nos reficit nobis datus: iste noster spiritus, quia nobis inspiratur à patre & filio, & in nobis spirat sicut vult. Vnde Aug. in 7. lib. de Trinitate ait, Quod de patre natum est, ad patrem solum refertur, cum dicitur filius. Et ideo filius patris est, & nō noster. Dicimus tamè & panem nostrum da nobis, sicut dicimus spiritum nostrum.

Quod nō dicitur spiritus noster, sed spiritus noster Proximo li.

Cap. 14. Mat. 6. b. & Luca 11. a.

Utrum spiritus sanctus ad seipsum referatur.

P O S T hæc queritur, utrum spiritus sanctus ad se ipsum referatur: hoc enim videtur ex predictis posse probari. Si enim quod datur refertur ad eum qui dat, & ad eum cui datur, & spiritus sanctus datur à seipso, ut predictum est, ergo refertur ad seipsum. Huius questionis determinationem in posterum differimus, donec tractemus de his quæ relatiue dicuntur de Deo ex tempore: in quibus datum & donatum continentur.

HIC DE QUALITATE TRIUM personarum.

Distinct. XIX.

N V N C postquam coeternitatem trium personarum pro modulo facultatis nostræ insinuauimus, iam de earundem æqualitate aliquid eloqui superest. Fides enim catholica sicut coeternas, ita & coæquales tres personas asserit. Æqualis est enim in omnibus patri filius, & patri & filio spiritus sanctus. Quia (ut Augustinus in libro de Fide ad Petrum,

Cap. 1. a. dist. 35. lit. A. dist. 30. lit. C. De proprietatibus & conditionibus quodammodo essentialibus, & quodammodo personalibus trinitatis. Cap. 1.

breviter aperiens quomodo intelligatur æqualitas, docet) nullus horum alium aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate: quia nec filio, nec spiritu sancto (quantum ad naturæ diuinæ unitatem pertinet) aut anterior, aut maior est pater: nec filius spiritu sancto. Aeternum quippè & sine initio est, quod filius de natura patris exitit: & æternum ac sine initio est, quod spiritus sanctus de natura patris filiique procedit. Ob hoc ergo tres vnum rectè credimus, & dicimus Deum: quia vna prorsus æternitas, vna immensitas, vna naturaliter est trium personarum diuinitas. Ecce breuiter assignauit Augustinus in quo trium personarum consistat æqualitas, scilicet quia alia aliam non excellit, aut æternitate, aut magnitudine, aut potestate.

Quod æternitas, & magnitudo, & potestas in Deo sunt vnum, licet ponantur quasi diuersa.

CVM QVE enumerentur ista quasi diuersa, in Deo tamen vnum & idem sunt, scilicet essentia diuina, simplex & incommutabilis. Vnde Augustinus in lib. 7. de Trin. Nō alio magnus, alio Deus est: sed eo magnus, quo Deus: quia non est illi aliud magnum esse, aliud Deum esse. Eadem quippè eius magnitudo est, quæ virtus: & eadem essentia, quæ magnitudo. Pater ergo & filius simul vna essentia, & vna magnitudo. Ita etiam & potentia Dei, essentia diuina est. Vnde Augustinus in vij. lib. Confessionis. Voluntas & potentia Dei Deus est. Aeternitas quoque Dei essentia diuina est. Quod Augustinus ostendit super illum locum Psalmi, In generatione & generationem annui. Est generatio generationum quæ non transit, collecta de omnibus generationibus, id est, sanctis. In illa erunt anni Dei, qui non transeunt, id est, æternitas Dei. Non enim sunt aliud anni Dei, aliud ipse, sed anni Dei, æternitas Dei est. Aeternitas verò ipsa Dei substantia est, nihil habens mutabile. Inconcusè ergo teneamus quod vnum & idem est, scilicet, essentia diuina, Dei æternitas, potentia, magnitudo, & tamen consuevit Scriptura hæc & his similia quasi distinctè ponere. In his ergo verbis trium personarum æqualitatem breuiter complexus est Augustinus. Quia alius alium nec æternitate, nec magnitudine, nec potentia superat. Quod autem æternitate aliqua trium personarum aliam non excedat, supra ostensum est, vbi coar-

*Cap. 1.
Quod magnitudo est Dei essentia.
Quod potentia Dei Deus est.
Cap. 4.
Psalm. 100
Quod æternitas Dei, Deus est.*

*Suprà e-
git de æ-
ternitate
dist. 9. &
II.*

Quod æqualitas et distinctio et unitas trium personarum

nitas trium personarum insinuata est.

Hic de magnitudine, quod ea aliqua personarum aliam non excedit.

NVNC igitur superest ostendere, quod magnitudine vel potentia alius alium non excedat: & prius de magnitudine videamus.

Quod non est maior vna persona alia, nec maius aliquid duæ quàm vna, nec tres vel duæ quàm vna.

SCIENDVM est ergo, quia pater non est maior filio, nec pater vel filius maior spiritu sancto, nec maius aliquid duæ personæ simul sunt, quàm vna: nec tres simul maius aliquid quàm duæ: nec maior est essentia in tribus quàm in duabus, nec in duabus quàm in vna, quia tota est in singulis. Vnde Ioannes Damascenus ait, Confitemur Deitatis naturam omnem perfectè esse in singula suarum hypostaseon, id est, personarum: omnem in patre, omnem in filio, omnem in spiritu sancto. Ideoque perfectus Deus pater, perfectus Deus filius, perfectus Deus spiritus sanctus.

Quomodo dicitur esse Deus pater in filio, & filius in patre, & spiritus sanctus in vtroque, & singulus in singulis.

ET inde est quod pater dicitur esse in filio, & filius in patre, & spiritus sanctus in vtroque, & singulus in singulis. Vnde Augustinus in libro de Fide ad Petrum, Propter unitatem naturalem totus pater in filio & spiritu sancto est, totus quoque spiritus sanctus in patre & filio est. Nullus horum extra quemlibet ipsorum est, propter diuinæ naturæ unitatem. Ecce hic aperit aliquatenus: non enim plenè potest tantum ab homine referari arcanum, ex qua intelligentia dicatur singula personarum tota esse in aliis. Vnde etiam Hilarius ista interiorius perquirens in lib. iij. de Trin. ait, Affert plerisque obscuritatem sermo Domini cum dicit, Ego in patre, & pater in me est: nec immeritò. Natura enim intelligentiæ humanæ rationem dicti huius non capit: nec exemplum aliquod rebus diuinis comparatio humana præstabit. Sed quod non intelligibile est homini, Deo possibile est. Cognoscendum itaque atque intelligendum est quid sit illud, Ego in patre, & pater in me est: si tamen comprehendere hoc ita, vt est, valdebimus, vt quod natura rerum pati nō posse aestimatur, id diuinæ veritatis ratio consequatur. Patrem ergo in filio, & filium

Lib. 6. de Trin. vlt.

Lib. 4. de Orthodocxa Fide, cap. 6.

Cap. 1.

In exordio libri. Ioan. 14. b

Paulo inferius.

in patre esse, plenitudo in utroque diuinitatis perfecta est, quia plenitudo diuinitatis est in filio: quod in patre est, hoc & in filio est: quod in ingenito est, hoc in genito: alter ab altero, & vterque vnum. Is scilicet qui est nihil habens, quod non sit etiam in eo à quo est, non duo vnus, sed alius in alio: quia non aliud in utroque: vt vnum sunt in fide nostra: vterque non vnus, nec eundem vtrunque. Nec aliud confitemur, quia Deum ex Deo natum, nec eundem natiuitas, nec aliud esse permittit. Eandem ergo in utroque & virtutis similitudinem, & Deitatis plenitudinem confitemur: quia Veritas dicit, Ego in patre, & pater in me est. Omnia enim filius accepit à patre: nam si patrem eiusdem qui genuit accepit, neuter ergo perfectus est: deesset enim ei vnde decessit: nec plenitudo in eo erit, qui ex portione contulerit. Neuter ergo perfectus est, si plenitudinem suam & qui genuit, amittit: nec qui natus est consequitur. Fateamur ergo quòd pater est in filio, & filius in patre, & Deus in Deo, vt idem Hilarius ait in vij. lib. de Trin. non per duplicem conuenientium generum coniunctionem, nec per infitam capacioris substantiæ naturam: sed per naturæ vnitam similitudinem, per natiuitatem viuientis ex viuente natura: dum res non differt, dum naturam Dei non degenerat natiuitas, dum non aliud aliquid ex Deo quàm Deus nascitur, dum nihil in his nouum est, nihil alienum, nihil separabile. Ecce his verbis, prout humana permittit infirmitas, aperitur ex quo sensu Christus dixerit se esse in patre, & patrem in se. Ex eodem etiam sensu intelligitur spiritus sanctus esse in utroque, & singula personarum in singulis: quia scilicet in singulis est eadem plenitudo diuinitatis, & vnitata similitudo naturæ: quia non est maior diuina natura in aliqua harum personarum, sed vnus; & indifferentis naturæ sunt hæ tres personæ. Idcircoque altera in altera esse dicitur, vt prædictum est. Vnde Ambrosius prædictorum verborum sententiam nobis aperiens super epistolam 2. ad Corinth. 3. ait, Per hoc intelligitur pater esse in filio, & filius in patre, quia vna est eorum substantia. Ibi enim est vnitata, vbi nulla diuersitas. Ecce tribus illustrium virorum testimoniis, scilicet Augustini, Hilarij, atque Ambrosij in eodem concurrentibus reuelatione spiritus sancti in eis loquentis, piè credere volentibus ostenditur (tamen quasi per speculum & in

Parū post
mediū li.

Ioan. 14. b

Hec verba
diligenter
attende
Non loq̄
à fine lib.

In tom. 4.
explana-
tione ad
5. ca. 1. ad
Cor. circa
finē cōmē-
tarij illi
ca. vbi ex-
planat il-
lud, Deo
erat in
Christo,
&c.

enigmate) qualiter accipiendum sit, cum dicitur pater in filio esse, vel filius in patre, vel spiritus sanctus in utroque.

1. Cor. 13. d

Ad id quod exuperat redit, scilicet vt ostendat quòd
magnitudine alius alium non superat.

SED iam nunc ad propositum redeamus, ceptòque insistamus, ostendentes quòd magnitudine nulla trium personarum aliam superat: quia nulla maior alijs, nec maius aliquid sunt duæ quàm vna, nec tres quàm duæ, nec maior Deus quàm singuli horum: quia singulus horum perfectus est, nec est quo crescat illa perfectio.

Quòd nulla personarum pars est in Trinitate.

NEC est aliqua trium personarum pars Dei, vel diuinæ essentia: quia singula harum verus & plenus Deus est, & tota & plena diuina essentia est: & ideo nulla istarum in trinitate pars est. Vnde Augustinus in libro quarto contra Maximinum hæreticum sic ait, Putas Deum patrem cum filio & spiritu sancto vnum Deum esse non posse. Times enim ne pater sit pars vnus Dei, qui cōstet ex tribus. Noli hoc timere: nulla enim sit partium in Deitatis vnitata diuisio: vnus est Deus pater, & filius, & spiritus sanctus, id est ipsa trinitas vnus est Deus. Ergo, inquis, Deus pater est pars Dei: absit. Tres enim vnus substantiæ sunt, vnus sunt, & summè vnus sunt, vbi nulla naturarum, nulla est diuersitas voluntatum. Si enim natura vnus essent, & consensione vnus non essent, non summè vnus essent. Si verò natura dispares essent, non summè vnus essent. Hi ergo tres, quia vnus sunt propter ineffabilem coniunctionem Deitatis, qua ineffabiliter copulantur, vnus Deus est. Pars ergo Trinitatis esse non potest, quicunque vnus est in tribus. In Trinitate ergo quæ Deus est, & pater Deus est, & filius Deus est, & spiritus sanctus Deus est: simul hi tres, vnus Deus. Nec huius Trinitatis tertia pars est vnus, nec maius aliquid duo quàm vnus est ibi: nec maius aliquid sunt omnes quàm singuli: quia spiritalis, non corporalis est magnitudo. Qui potest capere, capiat: qui autem non potest, credat, & oret vt quod credit, intelligat. Verum est enim quod per Prophetam dicitur, Nisi credideritis, non intelligeris. His verbis aperte ostendit

Cap. 10.

Ibidē mul-
tis interpo-
sit.

Ibidē pau-
cis interpo-
sit.

Mat. 13. b

Esā. 7. h

*Argumentatio
Au. contra
hereticum,
qua ostendit
patrem & filium
& spiritum
sanctum non
esse partes
in trinitate.*

dit indifferentem magnitudinem trium personarum. Item in eodem capite, Tu nempe dixisti vnum Deum non ex partibus esse compositum, & hoc de patre tantum vis intelligi. Ille, inquis, virtus est ingenita simplex: & tamen in hac simplici virtute multa videris commemorare, cum dicis, Deus Deum genuit, bonus bonum genuit, sapiens sapientem, clemens clementem, potens potentem. Nunquid ergo bonitas & sapientia, & clementia, & potentia tres partes sunt vnius virtutis, quam simplicem esse dixisti? Si dixeris partes sunt, simplex ergo virtus ex partibus constat. Et simplex ista virtus, te definiēte, vnus est Deus: ergo Deum ex partibus compositum esse dicis. Non dico inquis, non sunt partes. Si ergo in vna persona patris, & illa inuenis quæ plura videntur, & partes non inuenis, quia vna virtus simplex est: quanto magis pater & filius & spiritus sanctus, & propter indiuiduam deitatem vnus Deus est, & propter vniuscuiusque proprietatem tres personæ sunt, & propter singulorum perfectionem partes vnius Dei non sunt? Virtus est pater, virtus est filius, virtus est spiritus sanctus. Hoc verum dicis: sed quod virtutem de virtute genitam, & virtutem de virtute procedentem non vis eandem habere naturam, hoc falsum dicis, hoc contra fidem rectam & catholicam dicis. His verbis aperte docetur, quod tres personæ illæ non sint partes Dei, vel diuine essentia. Nullaque illarum trinitatis pars dicenda est, nec vna aliàs vlla maior est aliis.

Cum dicimus tres personas esse vnā essentiam, nec vt genus de speciebus, nec vt speciem de indiuiduis predicamus, quia non est essentia genus, & persona species, vel essentia species, & persona indiuiduum. H

Prius probat quod non illud dicitur vt genus de speciebus.
Cap. 6.

HIC adiiciendum est, quod tanta est æqualitas trium personarum atque indifferens magnitudo, quod cum dicamus tres personas vnā essentiam vel substantiam, neque vt genus de speciebus, neque vt speciem de indiuiduis predicamus. Non enim essentia diuina genus est, & tres personæ species: vel essentia diuina species, & tres personæ indiuidua. Quod August. rationibus probabilibus atque irrefragabilibus aperte demonstrat in libr. 7. de Trin. dicens, Si essentia genus est, species autem persona (vt nonnulli sentiunt) oportet appellari tres substantias, vt appellantur tres personæ. Si-

cut cum sit animal genus, & equus species, appellantur tres equi, idēque tria animalia. Non enim ibi species pluraliter dicitur, & genus singulariter, vt si diceretur, tres equi sunt vnum animal: sed sicut tres equi speciali nomine, ita tria animalia nomine generali dicuntur. Cum ergo tres personæ vnā fateamur esse essentiam, non tres esse essentias, cum tres equi tria animalia dicantur, non vnum: patet nomine Essentia non significari genus, nec nomine personæ speciem.

Hic probat quod non dicitur, vt species de indiuiduis. I

SI vero dicunt nomine Personæ non speciem significari, sed aliquid singulare atque indiuiduum, & nomine essentia speciem intelligi, vt persona non dicatur sicut homo, sed quomodo dicitur hic homo, velut Abraham, Isaac, Iacob, vel quis alius, qui etiam digito præsens demonstrari possit, sic quoque illos eadem ratio confutabit. Sicut enim dicuntur Abraham, Isaac, Iacob tria indiuidua: ita tres homines, & tria animalia. Cur ergo pater, & filius, & spiritus sanctus, si secundum genus & speciem & indiuiduum ista differimus, non ita dicuntur tres essentia, vt tres personæ?

Alio modo probat idem. K

ALIO quoque modo idem probat Augustin. scilicet quod essentia diuina non est genus, nec personæ species, vt essentia non est species, nec personæ indiuidua. Vna, inquit essentia non habet species, sicut vnum animal non habet species. Pater ergo & filius, & spiritus sanctus non sunt tres species vnius essentia: diuina ergo essentia genus non est. Sed nec species est essentia diuina, & personæ indiuidua, sicut homo species est, indiuidua autem Abraham, Isaac, & Iacob: Si enim essentia species est, vt homo: sicut non dicitur vnus homo esse Abraham, Isaac, & Iacob: ita nõ dicitur vna essentia esse tres personæ. Non itaque secundum genus & species ista dicimus.

Nec secundum materialem causam dicuntur tres personæ vna essentia. L

NOTANDVM etiam quod essentia diuina non est materia trium personarum, vt Aug. in eodem libr. docet tanquam secundum comunem eandemque materiā tres personæ dicantur esse vna essentia: sicut ex eodē auro si fierent tres

Li. & ca. eiusdem.

Li. & ca. eiusdem.

Idem. Cap. 6.

statu diceremus tres statuas vnum aurum. Non autem sic trinitatem, id est, tres personas dicemus vnam essentiam, & Deum vnum, tanquam ex vna materia tria quædam subsistant. In statu enim equalibus, plus auri est tres simul, quam singula: & minus auri est vna, quam duæ. In illa verò essentia trinitatis nullo modo est ita. Non ergo secundum materialem causam tres personas vnam dicimus esse substantiam vel essentiam, sicut tres statuarum dicuntur vnum aurum.

Nec ita dicuntur tres persone vna essentia, vt tres homines vna natura, vel vnus natura.

*Libr. 8.
cap. 15. de.*

HIS quoque addendum est, quod tres personas non ita dicimus esse vnam essentiam, vt Augustinus in eodem ait, vel vnus essentia, sicut diximus aliquos tres homines eiusdem sexus, & eiusdem temperationis corporis, eiusdemque animi, vnam esse naturam vel vnus naturam. Nam in his rebus non tantum est vnus homo, quantum tres homines simul: & plus aliquid sunt homines duo, quam vnus homo, sicut in statu est diximus. At in Deo non est ita: non enim maior essentia est pater & filius simul, quam solus pater vel solus filius, sed tres simul illæ personæ æquales sunt singulis. Ex præmissis patet quod tres personæ dicuntur diuina essentia: nec secundum materialem causam vt tres statuarum vnum aurum, nec secundum complexionis similitudinem, vt tres homines vnus natura, nec vt genus prædicatur de speciebus, vel vt species de indiuiduis, id est, continens de contentis, maius de minoribus.

Quæ videntur aduersari prædictis.

*Lib. 3. de
Orthodo-
xa fide c.
6. 1. prim.
capit.*

HIS autem videntur aduersari, quæ quidem sacre Scripturæ tractatores catholici in suis scriptis tradiderunt. In quibus significari videntur, quod essentia diuina sit quiddam commune & vniuersale velut species: tres verò personæ sint tria particularia, tria indiuidua numero differentia. Vnde Io. Damas. inter doctores Græcorum maximus in libro, quem de trinitate scripsit, quem & papa Eugenius transferri fecit, ait: Communia & vniuersalia prædicantur de subiectis sibi ipsi particularibus. Cõmune ergo substantia est particulare verò hypostasis, i. persona. Particulare autem dicitur, non quod partem naturæ habet: sed particulare numero, vt atomus. i. indiuiduum. Numero enim non natura differre videtur hypo-

stases. Item in eodem, Substantia significat communem & circumplectiuam speciem homineon, i. similitum species, hypostaseon, id est, personarum, vt pura Deus homo hypostasis autem indiuiduum demõstrat, id est, patrem, filium, & spiritum sanctum, Petrum, Paulum, & huiusmodi. Ecce apertè dicit substantiam esse vniuersalem, hypostasis verò particularem, & quod Deus est species vt homo: & quod pater & filius & spiritus sanctus sunt indiuidua, sicut Petrus & Paulus, eo quod numero differunt, quæ præmissæ sententiæ. August. penitus contradicere videntur. Quid ergo dicimus ad hæc? Hoc vtique dicere possumus atque debemus, quod ea quæ Aug. tradidit superius, sine omni hæsitacione tenenda sunt.

Quod sanè possunt intelligi quæ Ioannes Damas. dicit, & quomodo ostendit.

HÆC autem quæ hic dicuntur, licet in sermonis superficie aliquid à fide alienum resonare videantur, sanè tamen intelligi queunt, piùmque lectorem atque intellectorem plurimum efflagitant. In quorum explanatione mallem silens alios audire, quam loquendo maleuolis detrahendi occasionem præstare. Videtur tamen mihi ita posse accipi, cum ait, Substantia est commune, & hypostasis est particulare. Non ita hæc accipit cum de Deo dicuntur, vt accipiuntur in Philosophica disciplina. Sed per similitudinem eorum quæ à Philosophis dicuntur, locutus est: vt sicut ibi commune vel vniuersale dicitur, quod prædicatur de pluribus, particulare verò vel indiuiduum, quod de vno solo: ita hæc essentia diuina dicta est vniuersale, quia de omnibus personis simul, & de singulis separatim dicitur. Particulare verò singula quælibet personarum: quia nec de aliis communiter, nec de aliqua aliarum singulariter prædicatur. Propter similitudinem ergo prædicationis, substantiam Dei dixit vniuersalem, & personas particularia vel indiuidua: propter hoc idem eandem diuinam essentiam dixit esse speciem communem, & circumplectiuam similitum specie personarum, quia sicut hæc species homo de suis prædicatur indiuiduis, velur de Petro & Paulo & aliis, nec ista specie differunt, sed conueniunt per omnia: ita Deus de tribus prædicatur personis, quæ in diuinitate non differunt, sed per omnia conueniunt. Hanc ergo similitudinẽ inter res sempiternas & res

*Verba August. tenenda dicit.
Littera b.*

Ex quo intellectu dixerit, quod substantia dei sit species vel vniuersale et personarum diuina.

Deus est, quàm singuli eorum: quia non est quo crescat illa perfectio. Perfectus autem est & pater & filius & spiritus sanctus, & perfectus dicitur Deus singulus eorum. Et ideo Trinitas potius quam triplex dici debet.

Quod non est ita in rebus corporeis, ut in Trinitate.

IN rebus corporeis non tantum est una, quantum tres simul, & plus sunt duæ quàm una res. In Trinitate, verò summa, tantum est una persona, quantum tres simul, & tantum sunt duæ, quantum una: & in se infinitæ sunt, quia non est finis magnitudinis earum. Ac per hoc aperitur quod superius dictum est, quomodo singula sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia in omnibus est, & unum omnia. Ecce iam ostendimus sufficienter, qualiter in Trinitate aliqua persona aliam non superet magnitudine.

Cap. 10.
eiusdem
lib.

OSTENSO QVOD ALIQVA
personarum aliam non superat magnitudine:
nunc ostendit, quòd alia non excellit
aliam potentia.

Distinct. x x.

Nunc ostendere restat, quomodo aliqua harum personarum aliam non excellat potentia. ut sicut una & indifferens est magnitudo trium, ita una & indifferens monstratur potentia trium. Sciendum est ergo, quia non est potentior pater filio, nec filius vel pater spiritu sancto: nec maiorem potentiam habent duo vel tres simul, quàm singulus eorum: quia nec plus potest pater & filius simul, quàm solus spiritus sanctus. Nec hi tres simul plus possunt, quàm singulus eorum quia omnipotentiā quam habet pater, & filius accepit nascendo, & spiritus sanctus procedendo quod Aug. rationibus & autoritatibus probabiliter astruit in libr. 3. contra Maximinum, qui dicebat patrem meliorem ac potentiorē filio.

Quod non potest minus filius quàm pater.

NIHIL, inquit, patre minus habet ille qui dicit. Omnia quæ habet pater, mea sunt. Nam si minus habet in potestate aliquid: quàm pater, non sunt eius omnia quæ habet pater. Sed eius sunt omnia, quæ habet pater: tantam ergo habet potestatem filius, quātam pater, æqualis ergo est patri. Non enim

Cap. 14.

De triū
personarū
æqualita-
te quantū
ad pote-
statem.

Li. 3. c. 12.

potest qui accipit, inæqualis esse ei qui dedit. Tu autē hoc de potentia sapis quòd potens sit filius, sed potentior pater: ut secundum doctrinam vestram potens poterit parere vel gignere, & non omnipotens omnipotentem. Habet ergo pater omnipotentiam, quam non habet filius: & si hoc est, falsum est, quod ait filius, Omnia quæ habet pater, mea sunt.

Hoc verum fatebatur hereticus, ex quo progrediebatur ad falsum.

SE D, inquis, pater potentiam à nemine accepit, filius autem à patre. Fateamur & nos filium accepisse potentiam ab illo de quo natus est potens: patri verò potentiam nullus dedit, quia nullus eum genuit. Gignendo enim dedit pater potentiam filio, sicut omnia quæ habet in substantia sua gignendo dedit ei, quem genuit de substantia.

Questio Augustini qua arctat hereticum.

SE D queritur, utrum ei tantam quanta ipsi est, potentiam pater filio dederit, an minorem. Si tantam, non solum poterit, sed etiam omnipotentem genuisse omnipotens intelligitur: si verò minorem, quomodo omnia quæ habet pater, filij sunt? Si patris omnipotentia filij non est, non omnia proculdubio quæ habet pater, filij sunt. At omnia quæ habet pater, filij sunt: omnipotentia ergo patris etiam est filij: non est ergo pater potentior filio.

Aliter probat filium æqualem patri.

ITEM alio modo probat filium æqualem patri contra Maximinum, ita dicens: Tu dicis quòd pater genuit filium minorem seipso, in quo & patri derogas: qui si filium unicum minorem genuit, aut non potuit, aut non voluit gignere æqualem. Si dicis, quia non voluit, eum invidum esse dixisti: si autem non potuit, ubi est omnipotentia Dei patris? Prorsus ad hunc articulum res colligitur, ut Deus pater æqualem sibi gignere filium, aut non potuerit, aut noluerit. Si non potuit, infirmus: si noluit, invidus invenitur. Sed utrunque hoc falsum est: patri ergo filius verus æqualis est. Genuit ergo pater sibi æqualem filium, & ab utroque procedit utriusque æqualis spiritus sanctus. Si enim formam suam (ut ait Aug. contra eundem) pater in unico filio plenam gignere potuit, nec tamen plenam genuit, sed minorem, cogimini patrem invidum dicere. Plenum ergo Deum & æqualem sibi genuit filium.

g 2

Hic ponit
falsam tra-
ditionem
heretici.
Cap. 12.
eiusdem li.
Ioan. 16. d
c Lib. 3.
ca. 15. d.

Ibidem.

Li. 3. c. 7.
¶ in li. 3.
quest. 50.

Li. 3. c. 15

Optima... in... in...

Per simile ostendit quod non minore pater filium genuit.

Li. 3. c. 15.

HOC autem per similitudinem humanam ita esse demonstrat. inquit. Homo pater si potuisset aequalem filium genuisset. Quis ergo audeat dicere quod hoc omnipotens non potuit? Adde etiam, si postet homo, maiorem meliorémque seipso gigneret filium. Sed maius vel melius Deo quicquam esse non potest. Deus ergo cur non aequalem (vt ait) filium genuit: cui nec anni necessarii fuerunt, per quos adimpleretur æqualitas, nec omnipotētia defuit. An fortè noluit: ergo (quod absit) inuidit. Sed non inuidit: aequalem ergo genuit filium. Credamus ergo filium ei esse aequalem.

Opinionem hæreticis ponit, vt destruat.

Hic soluit obiectionē Ex eodem li. 3. ca. 18.

SED fortè dicis, eo ipso pater est maior filio, quia de nullo genitus, genuit tamen aequalem. Ad quod citò respondebo: Imò ideo non est pater maior filio, quia aequalem sibi genuit. Originis enim quæstio ista est, quis de quo sit: æqualitatis autem, qualis aut quantus sit: quod est dicere. Ad originem pertinet quæstio qua queritur, quis de quo sit: ad æqualitatem verò illa qua queritur, qualis aut quantus quis sit. Nec cum dicitur filius à patre genitus, ostenditur inæqualitas substantiæ: sed ordo naturæ, non quo alter prior esset altero: sed quo alter est ex altero. Non ergo secundum hoc quod pater genuit, & filius genitus est, vel spiritus sanctus ab utroque procedit, æqualitas vel inæqualitas ibi existit: quia non secundum hoc alia persona aliq̃ æqualis vel inæqualis dicitur. Ecce æqualitas Trinitatis, & vna eademque substantia, quantum breuiter potuimus, demonstrata est in superioribus: qualiter scilicet aliquotium personarum quamlibet aliam, nec æternitate, nec magnitudine, nec potentia excellat.

A dist. 19. huc usque.

QVAERITVR QVOMODO POSSIT

dici solus pater, vel solus filius, vel solus spiritus sanctus, cum sint inseparabiles.

Dist. 19. sign. 5. & dist. 20. sign. 1.

Hic oritur quæstio trahens originem ex prædictis. Dictum est enim supra, quod tantus est solus pater, vel solus filius, vel solus spiritus sanctus, quantum simul illæ tres: & quod duæ vel tres personæ simul non sunt maius aliquid

quàm vna persona sola. Ideo querit August. in 6. lib. de Trin. quomodo hæc sane dici possint, cum nec pater sit solus, nec filius, nec spiritus sanctus: sed semper & inseparabiliter & filius cum patre, & pater cum filio, & spiritus sanctus cum utroque, inseparabiles enim sunt hæ tres personæ. Ad quod ita responderit August. in eodem, Solum Deum patrem dicimus, non quia separatur à filio, vel à spiritu sancto: sed hoc dicentes significamus, quia illi simul cum eo non sunt pater: Solus enim pater est. Quod non dicitur quia ipse sit solus, id est, sine filio vel spiritu sancto, sed per hoc filius vel spiritus sanctus à paternitatis consortio excluduntur. Ita & cum dicitur, Solus filius, filius est, vel solus spiritus sanctus est spiritus sanctus, non diuiditur filius à patre, vel spiritus sanctus ab utroque: sed à consortio filialis proprietatis excluduntur pater & spiritus sanctus: & à consortio processibilis proprietatis, pater & filius. Cum ergo dicitur, Tantus est solus pater, quantum simul illi tres, per hoc quod dicitur solus, non separatur pater ab aliis, sed hic est sensus, Solus pater, id est, pater qui ita pater est, quod nec filius nec spiritus sanctus, tantus est, &c. Similiter intellige cum dicitur, Solus est filius, vel solus est spiritus sanctus. Solus ergo pater dicitur, vt ait August. in eodem, quia non nisi ipse ibi pater est: & solus filius, quia non nisi ipse ibi filius est: & solus spiritus sanctus, quia non nisi ipse ibi spiritus sanctus est.

Qualiter dictiones exclusiue capiantur in diuinis Cap. 7. Responsa August. Ibidem.

Vtrum possit dici, Solus pater est Deus, solus filius est Deus, vel solus spiritus sanctus est Deus, vel pater est solus Deus, vel spiritus sanctus est solus Deus.

Li. 6. c. 9.

Sensus horum habetur. ca. 7. 8. & 9. li. 6. de Tri. 1. ad Tri. 6. d. Cap. 9. Quod non dicitur, Solus pater Deus est. Ibidem.

POST hæc queritur, vtrum sicut dicitur, Solus pater est pater, vel solus filius est filius, ita possit dici, solus pater est Deus, vel solus filius est Deus, ita & de spiritu sancto. Aut pater est solus Deus, filius est solus Deus. Ad quod dicimus, quia pater & filius & spiritus sanctus dicitur, & est vnus Deus, hæc Trinitas simul propriè dicitur esse solus Deus, sicut solus sapiens, solus potens. Sed non videtur debere dici à nobis, verbis nostris vrentibus, nisi vbi sermo auctoritatis occurrit, Solus pater est Deus, vel pater est solus Deus: ita de filio & spiritu sancto dicimus: vnde Augustinus in se primo libro de Trinitate ait, Quoniam ostendimus quomodo

Quod dicitur exclusiue solus, non est idem alius alius... Vnam differentiam quoniam singulari possunt p̃uari & non p̃.

posset dici solus pater, vel solus filius, cōsideranda est illa sententia qua dicitur, Non esse solum patrem Deum verum solum, sed patrem, & filium, & spiritum sanctum. Ecce habes, quia non solus pater dicendus est esse verus Deus. Item in eodem. Si quis interrogat utrum pater solus sit Deus, quomodo respondebimus non esse, nisi forte dicamus ita esse quidem patrem Deum, sed non cum esse solum Deum? Esse autem solum Deum dicamus patrem, & filium, & spiritum sanctum? Ecce & hic habes, quia pater non debet dici solus Deus, atque hic solum in parte subiecti tantum accipere quidam volunt: in parte verò prædicati si sit concedunt quod pater est solus Deus. Sed ex verbis Aug. videtur ostendi, quod proprie solus Deus dici debeat tota trinitas. Et hæc trinitas, ut ait August. contra Maximinum, intelligitur cum Apostolus dicit, Beatus & solus potens: & ibi, Soli sapienti Deo: & ibi, Inuisibili soli Deo. Non enim de solo patre hæc accipienda sunt, ut contendebat Maximinus & alij hæretici, sed de trinitate. Sicut & illud, Solus habet immortalitatem: quia secundum rectam fidem, ipsa trinitas est vnus solus Deus, & beatus, potens, sapiens, inuisibilis. Vnde Aug. in eodem, Cum vnus Deus sit trinitas, hæc sit nobis solutio quæstionis, ut intelligamus solum Deum sapientem, solum potentem, patrem & filium, & spiritum sanctum, qui est vnus & solus Deus.

Quomodo dicitur trinitas solus Deus, cum ipsa sit cum spiritibus & animabus sanctis.

Cap. 7.

SED iterum quæritur, quomodo ipsam trinitatem dicimus solum Deum, cum sit cum spiritibus & animabus sanctis. Ad quod responder Aug. in 6. lib. de Trin. dicens Trinitatem dicimus Deum solum, quanuis semper sit cum spiritibus & animabus sanctis: sed solum dicimus, quia non aliud quam ipsa trinitas Deus est. Non enim illi cum illa Deus sunt, vel aliqua alia: sed ipsa trinitas tantum, non illi vel alia Deus est.

Est de patre solo prædicta dicerentur, non tamen excluderetur filius & spiritus sanctus.

1. 10. 5. b

Lib. 3. con

tra Ma

ximin.

Cap. 13.

VERVNTAMEN ut ait Aug. etsi de solo patre prædicta dicerentur, non tamen excluderetur filius vel spiritus sanctus: quia hi tres vnum sunt: sicut in Apocalypsi de filio legitur, quod habet nomē scriptum quod nemo scit nisi ipse:

non enim inde separatur pater vel spiritus sanctus. Et cum dicitur, Nemo nouit patrem nisi filius, non inde separatur pater vel spiritus sanctus, quia inseparabiles sunt. Aliquando etiam nominantur pater & filius, & tacetur spiritus sanctus, ut Veritas ad patrem loquens ait, Ut cognoscant te, & quem misisti Iesum Christum, esse vnum verum Deum. Cur ergo (inquit Aug.) tacuit de spiritu sancto? quia consequens est ut vbiçunque nominatur vnus, sicut pater & filius, tanta pace vni adhaerens intelligatur etiam ipsa pax, quanuis non commemoretur: vno ergo istorum nominato, etiam reliqui intelliguntur, quod in pluribus Scripturæ locis occurrit.

Apo. 19.

Mat. 11. d.

Luc. 10. d.

Ican. 17. a

Lib. 6. de

trin. ca. 9.

DE NOMINVM DIFFERENTIA, quibus vtimur loquentes de Deo.

Distinct. XXII.

A

POST prædicta nobis differendum videtur de nominum diuersitate, quibus loquentes de vnitae ac trinitate ineffabili vtimur. Deinde demonstrandum est, quibus modis de ea aliquid dicatur. Illud ergo præcipue teneamus, quædam esse nomina distincte ad singulas personas pertinentia, ut ait Augustinus in viij. de Trinitate, quæ de singulis tantum dicuntur personis. Quædam verò vnitatem essentia significationis sunt, quæ & de singulis sigillatim, & de omnibus communiter dicuntur. Alia verò sunt quæ translative ac per similitudinem de Deo dicuntur: vnde Ambrosius in secundo libro de Trinitate ait, Quò purius niteat Fides, tripartita videtur deriuanda distinctio. Sunt enim nomina quædam, quæ euidenter proprietatem personamque Deitatis ostendunt. Et sunt quædam, quæ perspicuam diuinæ maiestatis exprimunt veritatem. Alia verò sunt quæ translative & per similitudinem de Deo dicuntur. Proprietatis itaque indicia sunt. generatio, filius, verbum, & huiusmodi. Vnitatis verò æterna, sapientia, virtus, & veritas, & huiusmodi. Similitudinis verò, splendor, character, speculum, & huiusmodi.

De trini-

tate &

vnitate

secundum

quod cre-

ditur & in-

tellectura

tionabili-

ter & ca-

tholicè ex-

primitur.

In princi-

pio prologo

In prologo

Heb. 1.

Sap. 7.

Premis addit quædam esse nomina, quæ temporaliter

Deo conueniunt, & relative dicuntur.

B

HIS adiciendum est, quædam esse nomina, ut August. ait in 5. libr. de Trin. quæ ex tempore Deo conueniunt, & re-

Cap. 16.

latiue ad creaturam dicuntur: quorum quedam de omnibus dicuntur personis vt dominus, creator, refugium: quedam autem non de omnibus, vt donatus, datus missus.

De hoc nomine, Trinitas, addit.

PRAETEREA est vnum nomen, quod de nulla persona sigillatim dicitur, sed de omnibus simul, id est, Trinitas: quod non dicitur secundum substantiam, sed quasi collectiuum pluralitatem designat personarum.

De aliis nominibus quae temporaliter Deo congruunt, & non relatiue dicuntur.

SVNT etiam quedam nomina, quae ex tempore Deo conueniunt, nec relatiue dicuntur, vt humanatus, in carnatus, & huiusmodi. Ecce sex nominum differentias assignauimus, quibus vtiur loquentes de Deo: de quibus singulis agendum est.

Quod nomina, quae ad singulas pertinent personas, proprie relatiue dicuntur: ea vero quae vnitatem essentiae significant, ad se dicuntur, & de singulis, & de omnibus communiter dicuntur personis, & singulariter non pluraliter in summa accipiuntur.

SCIENDVM est ergo, quod illa quae proprie ad singulas personas pertinent relatiue ad inuicem dicuntur: sicut pater, & filius, & vtriusque donum spiritus sanctus. Ea vero, quae vnitatem essentiae significant ad se dicuntur: & ea quae ad se dicuntur substantialiter vtrique dicuntur, & de omnibus communiter, & de singulis sigillatim dicuntur personis: & singulariter non pluraliter accipiuntur in summa, vt Deus bonus, potes, magnus, & huiusmodi. Quae autem relatiue dicuntur, substantialiter non dicuntur, vnde Aug. in v. lib. de Trin. ait, Quicquid ad se dicitur, praestantissima illa & diuina sublimitas substantialiter dicitur. Quod autem ad aliquid dicitur, non substantialiter dicitur, sed relatiue. Tantaeque est vis eiusdem substantiae in patre & filio & spiritu sancto, vt quicquid de singulis ad se ipsos dicitur, non pluraliter in summa, sed singulariter accipiatur. Dicimus enim, Pater est Deus, & filius est Deus, & spiritus sanctus est Deus: quod secundum substantiam dici nemo dubitat. Non tamen dicimus hanc trinitatem esse tres Deos, sed vnum Deum. Ita dicitur pater magnus, filius magnus, & spiritus sanctus magnus: non tamen

Cap. 6. &
8.

*Cap. 6. &
8. De hoc nomine, Trinitas, addit.*

tres magni, sed vnus magnus. Ita enim omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens spiritus sanctus: non tamen tres omnipotentes, sed vnus omnipotens. Quicquid ergo ad seipsum dicitur Deus, & de singulis personis similiter dicitur, & simul de ipsa Trinitate, non pluraliter, sed singulariter dicitur. Et quoniam non est aliud Deo esse, & aliud magnum esse, sed idem est illi esse quod est magnum esse: propterea sicut non dicimus tres essentias, sic non dicimus tres magnitudines, sed vnam essentiam, & vnam magnitudinem.

Quod Deus magnus est ea magnitudine, qua Deus est: sic de bonitate, & de omnibus quae secundum substantiam dicuntur.

DEVS enim non est magnus ea magnitudine, quae non est quod ipse, vt quasi particeps eius sit: alioquin maior esset illa magnitudo quam Deus. Deo autem non est aliquid maius: ea ergo magnitudinis magnus est qua ipse est. Ideoque nec tres magnitudines dicimus, sed vnam magnitudinem: nec tres magnos, sed vnum magnum, quia non participatione magnitudinis Deus magnus est, sed seipso magno magnus est, quia ipse est sua magnitudo. Ita & de bonitate, & aeternitate, & omnipotentia Dei dicendum est, & de omnibus omnino quae de Deo possunt pronuciari substantialiter: quibus ad seipsum dicitur, non translatiue ac per similitudinem, sed proprie, si tamen de illo proprie aliquid ore hominis dici potest. Ecce aperte docuit, quod nomina vnitatem diuinae maiestatis significantia, & ad se dicuntur de Deo, id est, sine relatione, & de omnibus personis communiter, & de singulis diuisim dicuntur: nec pluraliter, sed singulariter in summa accipiuntur. Illa vero nomina, quae proprie ad singulas pertinent personas relatiue, non substantialiter dicuntur. Quod enim proprie singula in trinitate persona dicitur, vt ait Augustinus in eodem, nullo modo ad seipsum, sed ad aliam inuicem, vel ad creaturam dicitur. Et ideo relatiue non substantialiter dici manifestum est.

DE HOC NOMINE QVOD EST

Persona, quod cum secundum substantiam dicatur, tamen pluraliter non singulariter in summa accipitur.

Distinct. XXIII.

g s

Lib. 6. de
Tri. ca. 8.

Lib. 5. de
Tri. ca. 11

Cap. 11.

De substantialibus nominibus diuini in speciali. Dist. prae cedenti. lib. E. & F.

PRædictis adiciendum est, quod cum omnia nomina quæ secundum substantiam de Deo dicuntur, singulariter, & non pluraliter de omnibus in summa dicantur personis, vt supra ostensum est: est tamen vnum nomen, scilicet Persona, quod secundum substantiam dicitur de singulis personis, & pluraliter, non singulariter in summa accipitur. Dicimus enim, Pater est persona, filius est persona, spiritus sanctus est persona, & hoc secundum substantiam dicitur. Nec tamen dicitur, Pater, & filius & spiritus sanctus sunt vna persona, sed tres personæ. Hoc ergo nomen excipitur à prædicta regula nominum, quæ secundum substantiam de Deo dicitur: quia cum hoc ad se dicitur, & secundum substantiam, pluraliter tamen, non singulariter in summa accipitur.

Authoritas quod persona ad se dicitur, & secundum substantiam.

Cap. 6.

QUOD autem persona secundum substantiam dicitur, Augustinus ostendit in vij. lib. de Trin. dicens, Non est aliud Deum esse, aliud personam esse, sed omnino idē. Item in hac trinitate cum dicimus personam patris, non aliud dicimus quam substantiam patris. Quocirca, vt substantia patris ipse pater est, non quo pater est, sed quo est: ita & persona patris, non aliud quam ipse pater est. Ad se quippe dicitur persona, nõ ad filium vel spiritum sanctum: sicut ad se Deus dicitur & magnus, & bonus, & iustus, & huiusmodi. Et quem admodum hoc illi est esse, quod Deum esse, quod magnam esse, quod bonum esse: ita est hoc illi esse, quod personam esse. Ecce expressè habes, quod persona secundum substantiam dicitur, vt cum dicitur, Pater est persona, hic fit sensus, Pater est diuina essentia. Similiter cum dicitur, Filius est persona, spiritus sanctus est persona, id est, essentia diuina.

Cur pater & filius & spiritus sanctus non dicantur vna persona, vt vna substantia, & vnus Deus?

Cap. 6.

IDEO oritur hæc quæstio difficilis quidem, sed non inutilis, qua quæritur: Cur non dicantur hi tres vna persona, sicut vna essentia, & vnus Deus: Quam quæstionem Augustinus diligenter tractat, atque congruè explicat in 7. libro de Trinitate ita dicens, Cur non hæc tria simul vnam personam dicimus, sicut vnam essentiam, & vnum Deum, sed dicimus tres personas: cum tamen tres Deos, aut tres essentias non

dicamus? Quia volumus vel vnum aliquod vocabulum seruare huic significationi qua intelligitur trinitas, ne omnino taceamus interrogati quid tres essent, cum tres esse fateamur. Cum ergo quæritur quid tres, vt ait Augustinus in lib. v. de Trinitate, magna profus inopia humanum laborat eloquium: dictum est tamen tres personæ, non vt illud diceretur, sed ne taceretur omnino. Non enim rei ineffabilis eminentia hoc vocabulo explicari valet. Ecce ostendit qua necessitate dicatur pluraliter personæ: videlicet vt hoc vno nomine quærentibus de tribus respondeamus.

Qua necessitate dictum sit, Tres persona à Latinis, & à Græcis, Tres hypostases vel substantia.

Cap. 4.

QUA necessitate non solum Latinus sermo, sed etiam Græcus eadem penè super hac re laborans nominum penuria coarctatur. Vnde Augustinus, quid à Græcis vel Latinis necessitate de ineffabili trinitate dictum sit aperiens, in vij. libro de Trinitate ait, Loquendi causa de ineffabilibus, vt fari aliquo modo possemus, dictum est à Græcis, vna essentia, tres substantia, id est, vna ouisa, tres hypostases. Aliter enim Græci accipiunt substantiam quam Latini. A Latinis autem dictum est, vna essentia vel substantia, tres personæ: quia non aliter in sermone nostro, id est Latino, essentia quam substantia solet intelligi. Et vt intelligatur saltem in enigmate, placuit ita dici, vt cum quæreretur quid tria sint, aliquid diceretur: quæ tria, tria esse fides vera pronunciat, cum & patrem non dicit esse filium, & spiritum sanctum, scilicet donum Dei, nec patrem dicit esse nec filium. Cum ergo quæritur, quid tria, vel quid tres, conferimus nos ad inueniendum aliquod nomen, quo complectamur hæc tria. Neque occurrit animo: quia supereminentia diuinitatis vsitati eloquij facultatem excedit. Verius enim cogitatur Deus, quam dicitur: & verius est, quam excogitatur.

Quid hoc nomine Tres significetur.

PA T E R ergo & filius & spiritus sanctus, quoniam tres sunt, quid tres sint quæramus, quid commune habeant. Non enim possunt dici tres patres, quia tantum pater ibi pater est: nec tres filij, cum nec pater ibi sit filius, nec spiritus sanctus: nec tres spiritus sancti, quia spiritus sanctus propria si-

Solutio.

Cap. 9.

Li. 7. c. 4.

D

Cap. 4.

Quod Deus verius cogitatur quam dicitur: & verius est, quam cogitatur. Ibidem.

h
 Vna substantia ad se dicitur = Quod per meritum dicitur ad se dicitur ad se dicitur
 ut deus Vna solum
 an tres 1. 1^o 1.

gnificatione, qua donum Dei dicitur, nec pater est, nec filius. Quid ergo tres? Si tres personæ esse dicuntur, commune est eis id quod persona est. Certè enim quia pater est persona, & filius est persona, & spiritus S. est persona, ideo tres personæ dicuntur. Propterea ergo dicimus tres personas, quia commune est eis id quod persona est. Ex prædictis apertè intelligi potest, qua necessitate dictum sit à Latinis Tres personæ, cum persona secundum substantiam dicatur. Vnde & tribus commune est id quod persona est, id est, hoc nomen persona. *Quare non dicimus tres deos esse, patrem, & filium, & spiritum sanctum, ut dicimus tres personas, cum id quod Deus est, sit eis commune: quia pater est Deus, & filius est Deus, & spiritus sanctus est Deus.*

Ibi Aug. S E D quæritur hîc, cum dicamus patrem & filium & spiritum sanctum esse tres personas, quia commune est eis quod persona est, id est, quia pater est persona, & filius est persona & spiritus sanctus est persona: cur non dicamus similiter tres deos: cum & pater sit Deus, & filius sit Deus, & spiritus sanctus sit Deus. Quia scilicet illud Scriptura contradicit: hoc autem, etsi non dicit, non tamen contradicit, vnde Augustinus hanc mouens quæstionem atque definiens in libro 7. de Trin. ait, Si ideo dicimus patrem & filium & spiritum sanctum esse tres personas, quia commune est eis id quod persona est: cur non etiam tres deos dicimus? Certè, ut prædictum est, quia pater est persona, & filius est persona, & spiritus sanctus est persona, ideo tres personæ dicuntur. Quia ergo pater est Deus, & filius est Deus, & spiritus sanctus Deus, cur non dicuntur tres dii? Ecce proposuit hanc quæstionem: attende quid respõdeat subdens, An ideo non dicuntur tres dii, quia Scriptura non dicit tres deos? Sed nec tres personas alicubi scripturæ textus commemorat. An ideo licuit loquendi & disputandi necessitate tres personas dicere, non quia Scriptura dicit, sed quia scriptura non contradicit? Si autem dicere-mus tres deos, contradiceret Scriptura dicens, Audi Israël, Deus tuus Deus vnus est. Ecce absolutio quæstionis, quare potius dicamus tres personas quàm tres deos: quia scilicet illud non contradicit scriptura.

Alia quæstio, cur non dicimus tres essentias, ut tres personas, cum Scriptura non contradicat.

Li. & ca eisdem. V E R V M & hîc alia emergit quæstio, quam Augustinus consequenter annectit dicens, Cur, inquit, & tres essentias non licet dicere: quod similiter Scriptura sicut non dicit, ita non contradicit? At si dicis quòd propter vnitatem trinitatis non dicuntur tres essentia, sed vna essentia: quæro, cur non propter eandem vnitatem trinitatis dicantur vna persona, & non tres personæ? Ut enim est illis commune nomen Essentia, ita ut singulus quisque dicatur essentia: sic illis commune est personæ vocabulum. Quid igitur restat, nisi ut fateamur loquendi necessitate à Græcis & Latinis parta hæc vocabula aduersus insidias vel errores hæreticorum? Cùmque conaretur humana inopia loquendo proferre ad hominum sensus, quod in secretario mentis de Deo tenet, siue per piam fidem, siue per qualem cunque intelligentiam, timuit dicere tres essentias, ne intelligeretur in illa summa æqualitate vlla diuersitas. Rursum non poterat dicere, non esse tria quædam, quod quia dixit Sabellius, in hæresim lapsus est. *Ibidem.* Quæsiuit ergo quid tria diceret, & dixit tres personas, siue tres substantias secundum Græcos.

Sicut nos dicimus tres personas ita Græci tres substantias, quas dicunt hypostases, aliter accipientes substantiam quam nos.

H Cap. 6. Q U O D enim de personis secundum nostram, hoc de substantiis secundum consuetudinem Græcorum oportet intelligi. Sic enim illi dicunt tres substantias vnam essentiam, id est, tres hypostases vnam ouisiam, quemadmodum nos dicimus tres personas vnam essentiam vel substantiam. Quamquam & illi si vellent, sicut dicunt tres substantias tres hypostases, possent dicere tres personas, tria *πρόσωπα*. Illud autem maluerunt dicere: quia fortasè secundum linguæ suæ consuetudinem aptius dicitur.

Quod in vinitate non est diuersitas, nec singularitas, vel solitudo: sed vnititas, & trinitas, & distinctio, & identitas.

I A M sufficienter, ut puto, ostensum est, qua necessitate dicamus tres personas, & quare non similiter tres deos vel essentias: quia scilicet in altero obuiat Scriptura, in altero diuersitatis intelligentia: quia ibi nulla penitus est diuersitas, sicut nec singularitas, vel solitudo, sed vnititas &

Cap. 4. trinitas. Vnde August. in libr. 7. de Trinit. ait, Humana inopia quærens quid diceret tria, dicit tres personas vel substantias. Quibus nominibus non diuersitatem voluit intelligi sed singularitatem noluit: vt non solum ibi vnitas intelligatur ex eo quod dicitur vna essentia, sed trinitas, ex eo quod dicuntur tres personæ. Hilarius quoque in libr. 7. de Trin. ait: Dominus dicit, Qui me videt, videt & patrem. Cùm hoc dicitur, excluditur singularitas, atque vnici, solitarij intelligentia. Nam nec solitarium sermo significat, & indifferentem tamen naturam professio docet. Visus est enim in filio pater per naturæ vnitam similitudinem. Vnum enim sunt natus & generans: vnum sunt, neque vnus. Nō itaque solitarius filius est, nec singularis, nec dispar. Item in eodem, Sicut in patre & filio credere duos deos impium est: ita patrem & filium singularem Deum prædicare, sacrilegum est. Nihil in his nouum, nihil diuersum, nihil alienum, nihil separabile est. De hoc etiam Aug. in libr. Questionum veteris ac nouæ legis ait, Vnus est Deus, sed non singularis. Item Ambr. in lib. de Fide ait: Quod vnus est substantiæ, separari non potest, etsi non sit singularitatis, sed vnitatis Deus vnus cum dicitur, nequaquam deitatis trinitatem excludit: & ideo non quod singularitatis, sed quod vnitatis est prædicatur. Ecce ex prædictis ostenditur, quia nec singularis, nec diuersus, nec vnicus vel solitarius constitendus est Deus: quia singularitas vel solitudo personarum pluralitatem excludit, & diuersitas vnitatem essentiæ tollit. Diuersitas inducit separationem diuinitatis, singularitas adimit distinctionem trinitatis. Ideo Ambr. in 2. lib. de Fide ait, Non est diuersa nec singularis æqualitas, nec iuxta Sabellianos, patrem filiumque confundens, nec iuxta Arrianos, patrem filiumque secernens. Pater enim & filius distinctionem habent: separationem verò non habent. Item in eodem, Pater & filius diuinitate sunt vnum, nec est ibi substantiæ differentia: nec vlla diuersitas: alioquin quomodo vnum Deum dicimus? diuersitas enim plures facit. Constat ergo ex prædictis, quia in trinitate nulla est diuersitas: si tamen aliquando in Scriptura inuenitur dictum, tres diuersæ personæ & huiusmodi, diuersas dicit distinctas.

Quod non debet dici Deus multiplex.

ET sicut in trinitate non est diuersitas, ita nec multipli-

Non longe à fine lib. 7. Ioan. 14 b Paul. post præcedentia.

Tomo 4. q. 122. Lib. 5. c. 2 circa finē capituli.

Cap. 2.

Lib. 1. c. 2

Diuerse dicuntur aliquando personarum distinct.

cas. 2. citas: & ideo nō dicendus Deus multiplex, sed trinus & simplex. Vnde Ambr. in 1. lib. de Fide ait, Est in pater & filio non discrepans, sed vna diuinitas: nec confusum quod vnum est: nec multiplex esse potest quod indifferens est. Multiplex itaque Deus non est.

QV D SIGNIFICETVR HIS NOMI-

NIBVS VNVS VEL VNA, DVO VEL DVÆ,

Tres vel Tria, Trinus vel Trinitas, Plu-

res vel Pluralitas, Distinctæ vel

Distinctæ, cū his vti-

mur de Deo lo-

quentes.

Distinct. XXIII.

Hic diligenter inquiri oportet, cū in trinitate non sit diuersitas vel singularitas, nec multiplicitas vel solitudo, quid significetur his nominibus, scilicet Vnus vel Vna, Duo vel Duæ, Tres vel Tria, Trinus vel Trinitas, Plures vel pluralitas, Distinctæ vel Distinctio: cū dicitur vnus Deus, duæ personæ, vel tres personæ, plures personæ, distinctæ sunt personæ. Vel cū dicitur, distinctio personarum, pluralitas personarum, trinitas personarum, & huiusmodi. Videmur enim hoc dicentes, numerorum quantitates, & rerum multitudinē vel multiplicitatē in Deo ponere. Quid ergo ista ibi significant, ipso de quo loquimur aperiente insinuare curemus.

Magis illa dicuntur ad excludendum ea quæ non sunt in Deo, quàm ad ponendum aliqua.

SI diligenter præmissis autoritatum verbis intendimus, vt dictorum intelligentiam capiamus, magis videretur horum verborum vsus introductus ratione remouendi atque excludendi à simplicitate deitatis, quæ ibi non sunt, quàm ponendi aliqua.

Quid per Vnum significetur cū dicitur vnus Deus.

CV M enim dicitur, vnus Deus multitudo deorum excluditur, nec numeri quantitas in diuinitate ponitur: tanquam diceretur, Deus est, nec multi sunt vel plures dii, vnde Ambr. in lib. de Fide ait, Cū vnum dicimus Deum, vnitas excludit numerum deorum: nec quantitatem in Deo ponit, quia nec numerus, nec quantitas ibi est.

Quo sensu dicitur, vnus est pater, vel vnus est filius.

Quid significetur per nomē numerale cū loquimur de diuinis. = 1 id est non numerale in diuinis signæ aliquid ponendum. = neg. abum =

Lib. 1. c. 2 & lib. 3 de spū. scō. Cap. 14.

*Ex qua
intelligen-
tia dican-
tur perso-
nae plures.
In medio
quarti.
Gen. cap.*

SIMILITER cum dicitur, Vnus est pater, vel vnus est filius, & huiusmodi: ratio dicti hæc est, quod non sunt multi patres, vel multi filij, ita & de similibus. Item cum dicimus plures esse personas, singularitatem atque solitudinem excludimus: nec diuersitatem nec multipliciter ibi ponimus, quasi diceretur, Sine solitudine ac singularitate personas confitemur. Vnde Hilarius in 4. lib. de Trin. sic ait, Dixit Deus, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. **Q**uæro nunc, an solum Deum sibi locutum existimes, an hunc sermonem eius intelligas ad alterum extitisse. Si solum fuisse dicis, ipsius voce argueris, dicentis Faciamus, & Nostram. Sustulit enim singularitatis ac solitudinis intelligentiam, professio consortij: quia aliquod consortium esse non potest ipsi solitario: neque solitudo solitarij recipit, Faciamus: nec alieno à se diceret, Nostram. Attende lector his verbis & vide, quia nomine Consortij pluralitatem significauit: professio ergo consortij est professio pluralitatis: quam professus est dicens, Faciamus, & Nostram. pluraliter enim vtrunque dicitur. Sed hac professione pluralitatis non diuersitatem vel multitudinem posuit, sed solitudinem & singularitatem negauit. Sic ergo cum dicimus plures personas vel pluralitatem personarum, singularitatis & solitudinis intelligentiam excludimus.

Quid per ternarium significetur cum dicitur, Tres personæ.

I T A etiam cum dicimus tres personas, nomine Ternarij non quantitatem numeri in Deo ponimus, vel aliquam diuersitatem: sed intelligentiam, non ad alium nisi ad patrem & filium & spiritum sanctum dirigendam significamus, vt sit huius dicti intelligentia, Tres personæ sunt, vel tres sunt pater, & filius, & spiritus sanctus, id est, nec tantum pater, nec tantum filius: nec tantum pater & filius in deitate sunt, sed etiam spiritus sanctus, & non alius ab his. Similiter non tantum est ibi hæc persona, vel illa, vel hæc & illa, sed hæc & illa, & illa & non alia. Et hoc fore ita intelligendum August. satis ostendit, vbi dicit quod illo nomine non diuersitatem intelligi voluit, sed singularitatem noluit.

Quid per duo, cum dicitur, Duæ personæ, vel pater & filius duo sunt.

SIMILITER cum dicitur, Duo sunt pater & filius, non dualitatis

dualitatis quantitatem ibi ponimus: sed hoc significamus, quod non est tantum pater nec tantum filius, sed pater & filius, & hic non est ille: ita & de aliis huiusmodi. Ita etiam cum dicimus, Pater & filius sunt duæ personæ, hoc significamus, quod non tantum pater est persona, nec tantum filius est persona: sed pater est persona, & filius est persona, & hæc non est illa.

Ex quo sensu dicitur, In personis distinctio, vel personæ distinctæ.

C V M autem dicimus, Distinctæ personæ vel distinctio est in personis, confusionem atque permixtionem excludimus, & hanc non esse illam significamus. Cumque addimus, distinctæ sunt personæ proprietatibus siue differentes proprietatibus, aliam esse hanc personam, & aliam illam suis proprietatibus significamus. Et cum dicimus, aliam & aliam non diuersitatem vel alienationem ibi ponimus, sed confusionem Sabellianam excludimus.

Quomodo ibi accipitur discretio.

I T A & cum dicuntur discretæ personæ, vel cum dicitur discretio in personis esse, eadem intelligentiam facimus. Eodem enim modo ibi accipitur distinctio, quo discretio. Et congruè dicitur ibi esse discretio vel distinctio, non diuersitas vel diuisio siue separatio. Vnde Amb. in 1. li. de Trin. Non est ipse pater qui filius, sed inter patrem & filium expressa distinctio est.

Quomodo Trinitas ibi accipitur.

C V M verò dicitur Trinitas, id significari videtur quod significatur, cum dicitur, Tres personæ: vt sicut non potest dici, Pater est tres personæ, vel filius est tres personæ, ita non debet dici, Pater est Trinitas, vel filius est Trinitas.

Hoc videtur contrarium esse predictis.

H I C non est prætermittendum, quod cum supra dictum sit Deum nec singularem nec multiplicem esse cõsuetum, idque sanctorum autoritatibus sit confirmatum, in contrarium videretur sentire Isidor. dicens? Distinguendum est inter Trinitatem & vnitatem. Est enim vnitatis simplex & singularis, Trinitas verò multiplex & numerabilis: quia Trinitas est trium vnitatis. Ecce vnitatem dicit esse singularem, & Trinitatem multiplicem & numerabilem. Sed ad hoc dicimus, quia singularem accepit sicut & alij accipiunt vnum: multiplicem verò & numeralem, sicut dicunt trinum.

h

*Libr. 7. de
Tri. ca. 4.*

Cap. 2.

k Dist. 23.
lit. I. & in
principio
huius di-
stinct. In
1. lib. Ery.
Cap. 4.

LIBER I.
QVID SIGNIFICATVR CVM

dicitur pluraliter, Tres personæ, vel
 duæ personæ.

Distinct. XXV.

*Dist. 23.
 lit. B.
 Quid si
 significatur
 hoc nomi-
 ne Perso-
 na.*

Propterea considerandum est, cum hoc nomen Persona
 (vt prædictum est) secundum substantiam dicatur, quæ
 sit intelligentia dicti cum pluraliter profertur, Tres personæ
 vel duæ personæ: & cum dicitur, Alia est persona patris, alia
 est persona filij, alia est persona spiritus sancti. Sicut enim in
 his locutionibus Personæ vocabulum essentia intelligentiam
 facit, plures essentias confiteri videmur, & ita plures deos. Si
 verò essentia significationem ibi non tenet, alia est huius no-
 minis ratio, cum dicitur, Pater est persona, vel filius est perso-
 na: & alia, cum dicitur, Pater & filius & spiritus sanctus sunt
 tres personæ: & cum dicitur, Alia est persona patris, alia filij,
 & huiusmodi.

*Quod videtur secundum essentiam dici, Alia est
 persona patris, alia filij, siue tres per-
 sonæ, vt cum dicitur, Pater
 est persona, Filius
 est persona.*

*Dist. 23.
 lit. B.
 Quod no-
 mine Per-
 sona id si-
 gnifica-
 tur, cum
 dicitur,
 Pater est
 persona
 quod si-
 gnifica-
 tur nomi-
 ne Dei
 cum dici-
 tur, Pa-
 ter est
 Deus.*

PERSONA enim, vt supra ait Augustin. ad se dicitur,
 & idem est Deo esse personam quod esse: sicut idem est ei esse,
 quod Deū esse. Vnde manifestè colligitur quòd essentiam
 diuinam prædicamus, dicentes, Pater est persona, filius est
 persona, spiritus sanctus est persona, id est, essentia diuina: &
 omninò vnum & idem significatur nomine Personæ, id est,
 essentia diuina, cum dicitur, pater est persona, & filius est per-
 sona, quod significatur nomine Dei, cum dicitur, Pater est
 Dens, filius est Deus. Ita etiam idem significatur, cum dici-
 tur, Deus est Deus, & Deus est persona. Vtroque enim nomi-
 ne essentia diuina intelligitur, quia vtrunque secundum sub-
 stantiam dicitur. Cum verò dicitur, Pater & filius & spiritus
 sanctus sunt tres personæ, quid nomine Personæ significa-
 mus: an essentiam? hoc enim videtur, si supra posita verba Au-
 gust. diligenter scrutemur. Supra enim dixit, quòd ideo tres
 personæ dicimus, quia id quod persona est, commune est tri-
 bus. Et item, quia pater est persona, & filius est persona, & spi-
 ritus sanctus est persona, ideo tres personæ dicuntur. Videtur

ergo eandem tenere significationem hoc nomen Persona,
 cum dicitur, Tres personæ, quam habet cum dicitur, pater est
 persona, filius est persona, spiritus sanctus est persona. Quia:
 vt ostendit August. hoc dicitur, id est, tres personæ, propter il-
 lud, quia id quod persona est, commune est eis, id ergo quod
 commune est eis, id est, patri & filio & spiritui sancto, videtur
 significari nomine Personæ, cum dicitur, Tres personæ.

*Aliter etiam videtur posse ostendi, quòd secun-
 dum essentiam dicatur, etiam cum
 pluraliter profertur.*

ALITER etiã videtur posse ostedi, quod ibi nomine Perso-
 næ significetur essentia, cum dicitur, Tres personæ. Vt enim
 supra dixit Aug. Ea necessitate dicimus tres personæ, vt respò-
 deremus quæretibus, quid tres vel quid tria. Cum ergo queri-
 tur quid tres vel quid tria, còuenienter respondetur, cū dici-
 tur, Tres personæ. At eū quæritur, quid tres vel quid tria: per
 quid de essentia quæritur: non enim inuenitur, quod illi tres
 sint nisi essentia. Si ergo quæstioni rectè respòdemus, oportet
 vt respòdendo, essentia significemus: alioquin non ostēdemus
 quid tres sunt. Si verò respòdente, essentia significamus, ipsam
 essentia Personæ nosse intelligim⁹, cum dicitur, Tres personæ.

*Opinio quorundam, qui putant essentiam signifi-
 cari nomine personæ, cum dici-
 mus tres personas.*

QUIBVS DAM videtur quòd nomine Personæ si-
 gnificetur essentia cum dicitur, Tres personæ, propterea quia
 August. dicit ideo dici tres personas, quia commune est eis id
 quod est persona: vt sit talis intelligentia, Pater & filius & spi-
 ritus sanctus sunt tres personæ, id est, sunt tres id habentes
 commune quod est persona, id est, tres sunt quorum quisque
 est persona, id est, essentia. Sed quomodo iuxta hanc intelli-
 gentiam dicitur, alia est persona patris, alia filij: Et hoc etiam
 ita volunt intelligere, scilicet alius est pater, & alius est filius,
 id tamen commune habentes, quod est persona. Et hoc confir-
 mant autoritate Augustin. qui in 7. libro de Trinitate ait,
 Tres personas eiusdem essentia, vel tres personas vnam essen-
 tiam dicimus. Tres autem personas ex eadem essentia non
 dicimus: quasi aliud ibi sit quod essentia est, aliud quod perso-
 na est. Hac autoritate & præmissis conantur afferere in præ-
 h 2

*Dist. 23.
 lit. G.*

*Lib. 7. de
 Tri. c. 4.*

Cap. 6.

*In hac di-
 stinctioe.*

Cap. I. dictis locutionibus nomen Personæ essentiam significare. Sed quid respondebunt ad id quod ipse Augustin. in libr. de Fide ad Petrum dicit, scilicet quod alius est pater in persona siue personaliter, alius personaliter filius; alius personaliter spiritus sanctus? Quomodo enim alius personaliter pater, alius personaliter filius, alius personaliter spiritus sanctus, si in esse personam omnino conueniunt, id est, si persona essentia tantum intelligentiam facit? Ideo non nobis videtur aliter hoc posse dici congruentius iuxta catholicorum Doctorum auctoritates.

Quod hoc nomen, Persona, tripliciter in Trinitate accipitur: & hac est vtilis & catholica doctrina de persona & personis.

In medio libri.

Distin. 5. lit. H.

In distin. 23. huius lit. D.

Ibidem id est libr. 7. de Trinitate cap. 4.

SCIENDUM est igitur, quod hoc nomen Persona multiplicem intelligentiam facit, non vnā tantum. Et vt Hilarius ait in lib. 4. de Trin. intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermō res, sed rei sermo subiectus est. Discernentes ergo dicendi causas huius nominis, scilicet Persona, significationem distinguimus dicentes, quod hoc nomen, scilicet Persona propriè secundum substantiam dicitur, & essentiam significat, sicut supra ostendit Augustin. cum dicitur, Deus est persona, Pater est persona. Quadam tamen necessitate (vt supra dixit Augustin.) translatum est hoc nomen, vt pluraliter diceretur tres personæ, cum quæreretur, quid tres, vel quid tria: vbi non significat essentiam, id est, naturam diuinam, quæ communis est tribus personis, sed substantias vel hypostasēs secundum Græcos. Græci quippe (vt supra dicit Augustin.) aliter accipiunt substantiam, id est, hypostasim, aliter nos. Nos enim substantiam dicimus essentiam siue naturam. Personas autem dicimus sicut illi dicunt substantias, id est, hypostasēs. Sic ergo nos ita accipimus personas, vt illi accipiunt substantias vel hypostasēs. At illi aliter accipiunt hypostasēs, quam nos substantiam: aliter ergo nos accipimus personas quam substantiam. Cum ergo dicimus tres personas, non ibi Personæ nomine essentiam significamus. Quid ergo dicimus? Dicimus, quia tres personæ sunt, id est, tres substantiæ, scilicet tres entes: pro quo Græci dicunt tres hypostasēs.

Ostendit verba Augustini conuenire huic sententia.

*q̄ v̄t̄ sub̄st̄ vna (max̄im̄a cr̄is̄ q̄ v̄ p̄sonas̄ q̄ v̄t̄ d̄t̄ an̄
v̄t̄. 2. d̄t̄. al̄iā q̄ in 23 pot. mouet̄ 2*

ET HIC sensus adiuuatur ex verbis Augustin. præmissis, si interius intelligantur. Quia enim pater est persona, id est, essentia, & filius persona, & spiritus sanctus persona: ideo dicuntur tres personæ, tres substantiæ, tres entes. Non enim possunt dici tres substantiæ vel entes, nisi singulus eorum esset persona, id est, essentia. Quia ergo eis commune est id quod est persona, id est, essentia: ideo rectè dicuntur tres personæ, id est, substantiæ vel substantiæ, vt sicut essentia quæ est eis communis, verè ac propriè est, ita illi tres verè ac propriè substantiæ vel entes intelligantur. Ideoque August. causas dictorum discernens, dicit tres personas esse vnā essentiam vel eiusdem essentia, non ex eadem essentia: ne aliud intelligatur ibi esse persona aliud essentia. Tres enim personæ, id est, substantiæ vnā sunt essentia & vnus essentia: non autem sunt vna persona vel vnus personæ: licet persona secundum substantiam dicatur aliquando. Nam si hoc diceretur, confusio fieret in personis.

Obiectioni illorum hic respondet, qua nituntur probare personas secundum essentiam accipi, quia respondemus querentibus quid tres, vel quid tria.

AD hoc autem quod illi dicunt, cum quæritur, Quid tres, vel tria, de essentia quæritur, quia non inuenitur quid illi tres sint nisi essentia: per hoc volentes nos inducere vt nomine Personæ essentiam intelligamus, cum respondemus tres personas. Ita dicimus: Indubitabiliter verum est, quia non inuenitur vnum aliquid quod illi tres sint, nisi essentia. Vnum enim sunt illi tres, id est, essentia diuina. Vnde Veritas ait, Ego & pater vnum sumus. Verum tamen cum quæritur, Quid tres, vel quid tria, non de essentia quæritur, nec ibi quid ad essentiam refertur. Sed cum fides catholica tres esse profiteretur, sicut Ioannes in epistola canonica ait, Tres sunt qui testimonium perhibent in celo: quærebat̄ quid illi tres essent, id est, an essent tres res, & quæ tres res, & quo nomine illæ tres res significarentur. Et ideo loquendi necessitate inuentum est hoc nomen Persona ad respondendum, & dictum est, Tres personæ.

Quid tres res, & quid vna res hic dicitur.

NON autem te moueat quod dicimus tres res. Non

h 3

Hac distinc. lit. D.

Ibidem.

Ioā. 10. f

1. Ioā. 5.

Cap. 3. &
5. in 3. to.

enim hoc dicentes diuersarum rerum numerum põnimus in Trinitate, sed ita tres res dicimus, vt eandem esse vnã quãdam summan rem constiteamur. Vnde Augustinus in primo libro de Doctrina Christiana sic ait, Res quibus fruendum est, nos beatos faciunt. Res ergo quibus fruendum est, sunt pater & filius & spiritus sanctus. Eadẽmque Trinitas vna quãdam summa res est, communisque fruentibus ea, si tamen res & non rerum omnium causa sit. Non enim facile potest inueniri nomen, quod tantæ excellentiæ cõueniat: nisi quod melius dicitur, trinitas hæc vnus Deus. Sicut ergo tres res dicuntur, & hæc sunt vna res: ita tres substantiæ dicuntur, & hæc sunt vna essentia. Ecce ostensum est quæ sit intelligentia huius nominis, Persona, cum dicimus tres personas.

Ex quo sensu dicatur, Alia est persona patris, alia filij, alia spiritus sancti.

NVNC inspicimus, vtrum secundum eandem rationem & causam dicatur, Alia est persona patris, alia filij, alia spiritus sancti. Quod vtrique sanè intelligi potest, vt sit sensus talis, Alia est substantia vel hypostasis patris, alia substantia filij, alia substantia spiritus sancti. Et alia substantia pater, alia filius, alius spiritus sanctus.

Quomodo hæc intelligantur, Alius in persona pater, alius filius, alius spiritus sanctus.

DEINDE queritur, vtrum secundum eandem rationem accipiat cum dicitur, Alius est pater in persona, alius in persona filius, alius in persona spiritus sanctus: siue, Alius personaliter pater, alius personaliter filius, alius personaliter spiritus sanctus. Ad quod dicimus, quia et si possit eodem modo accipi: congruentius tamen ex ratione dicti alia variatur intelligentia, vt hic Personæ nomine proprietates personæ intelligatur: vt sit sensus talis, Alius est in persona vel personaliter pater, id est, proprietate sua pater alius est quàm filius, & filius proprietate sua alius quàm pater: paternali enim proprietate distinguitur hypostasis patris ab hypostasi filij, & hypostasis filij filiali proprietate discernitur à patre, & spiritus sanctus ab vtroque processibili proprietate distinguitur.

Quomodo secundum hunc modum etiam in predictis locutionibus potest accipi.

HOC etiam modo sanè potest accipi Persona in præmissis locutionibus, cum dicitur, Alia est persona patris, alia filij, sic est, alia est proprietates, qua pater est pater, alia, qua filius est filius, alia, qua spiritus sanctus est spiritus sanctus. Ita etiam nomine personæ quidam proprietates intelligere volunt, cum dicuntur tres personæ: sed melius est vt substantias vel hypostasies intelligamus, cum dicimus tres personas. Ex prædictis colligitur, quod nomen personæ in Trinitate triplicem tenet rationem. Est enim vbi facit intelligentiam essentia, & est vbi facit intelligentiam hypostasis, & est vbi facit intelligentiam proprietatis.

Authoritatibus Sanctorum ostendit, quod dixit.

QUOD autem secundum substantiam dicatur, & essentia aliquando significet, supra ex dictis Augustini aperte ostendimus. Quod verò pro hypostasi atque proprietate accipiat, ex auctoritatibus Sanctorum ostendi oportet, ne coniecturis nostris aliquid ausi dicere videamur. De hoc Hieronymus in expositione fidei catholice ad Damasum ita ait, Non est profus aliquis in trinitate gradus, nihilque quod inferius superiusve dici possit: sed tota diuinitas sui perfectione æqualis est, vt exceptis vocabulis, quæ proprietatem inquant personarum, quicquid de vna persona dicitur, de tribus possit dignissime intelligi. Atque vt confutantes Arium, vnã eandemque Trinitatem dicimus esse essentiam vel substantiam, & Deum vnũ in tribus personis fatemur: ita etiam impietatem Sabellij declinantes, tres personas expressas sub proprietate distinguimus, non ipsum sibi patrem, ipsum sibi filium, ipsum sibi spiritum sanctum esse dicentes, sed aliam patris, aliam filij, aliam spiritus sancti esse personam. Non enim nomina tantum modo, sed etiam nomina proprietates, id est, personas, vel (vt Græci exprimunt) hypostasies, id est, substantias confitemur. Nec pater filij vel spiritus sancti personam aliquando excludit. Nec filius vel spiritus sanctus patri nomen personamque recipit: sed pater semper pater, & filius semper filius, & spiritus sanctus semper spiritus sanctus. Itaque substantia vnũ sunt, sed personis ac nominibus distinguuntur: Ecce hic aperte dicit Hieronymus proprietates esse personas, & personas esse substantias. Vnde manifestum sit quod dixi-

Summã dictorum colligit.

Dist. 23. lit. B. & C. Eadem dist. lit. K. dist. 23.

lit. B. & in present.

In to. 4. in symboli explanatione.

Quod aliter hic accipitur Persona quàm supra: hæc pro proprietate accipitur.

to mus, scilicet Personæ nomine significari & hypostasim & proprietatem. Ioānes etiam Damascenus personas dicit esse hypostasias, & eas dicit entes; ita inquit, In deitate vnam naturam confitemur, & tres hypostasias secundum veritatem entes, id est, personas.

DE PROPRIETATIBVS PERSONARVM,

sed prius de hoc nomine, Hypostasis

Distinct. XXVI.

De his qua proprie & eternaliter dicuntur de Deo secundam relationem suae proprietatem personalem.

To. 2. epistola ad Damasium cuius initium est: Quoniam vetusto.

1. Cor. II.

NVnc de proprietatibus personarum, quas frequenter in hoc tractatu commemorauimus, aliquid loqui nos oportet. Sed primum audiamus quid de hoc nomine Hypostasis Hieron. dicit: ait enim sub hoc nomine venenum lateat: sed hoc dicit secundum quod haeretici eo utebantur ut simplices seducerent, scilicet pro persona & pro essentia, ut siue diceretur vna tantum hypostasis, siue tres, minus peritos ad inueniens deducerent, cum non erat hoc nomen ita apud catholicos vulgatum, nec ita eius significatio determinata, ut modo. Et ideo Hieronymus dicit hoc nomine non utendum forte sine distinctione, vel expositione, tunc scilicet quando cum haereticis contendebatur, ita scribens de fide catholica ad Damasum papam, Ab Arrianorum praesule hypostasem nouellum nomen a me homine Romano exigitur. Interrogamus, quid tres hypostasias arbitrentur intelligi: tres personas subsistentes aiunt. Respondemus nos ita credere. Non sufficit eis sensus, ipsum nomen efflagitant: quia nescio quid veneni in syllabis lateat. Clamamus, Si quis tres hypostasias, id est, tres subsistentes personas non confitetur, anathema sit. Si quis autem hypostasim ouliam intelligens, non tribus personis vnam hypostasim indicit, alienus a Christo est: qui scilicet tres hypostasias dicens, sub nomine pietatis tres naturas conatur asserere. Sufficiat nobis dicere vnam substantiam & tres personas perfectas aequales: caeamus tres hypostasias, si placet. Nomen hoc non bonae suspicionis est, cum in eodem verbo sensus dissentiant. Aut si rectum putatis, tres hypostasias cum interpretationibus suis debere nos dicere, non negamus. Sed mihi credite, venenum sub melle lateat. Transfiguratur enim se angelus Satanæ in angelum lucis. His verbis non negat utendum esse nomine Hypostasis, sed haeticos

eo prauè vsos ostendit, contra quos cautela opus erat in distinctione significationis: alioquin sibi contradiceret, qui supra tres hypostasias confitetur.

De proprietatibus personarum, & de nominibus earum relatiuis.

IAM de proprietatibus personarum videamus (quæ etiã notionem siue relationem in Scriptura plerumque dicuntur) in illa sancta trinitate, quæ ideo à nobis repetitur, vt cordi nostro renacius infigatur. Ait Augustinus in libro de Fide ad Petrum, Aliud est genuisse quàm natum esse: aliudque est procedere, quàm genuisse vel natum esse. Vnde manifestum est, quod alius est pater, alius filius, alius spiritus sanctus. Et est proprium solius patris, non quia non est natus ipse: sed quia vnum filium genuerit, propriumque solius filij: nõ quia ipse non genuit, sed quia de patris essentia natus est. Proprium vero spiritus sancti est, nõ quia nec natus est ipse nec genuit, sed quia solus de patre filioque procedit. Ecce breuiter assignauit tres proprietates trium personarum: quarum vna nõ est alia. Hoc enim significauit cum dixit, Aliud est genuisse quàm natum esse: aliudque procedere, id est, alia proprietates, siue notio est generatio, & alia natiuitas, alia processio, quæ aliis nominibus dicuntur paternitas, filiatio. Has proprietates designant nomina personarum, scilicet pater, filius, & spiritus sanctus: quæ relatiua sunt, & ad se inuicem dicuntur: quia notant relationes, quæ non sunt Deo accidentales, sed in ipsis personis ab æterno sunt immutabiliter: vt non modò appellationes sint relatiuæ, sed etiam relationes siue notiones in rebus ipsis, scilicet in personis sint.

Quod non omnia quæ de Deo dicuntur, secundum substantiam dicuntur: quædam enim secundum relationem dicuntur, nihil tamen secundum accidens.

QVOCIRCA sciendum est, non omne quod dicitur de Deo, dici secundum substantiam, quia quædam dicuntur secundum relationem, quæ non est accidens, quia non est mutabilis: vnde August. in v. lib. de Trin. ait, Nihil in Deo secundum accidens dicitur, quia nihil ei accidit. Nec tamen omne quod dicitur secundum substantiam, de Deo dicitur. In rebus creatis atque mutabilibus quod nõ secundum substantiam dicitur, restat vt secundum accidens dicatur. In Deo

*Et proprietates dicitur
Vnde Augustinus in libro
de Fide ad Petrum
Cap. 1. &
2. ait, Aliud est
genuisse quàm
natum esse.*

*Hic de nominibus
relatiuis,
quæ notant
ipsas rela-
tiones.*

Cap. 4. &

2. Cor. II. & Augustinus in libro de Trin. ait, Nihil in Deo secundum accidens dicitur, quia nihil ei accidit.

autem nihil quidem secundum accidens dicitur, quia nihil in eo mutabile est, aut amissibile: nec tamen omne quod dicitur de Deo, secundum substantiam dicitur. Dicitur enim ad aliquid, sicut pater ad filium, & filius ad patrem, quod non est accidens: quia & ille semper est pater, & ille semper est filius, & ira semper, quia semper natus est filius, nec cepit unquam esse filius. Quod si aliquando esse cepisset, aut aliquando desineret esse filius, secundum accidens diceretur. Et quia pater non dicitur pater, nisi ex eo quod est ei filius: & filius non dicitur filius, nisi ex eo quod habet patrem, non secundum substantiam hæc dicuntur, sed adinvicem ista dicuntur: neque tamen secundum accidens, quia & quod dicitur pater, & quod dicitur filius, & æternum atque incommutabile est eis. Ecce aperte his verbis ostenditur, quædam dici de Deo secundum substantiam, quædam secundum relationem, nihil tamen secundum accidens. Ostenditur etiam proprietas patris esse, quod habet filium: & proprietas filij, quod habet patrem. Ideoque cum dixerit æternum & incommutabile esse quod pater dicitur, & quod filius dicitur: ita intelligi voluit, id est, proprietas, qua pater est pater, & proprietas, qua filius est filius, æterna est & incommutabilis: quia & pater semper pater, & filius semper filius. Vnde & Hilarius proprietates personarum assignans in duodecimo libro de Trinitate ait, Si semper patri proprium est quod semper est pater, necesse est semper filio proprium esse quod semper est filius. Vbi enim semper pater est, semper & filius est: ergo qui non semper pater est, non semper genuit. Item in eodem. Nato Deo manifestum est proprium esse quod filius est.

Quare dicatur esse proprium unigeniti, quod est filius Dei, cum etiam homines sint filij Dei.

HIC queritur, quomodo dicatur proprium nato Deo quod est Dei filius, vel genitus ex Deo: cum etiam homines filij Dei dicantur & sint secundum illud, Filij excelsi omnes. Et ad Moysen de populo Israël Dominus ait, Filius meus primogenitus Israël. Sed magna est distantia, homines enim filij Dei sunt factura, non natiuitatis proprietate: Deus autem filius originis, proprietate filius est, & veritate natiuitatis, non factura, vel adoptione: & illi quidem ante sunt,

In medio libri.

Paulo ante mediū.

Psal. 81. Exod. 4. f

quàm filij Dei sunt. Fiant enim filij, non nascuntur filij Dei. Vnde Hilarius solum Deum natum originis proprietate Dei filium ostendens, inter ipsum & homines filios Dei euidenti simè distinguit in 12. lib. de Trin. ita dicens, Vero patri solus qui ex eo nascitur verè filius est: & nos quidem filij Dei sumus, sed per facturam. Fuimus enim aliquando filij iracundiæ, sed filij Dei per adoptionem effecti sumus potius quàm nascimur: & quia omne quod fit, antequàm fiat non fuit, nos cum filij non fuisset, efficiamur. Ante enim filij non eramus, sed per gratiam, facti sumus, non nati neque generati, sed acquisiti. Acquisiuit enim nos Deus sibi, & per hoc dicitur nos genuisse. Genuisse enim Deum filios nunquam cum proprietatis significatione cognoscimus dici. Ex adoptione enim homo factus filius Dei, non ex generatione: neque ei proprietas est, sed nuncupatio: ac per id non verè filius est, quia nec propriè natus dicitur, nec semper fuit filius. Unigenitus autem Deus nec fuit aliquando non filius, nec fuit aliquid antequàm filius, nec quicquàm ipse nisi filius. Atque ita qui semper est filius, nascibilitatis proprietate ac veritate filius est eius solus qui genuit, & ille tantum qui genuit, pater ipse est: quia sicut ille filius origine, ita ille pater generatione.

Quod homo dicitur filius trinitatis & potest dici pater hominum.

HOMO verò, qui filius Dei est factura, non tantum patris, sed filij & spiritus sancti filius est, id est totius trinitatis: & trinitas ipsa pater eius dici potest. Vnde August. in 7. libro de Trinit. dicit, Non potest dici trinitas pater, nisi fortè transfatiuè ad creaturam, propter adoptionem filiorum. Quod enim scriptum est, Audi Israël, Dominus Deus tuus Deus vnus est, non vtrique excepto filio aut spiritu sancto oportet intelligi: quem vnum dominum Deum nostrum rectè dicimus, etiam patrem nostrum, per gratiam suam nos regenerantē. De hoc etiam Hilarius in 6. lib. de Trin. ait, Omnibus per fidem Deus pater est, quibus est pater per eam fidem qua Iesum Christum Dei filium confitemur. Ecce ostensum est, quare propriū dicatur esse Dei nati, quod filius est: quia, si ipse solus natus propriè dicitur. Vnde Hilarius in lib. 3. de Tri. ait, Dominus dicens, clarifica filium tuum, nō solo nomine con-

Non loge à principio libri. Ad eph. 2. a.

Cap. 11.

Deut. 6.

Paulo post mediū.

Non loge à principio. Ioan. 17. a.

testatus est se esse filium, sed & proprietate. Nos filij Dei sumus, sed non talis hic filius. Hic enim verus & proprius est filius origine, non adoptione, veritate, non nuncupatione, natiuitate, non creatione.

Quod spiritus sanctus dicitur proprie donum Dei, quia proprietate est donum, vt filius natiuitate: & vtroque modo dicitur relatiue, & secundum eandem relationem.

ITA etiam de spiritu sancto dicendum est, qui proprie dicitur donum Dei, cum tamen & alia plura sint dona Dei. Sed spiritus sanctus in proprietate immutabili & aeterna donum est, sicut filius proprietate est filius. Eo enim dicitur donum quo spiritus sanctus, & vtroque vtrique nomine relatiue dicitur: eademque relatione dicitur spiritus sanctus & donum, licet ipsa relatio non ita appareat in hoc nomine. Spiritus sanctus, sicut in hoc nomine, Donum. Vnde Augu. in 5. lib. de Tri. ait, Spiritus sanctus, qui non est trinitas, sed in trinitate intelligitur, in eo quod proprie dicitur spiritus sanctus, relatiue dicitur cum ad patrem & filium refertur: quia spiritus sanctus & patris, & filij & spiritus est. Sed ipsa relatio non apparet in hoc nomine: apparet autem cum dicitur donum Dei. Donum enim est patris & filij, quia à patre procedit & à filio: ergo spiritus sanctus ineffabilis quaedam patris filijque communio est. Et ideo fortasse sic appellatur, vt iam diximus, nec iterare piget: quia patri & filio potest eadem appellatio conuenire. Nam hoc ipse proprie dicitur, quod illi communiter, quia etiam pater spiritus, & filius spiritus, & pater sanctus, & filius sanctus. Vt ergo ex nomine quod vtrique conuenit vtriusque communio significetur, vocatur donum amborum spiritus sanctus. Ecce habes quare spiritus sanctus proprie dicatur donum, & quod relatiue dicitur, siue donum, siue spiritus sanctus: & quod nomen sibi proprium tenet, quod communiter patri & filio conuenit, sed diuisim. Et est sciendum quod cum pater vel filius dicitur spiritus siue sanctus, neutrum relatiue dicitur, sed secundum substantiam.

An pater, vel filius, vel trinitas ipsa possit dici spiritus sanctus.

HIC quaeri potest, vtrum pater, vel filius, vel etiam ipsa

Cap. 11.
Quid sit
spiritus
sanctus.

trinitas possit dici spiritus sanctus, sicut distinctim dicitur & spiritus sanctus. De hoc Aug. in 5. lib. de Trinit. sic ait, Trinitas nullo modo potest dici filius, spiritus vero sanctus potest quidem vniuersaliter dici, secundum id quod scriptum, est, Quoniam Deus spiritus est. Itaque pater & filius & spiritus sanctus, quoniam vnus Deus est, & vtrique Deus sanctus est & Deus spiritus est, potest appellari trinitas & spiritus sanctus. Sed tamen tunc spiritus sanctus relatiue non dicitur, sed secundum essentiam, quia proprie spiritus sanctus, quia non est trinitas, sed in trinitate, dicitur relatiue.

Quidam putant spiritum sanctum non dici relatiue ad patrem & filium: quia non vicissim respondent sibi vocabula, sed falso.

QVIDAM tamen putant spiritum sanctum vel donum non dici relatiue ad patrem vel ad filium. Si enim inquit, hæc relatiue ad se dicuntur, suis inuicem sibi respondent vocabulis: vt sicut dicitur pater filij pater, & filius patris filius: ita dicatur pater spiritus sancti vel doni pater: & spiritus sanctus vel donum patris spiritus vel donum. Sed non ita est in omnibus relatiuis: Non enim omnia quæ relatiue dicuntur suis ad se inuicem respondent vocabulis. Vnde Augu. horum elidens opinionem in 15. lib. de Trin. Non te moueat, inquit, quoniam diximus spiritum sanctum non ipsam trinitatem, sed eum qui est in trinitate, relatiue dici, licet non ei respondeat vicissim vocabulum eius ad quem refertur. Dicimus enim spiritum sanctum patris, sed non vicissim dicimus patrem spiritus sancti, ne filius eius intelligatur spiritus sanctus. Item dicimus spiritum sanctum filij, sed non dicimus filium spiritus sancti, ne pater eius intelligatur spiritus sanctus. In multis enim relatiuis, hoc contingit, vt non inueniatur vocabulum quo sibi vicissim respondeant. Cum ergo dicimus donum patris & filij, non quidem possumus dicere patrem doni aut filium doni: sed vt hæc vicissim respondeant, dicimus donum donatoris. & donatorem doni: quia hic potuit inueniri vsitatum vocabulum, illic non potuit. Donum ergo donatoris, & donator doni cum dicimus, relatiue vtrumque ad inuicem dicimus: donator tamen non fuit Deus, nisi ex tempore, cum spiritus sanctus sit donum, & ab æterno.

Cap. 11.

Ioan. 4.

Cap. 12.

Libro eadem sed
cap. 11.

AN EASDEM PROPRIETATES ASSI-
GNENT AVGVSTINVS ET HILARIVS,
& an istæ sint quæ dicuntur Paterni-
tas, Filiatio, & processio.

Distinct. XXVII. A

*Di. præc
dentelit.c*
Hic quaeri potest, utrum proprietates, quas Hilarius supra assignavit, scilicet, quod pater semper est pater, & filius semper est filius, sint illæ eadem proprietates, quas August. superius distinctit dicens: proprium esse patris quod genuit filium, & proprium filij quod genitus est à patre, & spiritus sancti quod ab utroque procedit. Ac deinde utrum & istæ sint illæ quæ dicuntur paternitas, filiatio processio. Videtur quod non sint eadem proprietates, quas ponit Hilarius, & illæ quas ponit Aug. Si enim eadem sunt, idem est ergo patri esse patrem, & genuisse filium: quod ubique quidam concedunt. Si autem hoc est, cui ergo convenit ut sit pater, ei convenit genuisse filium. Natura ergo divina si pater est, genuit filium si verò non genuit pater nõ est. Sed quis audeat dicere, aut quod ipsa genuit filium, aut quod ipsa pater non sit. Si autem ipsa pater est, nec filium genuit, non est ergo idem dicere aliquid esse patrem, & gignere filium. Et ita non videbitur una eademque esse proprietas.

Responsio, ubi ostendit easdem esse proprietates. B

*Quomodo
sint intel-
ligèda præ
dicta ver-
ba. Hilar.*
AD quod sine præiudicio aliorum dicimus, quod easdem proprietates notavit uterque, licet diversis verbis. Quod enim Hilar. ait, ita intelligi debet, Proprium patris est quod semper pater est, id est, proprietas patris est, qua sepe pater est, semper verò pater est, quia semper genuit filium. Ita & proprium filij est, quod semper filius est, id est, proprietas filij est, qua semper filius est. Filius verò semper est, quia semper genitus est, ergo proprietas qua pater pater est, est quia semper genuit, & hæc eadem dicitur paternitas, vel generatio. Et proprietas, qua filius semper est filius, est quia semper genitus est à patre: & hæc eadem dicitur filiatio, vel genitura vel natiuitas, vel origo, vel nascibilitas. Sic & proprietas qua spiritus sanctus est spiritus sanctus vel donum: est quia procedit ab utroque: & hæc eadem dicitur processio. In præmissis ergo lo-

cutionibus eadem significata sunt proprietates.

Quomodo non est omnino idem dicere, esse patrem & genuisse, vel habere filium, ita & de alijs. C

NEC tamen videtur nobis omnino esse idem dicere aliquid esse patrem & genuisse filium: vel aliquid esse filium & habere patrem, vel esse spiritum sanctum, & procedere ab utroque: alioquin pater non esset nomen Hypostasis, id est, personæ sed proprietatis tantum, similiter filius, & spiritus sanctus: & ita non per tria nomina significarentur tres personæ. Ideoque dicimus, quia Patris nomen non tantum relationem notat, sed etiam hypostasim, id est, substantiam significat: ita & filius, & spiritus sanctus. Relationum verò vocabula, scilicet paternitas, filiatio, processio: vel gignere, gigni, procedere, ipsas tantum relationes, non hypostases significat, siue habere filium & habere patrem: ut verbi gratia, cum dicimus, Deus est pater, nomine Patris & relationem notamus, & diuinam hypostasim significamus, ut sit intelligentia talis, Deus vel diuina essentia est pater, id est, ille qui genuit, id est, hypostasis quæ habet filium. Similiter Deus est filius, i. hypostasis genita vel habens patrem. Ita etiam Deus est spiritus sanctus, id est, hypostasis procedens ab utroque, siue ille qui procedit. Cum vero nomina relationum ponimus in prædicatis, notionem ipsas tantum significamus, non hypostases: ut cum dicimus, Deus genuit, id est, habet filium, & Deus genitus est, id est, habet patrem. Et tunc oportet intelligi in subiectis hypostases tantum non essentiam, quæ illis proprietatibus determinantur.

Quod proprietates determinant hypostases, non substantiam, id est, naturam. D

ILLAE enim proprietates singulæ singulis propriè conveniunt personis, & per eas personæ determinantur, & à se inuicem differunt, sed à se non secedunt. Vnde Ioannes Dam. Non differunt ab inuicem hypostases secundum substantiam, sed secundum characteristicam idiomata, id est, determinatiuas proprietates, Characteristica verò, id est, determinatiua, sunt hypostases & non naturæ: etenim hypostases determinant. Item esse quidem intemporaliter & æternaliter dicimus diuinam verbi hypostasim, simplicem om-

*Hæc nomi-
na Pater
& filius et
spiritus sc
ctus, non
tantum re-
lationes.
sed etiam
hypostases
significat.
Relationum
verò voca-
bula sunt
paterni-
tas, filia-
tio, proces-
sio.
Quid in-
telligatur
cum dici-
tur, Deus
est pater,
& Deus
est spiritus
sanctus.
Quid in-
telligatur
cum dici-
tur, Deus
genuit &
Deus ge-
nitus est.
Libr. 3. de
Orthodo-
xa Fide.
ca. 6. ca. 7
eiusdem.*

Philoco nia habentem, quæ habet patrem, ut eius homouision, id est, confubstantialem, natiuitatis modo & habitudine à paternali hypostasi differentem: nunquam verò à paternali hypostasi secedentem. Idem apertius exprimens personales proprietates, in eodem ait, Differentiam hypostaseon, i. personarum in tribus proprietatibus, id est, paternali & filiali & processibili recognoscimus. Insecessibiles autem ipsas hypostases & indistabiles inuicem & vnitas quidem inconsubtiliter: tres enim sunt, etsi vnitas diuisas autem indistat. Etenim singula perfecta est hypostasis, & propria proprietatem, scilicet, existentie modum proprium possidet: sed vnitas sunt substantia, & non distant neque secedunt à paternali hypostasi. Ecce hic habes distinctas tres illas proprietates, quæ supra diuersis significatæ sunt modis.

Dist. 26.

Quod sunt alia nomina personarum easdem proprietates notantia, scilicet Genitus, Genitor, Verbum, Imago.

Cap. 2. hoc pot. mo. uer. q. in hoc d. s. v. m. Verbum. Verbum dicitur. sicut non personæ. An essentialia

H I C non est prætermittendum, quòd sicut pater & filius & spiritus sanctus nomina personarum sunt, & proprietates personales designant: ita etiam sunt & alia nomina personarum, id est, quæ ipsas personas significant, & earum proprietates denotant, & easdem quas & nomina prædicta: vnde & relatiuè dicuntur, Genitor, genitus, verbum, imago. Vnde August. in 5. lib. de Trin. ait, Videndum est, inquit, significari cum dicitur genitus, quod significatur cum dicitur filius. Ideo enim filius, quia genitus: & quia filius utique genitus. Sicut autem filius ad patrem, sic genitus ad genitorem refertur: & sicut pater ad filium, ita genitor ad genitum. Idem in 6. libr. de Trinit. Verbum quidem solus filius accipitur, non simul pater & filius, tanquam ambo sint vnum verbum. Sic enim verbum dicitur, quomodo imago, non autem pater & filius simul ambo imago: sed filius solus est imago patris, quemadmodum filius. Idem in 7. libr. de Trinit. Verbum, secundum quòd sapientia est & essentia, hoc est quod pater: secundum quòd verbum, non hoc est quod pater: quia verbum non est pater, & verbum relatiuè dicitur, sicut filius. Item in eodem, Sicut filius ad patrem refertur, ita & verbum ad eum cuius est verbum, refertur, cum dicitur verbum. Et propterea non eo verbum, quo sapientia dicitur: quia verbum non ad se dicitur, sed tantum relatiuè dicitur ad eum,

Cap. 2.

Cap. 3.

Lib. 7. de Trin. c. 2.

Cap. 2. motum alia q. quæ ex. discernunt. ad 26. = Omnes seu alius notionalis realis distinguuntur in vna & altera natura ab eis.

cum, cuius est verbum, sicut filius ad patrem. Eo quippe est filius, quo verbum, & eo est verbum quo filius, sapientia verò, quo essentia: & ideo quia pater & filius sunt vna essentia & vna sapientia. Item in eodem, Non est pater ipse verbum, sicut nec filius, nec imago. Quid autem absurdius quam imaginem ad se dici? Idem in 5. Dicitur relatiuè filius, relatiuè dicitur verbum, & imago: & in omnibus his vocabulis ad patrem refertur, nihil autem horum pater dicitur.

7. Cap. 1. Cap. 13.

Breuitè summam colligit intelligentia prædictorum.

A P E R T E ostensum est, quòd sicut filius vel genitus relatiuè dicitur ad patrem, ita verbum & imago: & quòd eo dicitur verbum siue imago quo filius, id est, eadem proprietate siue notione dicitur verbum & imago qua filius, sed non eo quo verbum, dicitur sapientia vel essentia: quia non notione qua dicitur verbum, dicitur sapientia. Nam sapientia dicitur secundum essentiam, non secundum relationem.

Generalis regula eorum quæ ad se, & eorum quæ relatiuè dicuntur. Quicquid enim ad se, simul ambo dicitur: sed non ita in prædictis relatiuis.

E T est hic aduertenda quædam generalis regula eorum quæ ad se, & eorum quæ relatiuè dicuntur de patre & filio. Quicquid enim ad se dicuntur, ut ait Aug. in 6. li. de Trin. non dicitur alter sine altero, id est, quicquid dicuntur quod substantiam, eorum ostendat, ambo simul dicuntur. Ergo nec pater est Deus sine filio, nec filius sine patre, sed ambo simul Deus: sed non ambo simul pater, non ambo simul filius, vel verbum, vel imago.

Cap. 2.

Aut secundum substantiam dicatur Deus de Deo, & huiusmodi.

H I C queritur, cum dicitur Deus de Deo, lumen de lumine, & huiusmodi, vtrum dicantur secundum substantiam: nam secundum relationem constat ista non dici. Si verò secundum substantiam dicuntur simul ambo: scilicet pater & filius, possunt dici Deus de Deo, lumen de lumine, secundum prædictam regulam. Ad quod dicimus, quia licet Deus secundum substantiam dicatur & lumen, & sapientia, & huiusmodi, & nunquam relatiuè accipiantur: aliquando tamen pro relatiuis, id est, pro personis, sed non relatiuè, accipiuntur: ut cum dicitur, Deus genuit Deum, alterum pro patre, alterum pro

Resposito, ubi nomina substantiæ dicuntur aliquando personis.

Li. 6. c. 2.

filio ponimus: similiter cum dicitur, Deus de Deo, lumen de lumine. In aliis quoque locutionibus saepe reperiuntur nomina essentiae ad significationem personarum deducta: ut cum dicitur, Deus natus, Deus mortuus, Deus passus, ubi filius tantum significatur. Ita & de solo filio intelligitur cum dicitur, Deus de Deo, & huiusmodi. Vnde Aug. quarens quomodo huiusmodi dicantur, in 6. lib. de Tri. ait: Quomodo Deus de Deo, lumen de lumine dicitur: non enim simul ambo Deus de Deo, sed solus filius de Deo, scilicet patre: nec ambo simul lumen de lumine, sed solus filius de lumine patre.

Quod tantum secundum nomen substantiae dicitur illud de illo, non secundum nomina personarum.

Lib. 6. de Tri. ca. 2. Quod nomina substantiae aliquando Trinitatis intelligentiam significant. Li. 5. c. 8. Luc. 18. d

ET est sciendum quod secundum nomina substantiae tantum dicitur illud de illo, licet ibi illa nomina substantiarum non significant. Secundum vero eadem nomina personarum nunquam dicitur illud de illo, sicut verbum de verbo, vel filius de filio: quia huiusmodi nomina diversis personis convenire non possent. Quod Augustinus, licet obscure, in eodem libro ita dicit: Hoc solum de eis dici non potest illud de illo, quod simul ambo non sunt, id est, illo solo nomine non possumus uti ad ostendendum unum de vno, quod simul ambobus non convenit: sicut verbum de verbo dici non potest, quia non simul ambo verbum: nec imago de imagine, nec filius de filio, quia non simul ambo filius vel imago. Et sicut nomina substantiae aliquando intelligentiam personarum distincte faciunt: ita etiam interdum totius Trinitatis simul. Vnde Aug. in eodem libro ait, In Patris nomine, ipse pater per se pronunciat: in Dei vero nomine, & ipse pater, & filius, & spiritus sanctus: ut cum dicitur, Nemo bonus nisi solus Deus: quia Trinitas est vnus solus Deus.

QVOD NON TANTVM TRES
praedictae proprietates sunt in personis, sed etiam aliae quae de aliis significantur nominibus, ut Ingenitus.

Distinct. XXVIII.

De his quae proprie & eternaliter

Præterea considerare oportet, quod non tantum tres praedictae proprietates siue notiones in personis sunt, verum etiam aliae, quae aliis notantur nominibus. Nam etiam hoc

nomen Ingenitus, relatiue dicitur de patre tantum, & aliam designat notionem quam pater vel genitor. Non est enim idem esse patrem & esse ingenitum, id est, non ea notione pater dicitur qua ingenitus. Pater enim (ut praedictum est) dicitur secundum proprietatem generationis, ingenitus autem secundum proprietatem innascibilitatis. Differt ergo pater à filio auctoritate generationis, differt etiam proprietate innascibilitatis, id est, quia ingenitus. Vnde Aug. distinguens inter proprietatem qua pater dicitur, & illam qua dicitur ingenitus in 5. lib. de Trin. sic ait, Non est hoc dicere ingenitum, quod est patrem dicere: quia etsi filium non genuisset, nihil prohiberet dicere eum ingenitum. Et si gignat quisque filium, non ex eo ipse est ingenitus, quia geniti homines gignunt alios. Non ergo ideo dicitur pater, quia ingenitus. Idem cum de Deo patre vtrunque dicitur, alia notio est qua intelligitur genitor, alia qua ingenitus. Genitor enim dicitur ad genitum, id est, filium. Cum vero ingenitus dicitur, non quid sit, sed quid non sit ostenditur. Hoc exemplis planum faciendum est. Quod dicitur ingenitus, hic ostenditur quod non sit filius: sed genitus & ingenitus commodè dicitur, filius autem Latine dicitur. Sed ut dicatur, in filium, non admittit loquendi consuetudo: nihil tamen intellectui demitur si dicatur, non filius, quæ admodum etiam si dicatur non genitus pro eo quod dicitur ingenitus nihil aliud dicitur. Ideo non est in rebus considerandum quid vel finat vel non finat dici vsus sermonis nostri, sed quis rerum ipsarum intellectus eluceat. Non ergo iam tantum dicamus ingenitum, sed etiam non genitum, quod tantum valet. Nunquid ergo aliud dicimus, quam non filium? Negatiua porro particula Non, id efficit, ut quod sine illa relatiue dicitur, eadè preposita substantialiter dicatur: sed id tantum negatur quod sine illa dicebatur: sicut in aliis praedicamentis cum dicimus, Homo est, substantiam designamus. Qui ergo dicit, Non homo est, non aliud genus praedicamenti enunciat, sed tantum illud negat. Sicut ergo secundum substantiam aio, Homo est, sic secundum substantiam nego, cum dico, Non homo est. At si tantum valet quod dicitur genitus, quantum valet quod dicitur filius: tantum ergo valet quod dicitur non genitus, quantum valet quod dicitur non filius. Relatiue autè negamus dicendo, Non genitus. Ingenitus porro quid est, nisi non genitus?

dicitur de deo secundum relationem seu proprietatem non personalem, quae est innascibilitas. Cap. 6. De ingenito planum asseruatio, s. quod relatiue dicitur, & alia est notio qua dicitur ingenitus, alia qua pater. Eodè cap. Li. 5. c. 7.

Quod tantum valet non genitus quantum ingenitus & tantum non filius. Li. 5. c. 7.

Li. & ca.
eisdem.

Non ergo receditur à relatiuo prædicamento, cum ingenuus dicitur. Sicut enim genitus non ad se dicitur, sed quod ex genitore sit: ita cum dicitur ingenuus, non ad se dicitur, sed quod ex genitore non sit ostenditur: utrunque tamen relatiue dicitur. Quod autem relatiue pronunciat, non indicat substantiam. Quauis ergo diuersum sit genitus & ingenuus, non tamen indicat diuersam substantiam: quia sicut filius ad patrem, & non filius ad non patrem refertur, ita genitus ad genitorem, & non genitus ad non genitorem refertur necesse est. Ecce euidenter ostendit quod ingenuus relatiue dicitur, & de solo patre accipitur. Alia igitur notio est qua dicitur ingenuus, alia qua pater. Atque tantum valet cum dicitur ingenuus, quantum non genitus, vel non filius.

An sicut solus pater dicitur ingenuus, dici debeat non genitus vel non filius.

Opinio
quorumdam.

Aliorum
opinio.

IDEO solet quæri, utrum sicut solus pater dicitur ingenuus, ita ipse solus debeat dici non genitus, vel non filius: ut nec etiam spiritus sanctus possit dici non filius, vel non genitus. Quibusdam videtur quod pater solus debeat dici non genitus vel non filius: spiritus vero sanctus sicut non dicitur ingenuus, ita (inquiunt) non est dicendus non genitus vel non filius. Debet quidem dici & credi spiritus sanctus non esse genitus vel non esse filius: sed non debet dici esse non genitus vel non filius. Alius autem videtur, quod cum spiritus sanctus non possit dici ingenuus, potest tamen dici non genitus vel non filius. Quod autem Augustin. supra ait, tantum valere cum dicitur, ingenuus, quantum cum dicitur non genitus vel non filius, etymologiam nominis ostendendo eum hoc dixisse dicunt, non ratione prædicationis.

Quæ sit proprietas secundum quam dicitur pater ingenuus.

Non longe à sine lib.

S I autem vis scire quæ sit proprietas, secundum quam dicitur pater ingenuus, audi Hilarium ipsam vocantem innascibilitatem, in 4. libro de Trinitate, ita aientem. Est vnus ab vno, scilicet ab ingenito genitus, proprietate videlicet in vnoquoque & originis & innascibilitatis. Significata ergo in scripturis personarum intelligentia, & distincto innascibilitatis natiuitatisque sensu, solitarius Deus non est opinandus.

Discretio ergo vel distinctio personarum in Scripturis posita est, in nullo autem naturæ distinctio.

Arriani nitentur probare alterius substantiæ esse patrem, alterius filium, quia ille ingenuus, iste genitus: quibus respondens Ambrosius dixit se hoc nomen in Scripturis non legisse diuini.

ILLVD etiam taceri non oportet, quod Arriani ex eo probare nitentur alterius substantiæ esse patrem, alterius filium: quia ille ingenuus, & iste genitus dicitur, cum diuersum sit esse ingenuum, & esse genitum. Vnde Ambrosiorum quæstioni respondens, dicit se in diuinis Scripturis hoc nomen, scilicet Ingenuus, non legisse, ita inquit in libr. de Incarnationis dominicæ sacramento, Cum dudum audierint quidam, dicentibus nobis, filium Dei qui generatus est, patri qui generauit inæqualem esse non posse, quauis ille generatus sit, iste generauit: quia essentia vel generatio est naturæ, aduersus quidem illam quæstionem vocem sibi arbitrantur occlusam, sed tergiuersatione damnabili in eodem loco vestigium vertunt, ut parent mutationem fieri quæstionis mutatione sermonis dicentes, Quomodo possunt esse ingenuus & genitus vnus naturæ atque substantiæ? Ergo ut respondeam mihi propositæ quæstioni, Primò omnium in diuinis Scripturis ingenuus nusquam inuenio, non legi, non audiui. Cuius ergo mutabilitatis sunt homines huiusmodi, ut nos dicant ea usurpare quæ non sunt scripta: cum ea quæ sunt scripta dicamus, & ipsi obiiciant quod scriptum non sit? Nonne ipsi sibi aduersantur, & authoritatem calumniæ suæ derogant? Attende lector, quoniam hoc nomine Ingenuus volebat uti Ambrosius propter hæreticos. Ita & nos subicere quædam oportet propter calumniantium insidias, quæ catholicis ac piis lectoribus securè credi possunt. Sunt etenim quædam, quæ non tantæ sunt religionis & authoritatis, ut eis non oporteat semper confitendo ac recipiendo inservire, verum silentio aliquando præteriri queunt: nec illius tamen sunt peruersitatis, quin (cum opportunum fuerit) eis vit liberum habeamus.

An diuersum sit esse patrem & esse filium.

P R A E T E R E A quæri solet, cum supra dictum sit, quia

Quæ sit proprietas secundum quam dicitur pater ingenuus, audi Hilarium ipsam vocantem innascibilitatem, in 4. libro de Trinitate, ita aientem. Est vnus ab vno, scilicet ab ingenito genitus, proprietate videlicet in vnoquoque & originis & innascibilitatis. Significata ergo in scripturis personarum intelligentia, & distincto innascibilitatis natiuitatisque sensu, solitarius Deus non est opinandus.

Lib. I. hu-
ius dist.

August.

libr. 5. de

Tri. ca. 6.

Responsio

ubi dicit

esse diuer-

sum esse

patrem &

esse filium:

sed non pa-

trrem esse,

& filium

esse.

Cap. 5.

aliud est dicere ingenitum, aliud patrem, & quoddam diuersum sit genitus & ingenitus, verum similiter diuersum sit esse patrem & esse filium, an idem. Ad quod dicimus, quia ex eodem sensu quo dicitur diuersum genitus & ingenitus, & quo dicitur non esse idem dicere genitum & ingenitum, potest dici non esse idem, sed diuersum, esse patrem, & esse filium, vel esse spiritum sanctum: quia non ea notione pater est pater, qua filius est filius, vel qua spiritus sanctus est spiritus sanctus. Ideoque ex hoc sensu concedimus, quod aliud est esse patrem, & aliud est esse filium: quia alia notio est, qua pater est pater, alia qua filius est filius. Sed si transponas, ut dicas, aliud est patrem esse, aliud filium esse, variatur intelligentia: & ideo non conceditur. Est enim sensus talis ac si dicatur, Aliud est quo pater est, non quidem pater, sed est aliud quo filius est; non quidem filius, sed est: quod penitus falsum est. Eo enim pater est, quo pater Deus est, id est, per essentiam vel naturam: at filius eo Deus est, quo pater Deus est. Eo ergo filius est, quo pater est, & ita idem est patrem esse quod filium esse: sed non est idem esse patrem, & esse filium. Vnde August. in 5. libro de Trinitate ait, *Quamuis diuersum sit esse patrem & esse filium, non est tamen diuersa substantia: quia hoc secundum substantiam non dicitur, sed secundum relatum, quod tamen relatum non est accidens, quia non est mutabile.* Ecce diuersum esse dicit, esse patrem & esse filium, quod iuxta rationem predictam accipi oportet, quia scilicet alia notio est qua est pater, alia qua filius est filius. Non enim secundum essentiam pater, dicitur pater, vel filius, filius: sed secundum relationem.

Quomodo dicatur sapientia genita vel nata, an secundum relationem, an secundum substantiam.

SCIENDVM quoque est, quod sicut solus filius dicitur verbum vel imago, ita etiam ipse solus dicitur sapientia nata vel genita. Et ideo quaeritur verum hoc relatiue dicatur: & si relatiue dicitur, an secundum eandem relationem qua dicitur verbum & imago. De hoc August. in 7. libr. de Trinitate ita ait, *Id dicitur accipiamus cum dicitur verbum, ac si dicatur nata sapientia, ut sit filius & imago. Et haec duo cum dicuntur, id est, nata sapientia, in vno eorum eo quod est nata, & verbum & imago & filius intelligatur.* Et in his omnibus no-

Cap. 2.

minibus non ostendatur essentia, quia relatiue dicuntur. At in altero quod est sapientia, etiam essentia demonstratur, quoniam & ad se dicitur: seipsa enim est sapiens, & hoc est eius esse quod sapere: vnde pater & filius simul vna sapientia, quia vna essentia. Caue Lector qualiter hoc intelligas, quod hic dicit Augustinus. Videtur enim dicere, quod cum dicitur nata sapientia, ibi sapientia essentiam significet, & nata relationem notet. Quod si ita est, cogimur dicere essentiam diuinam esse natam: quod superioribus repugnat. Sed ad hoc dicimus, quod in altero, id est, in eo quod nata est, eadem notio intelligatur: quae notatur cum dicitur verbum & imago. In altero vero scilicet sapientia, demonstratur essentia, id est, demonstratur quod filius sit essentia, quia sapientia secundum essentiam dicitur. Et ideo cum dicitur nata sapientia, intelligitur quod ipse qui natus est, essentia est: ibi tamen sapientia non pro essentia, sed pro hypostasi facit intelligentiam: ut sicut quando dicitur verbum vel filius, intelligitur hypostasis cum sua proprietate. Item cum dicitur nata sapientia, idem intelligitur, id est, genita hypostasis. Ideo vigilanter ait idem esse intelligendum cum dicitur verbum, & cum dicitur nata sapientia, id est, eadem relatio eademque hypostasis, cui inest illa proprietates. Et ex hoc adiuuatur illud quod superius diximus, scilicet cum dicitur pater vel filius vel spiritus sanctus, non tantum illa proprietates significantur, ut cum dicitur paternitas, filiatio: sed etiam hypostasis cum suis proprietatibus.

Quod imago aliquando dicitur secundum essentiam.

ILLVD etiam sciri oportet, quia cum supra dictum sit imaginem relatiue dici de filio, sicut verbum vel filius, interdum tamen reperitur secundum substantiam dici: vnde Augustinus in libro de Fide ad Petrum dicit, quod vna est sanctae trinitatis essentialiter diuinitas & imago, ad quam factus est homo. Hilarius etiam in v. libro de Trinitate ait, *Homo fit ad communem imaginem. Nomen non discrepat, natura non differt. Vna est enim, ad quam homo creatus est, species.* Ex his verbis ostenditur quod imago aliquando, essentiae intelligentiam facit: & tunc ad se dicitur, & non relatiue.

Qualiter intelligenda sint praemissa verba

August.

Distin. 5.

Quomodo dicatur sapientia genita vel nata, & an secundum relationem an secundum substantiam.

Dist. 27.

litera C.

Dist. 27.

Cap. 1.

Non longe à principio libri.

DE PRINCIPIO, QUOD RELATI-
uè dicitur, & multiplicem notat
relationem.

Distinct. XXIX.

De his
quæ pro-
priè & æ-
ternaliter
dicuntur
de Deo
secundum
relationes,
seu pprie-
tatem nõ
personale
quæ est cõ-
munis spi-
ritatio se-
gnata per
hoc nomẽ
Principiũ
Cap. 20.
Quomodo
filius &
ad qd di-
catur prin-
cipium &
spiritus san-
ctus & e-
tiã Trini-
tas. Quo-
modo hi
tres sunt
creaturæ
principiũ.
Rom. 11. d
Quomodo
accipien-
dũ sit om-
nia esse
æ Deo.

EST præterea aliud nomen multiplicem notans relationem, scilicet Principium. Dicitur enim principium semper ad aliquid: & dicitur pater principium, & filius principium, & spiritus sanctus principium: sed differenter. Nam pater dicitur principium ad filium, & ad spiritum sanctum. Vnde Aug. in 4. lib. de Trin. ait, Pater est principium totius diuinitatis, vel si melius dicitur, deitatis: quia ipse à nullo est. Nõ enim habet de quo sit vel de quo procedat, sed ab eo & filius est genitus, & spiritus sanctus procedit. Non ergo dicitur principium totius deitatis, quod vel sui, vel diuinæ essentia principium sit, sed quia principium est filij, & spiritus sancti, in quibus singulis tota diuinitas est. Filius ad spiritum sanctum dicitur principium. Spiritus verò sanctus non dicitur principium nisi ad creaturas: ad quas pater etiam dicitur principium, & filius, & trinitas ipsa simul, & singula personarum principium dicitur creaturarum. Pater ergo principium est sine principio, Filius principium de principio: Spiritus sanctus principium de vtroque, id est, de patre & filio.

Quod ab æterno pater est principium, & filius, sed spiritus sanctus non: imò cepit esse principium.

ET pater ab æterno principium est filij, & pater & filius principium spiritus sancti: quia filius est à patre, & spiritus sanctus ab vtroque. Spiritus verò sanctus non ab æterno principium est, sed esse cepit: quia non dicitur principium nisi ad creaturas. Cum ergo creaturæ esse coeperunt, & spiritus sanctus esse cepit principium earum. Ita etiam pater & filius esse cepit cum spiritu sancto vnum principium creaturarum, quia creaturæ esse coeperunt à patre & filio & spiritu sancto: & dicuntur hi tres, non tria, sed vnum principium omnium creaturarum, quia vno eodemque modo principii rerum sunt. Non enim aliter sunt res à patre, & aliter à filio, sed penitus eodem modo. Ideo Apostolus, intelligens hanc trinitatem esse vnũ principium rerum ait, Ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia. Cum verò audimus omnia esse ex Deo, vt ait Augustinus de Natura Boni, omnes vtiq; naturas in-

telligere debemus, & omnia, quæ naturalia sunt. Non enim ex ipso sunt peccata, quæ naturam non seruant, sed vitiant, quæ ex voluntate peccantium nascuntur. Omnium ergo quæ naturaliter sunt, vnum principium est pater cum filio & spiritu sancto: & hoc esse cepit. Ab æterno autem pater principium est filij generatione, & pater & filius vnum principium spiritus sancti. Vnde Augustinus in quinto libro de Trinitate ait, Dicitur relatiuè pater, idemque relatiuè dicitur principium. Sed pater ad filium dicitur, principium verò ad omnia quæ ab ipso sunt. Et principium dicitur filius: cum enim diceretur ei, Tu quis es? respondit, Principium, qui & loquor vobis. Sed nunquid patris principium est? imò creatorem se voluit ostendere, cum se dixit esse principium: sicut & pater principium est creaturæ, quia ab ipso sunt omnia. Cum verò dicimus & patrem principium, & filium principium, non duo principia creaturæ dicimus: quia pater & filius simul ad creaturam vnum principium est, sicut vnus creator. Si autem quicquid in se manet & gignit vel operatur aliquid, principium est eius rei quam gignit, vel eius quam operatur: non possumus negare etiam spiritum sanctum rectè dici principium, quia non eum separamus ab appellatione creatoris, quia scriptum est de illo, quod operetur, & vtiq; in se manens operatur. Non enim in aliquid eorum quæ operatur ipse, mutatur & vertitur. Vnum ergo principium ad creaturam cum patre & filio est spiritus sanctus, non duo vel tria principia. Ecce aperte ostendit Augustinus patrem & filium & spiritum sanctum esse vnum principium rerum creaturarum, id est, vno eodemque modo esse principium: & illum modum satis aperit: quia scilicet operantur omnia, & quia similiter operantur hi tres, ideo vnum principium esse dicuntur.

Hic ostendit quomodo pater sit principium filij, & ipse & filius principium spiritus sancti.

DE INDE in eodem libro continè ostendit quomodo pater dicatur principium ad filium, & ad spiritum sanctum ipse & filius, dicens ideo esse patrem principium filij, quia genuit eum: & patrem & filium esse principium spiritus sancti: quia spiritus sanctus procedit vel datur ab vtroque: ait enim ita, Si gignens ad id quod gignitur, principium est, pa-

Tomo 6.
cap. 29.
eiusdẽ lit.
Cap. 13.
Quod pa-
ter ab æ-
terno est
principiũ
filij: & pa-
ter & fi-
lius spiri-
tus sancti
Ioan. 8. c.

1. Cor. 12. b
Li. & ca.
eisdem.

*Pater & filius & spiritus sanctus
sunt vnũ principium rerum creaturarum
quia vnũ eodemque modo sunt principia
rerum creaturarum. Pater enim gignit
filium & spiritus sanctus procedit ab
vno & ab altero. Pater & filius gignunt
spiritum sanctum. Pater & filius & spiritus
sanctus operantur omnia. Pater & filius &
spiritus sanctus sunt vnũ principium rerum
creaturarum.*

Aug. li.
5. de Tri.
Cap. 14.

Ex his col-
ligitur quod
pater eo-
est princi-
pium filij
quopater,
generatio
nes, scilicet
et eodem
etiam au-
thor filij.
Non loque-
re à li. prin-
cipio.

Nota quod
dicit filium
non esse ab
initio, sed
ininitabili.

Aperit
ex quo sen-
su illa di-
xerit Hi-
larium.

quod in dicitur primum
in eo de primo
non aliter esset.

126.

ter ad filium principium est, quia genuit eum. Verum autem & ad spiritum sanctum principium sit pater, quia dictum est, De patre procedit, non parua questio est. Quod si ita est, non iam principium eius tantum erit rei quam gignit vel facit, sed & eius quam dat, & quæ procedit ab ipso. Si ergo quod datur vel quod procedit, principium habet à quo datur vel procedit, fatendum est patrem vel filium unum principium esse spiritus sancti, non duo principia. Sed sicut pater & filius ad creaturam relatiue vnus creator & vnus dominus dicitur, sic relatiue ad spiritum sanctum vnum principium. Ad creaturam verò pater & filius & spiritus sanctus vnum principium sunt, sicut vnus creator & vnus dominus. Ecce habes quod pater principium filij dicitur, quia genuit eum: quæ ergo notione est pater, ea principium filij dicitur, id est generatione, secundum quam etiam dicitur author filij. Vnde Hilarius in quarto libro de Trinitate ita ait, Ipso quo pater dicitur, eius quem genuit author, ostenditur: id nomen habens, quod neque ex alio profectum intelligatur, & ex quo is qui genitus est substituisse doceatur. Nouit ecclesia vnum innascibilem Deum: nouit vngentum Dei filium. Confiterur patrem ab origine liberum: confiterur & filij originem ab initio, non ipsum ab initio, sed ab ininitabili: non per seipsum, sed ab eo qui à nemine est, natum ab æterno: natiuitatem scilicet ex paterna æternitate sumentem. Edita est hic fidei professio, sed professionis ratio nõdum exposita est: & ideo querenda, scilicet quomodo intelligendum sit quod ait, filij originem esse ab initio, & non ipsum esse ab initio, sed ab ininitabili. Hoc vtique subdens determinauit quomodo acceperit initium, inquit originem filij esse ab initio: ac si diceret, Non ita intelligas originem filij esse ab initio, quasi ipse filius habeat initium, sed quia ipse est ab ininitabili, id est à patre, à quo sunt omnia. Nam licet filius sit principium de principio, non est tamen concedendum quod filius habeat principium. Cùmque filius sit principium de principio, & pater principium non de principio, non est principium de principio, principium sine principio, sicut filius non est pater, neque tamen duo principia, sed vnum: sicut pater & filius, non duo creatores, sed vnus creator.

Cum pater & filius sint vnum principium spiritus

sancti, quaritur an eadem notione.

VNUM autem principium sunt pater & filius, non tantum creaturarum, vt dictum est supra, sed etiam spiritus sancti: ideo queri solet, vt eadem notione pater sit principium spiritus sancti, & filius: an sit alia notio, qua pater dicitur principium spiritus sancti, & alia qua filius. Ad quod dicimus, eum pater dicitur principium spiritus sancti, & filius, quia spiritus sanctus procedit vel datur ab vtroque: nec aliter procedit vel datur à patre quam à filio: sanè intelligi potest pater & filium eadem relatione, vel notione principium dici spiritus sancti. Si verò queritur quæ sit illa notio, quam ibi notat principium, nomen eius non habemus: sed non est ipsa paternitas vel filiatio, imò notio quædam patris est & filij, qua ab æterno pater & filius vnum principium est spiritus sancti. Donator autem (vt predictum est) dicitur pater vel filius ex tempore, sicut spiritus sanctus datum vel donatum.

Responso.

Quaritur
quæ sit no-
tio qua pa-
ter & fi-
lius dicitur
principium
spiritus
sancti
Dist. 26.

DE HIS QUÆ TEMPORALITER
de Deo dicuntur & relatiue secundum acci-
dens, quod non Deo, sed creatu-
ris accidit.

Distinct. XXX.

SUNT enim quædam quæ ex tempore de Deo dicuntur, etque temporaliter conueniunt sine sui mutatione: & relatiue dicuntur secundum accidens, non quod accidit Deo, sed quod accidit creaturis: vt creator, dominus, refugium, datum, vel donatum, & huiusmodi. De his August. in v. libro de Trinitate ait, Creator relatiue dicitur ad creaturam, sicut dominus ad seruum. Item, Non aliquem moueat quod spiritus sanctus, cum sit coæternus patri & filio, dicitur tamen aliquid ex tempore: veluti hoc ipsum quod donatum diximus. Nam sempiternè spiritus sanctus est donum, temporaliter autem donatum. Et si dominus non dicitur, nisi cum habere incipit seruum, etiam ista appellatio relatiua ex tempore est Deo. Non enim sempiterna creatura est, cuius ille dominus est: ergo dominum esse nõ sempiternum habet, ne cogamur etiam creaturam sempiternam dicere: quia ille sempiternè nõ dominaretur, nisi etiam ista sempiternè famularetur. Si-

De his quæ
proprie te-
poraliter
dicuntur
de Deo.
Cap. 13.
Cap. 16. a

Ibidem.

126.

cut autem non potest esse seruus qui non habet dominum, sic nec dominus qui non habet seruum.

Oppositio quod non ex tempore sit dominus, quia est dominus temporis, quod non est ex tempore.

Responso quado tempus cepit. Deus cepit esse dominus, nec ante tempus fuit dominus sed cum tempore, non ex tempore vel in tempore, quia non ante fuit quia ipse dominus sed simul. Quomodo intelligendum sit nihil dici de deo secundum accidens per similitudinem ostendit quod potest dici quod ante non dicebatur sine sui mutatione.

S E D hic aliquis dicit, quod non ex tempore competit Deo hæc appellatio qua dicitur dominus, quia non est tantum dominus rerum quæ ex tempore cæperunt, sed etiam illius rei quæ non cæpit ex tempore, id est, ipsius temporis, quod non cæpit ex tempore, quia non erat ante tempus quam inciperet: & ideo non cæpit esse dominus ex tempore. Ad quod dici potest, quia licet non cæperit ex tempore dominus esse temporis, cæpit tamen esse dominus temporis, quia non semper fuit tempus: & ipsius hominis ex tempore cæpit esse dominus. De hoc Augustinus in eodem libro continuè ita ait, Quisquis extiterit qui æternum Deum solum dicat, tempora verò non esse æterna propter varietatem & mutabilitatem: sed tamen ipsa tempora non in tempore esse cæpisse, quia non erat tempus antequam tempora inciperent: & ideo non in tempore accidere Deo ut dominus esset, quia ipsorum temporum dominus erat, quæ utique non in tempore esse cæperunt: quid respondebit de homine qui in tempore factus est, cuius utique dominus non erat antequam esset? Certè ut dominus hominis esset, ex tempore accidit Deo: & ut omnis amoueatür cõtrouersia, certè ut tuus dominus esset vel meus, qui modò esse cæpimus, ex tempore habuit. Quomodo ergo obrinebimus nihil secundum accidens dici de Deo, nisi quia ipsius naturæ nihil accidit quo mutetur? ut ea sint accidentia relatiua, quæ cum aliqua mutatione rerum de quibus dicuntur, accidunt: sicut amicus relatiuè dicitur. Non enim amicus esse incipit, nisi cum amare cæperit. Fit ergo aliqua mutatio voluntatis, ut amicus dicatur. Nummus verò cum dicitur precium, relatiuè dicitur: nec tamen mutatur esse cum esse cæperit precium, nec cum dicitur pignus & huiusmodi. Si ergo nummus potest nulla sui mutatione roties dici relatiuè, ut neque cum incipit dici, neque cum desinit, aliquid in eius natura vel forma qua nummus est, mutationis fiat: quãto facilius de illa incommutabili Dei substantia debemus accipere, quòd ita dicatur relatiuè aliquid ad creaturã, ut quan-

uis temporaliter incipiat dici, non tamen ipsius substantiæ Dei accidisse aliquid intelligatur, sed illi creaturæ ad quam dicitur: qualiter etiam refugium nostrum dicitur. Refugium enim nostrum dicitur Deus: relatiuè nanque ad nos refertur, & tunc refugium nostrum fit cum ad eum refugimus. Nunquid tunc fit aliquid in eius natura? quòd antequam refugeremus ad eum, non erat? In nobis ergo fit aliqua mutatio, qui ad eum refugiendo efficiamur meliores: in illo autem nulla. Sic pater noster esse incipit, cum per eius gratiam regeneramur, qui dedit nobis potestatem filios Dei fieri. Substantia ergo nostra mutatur in melius, cum filij eius efficiamur. Similiter & ille pater noster esse incipit, sed nulla sui commutatione substantiæ. Quod ergo temporaliter dici incipit Deus, quod antea non dicebatur, manifestum est relatiuè dici: non tamen secundum accidens Dei, quod aliquid ei acciderit, sed planè secundum accidens eius ad quod dici aliquid Deus incipit relatiuè. Ex his aperte ostenditur, quòd quædam de Deo temporaliter dicuntur relatiuè ad creaturas sine mutatione deitatis, sed non sine mutatione creaturæ, & ita accidens est in creatura, non in creatore: & appellatio qua creatura dicitur relatiuè ad creatorem relatiua est, & relationem notat, quæ est in ipsa creatura. Appellatio verò illa, qua creator relatiuè dicitur ad creaturam, relatiua quidem est, sed nullam notat relationem quæ sit in creatore.

Hic soluitur questio, qua quærebatur, vtrum spiritus sanctus dicatur datum relatiuè ad se, cum ipse det se.

HIC potest solui questio superius proposita, vbi quærebatur, cum spiritus sanctus datum dicatur vel donatũ (quod autè datur, refertur & ad eum qui dat, & ad illum cui datur) & cum spiritus sanctus det seipsum, vtrum ad se ipsum relatiuè dicatur, cum dicitur dari vel donari. Cui quæstioni respondentes, dicimus spiritum sanctum dici datum vel donatum relatiuè & ad dantẽ, & ad illum cui datur. Dans autem siue donator, est pater cum filio & spiritu sancto. Nec tamen dicimus spiritum sanctum referri ad se, sed appellatio dari vel donati refertur & ad dantem & ad recipientem: quia non potest aliquid dici datum, nisi ab aliquo, & alicui detur. Cum

Psal. 9. b. Quod deo dicitur relatiuè & ex tempore sine sui mutatione. Quod pater dicitur relatiuè. Ioan. 1. b. Sumatim predictorum intelligentiam perstringit.

Di. 18. li. L. & M

Solutio.

autem spiritus sanctus dari à se vel datus à se dicitur, relatiuè quidem dicitur ad illum cui datur, & est appellatio relatiua: & in illo cui dicitur mutatio fit, non in dante.

QVOMODO DICATUR FILIUS

ÆQUALIS PATRI, AN SECUN-
dum substantiam, an secundum re-
lationem: ita & similes.

Distinct. xxxi.

*Designifi-
catione re-
latiuorū
que com-
muniter
& eter-
naliter de
Deo dicitur,
vt si-
milis &
Æqua-
lis.*

*Lib. 3. non
lōge à fm.
li. Cap. 6.*

Cap. 4. 5.

*Quid sit
æqualitas*

*An relatiua
& qualitas
similitudinis
videtur tunc
p. p. vbi
qua g. in Dy
et p. m. v. v.*

Praterea considerari oportet, cum tres personæ coæquales sibi sint, vtrum relatiuè hoc dicatur, an secundum substantiā: & si relatiuè, vtrum secundum relationem, an secundum essentiam consideranda sit æqualitas: deinde quid sit ipsa æqualitas. Ad quod dicimus, quia sicut simile nihil sibi est, similitudo enim (vt ait Hilarius) sibi ipsi non est: ita & æquale aliquid sibi non dicitur: ac per hoc sicut simile, ita & æquale relatiuè dicitur. Dicitur ergo relatiuè filius æqualis patri, & vtrique spiritus sanctus: est tamen æqualis patri filius, & vtrique spiritus sanctus, propter summam simplicitatem essentiae & vnitatem. Æqualis est ergo filius patri secundum essentiam, non secundum relationem. Vnde Augustinus 5. libr. de Trinit. ait, **Q**uærimus secundum quid æqualis sit patri filius, non secundum quod ad patrem dicitur filius, æqualis est patri: restat ergo vt secundum id æqualis sit, quod ad se dicitur. **Q**uicquid autem ad se dicitur secundum substantiam dicitur: restat ergo vt secundum substantiam sit æqualis, eadem ergo est vtriusque substantia. Item in 6. libr. Satis est videre nullo modo filium æqualem esse patri, si in aliquo, scilicet quod pertineat ad significandam eius substantiam, inæqualis inuenitur. In omnibus ergo æqualis est patri filius, & est eiusdem substantiæ. Æqualis est etiam spiritus sanctus patri & filio, & in omnibus æqualis propter summam simplicitatem illius substantiæ. Ex his perspicuum fit, quod secundum substantiam filius est æqualis patri, & vtrique spiritus sanctus, & appellatio tantum relatiua est. Æqualitas ergo patris & filij non est relatio vel notio, sed naturalis vnitas & identitas.

Hic queritur quomodo dicatur similis, & quid sit similitudo.

HOC idem etiam dicimus de simili & similitudine. Cùm

enim dicitur filius similis patri, relatiuè quidem dicitur: sed similis est patri propter veritatem essentiae. Est ergo appellatio tantum relatiua, similitudo verò indifferens essentia. Vnde quibusdam non indoctè videtur nomine æqualitatis vel similitudinis non aliquid poni, sed remoueri: vt ea ratione dicitur filius æqualis patri, quia nec maior est eo, nec minor, & hoc propter vnitatem essentiae. Ita & similis dicitur, quia nec diuersus, nec alienus, nec in aliquo dissimilis, & hoc propter essentiae simplicitatem. Non ergo secundum quod filius est genitus à patre, æqualis vel inæqualis est patri, nec similis secundum substantiam.

De sententia sancti Hilarij, qua in trinitate personarum propria ostendit.

*Hilarius
lib. 2. de
Trinit.*

*Cap. 10.
Ex Au-
gusti. lib.
de Trini.*

Cap. 15.

Cap. 3.

*Hilar. li.
de Syno-
dis nō lon-
gè à prin-
cipio. Ima-
go eius ad
quem i-
magina-
tur spe-
cies indif-
ferens est.*

*Neque e-
nim ipse
sibi quis-
que imo-
go est, sed
eū cuius*

NON est igitur hic pratermittendum, quod vir illustri Hilarius proprietates personarum assignans, dicit in patre esse æternitatem, speciem in imagine, vsum in munere: quæ tantæ difficultatis sunt verba, vt in eorum intelligentia atque explanatione vehementer laborauerit August. vt ipse ostendit in 6. libr. de Trinit. ita dicens, **Q**uidam cum vellet breuissime singularum in trinitate personarum insinuare propria: Æternitas est, inquit, in patre, species in imagine, vsum in munere. Et quia non mediocri auctoritatis in tractatione Scripturarum, & assertione fidei vir exitit (hæc enim Hilarius in libris suis posuit) horum verborum, id est, patris, & imaginis, & muneris, æternitatis, speciei, & vsum, abditam scrutatus intelligentiam, quantum valeo non eū secutum arbitror in æternitatis vocabulo, nisi quod pater non habet patrem de quo sit: filius autem de patre est vt sit, atque vt illi coæternus sit. Imago enim, si perfecte implet illud cuius imago est, ipsa coæquatur ei, non illud imagini suæ in qua imagine speciem nominauit. Credo propter pulchritudinem, vbi tanta est cōgruentia & prima æqualitas, & prima similitudo nulla in re dissidens, & nullo modo inæqualis, & nulla ex parte dissimilis: sed ad identitatem respondens ei cuius imago est, vbi ex prima & summa vita, cui nō aliud viuere & aliud esse, sed idem & primus ac summus intellectus, cui nō est aliud viuere & aliud intelligere, sed idem hoc vnū tantum verbum perfectū, cui non desit aliquid: & ars quædam

imago ne omnipotentis & sapientis Dei plena omnium rationum vi-
cesse est vt uentium incommutabilium: & omnes vnum in ea: sicut ipsa
vnum de vno cum quo vnum: ibi nouit omnia Deus quæ fe-
cist per ipsam.

Imago er-
go est rei
ad re coa-
quãdam
& imagi-
nata &
indifere-
ta simili-
tudo. Est
ergo pater
est etiã fi-
lius: quia
imago pa-
tris est fi-
lius, &
quia ima-
go est, vt
rei imago
sit, specie
necesse est
& natu-
ram & ef-
fectiã se-
cundum
quod ima-
go est, in
se habeat
authoris.
Dist. 26
27. & 28
An. ibi

Hic de spiritu sancto, quare vsus
dicatur.

EST autem ineffabilis quidam complexus patris & ima-
ginis, qui non est sine perfruitione, sine charitate, sine gaudio.
illa ergo dilectio, delectatio, felicitas, vel beatitudo (si tamen
aliqua humana voce dignè dicitur) vsus ab illo appellata est
breuiter, & est in trinitate spiritus sanctus non genitus, sed
genitoris genitricque suauitas, ingeniti largitate atque vbertate
perfundens omnes creaturas pro captu earum. Itaque illa
tria & à se inuicem determinari videtur, & in se infinita sunt.
Qui videt hoc vel ex parte, vel per speculũ in enigmate, gau-
deat cognoscens Deum, & gratias agat. Qui vero non videt,
tendat per pietatem fidei ad videndum, non per cæcitatem
ad calumniandum: quoniam vnus est Deus, sed tamen trini-
tas. Ecce habes qualiter verba Hilarij præmissa accipiendia
sint, licet tantę sint profunditatis, vt etiã adhibita expositio-
ne vix aliquatenus ea intelligere valeat humanus sensus cùm
& ipsa eorum explanatio, quam hic Augu. edidit, plurimum
in se habeat difficultatis & ambiguitatis.

Quod secundum hanc dispositionem non distinguuntur
ibi proprietates personarum tres.

NON enim secundum præmissam expositionem distin-
guuntur hic tres illæ proprietates superius assignatæ, sed ipsæ
hypostasēs distinctæ ab inuicem monstrantur: æternitatis ta-
men nomine eadem videtur designata proprietas, quam no-
tat hoc nomē ingenitus. Sed videamus quid sit quod ait: Imago
si perfectè implet, cuius imago est, ipse coæquatur ei, non
illud suæ imagini. Videtur enim dicere, quod filius qui est
imago patris, patri coæquatur, non pater filio, cùm & filius
dicatur æqualis patri in Scriptura, & pater filio: sed filius hoc
habet à patre vt sit æqualis, pater autem non habet à filio, &
tamen filius plenè ac perfectè æqualis est patri, id est, imago
ei cuius est imago,

Quare dicatur Hilarius propria personarum assignare in verbis
prædictis, cùm ibi non sint expressæ proprietates.

PROPRIA

PROPRIA ergo personarum in prædictis verbis assi-
gnasse dicitur Hilarius, quia relatiua nomina personarum po-
sunt, scilicet, imaginis, & muneris: quæ relatiuè dicuntur de
personis, & proprietates notat, quibus distinguuntur perso-
næ. Ita enim dicitur spiritus sanctus munus relatiuè, sicut do-
num. Veruntamen ipsas proprietates aliis tribus nominibus
non significauit, iuxta prædictam Aug. expositionem, nisi so-
lo nomine æternitatis, quo non ipsam paternitatem, sed eam
voluit intelligi notionem, qua dicitur ingenitus.

Quod earundem personarum distinctionem notat August.
aliis verbis sine expressione trium personarum.

ILLUD etiam sciri oportet, quod earundem trium per-
sonarum distinctionem Aug. ostendere volens sine expressio-
ne illarum trium proprietatum superius commemoratarum
in 1. lib. de Doct. Christi. sic ait, In patre est vnitas, in filio æ-
qualitas, in spiritu sancto vnitatis æqualitatisque concordia.
Et hæc tria vnum, omnia propter patrem, æqualia omnia
propter filium, connexa omnia propter spiritum sanctum.
Itaque pater & filius & spiritus sanctus & singulus quisque
horum Deus est, & simul omnes vnus Deus: & singulus quis-
que horum plena substantia est, & simul omnes vna substan-
tia. Pater nec filius est, nec spiritus sanctus: & filius nec pater
est nec spiritus sanctus: spiritus sanctus nec pater est, nec fi-
lius, sed pater tantum pater, & filius tantum filius, & spiritus
sanctus tantum spiritus sanctus. Eadem tribus æternitas, ead-
em incommutabilitas, eadem maiestas, eadem potestas. In
his verbis aperte insinuatur personarum trium distinctio.

Quare patri attribuitur vnitas, & filio æqualitas.

SED plurimos mouet, quod patri attribuit vnitatem, fi-
lio æqualitatem. Cùm enim vnitas dicatur secundum sub-
stantiam, non tantum in patre est, sed etiam in filio & in spi-
ritu sancto: & æqualitas vna est patris & filij & spiritus san-
cti. Cur ergo patri attribuitur vnitas, & filio æqualitas? Fortè
eadem ratione attribuitur patri vnitas secundum Augu. qua
suprà eidem æternitas secundum Hilarium: quia videlicet pa-
ter ita est, vt ab alio non sit, & quia filium genuit vnum se-
cum Deum, & spiritu sanctus ab eo procedit vnus cum eo
Deus. Vnitas ergo in patre esse dicitur, quia nec est aliquis al-
iud à quo sit. Non enim ab alio est, nec ab eo aliquis vel

Hilarius
in libr. de
Synodis.
Proposi-
tione 26.
Si quis in-
nascibile
& sine in-
itio di-
cat filium
quasi duo
sine prin-
cipio &
duo inna-
scibilia, et
duo inna-
ta dicens,
duos faci-
at deos &
nathema
sit. Caput
enim quod
est princi-
piu omniu
filius. Ca-
put autè
quod est
principiu
Christi,
Deo, &c.

Ioan. 10. f aliquid est ab æterno, quod vnum cum eo non sit: filius enim & spiritus sanctus vnum sunt cum patre. Vnde Veritas ait, Ego & pater vnum sumus.

Quare pater & filius dicantur esse vnum vel vnus Deus, sed non vnus: quia res eiusdem nature rectè possunt dici vnum simpliciter esse, & cum adiectione: res verò diuersæ nature non possunt dici vnum, nisi dicatur quid vnum.

H I C dici oportet, quod pater & filius & spiritus sanctus rectè dicuntur esse vnum & vnus Deus, sed non vnus. Res enim duæ vel plures rectè possunt dici vnum esse, si sint vnus essentia, & earum vna sit natura. Vnus autem vel vna non potest dici de diuersis rebus, nisi addatur quid vnus vel vna: quo addito, rectè potest dici de rebus & vnus & diuersæ substantia. Vnde Augustin. in 6. libr. de Trinitate sic ait, Nescio

Cap. 3. verum inueniatur in Scripturis dictum, vnum sunt, quorum est diuersa natura. Si autem & aliqua plura sunt eiusdem nature & diuersa sentiant, non sunt vnum in quantum diuersa sentiunt. Cum ergo sic dicitur vnum, vt non addatur quid vnum, & plura vnum dicuntur eadem natura atque essentia: non dissidens neque dissentiens significatur. Vnde Paulus & Apollo, qui & ambo homines erant & idem sentiebant, vnum esse dicuntur, cum dicitur: Et qui plantat & qui rigat vnum sunt. Cum verò additur quid vnum, potest significari aliquid ex pluribus vnum factum, quanuis diuersa natura: sicut anima & corpus non possunt vtrique dici vnum, quid enim tam diuersum? nisi addatur vel subintelligatur quid vnum, scilicet vnus homo, vnde Apostolus, Qui adhæret, inquit, Domino, spiritus vnus est. Non dixit, Vnus est vel vnum sunt, sed addidit, Spiritus. Diuersi sunt enim natura spiritus hominis & spiritus Dei, sed inhærendo fit spiritus hominis vnus spiritus cum Deo, quia particeps fit veritatis & beatitudinis illius. Si ergo de his quæ diuersæ substantiæ sunt, rectè dicitur quod sint vnus spiritus: quanto magis qui vnus substantiæ sunt rectè dicuntur vnus Deus esse? Pater ergo & filius vnum sunt vtrique secundum vnitatem essentia, & vnus Deus.

1. Cor. 3. b In quo & Ariana hæresis damnatur, quæ patrem & filium & spiritum sanctum, vt ait Aug. in li. de Hæresibus non vult

1. Cor. 6. d

Tomo 6. Articulo 46.

esse vnus eiusdemque substantiæ atque nature, vel vt expressius dicitur, essentia. Quæ græcè dicitur ouſia, sed filium esse creaturam. Necnon & Sabelliana, quæ, vt ait Aug. in eodem lib. dicebat Christum eundem ipsum & patrem & spiritum sanctum esse: vt esset Trinitas nominum sine substantia personarum. Vtrunque pestem, vt ait Aug. super Ioanem, elidit Veritas dicens, Ego & pater vnum sumus. Vtrunque au di & aduerte, & vnum, & sumus: & à Charybdi & à Scylla liberaberis. Quod enim dixit vnum, liberat te ab Arrio: quod dixit sumus, liberat à Sabellio. Si vnum, ergo non diuersum: si sumus, ergo pater & filius. Sumus enim nõ diceret de vno, nec vnum de diuerso. Erubescant ergo Sabelliani, qui dicunt ipsum esse patrem qui est filius, confundentes personas: qui & dicti sunt Patripassiani, qui dicunt patrem fuisse passum. Arriani verò dicunt aliud patrem esse, aliud filium, non vnam substantiam, sed duas: patrem maiorem, filium minorem. Noli hoc dicere tu Catholice. In medio ergo nauiga, vtrumque periculosum latus deuita: & dic, Pater pater est: & filius filius est. Alius pater, alius filius: sed non aliud, imò hoc ipsum, quia vnus Deus. Ecce ostensum est quare vnitas in patre esse dicatur, cum tres illi vnum sint.

Quare dicatur esse æqualitas in filio, cum sit vna æqualitas trium.

N V N C videamus quare æqualitas dicatur esse in filio, cum vna & summa æqualitas sit triti. Hoc ideo fortè dictum est, quia filius genitus est à patre æqualis gignenti, & dono quod ab vtroque procedit: & ideo illa tria dicuntur esse æqualia propter filium. Filius enim habet à patre, vt ei sit æqualis & spiritui sancto: & spiritus sanctus ab vtroque habet, vt sit æqualis vtrique. Hoc autem sine assertionis supercilio & maioris intelligentiæ præiudicio dicimus, malentes in apertione tam clausorum sermonum peritiores audire, quam ali quid alii: influere.

Quare in spiritu sancto dicatur esse vtriusque concordia vel connexio.

Q V O D autem in spiritu sancto dicitur esse vtriusque concordia, & per eum omnia connexa, facilius est intelligentia nobis præmissa ad mentem reuocantibus. Suprà enim secundum auctoritates sanctorum dictum est, quod spiritus

Eodè Tomo articulo 41.

Tomo 6. Tract. 36.

Dist. 10.

sanctus amor est quo pater diligit filium, & filius patrem. Rectè ergo spiritus sanctus dicitur connexio vel concordia patris & filij, & per eum omnia connexa. Vnde Aug. in 7. li. de Tri. Cõmunio quædam cõsubstantialis patris & filij est amorum spiritus sanctus. Idem in 6. lib. de Tri. Spiritus sanctus est summa charitas vtrūque coniungens, nõsque subiungens.

VTRVM PATER VEL FILIVS

spiritu sancto diligit, cum diligere idem

Deo sit quod esse.

Distinct. XXXII.

Mouet
et soluit
dubitatio
nem oriã
ex appropria-
tione
qua spiri-
tus sancto
appropria-
tur concor-
dia v. sine
pre. edẽtis
dist. ibi.
Quod au-
tẽ in spiri-
tus sancto.
Cap. 5.

Hic oritur quæstio ex prædictis deducta. dictum est enim supra, atque sanctorum autoritatibus ostensum, quod spiritus sanctus est communio patris & filij, & amor quo pater & filius se inuicem diligunt. Ideo quæritur, vtrum pater vel filius per spiritum sanctum diligit. Quod vtrique videtur oportere dici secundum autoritates supra positas: quibus ostenditur spiritum sanctum esse, quo genitus à gignente diligitur, genitorẽmque suum diligit. Sed contra, si pater vel filius dicatur diligit per spiritum sanctum, videtur esse per spiritum sanctum: quia non est aliud. Deo esse, & aliud diligit, sed idem: quia vt ait Aug. in 15. libro de Trinitate. Quicquid secundum qualitates in illa simplici natura dici videtur, secundum essentiam est intelligendum, vt bonus, magnus, immortalis, sapiens, diligens, & huiusmodi. Ideoque si pater vel filius diligit per spiritum sanctum, per ipsum spiritum esse videtur: neque tantum essentia sua diligit, sed etiam dono.

Hæc quæstio insolubilis est humanum superans sensum: in qua autoritates sibi occurrunt.

HVIC quæstioni, cum altitudinem nimiam profunditatis contineat, id solum respondemus, quod Augustin. significare videtur, scilicet quod pater & filius se diligant, & unitatem seruent non solum essentia sua, sed suo dono proprio: quod licet supra positum sit, iterare tamen non piget, quia sic expedit. Ait ergo Augustin. in 6. lib. de Trin. ita, Manifestum est quod non aliquis duorum est quo vterque coniungitur, quo genitus à gignente diligitur, genitorẽmque suum diligit, sicutque non participatione, sed essentia sua, neque dono

superioris alicuius, sed suo proprio seruantes unitatem pacis. Ecce hic dicit quod essentia sua & dono suo seruant unitatem. Idem in 15. lib. de Trin. ait, In illa Trinitate quis audeat dicere, patrem nec se, nec filium nec spiritum sanctum diligere, nisi per spiritum sanctum? Hic aperte ostendit, patrem non tantum per spiritum sanctum diligere, non tamen simpliciter dicit patrem non diligere per spiritum sanctum.

Vtrum pater sit sapiens sapientia quam genuit, sicut diligit amore qui ab ipsa procedit.

PRÆTEREA diligenter inuestigari oportet, vtrum pater sapiens sit sapientia quam genuit, quæ tantum filius est. Quod videtur à simili posse probari. Si enim pater diligit amore qui ab ipso procedit, cur non est sapientia vel intelligentia quã ipse genuit, sapit, vel intelligit? Hanc quæstionẽ vrgere videtur, vt ait Aug. in 6. li. de Tri. q. scripsit Apostolus, dicens Christum Dei virtutẽ & Dei sapientiam. Vbi quæritur, vtrum ita sit pater sapientie & virtutis suæ, vt hac sapientia sapiens sit, quam genuit, & hac virtute potens, quam genuit. Sed absit vt ita sit: quia si hoc est ibi esse quod sapere non per illam sapientiam quã genuit sapiens dicitur pater: alioquin nõ ipsa ab illo, sed ille ab ipsa est. Si enim sapientia quã genuit, causa est illi vt sapiens sit, etiã vt sic ipsa illi causa est, quod fieri nõ potest, nisi gignendo eũ aut faciẽdo, sed nec genitricem, nec conditricem patris vilo modo quisquam dixerit sapientiam: quid enim est infans? Ergo pater ipsa sapientia est, qua sapiens est. Filius verò dicitur sapientia patris, & virtus patris: non quia pater per eum sit sapiens vel potens, sed quia filius sapientia & virtus est de patre sapientia & virtute. Ex his ergo pater quod pater non est sapiens sapientia genita, sed seipso sapientia ingenita.

Vtrum filius sit sapiens sapientia genita vel ingenita.

POST hæc quæri solet à quibusdã, vtrum filius sit sapiens sapientia genita, vel ingenita. Si enim non est sapiens sapientia genita, nec seipso sapiens est: si verò sapientia ingenita sapiens est, nõ videtur sapiens esse sapientia ingenita: & ita non videtur esse sapiens à patre, cũ à patre habeat omnia. Ad quod dicimus, q. vna est sapientia patris & filij & spiritus sancti, sicut vna essentia: quia sapientia in illius naturæ simplicitate est essentia: & tamẽ filius tantum est sapientia genita, & pater tantum est sa-

Cap. 7.
Cap. 1.
1. Cor. 1. d.
Aug. in
lib. 83. q.
23. quæst.
Tom. 4.

Cum sapiens deus dicitur & sapientia sapiens dicitur, sine qua cum vel fuisse aliquando vel esse posse nephas est credere: nõ participatio sapientie sapiens dicitur, sicut anima que esse & nõ esse sapiens potest: sed quod ipse eã genuit, quæ sapiens dicitur sapientia.

Animal uerte Lector, patrem dici sapientem genita sapientia, quod aliis obuiat testimonium. Verum hoc Aug. corripit in l. 1. Retrac. ca. 2. 6. in quibus dicitur in l. 83. q. 2. 6. quae est de patre quod ea genuit quas sapiens dicitur, sapientiam. Sed melius ista questionem in lib. postea de trinitate tractauit. Lib. 6. ca. 1. & 2. & lib. 7. cap. 3. & 15. cap. 7. Solutio secundum quosdam.

piencia ingenita: & sapientia genita est de sapientia ingenita, vel à sapientia ingenita. Et cum idem sit ibi esse quod sapientem esse, relinquatur ut sapientia genita sit sapiens de sapientia ingenita. Non ergo filius dicitur sapientia Dei, tanquam ipse solus intelligens sit vel sapiens sibi & patri & spiritui sancto: quia ut ait Augustinus in xv. libro de Trinitate cap. 7. Si solus ibi filius intelligit & sibi & patri & spiritui sancto, ad illam reditur absurditatem, ut patet non sit sapiens de seipso, sed de filio: nec sapientia sapientiam genuerit, sed ea sapientia pater dicatur sapiens esse quam genuit. Vbi enim non est intelligentia, nec sapientia potest esse. Ideoque si pater non intelligit ipse sibi, sed filius intelligit patri, profecto filius patrem sapientem facit. Et si hoc est Deo esse quod sapere, & ea illi est essentia, quae sapientia non filius à patre, quod verum est, sed à filio potius pater habet essentiam, quod absurdissimum atque falsissimum est. Est ergo Deus pater sapiens ea, quae ipse est, sua sapientia: & filius sapientia patris, est sapiens de sapientia quae est pater, de quo est genitus filius. Ita & pater est intelligens, ea quae ipse est, sua intelligentia. Non enim esset sapiens, qui non esset intelligens. Filius autem intelligentia patris, de intelligentia genitus est, quae est pater: de qua & intelligens est. Proinde pater est sapientia, & filius sapientia, & uterque vna est sapientia: & tamen solus pater est ingenita sapientia, & filius solus genita sapientia, nec tamen alia sapientia pater, alia sapientia filius, sed vna eademque est: sicut pater est Deus ingenitus, & filius est Deus genitus: neque Deus genitus, est Deus ingenitus: non ideo tamen alius Deus est pater, alius Deus filius: sed vnus Deus uterque, non autem vnus. Alius est enim genitus, alius ingenitus, sed non alius Deus: imò uterque vnus, siue vnus Deus. Ita non est sapientia genita, sapientia ingenita: sed alia est sapientia genita, alia ingenita: non tamen est alia sapientia, sed vna eademque sapientia.

An filius sit sapiens seipso vel per seipsum.

EX praedictis constat, quod filius non est sapiens, à se neque de se: sed de patre, & à patre. Queri autem solet, utrum filius sit sapiens seipso vel per seipsum. Quidam dicunt multiplicem hinc fieri intelligentiam, & ideo distinguendum fore: ita ut cum dicis filium esse sapientem seipso vel per seipsum,

si sui natura & essentia sapientem intelligas, verus sit intellectus: si verò à seipso vel de seipso sapientem esse intelligas, falsitati subiectam habeas intelligentiam. Alij verò simpliciter & absque determinatione concedunt huiusmodi locutionem, Filius est sapiens per se, sed non à se, vel de se: & filius est Deus per se, & est per se, sed non à se, vel de se: hoc confirmantes verbis Hilarij, qui filium non à se, sed per se agere, in lib. ix. de Trinitate ait, Naturæ, inquit, cui contradicis, haereticæ, hæc vnitas est, ut ita per se agat filius, ne à se agat: & ita non à se agat, ut per se agat. Intellige filium agentem, & per eum patrem agentem. Non à se agit, cum pater in eo manere monstratur. Per se agit, cum secundum natiuitatem filij agit ipse quae placita sunt. Infirmus sit non à se agendo, nisi à Deo ipse agit: non sit verò in vnitate naturæ, si quae agit & in quibus placet non per se agit. Sicut ergo, inquiunt, filius per se agit sed non à se, ita & filius debet dici sapiens per se, sed non à se. Sic & ipse per se Deus est, vel esse dicendus est (ut aiunt) sed non à se vel de se.

An vna tantum sit sapientia patris.

POST hæc à quibusdam solet quaeri, utrum vna tantum sit sapientia patris. Quod non esse nituntur probare hoc modo: Filius, inquiunt, est sapientia patris genita, qua pater sapiens non est. Est igitur aliqua sapientia patris, qua sapiens non est. Est autem & sapientia patris ingenita, & ea, pater sapiens est. Est ergo quaedam sapientia patris, qua sapiens est: & ipsa non est illa sapientia patris, qua pater sapiens non est: non est ergo vna tantum sapientia patris. Idem sapientia ingenita est sapientia patris: & sapientia genita est sapientia patris: non est autem sapientia ingenita, sapientia genita: non est igitur vna tantum patris sapientia. Hæc & his similia, tanquam sophistica & à veritate longinqua, cunctisque in theologia peritis patentia abiicimus, responsa indigna aduerentes: id tamen adiicientes, quia vna tantum sapientia patris, sed non vno modo dicitur. Nam sapientia patris dicitur illa quam genuit, & sapientia patris dicitur ea qua sapiens est. Diuersa est ergo ratio dicti, illa enim dicitur patris, quia eam genuit: & ea dicitur sapientia patris, quia ea sapit. Vna est tamen sapientia patris, quia sapientia genita est eadem sapientia, & ea qua sapiens est: siue ea qua sapiens est intelli-

Aliorum determinatio.

Post medium lib.

Quomodo nituntur quidam probare quod non vna tantum est sapientia patris.

Quod responsione indigna sint hæc & his similia.

gatur persona patris, siue essentia patris: quia persona patris. quæ intelligitur cum dicitur sapientia ingenita, & persona filij quæ significatur cum dicitur sapientia genita, vna eadem que sapientia est: quæ essentia diuina intelligatur communis tribus personis.

Quod in trinitate est dilectio quæ est trinitas, & tamen spiritus sanctus est dilectio, quæ non est trinitas, nec ideo duæ sunt dilectiones: ita & de sapientia.

ET sicut in trinitate dilectio est, quæ est pater, filius & spiritus sanctus, quæ est ipsa essentia deitatis & tamen spiritus sanctus dilectio est, quæ non est pater vel filius: nec ideo duæ dilectiones sunt in trinitate: quia dilectio quæ proprie spiritus sanctus est, est dilectio quæ trinitas est, non tamen ipsa trinitas est, sicut spiritus sanctus est essentia quæ trinitas est, non tamen ipsa trinitas est: ita in trinitate sapientia est, quæ est pater & filius & spiritus sanctus, quæ est essentia diuina: & tamen filius est sapientia, quæ non est pater vel spiritus sanctus. Nec ideo duæ sapientiæ ibi sunt: quia sapientia, quæ proprie est filius, est sapientia quæ est trinitas, ipsa tamen non est trinitas: sicut filius est essentia quæ est trinitas, ipse tamen non est trinitas.

Qua ratione pater non dicitur sapiens ea sapientia quam genuit, eadem videtur debere dici quod non sit diligens pater vel filius dilectione, quæ ab vtroque procedit.

PRAETER EA diligenter notandum est, quod ea ratione qua pater non dicitur sapiens ea sapientia quam genuit, videtur fore dicendum quod pater non diligit filium, vel filius patrem ea dilectione quæ ab vtroque procedit, scilicet: quæ proprie spiritus sanctus est. Sicut enim idem est Deo sapere quod esse, ita est ei idē diligere quod esse. Ideoque sicut negatur pater esse sapiens sapientia quam genuit, qui si ea diceretur sapiens, non ipsa ab eo, sed ipse ab ea intelligeretur esse: ita videtur non debere concedi, quod pater vel filius diligit dilectione quæ tantum spiritus sanctus est: quia si ea diligit pater vel filius, non spiritus sanctus videtur esse a patre & filio, sed pater & filius à spiritu sancto: quia idem est ibi diligere quod esse. At supra dictum est, atque autoritate

Dist. 10.

Augustini sancitum, quod in trinitate tria sunt, vnus diligens eum qui de illo est, & vnus diligens eum de quo est, & ipsa dilectio: & non est aliquis duorum quo genitus à gignente dicitur, & genitorem suum diligit. Quibus verbis aperte significatur patrem filium, & filium patrem diligere: ea scilicet dilectione quæ non est aliquis eorum, sed tantum spiritus sanctus. Cum idem ergo sit ibi Diligere quod Esse, quomodo dicitur pater vel filius non esse ea dilectione, qua alter alterum diligit: cum ideo pater negetur sapere sapientia quam genuit, ne ea esse intelligatur.

Quod & hæc quæstio in explicabilis est, quæ a excellenti infirmitatem hominum.

DIFFICILEM mihi fateor hanc quæstionem, præcipuè cum ex prædictis oriatur, quæ similem videntur habere rationem: quod meæ intelligentiæ attendens infirmitas turbatur, cupiens magis ex dictis Sanctorum referre, quam afferre. Optimus enim Lector est, inquit Hilarius in primo libro de Trinitate, qui dictorum intelligentiam expectat ex dictis potius, quam imponat, & reulerit magis quam attulerit: neque cogat id viderit dictis contineri, quod ante lectionem præsumplerit intelligendum. Cum ergo de rebus Dei sermo est, concedamus Deo sui cognitionem, dictisque eius pia veneratione famulemur. Inuestiget ergo diligenter pius Lector rationem dictorum, si forte eorum aliquam valeat reperire causam: qua nota, ipsa præmissa quæstio aliquatenus explicari valeat. Ego autem hanc quæstionem non absoluens, sed errorem excludens, profiteor non esse dictum patrem diligere filium, vel filium patrem, ea dilectione quæ ab vtroque procedit: quæ non est aliquis eorum, sed tantum spiritus sanctus: tanquam ea dilectione pater sit, vel filius. Sed sic ea pater diligit filium, & filius patrem: vt etiam pater per se ea, quæ ipse est, dilectione diligit, sic & filius, non autem sic, vt pater per se non diligit, & filius, sed per eam tantum. Quis hæc in illa trinitate (inquit Augustinus) opinari vel affirmare præsumat? Eam tamen quæstionem Lectorum diligentia plenius diiudicandam atque absoluenam relinquimus, ad hoc minus sufficientes.

Lib. 15. de Trin. ca. 7

k 5

Aug. li. 6. de Tri. cap. 5.

In medio libri.

VTRVM PROPRIETATES PERSONARUM SINT IPSÆ PERSONÆ VEL DEUS, ID EST, DIUINA ESSENTIA.

Distinct. XXXIII.

*De nominibus substanti-
bus & proprietatibus
in comparatione se-
cundum convenienti-
am & differenciam
ad essentiam & per-
sonas dist.
26. lit. A
& 27.
lit. D
Quod proprietates
sint perso-
nae. Dist.
25. lit. N.
Tom. 4. in
explanati-
one Sym-
boli, ad
Da. Dist.
25. lit. N.
Distin. 8.
lit. I.
Ex prædi-
ctis conclu-
dit prop-
rietates esse
personas
& unam
essentiam*

POST supradicta interiorius considerari atque subtiliter inquiri oportet, vtrum proprietates personarum, quibus ipsæ personæ determinantur, sint ipsæ personæ, & sint Deus, id est diuina essentia: an ita sint in personis, vt non sint personæ, ac per hoc nec diuina essentia. Quod enim in personis sint proprietates, nemo inficari audet, cum aperte clamet autoritas, quod in personis est proprietates, & in essentia vnitas. Superius quoque multis Sanctorum testimonis astruimus, personas per proprietates distingui atque determinari: ipsasque proprietates, tres scilicet, propriis expressimus vocabulis. Cum ergo proprietates ipsæ ab æterno fuerint, quibus ipsæ personæ determinantur & differunt: quomodo essent si in eis non essent, & quomodo in eis essent, & ipsæ personæ non essent, quin ibi esset multiplicitas? Quocirca si cicut proprietates esse in personis, ita & eas personas esse constitimur, sicut supra autoritate Hieronymi (vt non pigeat reuocare ad mentem) protestati sumus, in expositione huius ita dicentis, Sabellij hæresim declinantes, tres personas expressas sub proprietate distinguiimus. Non enim nomina tantum modo, sed etiam nominum proprietates, id est personas, vel vt Græci exprimunt, hypostases, hoc est substantias constitimur. Ecce aperte dicit personas proprietatibus distingui, & ipsas proprietates esse personas, cuius hic verba perstringimus, quia supra latius posuimus.

Quod proprietates sint diuina essentia.

CVM QVE de simplicitate deitatis supra differeremus, autoritatibus Sanctorum, scilicet Augustini, Hilarij, Isidori, necnon & Boëtij euidenter monstrauimus Deum hoc esse omnino quod in se habet: excepto quod pater habet filium, nec est filius: & filius habet patrem, nec est pater: & sic esse in natura trium, vt qui habet, hoc sit quod habet, & totum quod ibi est, vnum esse, vnā vitam esse: quæ modò non iteramus, ne fastidium Lectori ingeramus. Si ergo proprietates ibi sunt, singula earum est id in quo est: & vnum ca-

démque vita singulæ sunt. Fateamur ergo & proprietates esse in tribus personis, & ipsas esse personas atque diuinam essentiam.

Auctoritate astruit, quod proprietates sit natura.

QUOD enim proprietates etiam diuina natura sit, ostendit Hilarius, dicens natiuitatem filij esse naturam. Vnde in vij. lib. de Trinitate ait, Vtriusque natura non differt: vnum sunt pater & filius. Habet ergo hoc sacramenti natiuitas, vt complectatur in se & nomen, & naturam, & potestatem: quia natiuitas nõ potest esse ea natura, vnde nascatur filius. Idem in 6. Natiuitas proprietates est, veritas est. Idem in 7, dicit, quod naturæ natiuitas sit intelligenda esse in natura Dei. Supra enim dixit, quod proprium patris est quod semper pater est, & proprium filij est, quod semper filius est: significans quod proprietates patris est pater, & proprietates filij est filius. His aliisque pluribus autoritatibus aperte significari videtur, quod proprietates filij filius sit, sic & Deus: ita & proprietates patris, & proprietates spiritus sancti.

Quidam negant, scilicet proprietates esse personas & diuinam naturam, & quare.

HOC autem aliqui negant, dicentes quidem proprietates in personis esse, sed non esse personas ipsas: quia ita dicunt esse in personis vel essentia diuina, vt non sint interioris: sicut ea sunt quæ secundum substantiam dicuntur de Deo, vt bonitas, iustitia: sed extrinsecus annexæ sunt, atque ita esse rationibus probare contendunt. Si enim, inquirunt, proprietates sunt personæ, non eis personæ determinantur. Contra quod dicimus, quia etiam seipsis personæ differunt, sicut supra Hieronymus loquens de patre & filio, & spiritu sancto dicit, Substantia vnum sunt, sed personis ac nominibus distinguuntur. Sed iterum addunt, Si proprietates ipsæ diuina essentia sunt, cum essentia non differant tres personæ, nec proprietatibus differunt. Quomodo enim differt pater à filio, eo quod diuina essentia est, cum in essentia vnum sunt?

Responsio ad præmissa autoritate nitens.

HORVM doctrinis nouis & humanis commentis, verbo Hilarij respondeo: Immensum est quod exigitur & incomprehensibile, extra significantiam est sermonis, extra sensus intentionem: non enuntiat, non attingitur, non te-

In medio libri.

Ibidem.
Ibidem.Obiectio
eorum præ-
ma qua
voluit pro-
bare prop-
rietates
non esse
personas.
Dist. 25.
Lit. M.
To. 4. loco
signato.
Secunda
obiectio.Li. de tri.
I. statim
post prin-
cipium lib.

*An sit diuina relatiõis natura et distinguantur a personis
absoluti =*

Eccle. 43.

netur: verborum significantiam rei ipsius natura consumit; sensus contemplationem imperspicibile lumen obcæcat, intelligentiæ capacitatem quod sine nullo continetur, excedit. mihi ergo in sensu labes est, in intelligentia stupor est: in sermone verò non iam infirmitatem, sed silentium confitebor, periculosum nimis est de rebus tantis ac tam reconditis aliquid vltra præscriptum cælestis proferre, vt vltra præfinitionem Dei sermo, de Deo sit. Forma fidei certa est. Non ergo aliquid addendum est, sed modus constituendus audaciæ. Quicquid vltra queritur, non intelligitur.

Quomodo improbi heretici insistant alia addentes. F

Tertia ob
iectio.

C A E T E R V M hereticorum improbitas instinctu diabolice fraudulentæ excitata, nondum quiescit, sed in tantarum quæstione addit, Si paternitas & filiatio in Deo siue in diuina essentia sunt, eadem ergo res est sibi pater & filius. Nam in quo paternitas est, pater est: & in quo filiatio est, filius est: Si ergo vna eademque res habet in se paternitatem & filiationem, ipsa generat & generatur: quod dicentes in Sabellianam hæresim pertrahuntur extendentes patrem in filium, cum ipsum sibi filium proponant & patrem. Si verò negauerit in vna Dei essentia paternitatem esse & filiationem: quomodo ergo dicunt esse Deum? His atque aliis argumentorum aculeis vtuntur in suæ opinionis assertionem, vt veritatis formam discent.

Responsio contra hanc eorum oppositionem, vbi traditur proprietates non penitus ita esse in Dei essentia, sicut in hypostasis dicuntur. G

Q V O R V M audaciæ resistentes, atque ignorantia prævidentes, audebimus aliquid super hoc loqui. Paternitas & filiatio non ita esse omnino in diuina substantia dicuntur, sicut in ipsis hypostasis: in quibus ita sunt, quòd eas determinat, vt ait Ioan. Damas. Characteristica idiomata sunt, id est, determinatiuæ proprietates hypostaseos, & non naturæ: etenim hypostasis determinat & non naturam. Ideòque licet paternitas & filiatio sint in diuina essentia, cum eam non determinant, non ideo potest dici, quòd diuina essentia & generet & generetur, vel quòd eadem res sit sibi pater & filius. Ita enim proprietas determinat personam, vt hac proprietate hypostasis sit generans, & illa alia hypostasis sit genita: &

Libro de
Orthodo-
xa Fid. 3.
cap. 6.

ita non idem generat & generatur, sed alter alterum.

Queritur quomodo proprietates possunt esse in natura, vt tamen eam non determinent. H

S E D forte quæres cum hæ proprietates non possunt esse in personis quin eas determinent, quomodo in diuina essentia esse possint, ita vt non eam determinent: Respondeo tibi & hic cum Hilario: Ego nescio, non requiro: sed consolabor: me tamen archangeli nesciunt, angeli non audierunt, secula non tenent, Propheta non sensit, Apostolus non interrogauit, filius ipse non edidit. Cesset ergo dolor querelarum: non putet homo sua intelligentia generationis sacramentum posse consequi. Absolutè tamen intelligendus est pater, & filius, & spiritus sanctus. Stat in hoc sine intelligentia verborum. Est filius à patre, qui est vngentus ab ingenito, progenies à parente, vnus ab vno: non natura deitatis alia & alia, quia ambo vnum. Hoc credendo incipe, percurrere, perflite: etsi non peruenturum sciam, tamen gratulabor profecturum. Qui enim pie infinita prosequitur, etsi non contingat, aliquando tamen proficiet procedendo. Sed ne te inferas in illud secretum & arcanum inopinabilis natiuitatis, ne te immergas, summam intelligentiæ comprehendere præsumes: sed intellige incomprehensibilia esse. His aliisque multis euidenter ostenditur nobis nullatenus licere maiestatem perscrutari, ius ponere potestati, modum circumscribere infinito.

Quibus auctoritatibus opinionem suam, scilicet quòd proprietates patris vel filij non sit Deus, muniant. I

V E R V N T A M E N nondum desistunt impatientiæ spiritu agitati, sed opinionem suam etiam Sanctorum auctoritatibus munire conantur: quibus ostendere volunt proprietatem qua pater est pater, & proprietatem qua filius est filius, non esse Deum: ad hoc inducentes verba Aug. super illum locum Psal. Et non est substantia, ita dicentis, Deus enim quædam substantia est. Vnde etiam in fide catholica sic edificamur, vt dicamus patrem & filium & spiritum sanctum vnus esse substantiæ. Quid est vnus substantiæ? Quicquid est pater quòd Deus est, hoc est filius, hoc est spiritus sanctus. Cum autem pater est, non illud est quòd vel quo est. Pater enim non ad se, sed ad filium dicitur: ad se autem Deus dicitur. Eo igitur quid vel quo Deus est, substantia est. Et quia eiusdem

*Li. de tris.
1. nò longè
à principio.*

*Inorigina-
li vnus à
vno.*

Ioan. 10. f

Pro. 25. d

*Psal. 68.
Tomo 8.*

*Qualiter
retorquet
verba*

*Augusti
ni ad sua
pauitate*

*Quod ali
terintelli
genda sunt
illa verba
quam di
cunt.*

substantię est filius, proculdubio filius est Deus. At verò quòd pater est, quia non substantię est: sed refertur ad filium, non sic dicimus filium patrem esse, sicut dicimus filium Deum esse. Ex his verbis significari dicitur, quòd proprietates patris vel proprietates filij non sit Deus vel essentia diuina. Cum enim dicit. Eo quod Deus est, substantia est: sed quod pater est, substantia non est: aperte inquit ostendi id esse substantiam, quo Deus est: id verò quo pater est, non esse substantiam. Itē cum ait, Pater non illud est quod est, ostendit eum non esse patrem, eo quod substantia est. Non enim simpliciter dicit, Pater non est illud quod est: sed ait, Cum pater est, non est illud quod est, significans quo pater est non esse illud quo est, id est essentiam. Hęc illi ita exponentes, sua commenta simplicibus & incautis vera videri faciunt. Nos autem aliter fore ista intelligenda dicimus. Dicens enim, eo quod Deus est substantia est: sed quod pater est, substantia non est. hoc intelligi voluit, quia essentia Deus est, & deitate substantia est. Eo enim substantia est, quo Deus est: & e conuerso, cuius ea est deitas quę est substantia, & substantia quę deitas: sed quod pater est, non est substantia, id est, non quo pater est, eo substantia est, quia proprietate generationis pater est, qua substantia non est. Ipsam tamen proprietatem substantiam esse non negauit. Ita etiam illud intelligendum est quod ait, Cum pater est, non illud est quod est, id est, non illo pater est, quod vel quo ipse est, id est, essentia, sed notione.

Aliis etiam verbis Augustini vtuntur, vt afferant quod dicunt, scilicet proprietates personarum non esse Dei substantiam.

*Dist. 27.
lit. 8.*

Responsio

I T E M illis verbis: Augustini vehementer insistant superius positus, scilicet quòd verbum secundum quòd sapientia est & essentia, hoc est quod pater: secundum quòd verbum, non hoc est quod pater. Si, inquit: verbum non est hoc quod pater, secundum hoc quod est verbum: id ergo quo verbum est, non est illud quod pater est: proprietates ergo qua verbum est, non est id quod pater est: non est igitur diuina essentia. Ad quod dicimus, quia licet secundum quòd verbum, non sit hoc quod pater est, ea tamen proprietates qua verbum est, est id quod pater est, id est, diuina essentia, sed non est hypostasis patris.

OPINIO QVORVNDAM, NON IDEM

ESSE PERSONAM ET ESSENTIAM

vel naturam dicentium, & eandem

essentiam non posse esse pa-

trem & filium & spi-

ritum sanctum.

Distinct. XXXIII.

PRædictis autem adiiciendum est, quòd quidam peruersi si sensus homines in tantam profilierunt insaniam, vt dicerent non idem esse naturam Dei & personam siue hypostasim: dicentes eandem essentiam non posse esse patrem & filium sine personarum confusione. Si enim, inquit, ea essentia quę pater est, est filius, idem sibi pater est & filius. Si hanc rem dicit esse patrem, aliam quęre quam dicas esse filium. Si verò aliam non quęsieris, sed eandem dixeris, idem genuit & genitus est. Propter hęc & huiusmodi inter naturam & personam diuidunt, ita vt non recipiant vnā deitatis naturam & simplicem esse tres personas. Idque testimonio Hilarij defendere nituntur: qui in 8. libr. de Tri. quærens, vtrum Apostolus spiritum Dei nominans & spiritum Christi, idem significauerit vtroque verbo: inquit ita, Genitum Prædicator volens naturę vnitatem in patre & filio docere, ait, Spiritus Dei in vobis est, si quis autem spiritus eius qui suscitauit Iesum, &c. Spirituales omnes sumus, si in nobis est Dei spiritus: sed & hic spiritus Dei est & spiritus Christi. Et cum Christi spiritus in nobis est, eius spiritus in nobis est qui suscitauit Christum. Et cum eius qui suscitauit Christum in nobis est spiritus, & spiritus in nobis est Christi, nec tamen non Dei est spiritus, qui in nobis est. Discerne ergo, o hæretice, spiriti Christi à spiritu Dei: & excitati à mortuis spiritum Christi à spiritu Dei Christum à mortuis excitantis. Cum qui habitat in nobis spiritus Christi, spiritus Dei sit: & spiritus Christi à mortuis excitati spiritus Dei tantum sit Christum à mortuis excitantis. Et quero nunc, in spiritu Dei vtrum naturam ad rem naturam significatam existimes? Non est enim idem natura quod res natura: sicut non idem est homo & quod hominis est, nec idem est ignis & quod ipsius ignis est: secundum hoc non est idem Deus & quod Dei est. Huius dicti oc-

Decomparatio personæ siue rei naturæ, vel de comparatione personarum ad essentiam

Authorentate quæ pro eiu facere videtur ponit dicto libr. Hilarij, paulo ante mediū. Rom. 8. b. q.

Questio Hilarij, vtrum in spiritu dei natura vel res natura significata sit. ibi.

in spiritu dei natura et res natura eundem sunt et vni.

Quod non est idē natura quod res naturae.
Ostendit quem sensum trahat ex illis verbis.
 casione praefati haeretici dogmatizauerunt, non idem esse personam & naturam Dei, asserentes naturam Dei non esse tres personas, intelligentes in his praemissis verbis Hilarij per rem naturae personam, & nomine naturae diuinam naturam. Et ideo dicunt Hilarium interrogasse haeticum, vtrum per spiritum Dei putaret significatam esse naturam, an rem naturae: vt si cōfunderet distinguendum esse inter naturam & rem naturae, id est, personam.

Hic docet quomodo eis obuiat ipsius Scripturae circumstantia, & qualiter praedicta intelligi debeant: & quod spiritus sanctus est res vnus natura patris & filij, & est ipsa natura.

Paulo inferius.
Esā. 61. a
Mat. 12. c.
Iohel. 2. g.
Act. 2. a
Verba Hilarij ponit quibus praemissorum intelligentia aperitur.
Ephe. 3. d
1. Cor. 3. c.
 HOC quidam dicunt, non intelligentes pia diligentia Scripturae circumstantiam: qua considerata percipi potest quomodo praemissa dixerit Hilarius. Subsequenter enim in eadē serie ostendit in spiritu Dei aliquando significari patrem, vt cum dicitur, Spiritus domini super me. Aliquando significari filium: vt cum dicitur, In spiritu Dei eiicio demonia, naturae suae potestate se demones eicere demonstrans. Aliquando spiritum sanctum: vt ibi, Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Quod dicit consummatum fuisse, cum Apostoli spiritu sancto misso omnibus linguis locuti sunt. Deinde quare hanc distinctionem fecerit, & quod in superioribus per verba Apostoli idem spiritus sanctus significatus sit, & quod ipse sit res vnus naturae patris & filij, aperte ostendit in quibus ita. Hanc idcirco sunt demonstrata, vt quacumque parte haeretica falsitas se contulisset, finibus veritatis concluderetur. Habitat enim in nobis Christus, quo habitate habitat Deus: & cum habitat in nobis spiritus Christi, non aliud habitat quam spiritus Dei. Quod si per spiritum sanctum Christus in nobis intelligitur esse, hunc tamen ita spiritum Dei vt spiritum Christi esse noscendum est, & cum per naturam Dei natura ipsa habitat in nobis, indifferens natura filij creditur esse a patre, cum spiritus sanctus, qui est spiritus Christi & spiritus Dei, res naturae demonstratur vnus. Quapropter nunc ergo, quomodo non ex natura vnus sunt? A patre procedit spiritus veritatis, a filio mittitur, & a filio accipit. Sed omnia quae habet pater, filij sunt. Idcirco qui ab eo accipit, Dei spiritus est, & idem spiritus Christi est. Res naturae filij est,

Hilarius paulo inferius.

est: sed & eadē res & naturae patris est, & Dei excitatis Christum a mortuis spiritus est: & idem spiritus Christi est a mortuis excitati. In aliquo differt Christi & Dei natura, ne eadem sit: si praestari potest vt spiritus qui Dei est, non sit etiam Christi. Est ergo in nobis spiritus Dei, & est in nobis spiritus Christi: & cum spiritus Christi inest, inest spiritus Dei. Ita cum quod Dei est, & Christi est, & quod Christi est, Dei est, non potest quid aliud diuersum Christus esse, quam Deus est. Deus igitur Christus est vnus cum Deo spiritus: secundum illud, ego & pater vnus sumus. In quo docet Veritas vnitatem esse naturae, non similitudinem vnionis. Ecce si haec verba diligenter attendas, inuenis spiritum sanctum rem naturae dici patris & filij: & eundem dici esse naturam Dei, vbi dicitur, Per naturam Dei natura ipsa habitat in nobis, si per spiritum sanctum Christus est in nobis. Itaque in Trinitate non ita distinguendum est inter naturam & rem naturae, sicut in rebus creatis: quia, vt ait Hilarius, comparatio terrenorum ad Deum nulla est, & si qua comparationum exempla interdum adferuntur, nemo ea existimet absolute in se rationis perfectione continere. Non enim humano sensu de Deo loquendum est.

Quod propter res creatas illud dixerit, Non idem est natura & res creatura.

AD naturam ergo rerum creaturarum respiciens, inquit, Non idem est natura quod res naturae, subiciens exempla de ipsis creaturis, inde ostendens erroris esse sub mensura creaturarum metiri creatorem, addit, Et secundum hoc non idem est Deus, & quod Dei est: ac si diceret, Si ad instar creaturarum de creatore sentis, cogaris fateri quia non idem est Deus & quod Dei est: quod dicere impium est cum spiritus Dei Deus sit, & Dei filius sit Deus.

Quod non aliud est Deus & quae suae sunt, ita vt insunt: alia enim sunt quae insunt, alia quae non insunt.

NON ergo secundum corporales modos (vt in eadem subdit serie) accipienda sunt haec quae de Deo dicuntur: vbi euacuans opinionem eorum qui ita putant aliud Deum esse, & aliud quod Dei est, aliudque naturam Dei & rem naturae, vt est in creaturis, aperte docet non aliud esse Deum, & aliud quod Dei est: aliudque naturam Dei, & quae sua sunt, ita vt insunt illi, sic dicens, Homo aut aliquid ei simile cum alicubi

Ioā. 10. f

Lib. 1. de Tri. i. medio libri. Li. 9. ante medium.

D Hilarius libro 8. de Tri. i. loco superius signato. & lib. 4. in principio.

erit, alibi non erit: quid id quod est, illic continetur ubi fuerit infirma ad id natura eius, ut ubique sit qui insistent alicubi sit. Deus autem immensæ virtutis, viuens potestas, quæ nullquam non absit, nec desit vsquam: quæ se omnem per sua edocet. & sua non aliud quam se esse significat, ut ubi sua insint, ipse esse per sua intelligatur. Non autem corporali modo cum alicubi sit, non etiam ubique esse credatur, cum per sua in omnibus esse non desinat. Non autem aliud sunt quam quod ipse est, quæ sua sunt. Et hæc propter naturæ intelligentiam dicta sunt. His verbis aperte significatur, si tamen intelligis hæretice, quia diuina natura non aliud est ab his quæ sua sunt, ita ut insint: & per illa in omnibus suis est quæ non insunt. Sua enim sunt etiam quæ non insunt, id est, omnes creaturæ: & sua sunt quæ insunt, ut tres personæ, quæ sunt eiusdem naturæ & eadem natura: sicut supra Augustini testimonio firmauimus dicentis, tres personas esse eiusdem essentia: vel eandem essentiam, sed non ex eadem essentia: ne aliud intelligatur essentia, aliud persona. Non tamen diffitemur aliquam distinctionem habendam fore secundum intelligentiam rationem, cum dicitur hypostasis, & cum dicitur essentia: quia ibi significatur quod est commune tribus, hic verò non. Est tamen hypostasis essentia, & e conuerso. Fateamur ergo vnum atque idem esse tres personas secundum essentiam, differentes autem proprietatibus. Vnde August. super locum præteritum Psalmi ait, Quæris quid sit pater? Respondetur, Deus. Quæris quid sit filius? Respondetur, Deus. Quæris quid sit pater & filius? Respondetur, Deus. De singulis interrogatus, Deum responde. De vtroque interrogatus, non deos. sed Deum responde. Non sic in hominibus, tanta enim est ibi substantiæ vnitas, ut æqualitatem admittat, pluralitatem non admittat. Si ergo tibi dictum fuerit, cum dicis filium Dei esse quod pater est, profecto filius pater est. Responde secundum substantiam tibi dixi hoc esse filium quod pater est, non secundum id quod ad aliud dicitur. Ad se enim dicitur Deus, ad patrem dicitur filius. Rursumque pater ad se dicitur Deus, ad filium Deus; pater dicitur: quod dicitur ad filium pater, non est filius: quod dicitur filius; ad patrem, non est pater: quod dicitur pater ad se, & filius ad se, hoc est pater & filius, id est, Deus.

Dist. 5. li. L. Et dist. 25. lit. F. Quod aliquis est in ratio: intelligentia distinctio cum dicitur hypostasis & cum dicitur essentia. Tom. 8. in explanatione 6. 8. Psalmi super illo, Et non est substantia.

Verum ita possit dici vnus Deus trium personarum vel tres persona vnus Dei, ut dicitur vna essentia trium personarum, & tres persona vnus essentia.

HIC considerandum est cum Deus sit diuina essentia & ita dicatur vnus Deus esse tres personæ, sicut vna essentia dicitur tres personæ: vtrum ita valeat sanè dici, vnus Deus trium personarum, & tres personæ vnus Dei, sicut dicitur vna essentia trium personarum, & tres personæ vnus essentia: In his locutionibus Scripturæ vsus nobis æmulandus videtur, ubi frequenter reperitur ita dictum. Vna est essentia trium personarum, & tres sunt personæ vnus essentia: nusquam autem occurrit legisse, vnū Deum trium personarum, vel tres personas vnus Dei. Quod ideo puto Sanctos doctores vitasse, ne ita fortè acciperetur in diuinis personis, ut accipitur eū de creaturis simile quid dicitur. Dicitur enim Deus Abraham, Isaac, & Iacob, & Deus omnis creaturæ. Quod vtiq; dicitur propter principii creationis, vel gloriæ præuilegiū, & creaturæ subiectione vel seruitutē. Cum ergo in Trinitate nihil sit creatum vel seruicium vel subiectū, non admittit fides in Trinitate talem locutionis modum. Ita etiā e conuerso non dicitur de Dei essentia, quæ ipsa sit essentia Abraham, Isaac, & Iacob, vel alicuius creaturæ: ne creatoris & creaturæ naturā cōfundere videamur. Quod licet potentia, sapientia, bonitas de Deo secundum substantiam dicantur in Scriptura: tamen solent interdum referri.

EX prædictis constat, quod sicut essentia, ita potentia, sapientia, bonitas de Deo dicuntur secundum substantiam. Quæ autem secundum substantiam de Deo dicuntur, tribus personis pariter conueniunt. Vna est ergo potentia, sapientia, bonitas patris & filij & spiritus sancti: & hi tres eadem potentia, eadem sapientia, eadem bonitas. Vnde aperitur in Trinitate summa esse perfectio. Si enim ibi deesset potentia, vel sapientia, vel bonitas, non esset summum bonum. Sed quia ibi est perfecta potentia, infinita sapientia, incomprehensibilis bonitas rectè dicitur & creditur summum bonum. Cūque vnum & idem penitus sit in Deo potentia, sapientia, bonitas: in sacra tamen Scriptura frequenter solent hæc non

viam Scripturæ in his sequenti tradit. Quare non cōsueuerit Scriptura dicere vnū Deum triū personarum, & cōuerso, cum dicat vna essentia trium personarum. Exo. 3. d. Dist. 22. lit. E. & 23. lit. B. & 27. lit. G.

mina distincte ad personas referri, vt patri potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas attribuitur; quod quare fiat, non est ociosum inquirere.

Quare id fiat, scilicet quod patri potentia, filio sapientia attribuitur.

ID ergo sacri Eloquij prudentia facere curauit, ne Dei immensitatem similitudine creaturæ metiremur. Dixerat enim Scriptura sacra, quia Deus pater est, & quod Deus filius est: & audiuit hoc homo qui hominem patrem viderat, Deum patrem non viderat: cogitare cœpit ita esse in creatore vt viderat esse in creaturis, à quibus hæc nomina translata sunt ad creatorem, in quibus pater est prior filio, filius est posterior patre: & ex antiquitate in patre defectus, ex posterioritate in filio imperfectio sensus solet notari. Ideo occurrit Scriptura dicens patrem potentem, ne videatur prior filio: & ideo minus potens: & filium sapientem, ne videatur posterior patre, & ideo minus sapiens.

Quare spiritui sancto bonitas attribuitur.

DICTVS est etiam spiritus sanctus Deus, & dictus est habere spiritum Deus: & videbatur hoc quasi nomen inflationis & tumoris. Vnde humana conscientia ad Deum pro rigore & crudelitate accedere metuit. Ideoque Scriptura temperauit sermonem suum, spiritum bonum nominans, ne crudelis putaretur qui mitis erat: non quod pater solus sit potens vel magis potens, & filius solus sapiens vel magis sapiens, & spiritus sanctus solus bonus vel magis bonus. Vna est ergo potentia, sapientia, bonitas trium, sicut vna essentia. Ideoque sicut dicitur filius homouiosus, id est, consubstantialis patri, ita & coœnipotens.

De hoc nomine Homouision, vbi in auctoritatem receptum sit & quid significet.

HIC non est prætermittendum quod Augustinus in libro 3. contra Maximinum dicit de hoc nomine Homouision, quo Latini tractatores frequenter vtuntur. Pater, inquit, & filius vnus sunt eiusdemque substantiæ. Hoc est illud homouision, quod in concilio Nicæno aduersus hæreticos Arrianos à catholicis patribus, veritatis auctoritate firmatum est. Quod postea in concilio Ariminensi, propter nouitatem

verbi minus quam oportuit intellectam (quam tamen fides antiqua pepererat) multis paucorum fraude deceptis, hæretica impetras sub hæretico imperatore Constantino labefactare tentauit. Sed post non longum tempus libertate fidei catholice prævalente, postquam vis verbi sicut debuit intellecta est, homouision illud catholice fidei unitate longè lateque distensum est & diffusum. Quid enim est homouision, nisi vnus eiusdemque substantiæ? Quid est inquam homouision, nisi ego & pater vnus sumus? Non ergo inter prophetas vocum nouitates hoc vitandum est.

De nominibus que translatiue & per similitudinem de Deo dicuntur.

PRÆTEREA sciendum est, quod in assignatione distinctionis nominum, inter alia quæ supra diligenter executi sumus, quædam diximus translatiue & per similitudinem de Deo dici: vt speculum, splendor, character, figura & huiusmodi: de quibus pio Lectori breuiter trado quod sentio, vt scilicet ratione similitudinis considerata ex causis dicendi, dictorum intelligentiam assumat, sed catholicam.

Nihil dignum excellentia ineffabilis Trinitatis se tradidisse dicit, ad alia transturnus.

DE sacramento vnitatis atque Trinitatis summæ & ineffabilis multa iam diximus. Nihil tamen eius ineffabilitate dignum tradidisse profitemur, sed potius ex nobis miracamentum eius scientiam, nec potuisse nos ad illam.

DE QVIBVS DAM, QVAE SECUNDUM substantiam de Deo dicuntur, quæ specialem efflagitant Tractatum, scilicet de Scientia, & de Præscientia, & Providentia, & Dispositione, Prædestinatione, Voluntate, & Potentia.

Distinct. XXXV.

CVMque supra disserimus, ac plura dixerimus de his quæ cõmuniter secundum substantiam de Deo dicuntur, eorū tamè quædam specialè efflagitant Tractatū, de quibus secundò tractandum est, i. de scientia, præscientia, providentia, dispositi-

Quod sapientia dei sit una, sita me prop. er varus sta tus rerum plura sortitur voca bula.

De quibus sit praescientia vel providentia.

De quibus dispositio, de quibus praedestinatio quod & homines praedestinantur ad bona, & bona hominibus.

Rom. 8. f
Eph. 1. a
Esai. 46. b. & 1.

Cor. 2. b

De quibus providentia.

De sapientia vel scientia & de quibus.

tionem, praedestinationem, voluntatem, & potentiam. Sciendum est ergo quod Sapiencia vel scientia Dei cum sit una & simplex; tamen propter varios rerum status & diversos effectus, plura ac diuersa sortitur nomina. Dicitur enim non tantum scientia, sed etiam praescientia vel providentia. Et est scientia siue providentia non de futuris tantum, sed de omnibus: de bonis scilicet & de malis. **D I S P O S I T I O** vero de faciendis. **P R A E D E S T I N A T I O**, de omnibus saluandis, & de omnibus bonis: qui & hic liberantur: & in futuro coronabuntur. Praedestinavit enim Deus ab aeterno homines, ad bona eligendo: & praedestinavit eis, bona preparando. Quod homines praedestinavit, Apostolus ostendit dicens, Praedestinavit quos praesciuit fieri conformes imaginis filij sui: & alibi, Elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati. Quod autem bona eis preparauerit, Propheta Esaias ostendit dicens, Oculis non vidit Deus abs te, quae preparasti diligentibus vel expectantibus te. Ergo ab aeterno praedestinavit quosdam futuros bonos & beatos, id est, elegit ut essent boni & beati: & bona eis praedestinavit, id est, preparavit. **P R O V I D E N T I A** autem est gubernandorum: quae utique eodem modo videtur accipi, quo dispositio. Interdum tamen providentia accipitur pro praescientia. **S A P I E N T I A** vero vel **S C I E N T I A** de omnibus est, scilicet bonis & malis, & de praesentibus praeteritis & futuris: & non tantum de temporalibus, sed etiam de aeternis. Non enim ita scit Deus ista temporalia, ut seipsum nesciat, sed ipse solus seipsum perfecte nouit: cuius scientiae comparatione omnis creaturae scientia imperfecta est.

Vtrum scientia, vel praescientia, dispositio, vel praedestinatio potuerit esse in Deo, si nulla fuissent futura.

H I C considerari oportet, vtrum scientia vel praescientia, vel dispositio, vel praedestinatio potuerit esse in Deo, si nulla fuissent futura. Cum enim praescientia sit futurorum, & dispositio faciendorum, & praedestinatio saluandorum: si nulla essent futura, si nihil esset facturus Deus vel aliquos saluaturus, non videtur potuisse in Deo esse praescientia, vel dispositio, vel praedestinatio: potuit autem Deus nulla praescire futura, potuit non creare aliquid, ut non saluare aliquos.

Potuit ergo in Deo non esse praescientia, vel dispositio, vel praedestinatio. Ad hoc autem ita a quibusdam opponitur. Si, inquit, potuit praescientia Dei non esse, in Deo ab aeterno, & potuit non esse: si vero potuit non esse, cum praescientia Dei sit eius scientia, & scientia sit eius essentia: potuit ergo non esse ab aeterno, id quod est eius diuina essentia. Ita & de dispositione & praedestinatione, quae est diuina essentia, obiiciunt. Addunt quoque & alia, ita loquentes, Si potuit Deus non praescire aliqua, cum idem sit Deo praescire quod scire, & scire quod esse: potuit ergo non esse. Item, Cum idem sit Deum praescium esse, & Deum esse, si potuit non esse praescius, potuit non esse Deus. Potuit autem non esse praescius, si potuit nulla praescire. At potuit nulla praescire, quia potuit nulla facere.

Responsio quod praescientia, & dispositio, & praedestinatio quasi relatiue dicuntur ad futuras res vel ad faciendas.

A D hoc iuxta modulum nostrae intelligentiae ita dicimus, Praescientia vel dispositio vel praedestinatio ad aliquid dici videntur. Sicut enim creator ad creaturam relatiue dicitur, ita praescientia vel praescius ad futura referrri videtur, & dispositio ad facienda, ac praedestinatio ad saluanda. Veruntamen creator ita relatiue dicitur, ut essentiam non significet. Praescientia vero vel praescius & in respectu futurorum dicitur, & essentiam designat: ita etiam dispositio, & praedestinatio. Ideoque cum dicitur, Si nulla essent futura, non esset in Deo praescientia, vel non esset Deus praescius: quia varia est ibi causa dicendi, distingui oportet rationem dicti. Cum ergo dicis, Si nulla essent futura, non esset in Deo praescientia, vel non esset praescius: si in dicendo hanc causam attendis, scilicet quia nulla essent subiecta eius praescientiae, vnde ipsa possit dici praescientia vel ipse praescius, quod vtrunque dicitur propter futura: verus est intellectus. Sin autem ea ratione id dicis, quod non sit in eo scientia qua praescit futura, vel quod ipse non sit Deus, qui est futurorum praescius, falsa est intelligentia. Similiter & illae locutiones determinatae sunt. Potuit non esse praescientia Dei, vel potuit non esse praescius, & potuit Deus non praescire aliqua, id est, potuit esse quod nulla futura subiecta essent eius scientiae, & ita non posset dici pra-

sciens vel præscire, vel scientia eius vel præscientia: non tamen eo minùs ipse esset, vel eius scientia. Sed non posset dici præsciens vel præscire vel præscientia, si eius scientiæ futura nulla forent subiecta. Similiter de dispositione & prædestinatione vel providentiâ. Hæc enim (vt dictum est) ad temporale referuntur, & de temporalibus tantum sunt.

Quod scientia Dei non tantum est de temporalibus, sed etiam de æternis.

SCIENTIA verò vel sapientia non tantum de temporalibus, sed etiam de æternis est. Ideoque etsi nulla fuissent futura, esset tamen in Deo scientia eadem quæ modo est: nec minor esset quàm modo, nec maior est quàm esset. Sciuit ergo Deus ab æterno æternum, & omne quod futurum erat, & sciuit immutabiliter. Scit quoque non minùs præterita & futura quàm præsentia, & sua æterna sapientia & immutabili scit ipse omnia quæ sciuntur. Omnis enim ratio supernæ & æternæ sapientiæ, vt ait Ambrosius, in eo est, quia omnem sapientiam & essentiam capit sua immensa scientia.

Lib. 5. de Fide & cap. 8.

Quare omnia dicuntur esse in Deo, & quod factum est habet vitam in eo.

Tom. 3. li. 5. de Genesi ad litteram. c. 18.

PROPTEREA omnia dicuntur esse in Deo & fuisse ab æterno. Vnde Augustinus super Genesim. Hæc visibilia, inquit, antequàm fierent, non erant: quomodo ergo nota Deo erant quæ non erant? Et rursus, Quomodo ea faceret quæ sibi nota non erant? non enim quicquam fecit ignorans. Nota ergo fecit, non facta cognouit. Proinde antequàm fierent, & erant, & non erant. Erant in Dei scientia, non erant in sui natura. Ipsi autem Deo non audeo dicere alio modo innotuisse cum ea fecisset, quàm illo quo ea nouerat, vt faceret; apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Ecce hinc habes quòd hæc visibilia antequàm fierent, in Dei scientia erant. Ex hoc ergo sensu omnia dicuntur esse in Deo, & omne quod factum est dicitur vita esse in ipso: non ideo quod creatura sit creator, vel quia ista temporalia effectualiter sint in Deo, sed quia in eius scientia semper sunt, quæ vita est.

Iacobi 1. c.

Ioan. 1. a.

Quod eadem ratione dicuntur omnia ei præsentia.

INDE est etiam quòd omnia dicuntur ei præsentia esse, non solum ea quæ sunt, sed etiam ea quæ præterierunt, & ea quæ futura sunt, secundum illud, Qui vocat ea quæ nõ sunt, tanquàm ea quæ sunt. Quia, vt ait Ambrosius in libro de Trinitate, ita cognoscit ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt. Et hac ratione omnia dicuntur esse in eo, vel apud eum, siue ei præsentia. Vnde Augustinus super illum locum Psalmi. Et pulchritudo agri mecum est. Ideo, inquit, mecum est, quia apud Deum nihil præterit, nihil futurum est. Cum illo sunt omnia futura, & ei non detrahuntur iam præterita: cum illo sunt omnia cognitione quadam ineffabili sapientiæ Dei. Ecce hic aperit Augustinus ex qua intelligentia accipienda sunt huiusmodi verba, Omnia sunt Deo præsentia, in Deo sunt omnia, vel cum Deo, vel apud Deum, vel in eo vita: quia ineffabilis omnium cognitio in eo est.

Rom. 4. c.

Lib. 5. c. 8. Tomo 8. Psal. 49.

VTRVM CONCEDENDVM SIT,

omnia esse in Dei essentia, vel in eo per essentiam: vt omnia dicuntur esse in Dei cognitione vel præscientia.

Distinct. XXXVI.

SOLET hic quæri, cum omnia dicuntur esse in Dei cognitione seu præscientia, vel in Deo per cognitionem, & eius cognitio vel præscientia sit diuina essentia: vtrum concedendum sit, omnia esse in diuina essentia, vel in Deo per essentiam. Ad quod dicimus, quia Dei cognitio eius vtrique essentia est, & eius præscientia, in qua sunt omnia, ipsius cognitio est: nec tamen omnia quæ sunt in eius præscientia vel cognitione, in eius essentia esse dici debent. Si enim hoc diceretur, intelligeretur esse eiusdem cum Deo essentia. In Deo enim dicitur esse per essentiam, quod est diuina essentia, quod est Deus. Habet ergo Deus apud se in præscientia sua, quæ non habet in sui natura. Vnde Augustinus de verbis Apostoli ita ait, Elegit nos ante mundi constitutionem. Quis sufficit hoc explicare? Eliguntur qui non sunt: nec errat qui elegit, nec vanè eligit. Eligit tamen, & habet electos quos creaturus est eligendos: quos habuit apud semetipsum non in natura sua, sed in præscientia sua. Nondum erant quibus promittebatur:

Quomodo res sunt in Deo.

Tomo 10. Sermo. 11. Ephe. 1. a.

sed & ipsi promissi sunt, quibus promittebatur. Ecce hic aperte dicit Deum apud semetipsum habere electos ante mundi constitutionem, non in natura sua, sed in præscientia sua: cum tamen eius præscientia non aliud sit quam eius natura, quia ipsius præscientia, eius est notitia. Potest tamen ad electos referri cum ait, In natura sua, id est, illorum. Illos quippe habuit ab æterno apud se, non in natura sui, id est, illum, qui nondum erant: sed in sua præscientia, quia eos ita nouit ac si essent.

Virum mala debeant dici esse in Deo, ubi sunt omnia bona, cum utraque sint in eius cognitione & præscientia: omnia enim cognoscit.

POST prædicta quaeritur, cum omnia dicantur esse in Deo non per essentiam naturæ, sed per cognitionem scientiæ, & Deus sciat bona & mala: utrum concedendum sit simpliciter mala esse in Deo, siue esse in Deo per cognitionem. Scit enim Deus & sciuit semper omnia, tam bona quam mala, etiã antequam fierent, & præsciuit ab æterno ea futura. Idcirco cum omnia bona diximus esse in Deo propter præscientiam cognitionis, eadem ratione videtur dicendum omnia mala esse in eo, cum ea semper nouerit, & per cognitionem ei præsentia fuerint. Præcognouit enim Deus ab æterno quosdam futuros malos, & eorum malitiam, ut ait Aug. præsciuit, sed non præparauit. Cum ergo peccata omnium sciat, nunquid intelligendum est ea includi in illa generalitate locutionis, qua dixit Apostolus, omnia esse in Deo? Ex ipso inquit, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Sed quis, nisi insanus dixerit mala esse in Deo? Illa enim esse in Deo intelliguntur, quæ ex ipso, & per ipsum sunt: ea verò per ipsum sunt & ex ipso, quorum author est: sed non est author nisi bonorum. Non ergo ex ipso, & per ipsum sunt, nisi bona: ita ergo non in ipso sunt nisi bona. Non ergo mala in Deo sunt: quia licet ea noscat, non tamen ita omnino noscit, ut bona. Mala ergo quasi de longè cognoscit, ut ait Propheta. Et alia à longè cognoscit, id est, superbiam. Et alibi ad Deum loquens de malis ait, De absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Quod exponens August. Abscondita, inquit, peccata sunt, quæ à lumine veritatis absconduntur. Sed quomodo peccata à lumine veritatis diuinæ absconduntur, cum à Deo sciuntur? Si

Lib. 1. de prædestinatione. Sanctorum. Cap. 10. Rom. 11. d. Quæ intelligatur esse in Deo. Quod non omnino ita cognoscit Deus mala ut bona: quia mala tantum per scientiam, bona verò per probationem & beneficium.

enim non sciret, quomodo de illis iudicaret, & pro illis malos damnaret: Alibi propheta, Quia neque ab Oriente neque ab Occidente deest. Quod exponens Cassiodorus, inquit, Neque à bonis neque à malis deest Deus: sed omnibus præsens & cognitor est. Cognoscit ergo Deus & bona & mala per scientiam: sed bona cognoscit etiã per approbationem & per beneplacitum: mala verò non. Vnde Cassiod. super Psal. dicit Peccata abscondita Deo sunt, quia non nouit, id est, non approbat. Et ex eo sensu August. dixit ea abscondita à lumine Dei. Qui etiam in libr. ad Heludium insinuat cognitionem Dei variis modis accipiendam, inquit, Si ad scientiam referas, non ignorat Deus aliquos vel aliqua: qui tamen in iudicio quibuldam dicit, Non noui vos, sed eorum improbatio hoc verbo insinuat est. Ecce non cognoscere dicitur Deus, quæ non approbat, quæ ei non placent. Apparet itaque verum esse quod diximus, scilicet quia quodam modo cognoscit Deus bona, quo non cognoscit mala. Pariter quidem utraque eodem modo nosci quantum ad notitiam: sed bona etiam approbatione & beneplacito cognoscit.

Hic aperit quare bona tantum dicantur esse in Deo & non mala.

ET inde est, quod bona tantum dicuntur esse in Deo, non mala, & illa propè hæc longè: quia licet in Deo aliqua dicantur esse propter cognitionis præsentiam, & Deus bona & mala cognoscat: mala tamen non cognoscit nisi per notitiam, bona verò non solum per scientiam, sed etiam per approbationem & beneplacitum. Et ob talem cognitionem aliqua dicuntur esse in Deo, scilicet, quia ita ea scit, ut etiam approbet & placeant, id est ita scit, ut eorum sit author.

Quod idem est omnia esse ex Deo, & per ipsum, & in ipso.

PROINDE si diligenter inspiciamus, idem videtur esse omnia esse ex Deo, & per ipsum, & in ipso. Vnde Ambrosius in tertio libr. de Spiritu sancto. Hæc tria ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt, omnia vnum esse, supra diximus. Cum dicit per ipsum esse omnia, non negauit in ipso esse omnia. Eandem vim habent omnia hæc scilicet cum ipso, & in ipso

Psal. 137. Psal. 16. Tom. 8. in explanatione. Psal. 10. Psal. 64. Cassiod. super Psal. 16. circa illud versum De absconditis tuis, &c. Epi. 102. Mai. 7. d.

Cap. 12. Rom. 11. d.

& per ipsum: & unam in his atque consimile, non contrarium intelligitur. Ecce habes, quia ex eadem intelligentia Scriptura dicit esse omnia in ipso, & per ipsum, & ex ipso, & cum ipso. Cum ergo ex eadem ratione omnia dicantur esse ex Deo, vel per ipsum, non solum quia scit, sed etiam quia eorum author est: consequitur ut eadem ratione ea esse in Deo dicantur. scilicet quia scit, & eorum author esse dicitur: quia in illo viuimus, & mouemur, & sumus: quia eo authore sumus, mouemur, & viuimus. Cum ergo non sit author nisi bonorum, merito sola bona in eo esse dicuntur, sicut ex ipso, & per ipsum. Cum ergo in eius cognitione vel praesentia sint omnia, scilicet bona & mala, in eo tamen non dicuntur esse, nisi bona, quorum author est. Vnde Aug. in lib. de Natura boni, Cum audimus, inquit, ex Deo, & per ipsum, & in ipso esse omnia, omnes utique naturas intelligere debemus, & omnia quae naturaliter sunt. Neque enim ex ipso sunt peccata, quae naturam non seruant, sed vitiant: quae ex voluntate peccantium nascuntur omnia. Hic aperte dicitur quod in illa generalitate locutionis bona tantum continentur.

Quod omnia ex patre, & per patrem, & in patre sunt, ita & de filio, & de spiritu sancto est dicendum, licet propter personas fiat distinctio.

PRAETEREA sciendum est, quod licet ibi indicetur distinctio personarum cum dicitur, Ex ipso, & per ipsum, & in ipso: omnia tamen ex patre, & per patrem, & in patre sunt. Similiter de filio & de spiritu sancto accipiendum est. Vnde August. in 1. lib. de Tri. Non confusè, inquit, accipiendum est quod ait Apostolus, ex ipso, & per ipsum, & in ipso. Ex ipso dicens propter patrem, per ipsum propter filium, in ipso propter spiritum sanctum. Vigilanter autem attende, ne quia patrem volens intelligi dixit ex ipso, si cintelligas omnia esse à patre ut neges omnia esse ex filio, vel ex spiritu sancto, cum ex patre, & per patrem, & in patre omnia esse sanè dici possunt: similiter & de filio, & de spiritu sancto dicendum est.

Quod non omnia, quae ex Deo sunt, etiam de ipso sunt, sed e converso.

ILLVD etiam hic annectendum est, quod non omnia quae dicuntur esse ex Deo, etiam de ipso esse dici debeant.

Quia, ut ait Aug. in libr. de Natura boni. Non hoc significat penitus ex ipso quod de ipso. Quod enim de ipso est, potest dici esse ex ipso: sed non omne quod ex ipso est, potest dici esse de ipso, quia non est de sua substantia. Ex ipso enim sunt caelum & terra, quia ipse fecit ea: non autè de ipso, quia non de substantia sua. Sicut aliquis homo si generat filium, & faciat domum, & ex ipso est filius, ex ipso est & domus: sed filius de ipso, domus verò de terra & ligno, non de ipso.

Quae dicta sunt, summam colligit.

EX praemissis apertum est, quod in Dei cognitione, siue praesentia sunt omnia, scilicet bona & mala, sed non omni modo sunt ibi mala, quo bona: & quod in Deo bona tantum sunt, sicut ex ipso, & per ipsum, non mala. Et ex quo sensu haec accipienda sint assignatum est. Et quod de ipso non dicitur esse proprie, quod aliud est ab ipso. Ex ipso autem esse dicuntur omnia, quae eo authore sunt.

QVIBVS MODIS DICATUR DEVS ESSE
in rebus.

Distinct. XXXVII.

ET quoniam demonstratum est ex parte, quomodo omnia dicantur esse in Deo, addendum videtur hic quibus modis dicatur Deus esse in rebus: si tamen humana mens vel ex parte dignè valeat cogitare vel lingua sufficit eloqui. Sciendum ergo est, quod Deus incommutabiliter semper in se existens, praesentialiter, potentialiter, essentialiter est in omni natura siue essentia sine sui definitione, & in omni loco sine circumscriptione, & in omni tempore sine mutabilitate. Et praeterea in sanctis spiritibus & animabus est excellentius, scilicet per gratiam inhabitans, & in homine Christo excellentissimè, in quo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat, ut ait Apostolus. In eo enim Deus habitauit, non per gratiam adoptionis, sed per gratiam unionis. Ne autem ista (quia capacitatem humanae intelligentiae excedunt) falsitatis arguere aliqui praesumant, Sanctorum autoritatis munimenta mihi videntur. * Beatus Gregorius super Cantica Cantica. inquit, licet Deus communi modo omnibus rebus in sit praesentia, potentia, substantia, tamen fa-

Cap. 27.

*Quo deus est in rebus et locis corporalibus. Quod deus est essentia, sed in sanctis per gratiam, et in homine christoper unionem persone. Coloss. 2. Auctoritatibus ista confirmat. * Non inuenitur.*

Act. 15. f.

Tomo 6. Ca. 28.

Li. 6. c. 10

super cantica, sed ad sensum super Eze. Ho. 3. circa mediū. Tom. 2. Epist. 57. Non loqe a medio li. cap. 7. in principie. & Aug. Li. 3. contra Maximum Ca. 21. Li. 6. ca. eis. dem. Sic. 23. d.

miliariori modo per gratiam dicitur esse in illis, qui mirificentiam operum Dei acutiùs & fidelius considerant. De hoc enim eodem August. ad Dardanum in libr. de Præsentia Dei ait, Cùm Deus sit natura incorporea & incommutabiliter viua, æterna stabilitate in seipso manens, totus adest rebus omnibus, & singulis totus: sed in quibus habitat, habent eum pro suæ capacitatis diuersitate, alij amplius, alij minus: quos ipse sibi dilectissimum templum gratia suæ bonitatis ædificat. Hilarius quoque in lib. 8. de Tri. apertissimè docet Deum vbi que esse. Deus, inquit, immensæ virtutis, viuens potesta, quæ nusquam non adit, non desit vsquam, se omnem per sua edocet, vt ibi sua sint, ipse esse intelligatur. Non autem corporali modo cùm alicubi sit, non etiam vbi que esse credatur, cum & in omnibus esse non desinat. Ambr. 1. lib. de Spiritu sancto, spiritum sanctum probat non esse creaturam: quia vbi que est, quod est proprium diuinitatis: ita dicens, Cùm omnis creatura certis naturæ suæ sit circumscripta limitibus, quomodo quis audeat creaturam appellare spiritum sanctum, qui non habet circumscriptam determinatamque virtutem, quæ & in omnibus, & vbi que semper est: quod vtique diuinitatis & dominationis est proprium. Idem in eodem, Domini est omnia complere, qui dicit, Cælum & terram ego compleo. Si ergo Dominus est qui cælum complet & terram, quis ergo potest spiritum sanctum iudicare dominationis & diuinæ potestatis exortem, qui repleuit orbem? & quod plus est, repleuit & Iesum, totius mundi redemptorem: Ex his aliisque pluribus authoritatibus apertè monstratur, quod Deus vbi que in omni creatura essentialiter, præsentialiter, & potentialiter est.

Quod in sanctis non modo est, sed etiam habitat, qui non vbi que est, habitat.

IN sanctis verò etiam habitat, in quibus est per gratiam: non enim vbi que est, ibi habitat: vbi verò habitat, ibi est. In solis bonis habitat, qui sunt templum eius, & sedes eius. Vnde per Esaiam Dominus ait, Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum: quia in electis qui sunt cælum, habitat Deus & regnat, qui eius voluntati deuoti obtemperant: malos verò qui sunt terra, iudicij distinctione calcant. Vnde in lib. Sapient. dicitur, Thronus sapientiæ anima iu-

sti, quia in iustis specialius est quàm in aliis rebus, in quibus tamen omnibus totus est. Quemadmodum anima, ait Aug. in epistola ad Hieronymum de Origine animæ per omnes particulas corporis tota adest simul, nec minor in minoribus, nec maior in maioribus, sed tamen in aliis intensius, & in aliis remissius operatur, cùm in singulis particulis corporis essentialiter tota sit. Ita & Deus cùm sit in omnibus essentialiter ac totus, in illis tamen plenius esse dicitur quos inhabitat, id est, in quibus ita est, vt faciat eos templum suum: & hi tales cum eo sunt iam ex parte, sed in beatitudine perfecte. Mali verò, etsi ibi sint vbi ipse est, qui nusquam deest, non tamen sunt cum eo. Vnde August. super Ioan. Non satis fuit dicere, Vbi ego sum, & illi sint: sed addidit, Mecum: quia & ibi miseri possunt esse vbi & ille est, qui nusquam deest. Sed beati sunt cum illo, quia non sunt beati nisi ex eo quod cum illo sunt: qui fruuntur eo, & vident illum sicut est. Mali verò non sunt cum illo, vt cæci in luce non sunt cum lucè: nec boni ita nunc sunt cum eo vt vident per speciem, etsi sunt aliquo modo cum eo per fidem. Quomodo autem Deus habitat in bonis, ex illis aliquatenus intelligere valebis, quæ supra dicta sunt, cum de spiritus sancti processione temporaliter ageretur: vbi licet ex parte exponitur (ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus) quomodo spiritus sanctus habitat in nobis, qui non sine patre & filio inhabitat.

Vberat vel habuabat Deus antequàm esset creatura.

SI autem quæris, vbi habitat Deus antequàm Sancti essent: Dicimus quia in se habitabat. Vnde Aug. in lib. 3. contra Maximum: In templo, inquit, suo habitat Deus, scilicet in Sanctis qui sunt templum Dei, modo secundum fidem ambulantes: & templum Dei erunt aliquando secundum speciem, qualiter etiam nunc templum Dei sunt Angeli. Sed dicet aliquis, Antequàm faceret Deus cælum & terram, antequàm faceret sanctos, vbi habitat? In se habitat Deus: apud te habitat, & apud se est. Non ergo sancti sic sunt domus Dei, vt ea subtracta cadat Deus. Imò sic habitat Deus in sanctis, vt si ipse discesserit cadant.

Multa hic breuiter docet quæ confirmant prædicta.

SCIENDVM est etiam, quia, vt ait Aug. in lib. ad Dar-

Tomo 2. Epist. 28.

Ioan. 17. d. Tomo 9. Tra. 111. Paul. post principiu.

Dist. 14.

1. Cor. 3. c.

Ca. 21. & li. 2. ca. 12.

Tomo 2. Epist. 57. danum, dici nisi stultissimè nequit, spiritum sanctum non habere locum in nostro corpore, quod totum anima nostra impleuerit. Stultius dicitur etiam Angustius alicubi impediri trinitatem, ut pater & filius & spiritus sanctus alicubi simul esse non possint. Verùm illud est multò mirabilius, quòd cum Deus vbique sit totus, non tamen in omnibus habitat. Quis porrò audeat opinari, nisi inseparabilitatem trinitatis penitus ignoret, quòd in aliquo possit habitare pater & filius, in quo non habitat spiritus sanctus? aut in aliquo spiritus sanctus, in quo non habitat pater & filius? Facèdum est ergo vbique esse Deum per diuinitatis præsentiam, sed non vbique per inhabitationis gratiam. Propter hanc enim inhabitationem gratiæ non dicimus, Pater noster qui es vbique cum & hoc verum sit: sed qui es in cælis, id est, in sanctis: in quibus est quodam excellentiori modo.

*Mat. 6. b
Luc. 11. a*

Quòd Deus inhabitator est quorundam nondum cognoscentium Deum & non quorundam cognoscentium.

*Ad epi. Pauli in
Rom. 1. c.*

ILLVD quoque mirabile est, quia ut ait Aug. in eodem, Deus est inhabitator quorundam nondum cognoscentium Deum, & non quorundam cognoscentium Deum. Illi enim ad templum Dei non pertinent, qui cognoscentes Deum non sicut Deum glorificant. Ad templum Dei pertinent paruuli sanctificati sacramento Christi, & regenerati spiritu sancto, qui nõdum valent cognoscere Deum. Ergo quem potuerunt illi nosse nec habere, isti potuerunt habere antequàm nosse. Beatissimi autem sunt illi, quibus est Deum habere, quòd nosse. Hic aliquatenus aperit Aug. quomodo Deus habitat in aliquo, id est, habeatur: cum videlicet ita est in aliquo, ut ab eo cognoscatur & diligatur.

Quomodo Deus totus vbique sit per essentiam, non potest intelligi ab humano sensu.

*Super illud, Qui est sit splendor gloriæ
Hemil. 2.*

EX prædictis patet, quòd Deus vbique totus est per essentiam, & in Sanctis habitat per gratiam. Cùmque superius, licet tenuiter, ostensum sit qua ratione dicatur habitare in quibusdam, nun cessigaret ordinis ratio id etiam assignari, quomodo vbique per essentiam & totus sit, nisi huius considerationis sublimitas atque immensitas humanæ mentis sensum omninò excederet, ut enim ait Chry. super epistolam

ad Hebr. Sicut multa de Deo intelligimus, quæ loqui penitus non valemus: ita multa loquimur, quæ intelligere non sumus idonei. Verbi gratia, quòd vbique Deus est scimus & dicimus: quomodo autem vbique sit, intellectu non capimus. Item, quòd est incorporea quædam virtus quæ est omnium causa bonorum scimus, quomodo autem vel quæ ista sit, penitus ignoramus.

Quorundam opinio, qui præsumunt ostendere quomodo Deus vbique sit per essentiam, potentiam, præsentiam.

QUIDAM tamen immensa ingenio suo metiri præsumentes, hoc ita fore intelligendum tradiderunt, quòd Deus vbique per essentiam esse dicitur: non quòd Dei essentia proprie sit in omni loco, & in omni creatura: sed quia omnis natura atque omne quòd naturaliter est, in quocunque loco sit, per eum habet esse: & omnis locus in quo illud est. Iidem etiam dicunt ideo Deum vbique dici esse per præsentiam vel per potentiam quia cuncta loca sunt ei præsentia, & quæ in eis sunt, nec in eis aliquid operari cessat. Nam & ipsa loca, & quicquid in eis est, nisi ipse conseruet, manere non possunt. In eis ergo per substantiam Deus esse dicitur, ut aiunt: quia per virtutem propriæ substantiæ suæ facit ut etiam loca sint & omnia quæ in eis sunt. Sed licet hæc vera sint, quæ afferunt in explanandis intelligentiis prædictorum: in illis tamen verbis, quibus dicitur Deus vbique esse per essentiam, plus contineri credendum est, quòd homo viuens capere non valet.

Quòd Deus cum sit in omnibus rebus, non tamen sordibus rerum inquinatur.

SOLET etiam ab eisdem quæri, quomodo Deus substantialiter in sit omnibus rebus, & corporalium sordium inquinationibus non contingatur: quòd tam friuolum est, ut nec responsione sit dignum, cum etiam spiritus creatus sordibus corporeis etiam leprosi vel quantumcunque polluti inquinari non possit. Sol quoque radios suos sine sui pollutione effundit super loca & corpora non solum munda, sed etiam immunda, ac sordibus foetentia, quorum contactu homines & aliæ quædam res inficiuntur: Solis verò radij impolluti &

*Aug. de
Agone
Christia-
no, cap. 18.
sententia-
lier.*

incontaminat: ea contingentes existunt. Non est ergo mirandum si essentia diuina omnino simplex & incommutabilis omnia replet loca, & omnibus creaturis essentialiter inest, nec tamen cuiusquam rei sordibus contaminatur, vel contingitur. Vnde Augustin. in libr. de Natura boni, Cum in Deo, inquit, sint omnia quæ condidit, non tamen inquinant eum illi qui peccant. De cuius etiam sapientia, quæ attingit à fine vsque ad finem fortiter, dicitur, Attingit omnia, propter suam mundiciam, & nihil inquinatum in eam incurrit. Timent quidam quod fieri non potest, scilicet ne humana carne veritas & substantia Dei inquinetur, & tamen prædicant istum visibilem solem radios suos per omnes facies & sordes spargere, & eos mundo; & synceros seruari. Si ergo visibilia munda à visibilibus immundis contingi possunt, & non inquinari: quanto magis inuisibilis & incommutabilis Veritas? Postremo respondeant quid potius de Deo respondendum existiment: vel quod nusquam per essentiam sit, vel quod vbiq; vel alicubi, ita quod non vbiq; Sed quis audeat dicere quod nusquam diuina essentia sit vel quod alicubi, & non vbiq; sit? Si enim ita est alicubi, quod non vbiq; ergo localis est. Est ergo vbiq; tota quæ continet totum, & penetrat totum: quæ nec pro sui simplicitate diuidi, nec pro sui puritate maculari, nec pro sui immensitate vlllo modo comprehendipotest. Vnde Aug. Deus vbiq; est, cui non locis, sed actionibus propinquamus.

Quod Deus vbiq; sit, & in omni tempore, non tamen localis est, non circumscriptibilis, nec loco, nec tempore mouetur.

CVM QVE diuina natura veraciter & essentialiter sit in omni loco & in omni tempore, non tamen mouetur: per loca vel per tempora, nec localis, nec temporalis est. Localis non est, quia penitus non circumscriptitur loco: quia nec ita est in vno loco, quod non sit in alio. Neque dimensionem habet, sicut corpus, cui secundum locum assignatur principium, medium, & finis, & ante & retrò, dextrum & sinistrum, sursum & deorsum: quod sui interpositione facit distantiam circumstantium. Duobus namque his modis dicitur in Scriptura aliquid locale, siue circumscriptibile, & conuersò scilicet, vel

*Tomo 6.
Cap. 29.
Sap. 8. a
Aug. li.
de Agone
Christiana
no cap.
prius cita
to.*

*Libr. de
Doctr.
Christiana
na l. c. 10.*

*Quibus
modis ali-
quid dica-
tur locale
vel circum-
scriptibile*

quia dimensionem capiens longitudinis, altitudinis, & latitudinis, distantiam facit in loco, vt corpus: vel quia loco definitur ac determinatur, quoniam cum sit alicubi, non vbiq; inuenitur, quod non solum corpori, sed etiam omni creato spiritui congruit. Omne ergo corpus omni modo locale est. Spiritus vero creatus quodam modo est localis, & quodam modo non est localis. Localis quidam dicitur, quia definitione loci terminatur: quoniam cum alicubi præsentis sit, totus alibi non inuenitur. Non autem ita localis est, vt dimensionem capiens distantiam in loco faciat. Diuina ergo sola essentia omnino illocalis & incircumscriptibilis est: quæ nec locis mouetur aliquo modo, scilicet vel determinatione finita vel dimensione suscepta, nec temporibus, sed affectu & cognitione mouetur. His enim duobus modis, scilicet loco vel tempore, fit mutatio creaturæ, quæ hõge est à creatore. Vnde Aug. super Gen. Deus, inquit, omnipotens incommutabilis æternitate, voluntate, veritate, semper idem, mouet per tempus creaturam spirituales, mouet etiam per tempus & locum creaturam corporales, vt eo motu naturas quas condidit administret. Cum ergo tale aliquid agit, non debemus opinari eius substantiam, qua Deus est, temporibus locisque mutabilem, siue per tempora & loca mobilem, cum sit ipse & interior omni re, quia in ipso sunt omnia, & exterior omni re, quia ipse est super omnia, & antiquior omnibus, quia ipse est ante omnia, & nouior omnibus, quia ipse idem post omnia, scilicet post omnium initia. Ecce hic aperte ostenditur, quod nec locis, nec temporibus mutatur vel mouetur Deus. Spirituales autem creatura per tempus mouetur, corporales verò etiam per tempus & locum.

Quid sit mutari secundum tempus.

MVTARI autem per tempus est variari secundum qualitates interiores vel exteriores, quæ sunt in ipsa re quæ mutatur: vt quando suscipit vicissitudinem gaudij, doloris, scientie, oblivionis, vel variationem formæ, siue alicuius qualitatis exterioris. Hæc enim mutatio, quæ fit secundum tempus, variatio est qualitatum, quæ fit in corporali vel spiritali creatura: & ideo vocatur tempus.

Opinio quorundam, qui dicunt spiritus creatos non moueri loco, nec esse locales.

*De spiritu creato quod secundum alitermodum nec localis nec circumscriptibile est secundum alitermodum verò est, &c.
Li. 8. c. 22.
23. & 20.
in Tom. 3.*

Quod deus est interior, exterior, antiquior & nouior omnibus.

DE mutatione verò loci magna inter conquiritentes disceptatio versatur. Sunt enim qui dicunt nullum spiritum alicui modo posse mutari loco, ab omni spiritu locum vniuersaliter remouere volentes: quoniam secundum dimensionem tantum & circumscriptionem locum constare asserunt, atque id solum esse locale vel in loco esse dicunt, quod dimensionem recipit, & distantiam in loco facit. Et hoc dicunt Augustinus. sensisse mutationem temporis tantum spirituali creaturæ tribuentem: loci verò & temporis, corporeæ.

August.
verba ipsi
Esa pro se
facere dicunt.
Lib. A.
Ibidem.

Hic respondetur eis.

SED vt supra diximus, dupliciter dicitur esse res localis vel circumscribibilis: scilicet vel quia dimensionem recipit & distantiam facit, vel quia loci termino definitur: quorum vtrunque conuenit corporeæ creaturæ, alterum verò tantum spirituali. Nam vt supra diximus, corporalis creatura ita est localis vel circumscribibilis, quod determinatur definitione loci, & quod dimensionem recipiens distantiam facit: spiritualis verò tantum definitione loci concluditur, cum ita sit alicubi, quod non alibi, sed nec dimensionem recipit, nec distantiam in loco facit, quia si multi essent spiritus hic, non eo coangustarent locum quo minus de corporibus contineret. Ideoque Augustinus attribuit mutationem loci corpori, non spiritui: quia licet spiritus transeat de loco ad locum, non tamen ita vt dimensionibus circumscripitis, interpositione sui faciat distantiam circumstantium, sicut corpus.

Vbi supra
Esa. 6. b

Conclusio ex prædictis, quod spiritus creati sunt locales & circumscribibilis quodam modo spiritus verò Dei omnino incircumscribibilis.

Comentario cũ li. i.
ad rap. i.
circa illud, Ego sum Gabriel qui asto ante Deum &

SVNT ergo spiritus creati in loco, & transeunt de loco ad locum, & quodam modo locales & circumscribibilis, sed non omni eo modo quo creaturæ corporeæ. Spiritus autem increatus qui Deus est in loco quidem est, & in omni loco, sed omnino illocalis est & incircumscribibilis. Vnde Beda super Lucam ait: Cum ad nos angeli veniunt, sic exterius implent ministerium, vt tamen ante Deum interius per contemplationem assistant: quia etsi angelus est spiritus circumscripitis, summus tamen spiritus, qui Deus est, incircumscripitis est, intra quem currit angelus quocumque mittatur.

Ecce hic dicitur quia spiritus angelicus circumscripitis est, spiritus autem qui Deus est, incircumscripitis. Alibi etiam Ambrosius distantiam ostendens inter spiritum increatum, & spiritum creatum, dicit Seraphin de loco ad locum transire, inquiens ita in libro de Trin. Dixit Esaias, quia missus est ad me vnus de Seraphin. Et spiritus quidem sanctus dicitur missus, sed Seraphin ad vnum, spiritus verò ad omnes. Seraphin mittitur in ministerio, spiritus operatur mysterium. Seraphin de loco ad locum transit: non enim complet omnia: sed ipse repletur à spiritu. Hic aperte ostenditur quod angeli quodam modo locales sunt.

Greg. Homil. 34.
sup Luc. 15. cap.
Li. de spiritu sancto. 1. cap. 9. & 10.
Esa. 6. b.

Cum repetitione superiorum confirmat auctoritatibus, Deum esse vbique sine locali motu.

FATEAMVR itaque diuinam naturam pro immensitate sui nusquam deesse, eamque solum omnino illocalem, & omnino incircumscripibilem nullo concludi loco, sed à fine vsque ad finem attingere, non tamen spaciola magnitudine nec locali motu, sed immensitate atque immobilitate suæ essentia. Vnde Augustinus ad Dardanum ait, Non quasi spaciola magnitudine opinemur Deum per cuncta diffundi, sicut fumus aut lux ista diffunditur: sed potius sicut in duobus sapientibus, quorum alter altero corpore grandior est, sed sapientior non est: vna sapientia est, nec est in maiore maior, nec in minore minor, nec minor in vno quam in duobus: ita Deus sine labore regens & continens mundum, in cælo totus est, in terra totus, & in vtroque totus, & nullo contentus loco, sed in seipso vbique rotus. Idem quoque super Psal. ait, Ad verbum Dei pertinet non esse in parte, sed vbique esse per seipsum, hæc enim est sapientia Dei, quæ attingit à fine vsque ad finem fortiter, non tamen motu locali, sed immobilitate sui: veluti si moles aliqua saxea impleat aliquem locum, dicitur quod attingit à fine illius loci vsque ad finem, cum tamen alterum non deserat alterum occupando. Non ergo habet motum localem verbum illud, & sapientia illa solida est & vbique. Ex prædictis innotescit, quod Deus est ita vbique per essentiam, quod non spaciola magnitudine diffunditur, nec vno deserto loco alium occupat, quia localem motum non habet. Ideoque Augustinus volens præscindere à Dei puri-

Sap. 8. g

In tom. 8.
in enarratione Psal. mi 147. super illud. Velociter currit.

In tom. 4. quest. 10. rate omnem localem motum & localem circumscriptionem, potius dicit omnia esse in illo, quam ipsum esse alicubi, nec tamen ipsum esse locum, qui non est in loco, in libr. lxxxiiij. **Questio.** ita inquires, Deus non alicubi est: quod alicubi est, continetur loco, quod continetur loco, corpus est: Deus autem non est corpus, non ergo alicubi est, & tamen quia est, & in loco non est: in illo sunt potius omnia, quam ille alicubi, nec tamen ita in illo, ut ipse sit locus. Locus enim in spatio est quod longitudine & latitudine & altitudine corporis occupatur: nec Deus tale aliquid est, & omnia ergo in ipso sunt, & locus non est, nec in loco est: locus tamen Dei, sed improprie, dicitur templum Dei, non quod eo contineatur. Id autem nihil melius quam anima munda intelligitur. Ecce hic dicit Deum non esse in loco, sed intelligendum est eum non esse in loco localiter, scilicet quia nec circumscriptionem, nec localem motum habet.

Oppositio, qua videtur probari quod Deus mutetur loco.

Respositio. AD hoc autem solet opponi sic, Quotidie fiunt creaturae quae ante non erant, & in eis Deus est, cum ante non esset in eis: est ergo ubi ante non erat, ideoque mutabilis esse videtur. Sed licet quotidie incipiat esse in creaturis, in quibus ante non erat, quia illae non erant: hoc tamen fit sine sui mutatione, qualiter in mundo coepit esse quem fecit, tamen sine sui mutabilitate, & similiter desinit esse in quibus ante erat sine sui mutatione: nec tamen ipse deserit locum, sed locus desinit esse.

Epilogus, ubi exponitur quare in praedictam venerit disceptationem.

Epilogus. A distinctione 35. IAM sufficienter demonstratum esse videtur, quomodo omnia dicantur esse in Deo, & Deus in omnibus, quam disceptationem quasi incidenter suscepimus: quia id videbatur postulare res, circa quam noster versabatur sermo. Disserebamus enim de scientia siue sapientia Dei: & cum diceremus Deum scire omnia, quaesitum est utrum propter cognitionem quam de omnibus habet: dicerentur omnia esse in Deo, an alia ratione hoc diceret Scriptura. Huius ergo quaestiones occasio in praemissam nos deduxit disputationem.

repetens superius dicta, ut addat alia.

Distinct. XXXVIII.

NUNC ergo ad propositum reuertentes coepo insistamus. Supra dictum est, quod praescientia Dei futurorum tantum est, sed omnium tam bonorum quam malorum. Scientia vero vel sapientia non modo de futuris, sed etiam de praesentibus & futuris: nec tantum de temporalibus, sed etiam de aeternis, quia seipsum nouit Deus. Hic oritur quaestio non dissimulanda, utrum scilicet scientia vel praescientia sit causa rerum, an res sint causae scientiae vel praescientiae Dei: Videtur enim praescientia Dei causa esse eorum quae ei subsunt, ac necessitatem eueniendi eis facere: quia nec aliqua futura fuissent nisi Deus ea praescisset, nec possunt non euenire, cum Deus ea praesciuerit. Si autem impossibile est ea non euenire, quia praescita sunt, videtur ergo ipsa praescientia quae praescita sunt, eis esse causa eueniendi. Impossibile est autem non euenire, cum praescita sint: quia si non euenirent cum praescita sint, falleretur Dei praescientia. At Dei praescientia falli non potest. Impossibile est ergo ea non euenire, cum praescita sint. Sic ergo praescientia causa eorum esse videtur, quae praescita sunt. Hoc idem & de scientia dicitur, scilicet quod quia Deus aliqua nouerit, ideo sunt. Cui sententiae Augustinus attestari videtur in xv. lib. de Trinitate, dicens, Non ista ex aliquo tempore cognouit Deus, sed futura omnia temporalia: atque in eis etiam quid & quando ab illo petituri fueramus, & quod & de quibus rebus vel exauditurus, vel non exauditurus esset, sine initio ante praesciuit. Vniuersas autem creaturas & spirituales & corporales, non quia sunt ideo nouit, sed ideo sunt quia nouit: non enim nesciuit quae fuerat creaturus, quia ergo sciuit, creauit, non quia creauit, sciuit: nec aliter sciuit creata quam creanda, non enim eius sapientiae aliquid excessit ex eis, sed illis existentibus sicut oportebat & quando oportebat, illa mansit ut erat, unde in Eccle. Antequam crearentur, omnia nota sunt illi: sic & postquam consummata sunt. Ecce his verbis videtur Augustinus inuere scientiam, vel praescientiam Dei causam esse eorum quae fiunt: cum dicit ideo ea esse, quia Deus nouit. Idem quo-

A. De modis diuinae scientiae vel cognitionis.

Primum De cognoscit mutabiliter vel immutabiliter: & quomodo.

Quaestio.

An scientia & praescientia sit causa rerum: vel res sint causa praescientiae.

Quare scientia vel praescientia videtur esse causa rerum.

Cap. 13.

Aug. au thoritates proponit, quae videtur hoc asserere.

Eodem c. Cap. 23 d. Cap. 10.

que in sexto libro dicere videntur. Cùm inquit, decedant & succedant tempora, non decedit aliquid vel succedit scientia Dei, in qua nouit omnia quæ fecit per ipsam. Non enim hæc quæ creata sunt, ideo sciuntur à Deo, quia facta sunt: sed potius ideo facta sunt, quia immutabiliter ab eo sciuntur. Et hæc etiam significare videtur Dei scientiam causam eorum esse quæ fiunt, dicens non ideo Deum ea nouisse quia facta sunt: sed ideo facta, quia nouit ea Deus. Ideoque videtur Dei scientia vel præscientia causa esse eorum quæ nouit.

Inconuenientia ostendit quæ sequerentur, si diceretur scientia vel præscientia causa omnium rerum quæ ei subsunt.

QUOD si ita est, est ergo causa omnium malorum, cùm omnia mala sciuntur & præsciuntur à Deo: quod longè est à veritate. Si enim Dei scientia vel præscientia causa esset malorum, esset utique Deus author malorum, quod penitus falsum est. Non ergo scientia vel præscientia Dei causa est omnium quæ ei subsunt.

Quòd res futurae non sunt causa scientia vel præscientia Dei.

NEQUE etiam res futuræ causa sunt Dei præscientia: licet enim non essent futuræ nisi præscirentur à Deo, non tamen ideo præsciuntur quia futuræ sunt. Si enim hoc esset, tunc eius quod æternum est aliquid existeret causa, ab eo alienum, ab eo diuersum: & ex creaturis dependeret scientia creatoris, & creatum causa esset increati. Origenes tamè super epistolam ad Romanos ait, Non propterea aliquid erit, quia id scit Deus futurum: sed quia futurum est, ideo scitur à Deo antequàm fiat. Hoc videtur præmissis verbis Augustini obuiare. Hic enim significari videtur, quòd res futuræ causa sint præscientia: ibi verò quòd præscientia causa sit rerum futurarum.

Quid ex prædictis tenendum sit, cum determinatione auctoritatum.

HA NC igitur quæ videtur repugnantiam de medio tollere cupientes, dicimus res futuras nullatenus causam esse præscientia: vel scientia: Dei: nec ideo præsciri vel sciri, quia futuræ vel factæ sunt: ita exponetes quod ait Origenes. Quia

futurum est, ideo scitur à Deo antequàm fiat, id est, quod futurum est scitur à Deo antequàm fiat, neque sciretur nisi futurum esset: ut non notetur ibi causa, nisi sine qua non fieret. Ita etiam dicimus scientiam vel præscientiam Dei non esse causam eorum quæ fiunt, nisi ralem sine qua non fiunt, si tamen scientiam ad notitiam tantum referamus. Si verò nomine scientia includitur etiam beneplacitum atque dispositio, tunc rectè potest dici causa eorum quæ Deus facit. His enim duobus modis, ut superius prætaxatum est, accipitur cognitio vel scientia Dei, scilicet pro notitia sola, vel pro notitia simul & beneplacito. Hoc modo fortè accipit Augustinus dicens, Ideo sunt quia nouit, id est, quia sciendi placuit, & quia sciens disposuit. Hic sensus ex eo adiuuatur, quia de bonis ibi tantum ait Augustinus, scilicet de creaturis & de his quæ Deus facit: quæ omnia nouit non solum scientia, sed etiam beneplacito ac dispositione. Sic ergo ibi accipitur Dei cognitio, ut non modò notitiam, sed etiam beneplacitum Dei significet. Mala verò scit Deus & præscit antequàm fiant, sed sola notitia, non beneplacito. Præscit enim Deus & prædicat etiam quæ non est ipse facturus, sicut præsciuit & prædixit infidelitatem Iudæorum, sed non fecit, nec ideo quia præsciuit, ad peccatum infidelitatis eos coëgit, nec præscisset vel prædixisset eorum mala, nisi essent ea habituri. Vnde Augustinus super Ioannem, Deus, inquit, futurorum præscius per Prophetam prædixit infidelitatem Iudæorum, sed non fecit: neque præscisset mala eorum, nisi ea haberet. Non enim ideo quicquam ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata prænouit: illorum enim præsciuit peccata, non sua. Ideoque si ea quæ ille præsciuit, ipsorum non sunt, non vera ille præsciuit. Sed quia illius præscientia falli non potest, sine dubio non alius sed ipsi peccat quos Deus peccatores esse præsciuit, & ideo si non malum sed bonum facere voluissent, non malum facturi præuiderentur ab eo, qui nouit quid sit quisque facturus. His verbis aperte ostenditur, si diligenter attendamus, præscientiam Dei non esse causam malorum quæ præscit: quia non ea præscit tanquam facturus, nec tanquam sua, sed illorum qui sunt ea facturi vel habituri, præsciuit ergo illa sola notitia, sed non beneplacito auctoritatis. Vnde datur intelligi, quòd Deus e conuerso præscit bona tanquam sua, tan-

Lib. 15. c. 13. Homi. 53. in 10.9

*In tom. 4. explana-
tione ad
Rom. c. 8.
in lib. 7.
Hoc præ-
dictis vi-
detur con-
trarium.*

quæ ea quæ facturus est, ut illa præsciendo simul fuerit ipsius notitia, & authoritatis beneplacitum.

Contra hoc quod dictum est præscientiam Dei non posse falli, oppositio.

Oppositio. Ad hoc autem quod supra dictum est, scilicet præscientiam Dei falli non posse, solet à quibusdam ita opponi, Deus præsciuit hunc lecturum, vel aliquid huiusmodi: sed potest esse ut iste non legat, ergo potest aliter esse quàm Deus præsciuit: ergo potest falli Dei præscientia, quod omnino falsum est. Potest equidem non fieri aliquid, & illud tamen præscitum est fieri, non ideo tamen potest falli Dei præscientia: quia si illud non fieret, nec à Deo præscitum esset fieri. Sed adhuc urgent quæstionem dicentes, Aut aliter potest fieri quàm Deus præsciuit, aut non aliter: sed non aliter, ergo necessario cuncta eueniunt. Si verò aliter, potest ergo Dei præscientia falli vel mutari. Sed potest aliter fieri, quia potest aliter fieri quàm fiat: ita autem fit vel præscitum est, aliter ergo potest fieri quàm præscitum est. Ad quod dicimus illam locutionem multiplicem facere intelligentiam, scilicet: Aliter potest fieri quàm Deus præsciuit, & huiusmodi: ut, Potest non esse quod Deus præsciuit: & Impossibile est non esse quod Deus præsciuit: & Impossibile est non esse præscita omnia quæ fiunt, & huiusmodi. Possunt enim hæc coniunctim intelligi, ut coniunctio sit implicita, & disiunctim. Si enim ita intelligas, Non potest aliter fieri quàm Deus præsciuit, id est, non potest vtrunque simul esse, scilicet quod Deus ita præsciuerit fieri, & aliter fiat, verum intelligis. Si autem per disiunctionem intelligas, ut dicas hoc aliter non posse euenire quàm euenit, & quomodo futurum Deus præsciuit, falsum est. Hoc enim aliter potest euenire quàm euenit, & tamen Deus hoc modo futurum præsciuit. Similiter & alia determinatio, scilicet, Impossibile est illud non euenire quod Deus præsciuit: vel cum Deus præscierit, si coniunctim intelligas, verum dicis: si disiunctim, falsum. Ita etiam & illud, Impossibile est non esse præscitum omne quod fit: id est, non potest esse vtrunque, scilicet, ut fiat, & non sit præscitum, hic sensus verus est. Si verò dicis Deum non potuisse præscire omne quod fit, falsum est. Potuit enim facere ut non fieret, & ita non esse præscitum.

Responsio.

VTRVM SCIENTIA DEI POSSIT

augeri vel minui, vel aliquo modo mutari: vtrunque enim videtur posse probari.

Distinct. XXXIX.

Patere à quæri solet, Vtrum scientia Dei possit augeri, vel minui, vtrunque enim videtur posse probari. Quod enim diuina scientia possit augeri vel mutari, hoc modo probatur: quia potest Deus scire quod nunquam scit. Est enim aliquis qui non est lecturus hodie, & tamen potest esse ut legat hodie: potest enim hodie legere. Nihil autem potest fieri, quod non possit à Deo sciri. Potest ergo Deus scire hunc lecturum hodie: potest ergo aliquid scire quod non scit: ergo potest eius scientia augeri vel mutari. Eademque videtur posse minui: est enim aliquis hodie lecturus, quem Deus scit lecturum. At potest esse, ut non legat: ergo potest Deus non scire hunc lecturum, potest ergo non scire aliquid quod scit: ergo potest minui eius scientia, vel mutari. Ad quod dicimus, quia Dei scientia omnino immutabilis est, nec augeri potest, vel minui. Nam, ut ait Augustinus, in xv. libro de Trinitate, Scientia Dei est ipsa sapientia, & sapientia est ipsa essentia siue substantia Dei: quia in illius naturæ simplicitate mirabili non est aliud Sapere, & aliud Esse, sed quod est Sapere, hoc est & Esse. Ideoque nouit omnia verbum, quæ nouit pater: sed ei Nosse de patre est, sicut Esse: Nosse enim & Esse ibi vnus est. Et ideo patri sicut Esse, non est à filio, ita nec nosse. Proinde ræquam seipsum dicens, pater genuit verbū sibi coæquale per omnia. Non enim seipsum integrè perfectèque dixisset, si aliquid minus aut amplius esset in eius verbo, quàm in seipso. Hoc est ergo omnino verbum quod pater, non tamen est pater, quia ille filius, ille pater. Sciunt ergo inuicem pater & filius, sed ille gignendo, ille nascendo. Et omnia quæ sunt in eorum scientia, in eorum sapientia, in eorum essentia, vnusquisque eorum simul videt, non particularim aut sigillatim velut alternante cōspectu hinc illinc, & inde huc, & rursum inde, vel inde in aliud arguè aliud: ut aliqua videre non possit, nisi non videns alia: sed omnia simul videt, quorum nullum est quod non semper videat & sciat. Eius itaque scientia inamissi-

De immutabilitate vel perfectione diuinae scientia vel cognitione.

Responsio cum determinatione. Cap. 13. Eodem li. & ca. 14.

Eodem li. & ca. 14.

Eodem li.
Cap. 13.

bilis & inuariabilis est. Nostra verò scientia & amiffibilis, & variabilis, & receptibilis est: quia non hoc est nobis esse quod Sapere vel Scire. Propter hoc sicut nostra scientia illi scientiæ Dei dissimilis est, sic & nostrum verbum quod nascitur de scientia nostra, dissimile est illi verbo quod natum est de patre scientia. Ex hac autoritate clarè ostenditur scientiam Dei omninò inuariabilem esse, sicut ipsa essentia Dei omnino inuariabilis est: & quòd pater & filius cum spiritu sancto simul omnia sciunt & vident. Sicut ergo non potest augeri vel minui diuina essentia, ita nec diuina scientia, & tamen conceditur posse scire quod non scit, & posse non scire quod scit, quia potest aliquid esse subiectum eius scientiæ, quod non est: & potest non esse subiectum aliquid quod est, sine permutatione ipsius scientiæ.

Oppositio, an Deus possit nouiter vel ex tempore scire vel præscire aliquid.

RESPONSO. HIC opponitur à quibusdam ita, Si Deus potest aliquid scire vel præscire quod nunquam sciuit vel præsciuit, potest ergo ex tempore aliquid scire vel præscire. Ad quod dicimus, Potest quidem Deus scire vel præscire omne quod potest facere, & potest facere quod nunquam fiet. Potest ergo scire vel præscire quod nūquam fiet, nec est, nec fuit: nec illud scit vel sciuit, neque præscit vel præsciuit, quia scientia eius non est nisi de his quæ sunt, vel fuerunt, vel erunt præscientia non est nisi de futuris. Et licet possit scire vel præscire quod nunquam est vel erit: non tamen potest aliquid scire vel præscire ex tempore. Potest vtrique scire vel præscire quod nunquam est, nec erit, nec illud sciuit vel præscitum est ab æterno: nec tamen potest incipere scire vel præscire illud: sed ita potest modò scire vel præscire, sicut potest scisse vel præscisse ab æterno. Si enim dicatur eum modò posse scire vel præscire quod ab æterno non sciuit vel præsciuit, id est, ita quòd ab æterno non sciuerit vel præsciuerit, quasi vtrunque simul esse possit, falsum est. Si verò dicas eum posse modò scire vel præscire quod ab æterno non sciuit vel præsciuit, id est habere potentiam sciendi vel præsciendi ab æterno & modò aliquid, nec tamen illud præscitum est vel futurum verum est. Non potest ergo nouiter vel ex tempore scire vel præscire aliquid: sicut non potest nouiter vel ex tempore velle aliquid, & tamen

potest velle quod nunquam voluit.

Utrum Deus possit scire plura quàm scit.

ITEM à quibusdam dicitur, Deus posse plura scire quàm sciat, quia potest omnia scire quæ scit, & potest aliqua facere quæ nunquam erunt, & illa potest scire: non enim aliqua incognita facere potest. Si verò omnia essent quæ modò sunt, & alia quædam faceret, quæ non sunt, nec erunt, & illa omnia sciret pro certo, plura sciret quàm modò sciat, nec tamen eius scientia augeri potest, quia hoc totum fieri posset sine mutabilitate scientiæ. Constat ergo Dei scientiam omninò esse immutabilem, nec augeri posse vel minui, sed ei subiecta,

Quòd videtur aduersum illi sententia qua supra dictum est, Deum semper & simul scire omnia.

EI verò quod prædictum est, scilicet quòd Deus omnia semper videt & simul, videtur obuiare quod ait Hier. in expositione Abachuc. Absurdum est, inquit, ad hoc deducere Dei maiestatem, vt sciat per momenta singula quot culices nascantur, quotue moriantur: quòt pulicum & muscarum sit multitudo, quotue pisces nant in aquis, & similia. Non simus tam fatui adultores Dei, vt dum prouidentiam eius etiam ad ima retrudimus, in nos ipsos iniuriosi simus, eandem irrationabilitum & rationabilium prouidentiam esse dicentes. Hic videtur dicere Hieron. quòd Deus illorum minimorum scientiam siue prouidentiam non habeat: quòd si hoc est, tunc non omnia simul scit & semper. Ex tali itaque sensu illud dictum esse nouerimus, vt Deum illa alternatim vel particulatim scire neget, nec per diuersa temporum momenta sic illa cognouit, sicut per varia momenta illorum quædam deficiunt, quædam incipiunt. Neque illis aliisque irrationabilibus ita prouidet, quemadmodum rationabilibus: nunquid enim, vt ait Apostolus, cura est Deo de bobus: & sicut non est cura de bobus, ita nec de aliis irrationabilibus. Dicit tamen Scriptura: quia ipsi est cura de omnibus. Prouidentiam ergo & curam vniuer saliter de cunctis quæ condidit, habet vt habeat vnumquodque quod sibi debetur & conuenit. Sed specialem prouidentiam atque curam habet de rationabilibus, quibus præcepta tradidit, eisque rectè viuendi legem præ-

D
Tomo 6. in
explana-
tione capi-
tis, 1. Aba-
chuc.

Quò præ-
missa ver-
bu Hiero.
sunt intel-
ligenda.

1. Cor. 9. a

Sap. 12. b.

1. Cor. 9. scripsit, ac præmia promisit. Hanc providentiam & curam de irrationabilibus non habet. Ideo dicit Apostolus, quia non est cura Deo de bobus: providet tamen omnibus, & curat, id est, gubernat omnia, qui omnibus solem suum facit oriri, & pluviam dar. Scit itaque Deus quanta sit multitudo pulicum, culicum, & muscarum, & piscium, & quot nascantur, quotve moriantur: sed non scit hoc per momenta singula, imò simul & semel omnia. Neque ita scit, ut eandem habeat providentiam irrationabilium & rationabilium, id est, ut eodem modo penitus provideat irrationabilibus & rationabilibus. Rationalibus enim & præcepta dedit, & angelos ad custodiam delegavit.

Brevi summa prædictorum cum additione quorundam.

SICUT itaque & immutabiliter scit Deus omnia quæ fuerunt, & sunt, & erunt, tam bona quam mala: præscit quoque omnia futura, tam bona quam mala.

QVID SIT PRÆDESTINATIO
& in quo differt à præscientia.

Distinct. XL.

Deficientia Dei quantum ad speciales effectus scilicet de prædestinatione et reprobatione.
Prædestinatio verò, de bonis salutaribus est, & de hominibus salvandis: ut enim ait August. in libro de Prædestinatione Sanctorum, prædestinatio est gratiæ preparatio, quæ sine præscientia esse non potest: potest autem sine prædestinatione esse præscientia. Prædestinatione quippe Deus ea præscit, quæ fuerat ipse factururus: sed præscit Deus etiam quæ non esset ipse factururus, id est, omnia mala. Prædestinavit eos quos elegit, reliquos verò reprobavit, id est, ad mortem æternam præscit peccaturos.

An aliquis prædestinatorum possit damnari, vel reproborum salvari.

Cap. 10.

In To. 7.

Cap. 13.

In To. 7.

Apo. 3. d.

Oppositio.

B Prædestinatorum nullus videtur posse damnari, nec reproborum aliquis posse salvari. Vnde Augustin. in lib. de Correctione & Gratia, In Apocalypsi inquit, dicitur, Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si alius non est accipitur nisi iste perdidit, certus est electorum numerus, id est, non potest augeri vel minui. Ad hoc autem obijciunt

quidam: nitentes probare numerum electorum posse augeri & minui, sic, Possent Deus non apponere gratiam quibus apponet, & possent subtrahere quibus non subtrahit: quod si faceret, utique damnarentur, possent ergo dari isti qui tamen saluabuntur, possent itaque minui electorum numerus: ita etiam possent augeri, quia possent apponi gratia quibus non apponitur, per quam saluarentur. Possent ergo saluari habita gratia, qui tamen sine ea damnabuntur: possent itaque augeri numerus electorum.

Responso
Quibus respondemus ex ea ratione dictum esse, & verum esse, numerum electorum non posse augeri vel minui: quia non potest vtrunque simul esse, scilicet ut aliquis saluetur & non sit prædestinatus, vel ut aliquis prædestinatus sit & damnetur. Intelligentia enim conjunctionis implicitæ veritatem facit in dicto, & impossibilitatem in vero. Si verò simpliciter intelligatur, impossibilitas non admittitur: ut cum dicitur, Prædestinatus potest vel non potest damnari, & reprobus potest salvari. In his enim & huiusmodi locutionibus, ex ratione dicti diiudicanda est sententia dictionis. Alia nanque sit intelligentia, si per conjunctionem hæc accipiantur dicta, atque si per disjunctionem: ut supra cum de præscientia agebatur, prætaxatum est. Si enim cum dicit: prædestinatus non potest damnari, intelligas ita, id est, non potest esse ut prædestinatus sit & damnetur, verum dicit: quia coniunctim intelligis: falsum autem si disiunctim, ut si intelligas istum non posse damnari quem dico prædestinatum, potuit enim non esse prædestinatus, & ita damnaretur.

Quomodo adhuc instant questioni.

C **VERVNTAMEN** adhuc instant, & secundum conjunctionem argumentando ita procedunt, Non enim, inquit, potest esse ut aliquis prædestinatus sit & danetur: Vtrunque istorum simul esse non potest, sed alterum horum non potest non esse, scilicet quin iste sit prædestinatus (ab æterno enim prædestinatus est) & non potest modò esse prædestinatus. Cum ergo impossibile sit simul vtrunque esse, & impossibile sit alterum non esse, videtur non posse alterum esse, scilicet ut danetur. Quod si est, ergo non potest esse ut non saluetur. In huius questionis solutione mallem alios audire quam docere. Dicimus tamen de præscientia similem

Solutio in qua vellet magis audire quam docere.

posse moueri quæstionem. Ideoque tam hinc quam ibi vnam facimus responſionem, dicentes determinandum fore illud cui ininitur tota hæc quæſtio, ſcilicet impoſſibile eſt alterum iſtorum non eſſe, ſcilicet, quin iſte modo ſit prædeſtinatus: ab æterno enim iſte prædeſtinatus eſt. Diſtinguendum enim eſt cum ait, Iſte non poteſt modo non eſſe prædeſtinatus, vel non poteſt eo modo eſſe quin ſit prædeſtinatus: hoc enim coniunctim vel diſiunctim intelligi poteſt. Non enim poteſt eſſe vt ab æterno ſit prædeſtinatus: & modo non ſit prædeſtinatus: nec poteſt eſſe ſimul vt ſit prædeſtinatus, & non ſit prædeſtinatus: ſed tamen potuit eſſe ab æterno quod non eſſet prædeſtinatus, & potuit ab æterno non eſſe prædeſtinatus. Et ſicut ab æterno Deus potuit eum non prædeſtinare, ita conceditur à quibuſdam quod & modo poteſt Deus eum non prædeſtinare. Ab æterno ergo poteſt Deus non prædeſtinare eum: ergo poteſt iſte non fuiſſe prædeſtinatus, ſi verò non fuiſſet prædeſtinatus, nec modo eſſet prædeſtinatus: ergo modo poteſt non eſſe prædeſtinatus, ita & de præſcientia & de præſcientis dicunt, quod in actionibus vel in operationibus Dei & hominum nullatenus concedunt. Ex quo enim aliquid factum eſt vel dictum, non concedunt quod poſſit non eſſe vel non fuiſſe: imò impoſſibile eſt non eſſe vel nõ fuiſſe, quod factum eſt vel dictum: referentes poſſibilitatem vel impoſſibilitatem ad naturam rei exiſtentis. Cum verò de præſcientia vel prædeſtinatione Dei agitur, poſſibilitas vel impoſſibilitas ad potentiam Dei referitur, quæ ſemper eadem fuit & eſt: quia prædeſtinatio, præſcientia, potentia, vnum in Deo eſt.

Quid ſit reprobatio Dei, & in quibus conſideretur, & quæ ſit prædeſtinationis effectus.

Eph. 1. a. CVM QVE prædeſtinatio ſit gratiæ præparatio, id eſt, diuina electio qua elegit quos voluit ante mundi conſtitutionem, vt ait Apoſtolus: reprobatio e conuerſò intelligenda eſt præſcientia iniquitatis quorundam, & præparatio damnationis eorundem. Sicut enim prædeſtinationi: effectus illa gratia eſt, qua in præſenti iuſtificamur, atque ad rectè viuendum, & in bono perſeuerandum adiuuamur, & illa qua in futuro beatificamur: ita reprobatio Dei, qua ab æterno non eligendo quòſdam reprobauit, ſecundum duo conſiderantur: quorum

rum alterum præſcit & non præparat, id eſt, iniquitatem: alterum præſcit & præparat, ſcilicet æternam poenam. Vnde Auguſtin. ad Proſperum & Hilarium, Hæc, inquit, regula inconcuſſe tenenda eſt: peccatores in peccatis præſcitos eſſe, non præparatos, poenam autem eſſe præparatam. Præparauit enim Deus, vt ait Auguſtin. in libr. de Bono Perſeuerantiæ, in præſcientia ſua, quibus voluit bona ſua: & quibus ſunt que donat, proculdubio ſe donaturum eſſe præſciuit. Præparauit etiam Deus, vt ait Fulgentius, malis ignem æternum: illis ſcilicet, quos iuſte præparauit ad luenda ſupplicia: nec tam præparauit ad faciendâ peccata. Præparauit enim Deus, quod diuina æquitas redderet, non quod humana iniquitas admitteret. Non enim, ſicut præparauit Sanctos ad iuſtitiam percipiendam, ſic præparauit iniquos ad iuſtitiam amittendam: quia prauitatis præparator nunquam fuit. Sicut ergo prædeſtinatio Dei proprie eſt præſcientia & præparatio beneficii: ita reprobatio Dei eſt, præſcientia malitiæ in quibusdam non deſiniendæ, & præparatio poenæ non terminandæ. Ex ſicut prædeſtinationis effectus eſt gratiæ appoſitio, ita reprobationis æternæ quodammodo effectus eſſe videtur obduratio. Nec obdurat Deus, vt ait Auguſtin. ad Sixtum, impariendò malitiam, ſed non impariendò gratiam, ſicut nec digni ſunt: Quibus enim non impartitur, nec digni ſunt, nec merentur: potius vt non impartatur, hoc digni ſunt, hoc merentur. Vnde Apoſtolus ait, Cuius vult miſeretur Deus, & quem vult indurat: miſericordiam appellans prædeſtinationem, & præcipuè prædeſtinationis effectum, id eſt, gratiæ appoſitionem: obdurationem verò gratiæ priuationem. Non enim, vt ait Auguſt. ad Simplicianum, intelligendum eſt quod Deus ita induret, quaſi quenquam peccare cogat: ſed tamen quibusdam peccatoribus miſericordiam iuſtificationis ſux non largitur, & ob hoc eos indurare dicitur, quia non eorum miſeretur, non quia impellit vt peccent. Eorum autem non miſeretur, quibus gratiam non præbendam eſſe æquitate occultiffima, & ab humanis ſenſibus remotiſſima iudicat: quam non aperit, ſed miratur Apoſtolus, dicens, O altitudo diuinarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei.

Hic dicit ſecundum quæ conſideratur reprobatio

Hoc habetur i. Gl. ſa. orationaria. ad. 8. c. ad Rom. Cap. 17. in Tomo 7. Aug. in libr. de Bono Perſeuerantiæ. Cap. 14.

Epiſt. 18. Rom. 9. c. Libr. 1. Tom. 4.

Rom. 11. d.

VTRVM ALIQVOD SIT MERITVM
obdurations & misericordiar.

Distinct. XII.

*Vtrū præ-
destinatio
& repro-
batio sint
ex meritis
nostris.
Hic sum-
matim col-
ligit præ-
dicta, vt
addat a-
lia.*

*Hic Aug.
in tom. 4.
Livr. ad
Simplicia-
num, 1.
Rom. 9. c.
Alias
admittit.*

Mal. 1. a

SI aurem querimus meritum obdurations & misericordiar, obdurations meritum inuenimus; misericordiar autem meritum non inuenimus; quia nullum est misericordiar meritum, ne gratia euacuetur, si non gratis donetur, sed meritis redditur. Miseretur itaque secundum gratiam, quæ gratis datur; obdurat autem secundum iudicium, quod meritis redditur. Vnde datur intelligi, vt sicut reprobatio Dei est: nolle misereri, ita obduratio Dei fit: non misereri; vt non ab illo irogetur aliquid quo fit homo deterior: sed tantum quo fit melior non erogetur. Ex his aperte ostenditur quid misericordiam, quid obdurations intellexerit Apostolus, & quia misericordia nullum aduocat meritum, obdurations vero non est sine merito & misericordiar verbo. Hic accipitur prædestinatio, & præcipue prædestinations effectus: obdurations vero non ipsa Dei æterna reprobatio, quia eius nullum est meritum, sed gratiar privatio siue subtractio, quæ quodammodo est reprobationis effectus. Accipitur tamen aliquando reprobatio pro obdurations, sicut & prædestinatio pro suo effectus, cui est gratia appositæ. Gratia enim quæ apponitur, effectus est prædestinations. Cum ergo gratia, quæ apponitur homini ad iustificationem, nulla sint merita, multominus & ipsius prædestinations, quæ ab æterno elegit Deus quos voluit, aliqua possunt existere merita. Ita nec reprobationis, quæ ab æterno quosdam præsciuit futuros malos & damnandos, sicut elegit Iacob & reprobauit Esau, quod non fuit pro meritis eorum quæ tunc habebant: quia nulla habebant, quoniam nec ipsi existebant; nec propter futura merita quæ præuideret, vel illum elegit, vel illum reprobauit.

Opinio quorundam, in qua etiam fuit aliquando Augustinus, sed postea retractauit.

*Hoc retractat Aug.
in lib. Retractationū,
1. cap. 23.*

O P I N A T I sunt tamen quidam Deum ideo elegisse Iacob, quia talem futurum præsciuit, qui in eum crederet, & ei seruiret; quod aliquando Augustinus se sensisse dicit in lib. Retract. ubi aperte ostendit, quod si propter futura merita electus esset, iam non ex gratia esset electio. Non ergo ideo ele-

ctus est à Deo, quia talis futurus erat, sed ex tali electione talis est factus: ita dicens, Disputans ergo quid elegerit Deus in nōdum nato, cui dixit seruiturum esse maiorem, & quid in eodem maiore similiter nōdum nato reprobauit; ad hoc perduxit rationationem, vt dicerem. Non ergo elegit Deus opera cuiusquam in præscientia, quæ ipse daturus est, sed fidem elegit in præscientia: & quem sibi crediturum esse præsciuit, ipsum elegit: cui spiritum sanctum daret, vt bona operando, etiam æternam vitam consequeretur. Ecce hic aperte dicit non propter opera eum elegerit, sed propter fidem, quæ eum præiudic crediturum. Sed quia & in fide meritum est factum & in operibus, hoc retractauit dicens, Nōdum diligentius quaesieram, nec adhuc inueneram qualis sit electio gratiar, de qua dicit Apostolus, Reliquit per electionem gratie saluæ fient: quæ utique non est ex gratia, si ex meritis procedit, vt iam quod datur non secundum gratiam, sed secundum meritum reddatur potius meritis quam donetur: perinde quod continē dixi; Dicit enim idem Apostolus, Idem Deus qui operatur omnia in omnibus, nunquam autem dictum est, Deus credit omnia in omnibus. Ac deinde subiunxit, Quod ergo credimus nostrum est: quod verò bonum operamur, illius est qui credentibus dat spiritum sanctum: sed hoc professio non dicerem, si scirem etiam ipsam fidem inter Dei munera reperiri, quæ dantur in eodem spiritu. Vt runque ergo nostrum est propter arbitrium voluntatis, & vt runque datum est per spiritum fidei & charitatis. Et quod patio post dixi, Nostrum enim est credere & velle, illius autem dare credentibus & volentibus facultatem bene operandi per spiritum sanctum, per quem charitas Dei diffunditur in cordibus nostris. verum est quidem, sed eadem regula est. Et vt runque ipsius est, quia ipse præparat voluntatem, & vt runque nostrum, quia non fit nisi volentibus nobis: ergo & meritum fidei de misericordia Dei venit. Non ergo propter fidem vel aliqua merita elegit Deus aliquos ab æterno, vel apposuit gratiam iustificationis in tempore, sed gratuita bonitate sua elegit, vt boni essent. Vnde Augustinus in lib. de Prædestinatione Sanctorum. Non quia futuros nos tales esse præsciuit, ideo elegit, sed vt essemus tales per ipsam electionem gratiar suar, quæ gratia cauit nos in dilecto filio suo.

*Id est hanc
debetur in
tomo 4.
li. ad Sim-
plicianū.
Et ito. 7.
li. de Præ-
destinatio-
ne San-
ctorum.
Cap. 3.
Explicat
sententiam
prædicto-
rum ver-
borum.
Loco Re-
tractatio-
nis præ-
dicto.
Rom. 11. a
1. Cor. 12. d
Retracta-
tio.*

*ad Rom.
5. a*

*Cap. 18. in
Tomo 7.*

*Hic videtur contrarium quod alibi
ait Augustinus.*

Quest. 98. **H**IS tamen aduersari videtur quod dicit Augustin. li. 13. in *Tom. 4.* questionum, Cui vult, inquit, miseretur Deus, & quem vult iudicat, sed hæc voluntas Dei iniusta esse non potest, venit enim de occultissimis meritis: quia & ipsi peccatores cum propter generale peccatum vnam massam fecerunt tamen nonnulla inter eos est diuersitas. Præcedit ergo aliqui in peccatoribus, quod quantum nondum sint iustificati, digni efficiantur iustificatione. Et idem præcedit in aliis peccatoribus, quo digni sunt obtuisione. Ecce hic videtur August. dicere, quod & ipsa Dei voluntas, qua alios eligit, alios reprobat, ex meritis proneniat, sed occultissimis, id est, quod pro meritis alios voluerit eligere, alios reprobare: & quod pro meritis aliis apponitur gratia iustificationis, aliis non, vnde obtuidentur. Sed quid intelligere voluerit, ignoratur: nisi forte hoc dicatur in te, lexisse, quod supra diximus eum retractasse. Nam ibidem quædam alia continet subdit, quæ in libr. 1. Retract. aperte tractat: quod utrunque legenti parebit. Vnde verum est in præmissis etiam hoc retractasse. Quidam tamen ex eo sensu accipiunt fore dictum, non quia aliquis prædestinetur pro meritis, vel iustificationis gratiam mereatur: sed quia aliqui non adeo mali sunt, ut mereantur sibi gratiam non impartiri. Nullus enim Dei gratiam mereri potest, per quam iustificatur: potest tamen mereri ut non apponatur, ut penitus abiiciatur. Et quidem aliqui in tantum profundum iniquitatis deuenerunt, ut hoc mereantur, ut hoc digni sint: alij vero ita viuunt, ut etsi non mereantur gratiam iustificationis, non tamen mereantur omnino repelli & gratiam sibi subtrahi. Ideoque dixit in quibusdam peccatoribus præcedere quo digni sint iustificatione, & in aliis quo digni sint obtuisione: sed hoc friuolum est.

Opinio quorundam falsa de occultis Dei differentium carnaliter.

Aug. de **M**VLT I vero de isto profundo querentes reddere rationem, atque secundum coniecturas cordis sui inscrutabilem altitudinem iudiciorum Dei cogitare conantes, in fabulis vanitatis abierunt, dicentes, quod animæ iustum in celo p. ccant, & secundum peccata sua ad corpora pro meritis

diriguntur, & dignis sibi quasi carceribus includuntur. Terribili tales post cogitationes suas, & volentes disputare de Dei profundo, versi sunt in profundum, dicentes animas in celo ante conuersatas, & ibi aliquid boni vel mali egisse, & pro meritis ad corpora terrena detrasas esse. Hoc autem respicit catholica fides propter euidenciam Apostoli sententiam, qua ait, Cum nondum nati essent, aut aliquid boni vel mali egissent, &c. Melior est ergo fidelis ignorantia, quam temeraria scientia. Elegit ergo eos quos voluit gratuita misericordia, non quia fideles, futuri erant, sed ut fideles essent: et sic gratiam dedit, non quia fideles erant, sed ut fierent, ait enim Apostolus. Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem, non ait, quia fidelis eram. Datur quidem & fidelis, sed data est etiam prius ut esset fidelis. Ita etiam reprobat quos voluit non propter sua merita quæ præcederent, veritate tamen rectissima, & à nostris sensibus remota.

Questio.

SE D queritur, verum sicut dicitur, elegerit quosdam ut boni fierent & fideles, ita etiam concedi debeat reprobasse quosdam, ut mali essent & infideles, & obdurare ut peccent: quod nullatenus concedi oportet. Non enim reprobatio ita est causa mali, sicut prædestinatio est causa boni: neque obduratio ita facit hominem malum, quemadmodum misericordia facit bonum.

An ea quæ semel scit & præscit, semper sciat & præsciat, & semper sciente vel præscientia, quod modo non scit, vel præscit.

PRÆTEREA considerari oportet, utrum ea omnia quæ semel scit vel præscit Deus, semper sciat & scient, ac præsciat & præscit: an olim scierit vel præscierit, quod modo non scit vel præscit. De præscientia primo respondemus, dicentes, multa eum præscisse quæ modo non præscit. Cum enim eius præscientia non sit nisi de futuris, ex quo illa quæ futura erant præscientia sunt vel præterierunt, sub Dei præscientia esse desinunt, sub scientia vero semper sunt. Præscit ergo Deus omnia ab æterno quæ futura erant, neque præscire desinit, nisi eum futura esse desinunt. Neque eum præscire desinit aliqua quæ ante præsciebat, minus ea noscitur quam ante cognoscebat. Non enim dicitur ex defectu scientiæ Dei, quod

Rom. 9. c.

1. Cor. 7.

Aug. lib.

Retract. 1.

Cap. 13.

Responsio.

De præ-

scientia

præ-

scire

quæ olim

præscit.

aliqua præscierit aliquando quæ modò non præsciat, sed ex ratione verbi quod est Præscientia. Præscire enim est ante scire aliquid quàm fiat. Ideòque non potest dici Deus præscire, nisi ea quæ futura sunt.

De de scientia, dicens Deum semper scire quæ semel scit.

DE scientia autem aliter dicimus. Scit enim Deus, semper omnia quæ aliquando scit: omnem enim scientiam quam aliquando habet, semper habuit, & habebit. Ad hoc autem opponitur ita: Olim sciuit hunc hominem nasciturum qui natus est, modò non scit eum nasciturum, sciuit ergo aliquid quod modò non scit. Item, sciuit mundum esse creandum, modò non scit eum esse creandum: aliquid ergo sciuit quod modò non scit, & alia huiusmodi infinita dici possunt. *Solutio.* Sed ad hoc dicimus quòd idem de nativitate huius hominis & mundi creatione, nunc etiam scit, quod sciebat antequàm fierent, licet tunc & nunc hanc scientiam eius diuersis exprimi verbis oportet. Nam quod tunc futurum erat, nunc præteritum est. Ideòque verba commutanda sunt ad ipsum designandum. Sicut diuersis temporibus loquens, eandem diem modò per hoc aduerbium Cras designamus, dum adhuc futura est: modò per Hodie dum præsens est: modò per Heri, dum præterita est. Itaque antequàm crearetur mundus, sciebat Deus hunc creandum: postquam creatus est, scit eum creatum, nec est hoc scire diuersa, sed omninò idem de creatione mundi. Sicut antiqui Patres crediderunt Christum nasciturum & moriturum, nos autem credimus eum natum & mortuum: nec tamen diuersa credimus nos & illi, sed eadem. Tempora enim, vt ait Augustinus, variata sunt, & ideo verba sunt mutata non fides. Indubitanter ergo teneamus Deum semper omnia scire, quæ aliquando scit.

DE OMNIPOTENTIA DEI, VBI

prius consideratur, quare dicatur omnipotens.

Distinct. XLII.

De potentia Dei in comparatione ad possibilis que potest

NVNC de omnipotentia Dei agendum est: vbi prima consideratio occurrit, quomodo verè Deus dicatur omnipotens: an quia omnia possit, an tantum quia ea possit quæ

vult. Quòd enim Deus omnia possit, pluribus auctoritatibus comprobatur. Ait enim Augustinus in libro *Questionum veteris ac nouæ legis*, Omnia quidem potest Deus, sed non facit nisi quod conuenit veritati eius & iustitiæ. Idem in eodem, Potius Deus cuncta facere simul, sed ratio prohibuit, id est, voluntas, Rationem nempe ibi voluntatem Dei appellauit, quia Dei voluntas rationalis est & æquissima. Fatèdum est ergo Deum omnia posse.

Quomodo dicatur Deus omnia posse, cum nos multa possimus quæ ipse non potest.

SED queritur quomodo omnia posse dicatur, cum nos quædam possimus quæ ipse non potest. Non potest enim ambulare, loqui, & huiusmodi, quæ à natura diuinitatis sunt penitus aliena, cum horum instrumenta nullatenus habere queat incorporea & simplex substantia. Quibus id respondendum arbitror, quòd huiusmodi actiones, ambulatio scilicet & locutio & huiusmodi, à Dei potentia alienæ non sunt, sed ad ipsam pertinentes. Licet enim huiusmodi actiones in se Deus habere non possit (non enim potest ambulare vel loqui, & huiusmodi) eas tamen in creaturis potest operari, facit enim vt homo ambulet, & loquatur, & huiusmodi. Non ergo per istas actiones diuinæ potentie detrahatur aliquid, quia & hoc potest facere omnipotens.

De aliis obicitur.

SED sunt alia quædam quæ Deus nullatenus facere potest, vt peccata, non enim potest mentiri, non potest peccare. Sed non ideo omnipotentie Dei in aliquo detrahatur vel derogatur, si peccare non posse dicitur: quia non esset hoc potentie sed infirmitatis. Si enim hoc posset, omnipotens non esset. Non ergo impotentie sed potentie imputandum est, quòd ista non potest: vnde Aug. in xv. lib. de Trin. Magna inquit, Dei potentia est non posse mentiri. Sunt enim quædam quæ in aliis rebus potentie deputanda sunt, in aliis verò minime: & quæ in aliis laudabilia sunt, in aliis verò reprehensibilia sunt. Non ergo ideo Deus minus potens est, quia peccare non potest, cum omnipotens nullatenus possit esse qui hoc potest.

Item de aliis opponit.

SVNT etiam & alia quædam, quæ Deus non potest, vt devideretur non omnia posse: non enim potest mori vel falli.

*Quædam
stiones
mixtas
dicuntur.
Cap. 6. in
Lomo 4.*

Responso.

Solutio.

In l. r. de
Symbolo
fidei ad
cathedra
minos.
Cap. 1. in
Tomo 9.

Vnde Augustinus in libro de Symbolo, Deus omnipotens non potest mori, non potest falli, non potest miser fieri, nec potest vinci. Hæc vtiq; & huiusmodi absit vt possit omnipotens, si enim huiusmodi passionibus atque defectibus subici posset, omnipotens minimè foret. Et ideo monstratur omnipotens, quia ei hæc propinquare non valent: potest tamen hæc in aliis operari.

Quod omnipotentia Dei secundum duo consideratur.

HIC ergo diligenter considerantibus, omnipotentia eius secundum duo apparet, scilicet quod omnia facit quæ vult, & nihil omnino patitur: secundum vtrumque Deus omnipotens verissime prædicatur, quia nec aliquid est quod ei ad patiendum corruptionem inferre valeat, nec aliquid ad faciendum impedimentum afferre. Manifestum est itaque Deum omnino nihil posse pati, & omnia facere posse, præter ea sola, quibus eius dignitas læderetur, cuiusque excellentiæ derogaretur: in quo tamen non est minus omnipotens. Hoc enim posse non esse posse, sed non posse. Nemo ergo Deum impotentem in aliquo dicere præsumat, quia omnia potest quæ posse potentia est: & inde verè dicitur omnipotens.

Quibusdam auctoritatibus traditur, quod ideo dicitur omnipotens, quia potest quicquid vult.

Ca. 96. in
Tomo 3.
Cap. 5. 3. l.
& vlti-
mo senten-
tialiter.

EX quibusdam tamen auctoritatibus traditur ideo verè dici omnipotens, quia quicquid vult, potest. Vnde Augustinus in Enchiridio; Non ob aliud veraciter vocatur omnipotens, nisi quoniam quicquid vult potest: nec voluntate cuiuspiam creaturæ voluntatis omnipotentis impeditur effectus. Idem in libro de Spiritu & Litera, Non potest Deus facere iniusta, quia ipse est summa iustitia & bonitas. Omnipotens verò est, non quod possit omnia facere, sed quia potest efficere quicquid vult, ita vt nihil valeat eius voluntati resistere, quin compleatur, aut aliquo modo impedire eandem. Ioannes Chrysostomus in Homilia quadam de Expositione Symboli, ait. Omnipotens dicitur Deus quia posse illius non potest inuenire non posse: dicentè Propheta, Omnia quæcunque voluit facit. Ipse est ergo omnipotens, vt totum quod vult possit, vnde Apostolus. Eius inquit, voluntati quis resistit? His auctoritatibus videtur ostendi, quod Deus ex eo tantum di-

Psal. 113.
Rom. 9. c.

catur omnipotens, quod omnia potest quæ vult, non quia omnia possit.

SED ad hoc potest dici, quod Augustinus vbi dicit, Omnipotens non dicitur quod omnia possit, sed quia ample & generaliter accepit omnia, vti etiam male iudiceres, quæ Deus non potest; nec vult, non ergo negat eum posse omnia quæ conuenit ei posse. Similiter cum dicit, Non ob aliud veraciter dicitur omnipotens; nisi quoniam quicquid vult, potest: non negat eum posse etiam ea quæ non vult, sed aduersus illos qui dicebant Deum multa velle quæ non poterat, affirmat eum posse quicquid vult, & ex eo verè dici omnipotentem, non ob aliud, quam quia potest quicquid vult. Sed caue quomodo intelligas. Potest quicquid vult se posse, an quicquid vult facere, an quicquid vult fieri. Si enim dicas, ideo omnipotentem vocari, quia potest quicquid vult se posse: ergo & Petrus similiter omnipotens dici potest, vel quilibet Sanctorum beatorum, quia potest quicquid vult se posse, & potest facere quicquid vult facere. Non enim vult facere nisi quod facit, nec posse nisi quod potest: sed non potest facere quicquid vult fieri. Vult enim saluos fieri qui saluandi sunt, veruntamen eos saluare non valet. Deus autem quicquid vult fieri, potest facere. Si enim vult aliquid fieri per se, potest illud facere per se, & per se facit: sicut cælum & terram per se fecit, quia voluit. Si autem vult fieri per creaturam, & per eam operatur: sicut per homines facit domus, & huiusmodi artificia. Et Deus quidem ex se, & per se potest homo autem vel angelus, quantumcunque beatus est, non est potens ex se vel per se.

Oppositio.

SED fortè dices, nec Dei filius potest à se, nec spiritus sanctus, sed solus pater. Ille enim potest à se, qui est à se: filius autem, quia non est à se, sed à patre, non potest à se, sed à patre: & spiritus sanctus ab vtroque. Ad quod dicimus, quia licet filius non possit à se, nec operetur à se, potest tamè & operatur per se: sic & spiritus sanctus. Vnde Hilarius in libro ixe de Trinitate. Natura, inquit, Cui contradicis hæretice, hæc vnitatis est, vt ita per se agat filius, ne à se agat: & ita non à se agit, vt per se agat. Per se autem dicitur agere & potens esse,

Quo intel-
ligendum
sit, Quic-
quid vult

Solutio.

Post me-
dium lib.

quia naturaliter habet potentiam eadem quam & pater, qui potens est & operatur: sed quia illam habet à patre, non à se, ideo à patre non à se dicitur posse & agere. Homo autem vel angelus gratuitam habet potentiam, quia potens est. Ideo ergo verè ac propriè Deus trinitas omnipotès dicitur, quia per se, id est, naturali potentia potest quicquid vult fieri, & quicquid vult se posse. Nihil enim vult fieri quod non possit facere per se, vel per creaturas: & nihil vult se posse, quod non possit, & omne quod vult fieri, vult se posse, sed non omne quod vult se posse, vult fieri: si enim veller, fieret, quia voluntati eius nihil resistere possit.

Hic plene ostèditur quare deo omnipotès dicatur.

Rom. 9.

OPINIO QVORVNDAM DICENTIVM Deum nil posse nisi quod facit.

Distinct. XLIII.

De potentia dei in comparatione ad quãtãtatem: ostendens eius immensitatem, siue quantum Deus possit. Ratio illi vñ prima.

QVIDAM tamen de suo sensu gloriantes, Dei potentiam sub mensura coarctare conati sunt. Cùm enim dicunt, hucusque potest Deus, & non amplius, quid hoc est aliud quàm eius potentiam, quæ infinita est, concludere & restringere ad mensuram? Atunt enim, non potest Deus aliud facere quàm facit, nec melius facere id quod facit, nec aliquid prætermittere de his, quæ facit. Istamque primã suam opinionem verisimilibus argumentis, causis que commentitiis, necnon & sacrarum autoritarum testimoniis munire conantur dicentes, Non potest Deus facere nisi quod bonum & iustum est fieri: non est autem iustum & bonum fieri ab eò, nisi quod facit. Si enim aliud iustum est & bonum eum facere quàm facit, non ergo facit omne quod iustum est & bonum eum facere: sed quis audeat hoc dicere?

Secunda ratio.

ADDVNT etiam, Non potest facere, nisi quod iustitia eius exigit, sed non exigit eius iustitia, vt faciat nisi quod facit: non ergo potest facere, nisi quod facit. Eademque iustitia exigit, vt id non faciat quod non facit, non autem potest facere contra iustitiam suam, non ergo potest aliquid eorum facere, quæ dimittit.

Responsio ad primũ dictum.

HIS autem respondemus, duplicem verborum intelligentiam aperientes, & ab eis inuoluta euoluentes sic: Non potest Deus facere nisi quod bonum est & iustum, id est, non potest facere nisi illud quod si faceret bonum & iustum esset, verum est: sed multa potest facere quæ non bona sunt, nec iusta, quia nec sunt, nec erunt, nec bene fiunt, nec fiunt, quia nunquam fiunt. Item quod secundo oppositum fuit, Non potest facere nisi quod iustitia sua exigit: & Non potest id facere quod iustitia sua exigit, vt non fiat. Dicimus, quia exactionis verbum de Deo congruè non dicitur, nec propriè accipitur: & in illis locutionibus duplex est sensus. Si enim intelligas, non potest facere nisi quod sua iustitia exigit, id est, nisi quod voluntas sua iusta vult, falsum dicis. Iustitia enim ipsius Dei æquissima voluntas accipitur: qualiter accipit Augustinus illa verba Domini in Genesi, loquentis ad Loth, Non possum quicquam facere donec illò introeas, exponens: Non posse, inquit, se dixit, quod sine dubio poterat per potentiam, sed non poterat per iustitiam: quod poterat quidem, sed non volebat, & illa voluntas iusta erat. Si verò per hæc verba intelligis eum non posse facere, nisi illud quod si fieret, iustitiæ eius conueniret, verum dicis. Similiter distingue illud, Non potest facere quod sua iustitia exigit vt non faciat, id est, non potest facere id quod ipse qui est summa iustitia, non vult facere, falsum est. Si autem his verbis intelligas eum non posse facere id quod iustitiæ eius conuenire non potest, verum dicis.

Tertia illorum ratio.

ADDVNT quoque & alia dicentes, Non potest Deus facere nisi quod debet: non autem debet facere nisi quod facit. Si enim debet alia facere, non ergo facit omne quod debet: si verò facit omne quod debet, nec potest facere nisi quod debet, non ergo potest facere nisi quod facit. Item, Aut debet dimittere quod dimittit ne faciat, aut non debet. Si non debet, non rectè dimittit: si verò debet dimittere, ergo non debet facere. Si autem non debet nec decet, non oportet eum facere: & si non decet, nec oportet eum facere, ergo non potest facere: non ergo potest facere, nisi quod facit, nec potest illud dimittere quod facit quia faciat, quia de-

Gen. 19. 6.
Hæc habetur in lib.
contra sect.
dã Gaudã
tj episto.
Cap. 22.
Tomo 7.

bet illud facere, & quod debet facere, non potest illud dimittere. Sed ut mihi videatur, hoc verbum debet, venenum habet. *responsio.* Multiplicem enim & inuolutam continet intelligentiam: nec Deo proprie competit, qui non est debitor nobis, nisi forte ex promisso, nos vero ei debitorum sumus ex commisso. Ut autem venenum euacuetur, distingue verbi sensum: Non potest Deus facere nisi quod debet, id est, nisi quod vult, falsum est: sic enim potest ipse ei subdere aliquid, quia vult illud. Si autem dicitur, non potest nisi quod debet, id est, non potest nisi illud, quod si faceret, ei bene conueniret, verum est. Adhuc quoque illi dicentes, nihil facit aut dimittit nisi optima & rationabili causa, licet nobis oscula sit: secundum quam oportet eum facere & dimittere, quae facit vel dimittit. Ratio enim penes eum est, quia illa facit, & illa dimittit: quae ratio aeterna est, & semper manens, praeterquam non potest aliquid facere vel dimittere. Illa ergo manente non potest quod facit dimittere, nec quod dimittit facere: & ita non potest facere, nisi quod dicitur. Et ad hoc respondemus, ambiguitatem locutionis determinantes. Cum enim dicitur, Ratio vel causa optima penes Deum est, quae facit eundem quae facit, & dimittit ea quae dimittit, verum quidem est: quia in se voluntas est aequissima & iustissima, quae facit & dimittit quae vult, contra quam facere non potest, nec praeter eam facere potest. Nec utique contra eam faceret, nec praeter eam, si ea quae facit dimitteret, vel quae dimittit faceret: sed eadem manente ratione & causa, alia porit facere, & ista dimittere. Licet ergo ratio sit penes eum, quae alia facit, & alia dimittit, potest tamen secundum eandem rationem & dimittere quae facit, & facere quae dimittit. Ipsi etiam addunt. Ratio est eum facere quae facit, & non alia: & non potest facere nisi quod ratio est eum facere, & ita non potest facere nisi quod facit. Item, Ratio est eum dimittere quae dimittit, & non potest non dimittere quod ratio est eum dimittere, & ita non potest non dimittere quod dimittit. Et ad hoc dicimus locutiones ambiguas esse, & ideo determinandas. Si enim cum dicitur, Non potest facere nisi quod ratio est eum facere, intelligas eum non posse facere nisi ea quae rationabilia sunt, & ea quae si fierent, rationabilia essent, verus est sensus. Si autem intelligas eum non posse facere alia rationabilia & bona, nisi ea quae

vult & facit, falsus est intellectus. Item aliud adiungunt dicentes: Si potest Deus aliquid facere quam facit, potest ergo facere quod non praesciuit, & si potest facere quod non praesciuit, potest sine praescientia operari quia omne quod futurum praesciuit facit, nec facit aliquid quod non praesciuit. Quod si praeter praescientiam eius aliquid fieri impossibile est: omne ergo quod praesciuit est fieri necesse est: ergo aliud fieri quam sit nulla ratione possibile est: ergo non potest a Deo fieri nisi quod sit. Haec autem quaestio de praescientia facit determinari potest per ea quae superius dicta sunt, cum de praescientia ageretur.

*authoritatibus vtantur in assertionem
suae opinionis.*

H I S autem illi scrutatores, qui desiderant scrutantes scrutinia, sanctorum annectunt testimonia. Dicit enim August. in libro de Symbolo, Hoc solum non potest Deus quod non vult, per quod videtur non posse facere aliquid nisi quod vult: sed non vult nisi quod facit, & ita videtur non posse nisi quod facit. Illud autem ita intelligendum est, id solum non potest Deus quod non vult, scilicet se posse. Idem in 7. libr. de Confess. ad Deum loquens ait, Non cogaris inuitus ad aliquid, quia voluntas tua non est maior quam potentia: esset autem maior, si te ipso tu ipse maior esses. Ex hoc videtur quod Deus non possit plura quam vult, sicut non vult plura quam potest. Sicut enim voluntas non est maior potentia, ita nec potentia maior est voluntate. Ideoque sicut plura non vult quam potest, ita eum non plura posse quam velle dicunt. Sed ad hoc dicimus, quia nec voluntas potentia, nec potentia voluntate maior est, quia vna & eadem res est potentia & voluntas, scilicet ipse Deus: qui esset maior se ipso, si voluntas maior esset potentia, vel potentia voluntate.

Nec hac auctoritate negatur Deum plura posse quam velle, quia plura sunt subiecta eius potentiae quam voluntati. Fateamur itaque Deum plura posse facere quam non vult, & posse dimittere quae facit. Quod ut certius firmiusque tenentur, scripturae testimoniis asseramus, Deum plura posse facere quam facit. Veritas ipsa secundum Martham ait, An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi in modo plus quam duodecim legiones angelorum? Ex quibus verbis

*Alia illo
rum ratio*

*Hac quaestio ex parte
dictu facit
le determi
natur.*

*Et 38. et
39.
In Tom. 3
Li. 1. c. 1.*

*Quo intel
ligenda sit
auctori-
tas. Ca. 4.
In To. 3.
Responsio.*

*Auctori-
tatis est
firmat
deum plura
quam facit
facere pos-
se.
Mat. 26. f*

parenter inuitur, quia & filius poterat rogare quod non rogabat, & pater exhibere quod non exhibebat. Vterque ergo poterat facere quod non faciebat. August. etiam in Ench. ait, Omnipotentis voluntas multa potest facere quae non vult, nec facit: potuit enim facere vt duodecim legiones angulorum pugnarent contra illos qui Christum ceperunt. Item in eodem, Cur apud quosdam non factae sunt virtutes, quae si factae fuissent, egissent illi homines poenitentiam: & factae sunt apud eos qui non erant credituri tunc non latebit quod nunc lateat. Nec vrique inuitae Deus noluit saluos fieri, cum possent salui esse si vellet. Tunc in clarissima sapientiae luce videbitur, quod nunc piorum fides habet, antequam manifesta cognitione videatur, quam certa & immutabilis & efficacissima sit voluntas Dei: quae multa possit & non velit, nihil autem quod non possit, velit. Idem in libr. de Natura & Gratia; Dominus Lazarum suscitauit in corpore. Nunquid dicendum est, non potuit Iudam suscitare in mente? Potuit quidem, sed noluit. His autoritatibus, aliisque multis aperte docetur, quod Deus multa possit facere quae non vult: quod etiam ratione probari potest: Non enim vult Deus omnes homines iustificare, & tamen quis dubitat eum posse? Potest ergo Deus aliud facere quam facit: & tamen si aliud faceret, alius ipse non esset. Et potest aliud velle quam vult: & tamen eius voluntas nec noua, nec mutabilis aliquo modo potest esse. Quod et si possit velle quod nunquam voluit, non tamen nouiter, nec noua voluntate, sed sempiterna, tantum voluntate velle potest: potest enim velle quod ab aeterno potest voluisse: habet enim potentiam volendi & nunc ab aeterno, quod tamen nec modo vult, nec ab aeterno voluit.

AN DEVS POSSIT FACERE ALIQUID MELIUS, QUAM FACIT.

Distinct. XLIIII.

NVnc illud restat discutiendum, vtrum melius aliquid possit facere quam facit. Solent enim scrutatores dicere, quod ea quae facit Deus, non potest meliora facere: quia si posset facere, & non faceret inuidus esset, & non summe bonus. Et hoc ex simili astruere conantur: ait enim Aug. in libr. 8, q. Deus quem genuit, quoniam meliorem se generare non

potuit (nihil enim Deo melius) debuit aequalem. Si enim voluit & non potuit, infirmus est. Si potuit & noluit, inuidus. Ex quo confirmatur, aequalem genuisse filium. A simili voluit dicere, quod si potest Deus rem meliorem facere quam facit, inuidus est. Sed non valet huius similitudinis inductio, quia filium genuit de substantia sua. Ideoque si posset gignere aequalem & non gigneret, inuidus esset: alia vero quae non de substantia sua facit, meliora facere potest.

Quaestio qua illi arrantur.

VERVM hic ab eis responderi de posco, cur dicunt rem aliquam siue etiam rerum vniuersitatem, in qua maior consummatio expressa est, non posse esse meliorem quam est: siue ideo, quia summe bona est, ita vt nulla omnino boni perfectio ei deest: siue ideo, quia maius bonum quod ei deest, capere ipsa non valeat. Sed si ita summe bonum dicitur, vt nulla ei perfectio boni deest, iam creatura creatori aequatur. Si vero ideo non potest melior esse, quia bonum amplius quod ei deest, capere ipsa non valeat, iam hoc ipsum non posse defectiois est, non consummationis: & potest esse melior, si fiat capax melioris boni, quod ipse potest qui eam fecit. Potest ergo Deus meliorem rem facere quam facit. Vnde Augustin. super Genes. Talem potuit Deus hominem fecisse, qui nec peccare posset, nec velle: & si talem fecisset, quis dubitat eum meliorem fuisse? Ex praedictis constat, quod potest Deus & alia facere quam facit, & quae facit meliora ea facere quam facit.

Vtrum alio vel meliori modo possit facere quam facit.

POST haec considerandum est, vtrum alio modo vel meliori quam facit, possit ea facere quae facit. Si modus operationis ad sapientiam opificis referantur, nec aliis nec melior modus esse potest. Non enim potest facere aliquid aliter vel melius quam facit, id est, alia sapientia vel maiori sapientia: nihil enim sapientius potest facere quam facit. Si vero referatur modus ad rem ipsam quam facit Deus, dicimus quia & alius, & melior potest esse modus. Et secundum hoc concedi potest, quia ea quae facit, potest facere melius, & aliter quam facit: quia potest quibusdam meliorem modum existendi

responsio.

Cap. 95. in Tom. 3. Mat. II. C. Cap. 7. in Tomo 7. Ioan. 11. f. Quod sine mutabilitate potentia vel voluntatis potest Deus & alia velle & alia facere, quae vult vel facit. de potentia dei in comparatione ad modum siue qualitatis rerum.

Quaest. 50. Et li. 3. contra maximimum to. 6. c. 18. Tomo 4.

Aug. super Gen. ad li. lib. 4. c. 14.

Lib. II. de Genesi ad litera. c. 7 in Tom. 2.

praestare, & quibusdam alium. Vnde Augustin. in 13. libro de Trin. dicit, quod scilicet & alius modus nostrae liberationis possibilem Deo, qui omnia potest, sed nullus alius nostrae misericordiae sananda sunt conuenientior. Potest ergo Deus eorum quae facit, quaedam alio modo inchoari, quaedam alio modo exire bono, quaedam etiam minus bono facere quam facit: vt tamen modus referatur ad qualitatem operis, id est, creaturae, non ad sapientiam creatoris.

Vtrum Deus semper possit omne quod olim potuit.

Responso.

PRAETEREA queri solet, vtrum Deus semper possit omne quod olim potuit. Quod quibusdam videtur dicentibus, Potuit Deus incarnari, & potuit mori, & resurgere, & alia huiusmodi, quae modo non potest: Potuit ergo quae modo non potest, & ita habuit potentiam quam modo non habet, vnde videtur potentia eius imminuta. Ad quod dicimus, quia sicut omnia semper scire quae aliquando sciuit, & semper vult quae aliquando voluit, nec vnquam aliquam scientiam amittit, nec voluntatem mutat quam habuit: ita omnia semper potest quae aliquando potuit: nec vnquam aliqua potentia sua priuatur. Non est ergo potentia incarnandi vel resurgendi, licet non possit modo incarnari vel resurgere. Sicut enim potuit olim incarnari, ita & potest modo incarnari esse in quo eiusdem rei potentia monstratur. Vt enim olim sciuit se resurrecturum, & modo scit se resurrexisse. Nec est alia scientia illud olim tenuisse, & hoc modo scire, sed eadem omnino. Et sicut olim voluit resurgere, & modo resurrexisse: in quo vnus rei voluntas exprimitur: ita potuit olim nasci, & resurgere, & modo ipse potest natus fuisse & resurrexisse: & est eiusdem rei potentia. Si enim posset modo nasci & resurgere, non esset idem posse. Verba enim diuersorum temporum diuersis prolata temporibus, & diuersis adiuncta Aduerbiis eundem faciunt sensum, vt modo loquentes dicimus, Iste potest legere hodie: cras autem dicemus, Iste potest legere, vel potuit legere heri: vbique vnus rei monstratur potentia. Si autem diuersis temporibus loquentes eiusdem temporis Verbis & Aduerbiis vtamur dicentes hodie, Iste potest legere hodie, & dicentes cras, Iste potest hodie legere: non idem, sed diuersa dicimus eum posse. Fateamur ergo Deum semper posse

posse quicquid semel potuit, id est, habere omnem illam potentiam quam semel habuit, & illius omnis rei potentiam cuius semel habuit, sed non semper posse facere omne illud quod aliquando potuit facere. *potest quidem facere aut fecisse aliquando quod potuit. Similiter quicquid voluit & vult, id est, omnem quam habuit voluntatem, & modo habet: & cuiuscunque rei voluntatem habuit, & modo habet: non tamen vult esse vel fieri omne quod aliquando voluit esse vel fieri, sed vult fuisse vel factum esse. Ita & de scientia Dei dicendum est.

*Hic con-
trahitur
Magistro
à pleris-
que mo-
dernis Do-
ctoribus.*

**DE VOLUNTATE DEI, QVAE
essentia Dei est vna & aeterna, & de
signis eius.**

Distinct. XLV.

Iam de voluntate Dei aliquid pro sensu nostri imbecillitate dicendum est. Sciendum est ergo, quia voluntas siue volens de Deo secundum essentiam dicitur. Non est enim ei aliud velle & aliud esse, sed omnino idem. Et sicut idem est ei esse bonum quod esse Deum, ita idem est ei esse volentem, quod esse Deum. Nam voluntas qua semper volens est, non affectus vel motus est, qui in Deum cadere non valet, sed diuina ouisa qua volens est Deus, & huiusmodi.

*Quod licet idem sit Deo velle quod esse, non ta-
men potest dici Deus esse om-
nia quae vult.*

ET licet idem sit Deo velle quod esse, non tamen dicendum est Deum esse omnia quae vult: quod quidam de Dei voluntate non recte sentientes, nobis obiciunt dicentes. Si idem est Deo velle quod esse, ergo cum dicimus Deum velle omnia quae facit, dicimus eum esse omnia quae facit: alioquin non ibi illo verbo idem significatur, quod significatur hoc verbo Esse, cum de Deo dicitur. Et si ita est, non semper dicitur de Deo velle secundum essentiam. Si vero secundum essentiam non dicitur aliquando, quomodo ergo dicitur de Deo: relative enim nunquam dicitur. Ad quod dicimus, quia licet idem penitus sit Deo velle quod esse, non tamen potest dici omnia quae vult: sicut idem est Deo Esse quod Scire: nec tamen sicut dicitur scire omnia, ita quoque potest dici esse omnia.

*A
De quid
dicitur
voluntas
Dei.*

*B
Obiectio
quorundam.*

*Responso.
plenam
tamen so-
lutionem.*

Quis sit sensus horum verborum, Deus scit, vel Deus vult: Item, Deus scit omnia, vel vult aliquid: & quid de Deo in his prædicatur.

ET vbiunque Deus dicitur scire vel sciens, vel velle vel volens, hæc de eo secundum essentiam dicuntur. Cum enim dicitur, Deus scit, vel Deus vult, siue Deus est sciens vel volens, essentia diuina prædicatur, & Deus esse enunciat. Cum autem additur: omnia, vel aliquid, vel aliqua, & dicitur Deus scit omnia, vel vult aliquid, vel aliqua: essentia quidem diuina prædicatur non simpliciter & absolute, sed ita vt sciētiae quæ ipse est, omnia subiecta monstrantur, & voluntati quæ ipsa eadem est, aliquid vel aliqua subiecta esse dicantur: vt talis fiat sensus, Deus scit omnia, id est, Deus est cuius sciētiae quæ ipsius essentia est, omnia subiecta sunt. Similiter Deus vult hæc, vel illa, id est, Deus est, cuius voluntati quæ ipse est, hæc siue illa subiecta sunt. Volens ergo siue velle dicitur Deus secundum essentiam, cuius voluntas essentia est sempiterna & immutabilis (licet ea varientur & transcant, quæ ei subiecta sunt) quæ non potest esse iniusta vel mala quia Deus est.

Quod Dei voluntas summè bona, causa est omnium quæ naturaliter sunt: cuius causa non est querenda, quia nullam habet, cum sit æterna.

HAEC itaque summè bona voluntas, causa est omnium quæ naturaliter fiunt, vel facta siue futura sunt quæ nulla præuenta est causa, quia æterna est. Ideoque causa ipsius querenda non est. Qui enim eius causam querit, aliquid maius ea querit, cum nihil ea maius sit. Vnde Augustin. in libro 83. quaest. Qui querit quare voluerit Deus mundum facere, causam querit voluntatis Dei. Omnis autem causa efficiens maior est eo quod efficitur. Nihil autem maius est voluntate Dei. Non ergo eius causa querenda est. Idem in libro contra Manichæos, Si qui dixerint, quid placuit Deo facere cælum & terram? Respondendum est eis, qui voluntatem Dei nosse desiderant, causas & voluntatem Dei scire querunt, quod voluntas Dei omnium quæ sunt ipsa sit causa. Si enim habet causam voluntas, est aliquid quod antecedit voluntatem Dei: quod nefas est credere. Qui ergo dicit, quare fecit Deus cælum & terram? Respondendum est illi, quia vult. Voluntas enim Dei causa est cæli & terræ: & ideo

Hic dicit quare eius causa querenda non est. Quaestio. 28. In tom. 4. Lib. 1. c. 2. Tomo. 1.

maior est voluntas Dei, quam cælum & terra. Qui autem dicit, quare voluit facere cælum & terram? maius aliquid querit quam est voluntas Dei: nihil autem maius inueniri potest. Compescat ergo humana temeritas, & id quod non est non querat, ne id quod est non inueniat. Ecce his auctoritatibus aperte insinuat, quod voluntatis Dei causa nulla est, & ideo querenda non est.

Quod voluntas Dei prima & summa causa est omnium.

VOLUNTAS ergo Dei, vt ait Aug. in 3. libr. de Tri. prima & summa causa est omnium specierum atque motuum. Nihil enim sit, quod non de interiori atque intelligibili aula summi imperatoris egrediatur secundum ineffabilem iustitiam. Vbi enim non operatur quod vult Dei omnipotentis sapientia, quæ pertingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter? & non solum facit ea quæ perseverantia consuetudinis admirationem non admittunt: sed etiam ea, quæ propter raritatem & insolitum euentum mira videntur: vt sunt defectus luminarium, & terræ motus, & monstruosi animantium partus, & his similia: quorum nihil fit sine voluntate Dei: sed plerisque non apparet. Ideoque placuit vanitati Philosophorum etiam causis aliis ea attribuire cum omnino videre non possent superiorem cæteris omnibus causam, id est, voluntatem Dei. Itaque non nisi Dei voluntas causa prima est sanitatis, ægritudinis, præmiorum atque peccatorum, gratiarum & retributionum. Hæc ergo sola est vnde ortum est quicquid est, & ipsa non est orta, sed æterna.

Quibus modis accipitur Dei voluntas.

HIC non est prætereundum nobis, quod sacra Scriptura de voluntate Dei variis modis loqui consuevit: & tamen non est Dei voluntas diuersa, sed locutio diuersa est de voluntate; quia nomine voluntatis diuersa accipitur. Nam voluntas Dei verè ac propriè dicitur quæ in ipso est, & ipsius essentia est: & hæc vna est, nec multipliciter recipit, nec mutabilitatem, quæ inexplata esse non potest: de qua Propheta ait, Omnia quæcunque voluit Dominus fecit. Et Apostolus, Voluntati eius quis resistit? Et alibi. Vt probetis quæ sit voluntas Dei bona & beneplacens & perfecta. Et hæc voluntas rectè appellatur beneplacitum Dei siue dispositio.

E Cap. 4.

Idè ca. 4. eius de & in principio 2. cap. Sup. 8. 4

F *Idè lib. 2. Quæ verè & propriè dicitur Dei voluntas, & ea dicitur beneplacitum. Psal. 113. Rom. 9. c. Rom. 12.*

Quod secundum figuram dicitur voluntas Dei præceptio, prohibito, consilium, permissio, operatio: & ideo pluraliter dicit Scriptura voluntates.

ALIQUANDO verò secundum quandam figuram dicendi voluntas Dei vocatur, quod secundum proprietatem non est voluntas eius: vt præceptio, prohibito, consilium, necnon permissio & operatio. Ideoque pluraliter aliquando Scriptura voluntates Dei pronunciat. Vnde Propheeta, Magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius: cum non sit nisi vna voluntas Dei, quæ ipse est: pluraliter tamen dicit voluntates, quia voluntas Dei variis modis ac pro diuersis accipitur, vt dictum est. Ita etiam idem Propheeta propter multos effectus misericordiæ & iustitiæ pluraliter dicit, Misericordias Domini in æternum cantabo, Et alibi, Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: cum tamen in Deo vna sit misericordia, vna iustitia, & vna eadēque sit misericordia quæ iustitia, scilicet diuina ouisa.

Psal. 110.
Psal. 88.
Psal. 78.

Quare præceptio & prohibito & consilium dicantur Dei voluntas.

I D E O autem præceptio & prohibito atque consilium cum sint tria, dicitur tamen vnumquodque eorum Dei voluntas: quia ista sunt signa diuinæ voluntatis: quemadmodum & signa iræ dicuntur ira: & dilectionis signa dilectio appellatur, & dicitur iratus Deus, & tamen non est ira in eo aliqua, sed signa tantum quæ foris fiunt, quibus iratus ostenditur, ira ipsius nominantur, Et est figura dicendi, secundum quam non est falsum quod dicitur: sed verum quod dicitur sub tropi nubilo obumbratur. Et secundum hos tropos diuersæ voluntates Dei dicuntur, quia diuersa sunt illa quæ per tropum voluntas Dei dicuntur.

Vbi voluntas Dei pro præcepto & consilio accipitur.

P R O præcepto Dei atque consilio potest accipi voluntas: vt ibi, Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. Et alibi, Qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse frater meus, & soror, & mater est. Et contra hanc voluntatem multa fiunt. Vnde Augu. in li. de Spiritu & Litera, Infideles, inquit, contra voluntatem Dei faciunt, cum eius euangelio non credunt.

Mat. 6. d
Mat. 12. d
Cap. 33. in
Temo 3.

Quod Deus non vult ab hominibus fieri omnia quæ præcipit, vel non fieri quæ prohibet.

E T si illa tria dicuntur Dei voluntas, ideo quia signa sunt diuinæ voluntatis: non est tamen intelligendum Deum omne illud fieri velle, quod cuiunque præcipit: vel non fieri quod prohibuit. Præcepit enim Abraham immolare filium, nec tamen voluit, nec ideo præcepit vt id heret: sed vt Abraham probaretur fides. Et in Euangelio præcepit sanato vt cui diceret: ille autem prædicauit vbique, intelligens Deum non ideo prohibuisse quin vellet opus suum prædicari: sed vt daret formam homini laudem humanam declinandi.

De permissione & operatione vbi dicantur Dei voluntas.

P E R M I S S I O quoque Dei & operatio voluntas Dei appellatur, qualiter accipit Augustin. in Ench. dicens, Non fit aliquid nisi omnipotens fieri velit: vel sinendo vt fiat, vel ipse faciendo. Nec dubitandum est Deum facere bene, etiam sinendo fieri quæcunque fiunt malè: non enim hæc nisi iusto iudicio Dei finit, & profectò bonum est omne quod iustum est. Ecce hic manifestè habemus Dei voluntatem appellari ipsius operationem vel permissionem, cum dicit non fieri aliquid nisi omnipotens fieri velit, vbi includit & bona & mala omnia quæ fiunt. Ideoque apertè distinguitur quomodo Deum velle dixerit, ne eadem ratione intelligeretur velle bona & mala, subdens vel sinendo vt fiat, hoc quantum ad mala dicit: vel ipse faciendo, hoc quantum ad bona. Mala enim finit fieri, sed non facit: bona verò ipse facit. Ideoque dixit eum velle: quia & nolens mala finit, volens bona operatur, & ob hoc permissio, & operatio voluntas Dei dicuntur.

Quinque supra proposita, dicuntur secundum tropum, vt ideo distinguat Lector vbi que, pro quo eorum accipiatur voluntas.

Q V I N Q V E ergo supra posita sunt, quæ dicuntur secundum tropum, Dei voluntas: quia signa sunt diuinæ voluntatis, quæ vna est & immutabilis, scilicet Dei beneplacitum. Ideoque diligenter distinguat Lector, vbi de voluntate

Dei Scriptura commemorat, iuxta quem modum accipi oportet, utrum pro beneplacito Dei, an pro aliquo signorum eius. Magna enim est adhibenda discretio in cognitione diuinae voluntatis: quia & beneplacitum Dei est voluntas eius: & signum beneplaciti eius dicitur voluntas eius. Sed beneplacitum eius æternum est, signum verò beneplaciti eius non: & consonat rerum effectibus beneplacitum ipsius, & ipsi effectus rerum ab illo non discordant. Fit enim omne quod beneplacito vult fieri: & omne quod non vult fieri, nequaquam fit. Non ita autem est de signis: quia præcepit Deus multis, ea quæ non faciunt, & prohibet quæ non cauent, & consulit quæ non implent.

Mat. 19 c

ILLI SENTENTIAE, QVA DICTVM

est, Dei voluntatem non posse cassari, quæ ipse est, quædam videntur obuiare.

Distinct. XLVI.

HIC oritur quæstio. Dicitur enim in superioribus, & auctoritatibus communium, quod voluntas Dei quæ ipse est, quæ beneplacitum eius vocatur, cassari non potest: quia illa voluntate fecit quæcunque voluit in cælo & in terra: cui teste Apostolo nihil resistit. Quæritur ergo quomodo accipiendum sit quod Apostolus de Domino ait. Qui vult omnes homines saluos fieri. Cum enim non omnes salui fiant, sed plures damnentur: videtur utique non fieri quod Deus vult fieri, humana scilicet voluntate impediente voluntatem Dei. Dominus quoque in Euangelio impiam ciuitatē compellans, Quoties, inquit, volui cōgregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos: sub alas. & noluiisti? Ita etiam hæc dicuntur tanquam Dei voluntas superata sit hominum voluntate: & infirmis nō volendo impediētibz non potuerit facere potentissimus quod volebat. Vbi est ergo illa omnipotētia, quæ in cælo, & in terra, secundum Prophetam, omnia quæcunque voluit fecit? & quomodo voluntati eius secundum Apostolum nihil resistit, si colligere filios Hierusalem, voluit, & non fecit? Hæc enim prædictis plurimum obuiare videntur.

Psal. 113.
Rom. 9. d.

Solutio, quomodo intelligendum sit illud, Volui congregare & noluiisti.

SED audiamus solutionem: ac primùm quomodo accipiendum sit illud quod Dominus ait, videamus. Non enim ex eo sensu illud dictum est, vt ait Augustinus in Enchiridio prædictam quæstionem soluens, quasi Dominus voluerit congregare filios Hierusalem: & non sit factum quod voluit, quia ipsa noluerit, sed potius ipsa quidem filios suos ab ipso colligi noluit, quæ tamen nolente filios eius collegit ipse omnes quos voluit: quia in cælo & in terra non quædam voluit & fecit, quædam verò voluit & non fecit, sed omnia quæcunque voluit fecit: vt sit sensus, Quoties volui congregare filios tuos & noluiisti: id est, quot quot congregaui mea voluntate semper efficaci, te nolente feci. Ecce in euidenti positum est, quod illa Domini verba superioribus non repugnant.

Cap. 97.

Quomodo intelligendum sit illud, Qui vult omnes homines saluos fieri.

Psal. 113.

NUNC videre restat, quomodo etiam præmissa verba Apostoli, prædictis non contradicant: qui de Deo loquens ait, Vult omnes homines saluos fieri. Quorum occasione verborum multi à veritate deuiauerunt, dicentes Deum multa velle fieri quæ non fiunt. Sed non est intelligendum ea ratione illud esse dictum, quasi Deus velit aliquos saluari & non saluentur. Quis enim tam impiè desipiat, vt dicat Deum malas hominum voluntates quas voluerit, & quando voluerit, & vbi voluerit in bonum non posse conuertere? Non est utique verum quod in Psalmo dicitur, Quæcunque voluit fecit, si aliqua voluit & non fecit: & quod est indignius, ideo non fecit: quoniam ne fieret quod volebat omnipotens, voluntas hominis impediuit. Idcoque cum audimus, & in sacris Literis legimus, quod velit omnes homines saluos fieri (quauiscertum sit nobis non omnes homines saluos fieri) non tamen ideo debemus omnipotentissimæ Dei voluntati aliquid derogare, sed ita intelligere, quod scriptum est, Vult omnes homines saluos fieri: tanquam diceretur, nullum hominem fieri saluum, nisi quem saluum fieri ipse voluerit: nō quod nullus sit hominum nisi quem saluum fieri velit, sed quod nullus fiat saluus nisi quem velit saluari: & ideo rogandus est, vt velit: quod necesse est fieri, si voluerit. Non est enim credendus omnipotens aliquid voluisse fieri quod factum non sit. Sic etiam intelligitur illud: Illuminat omnem

1. Timot. 2. b.

Dist. præcedenti lit. F.

Ex Au. in Ench.

Cap. 68.

Psal. 123.

Ioan. 1. a.

hominem volentem in hunc mundum: non quia nullus hominum est qui in hunc mundum venit, sed quia si in ipso nullus illuminatur. Potest & alio modo illud fieri, dum tamen credere non cogamur omnipotentem aliquid fieri voluisse, factumque non esse: qui sine vllis ambiguitatibus, siue in cælo & in terra, sicut Veritas cantat, omnia quæcunque voluit fecit: profectò facere non voluit quæcunque non fecit. Ex his aperte ostenditur quòd Deus ea voluntate, quæ ipse est, non vult aliquid fieri, quòd non fiat, neque non fieri, quòd fiat.

Verum mala, Dei voluntate fiant, an eo volente.

Quæ sup hoc à diversis dicuntur. Alij dicunt Deum velle mala esse vel fieri, alij non.

IDEOQUE cum constet omnia bona quæ fiunt, eius fieri voluntate, quæ si fieri noller, nullatenus fierent, rectè queri solet, Verum & mala omnia quæ fiunt, id est, peccata Dei fiant voluntate: an nolente eo fiant. Super hoc diuersi varia sentientes sibi contradicere inveniuntur. Alij enim dicunt quòd Deus vult mala esse vel fieri, non tamen vult mala. Alij verò quòd nec vult mala esse nec fieri. In hoc tamen conveniunt & hi & illi, quòd utriusque fatentur Deum mala non velle. Utrique verò rationibus & auctoritatibus innituntur ad mu- niendam suam assertionem.

Quare dicunt quidam Deum velle mala esse vel fieri.

Primaria ratio illorū qui dicunt Deum velle mala fieri

QVI enim dicunt Deum mala velle esse vel fieri, suam his modis muniunt intentionem: Si enim, inquiunt, mala non esse vel non fieri vellet, nullo modo essent vel fierent: quia si vult ea non esse vel non fieri, & non potest id efficere, scilicet ut non sint vel non fiant, voluntati eius & potentia aliquid resistit, & non est omnipotens, quia non potest quod vult: sed impotens est sicuti & nos sumus, qui quod volumus quandoque non valemus. Sed quia omnipotens est, & in nullo impotens, certum est non posse fieri mala vel esse nisi eo volente. Quomodo enim inuito eo & nolente posset ab aliquo malum fieri, cum scriptum sit, Voluntati eius quis resistit? Suprà etiam dicit Augustinus, quia necesse est fieri si voluerit. Sed vult mala fieri aut non fieri. Si vult non fieri, non fiunt: si autem vult ergo fieri. Item bonum est mala esse vel fieri: alioquin summè bonus non permitteret ea fieri. Vnde Augustinus in Enchiridio, Quamvis ea, inquit, quæ

Rom. 9. c. Secunda ratio. Tertia ratio. Tomo 3.

mala sunt, inquit, mala fiunt, non sunt bona: tamen ut non solum bona, sed etiam mala sunt, non est. Nam nisi esset hoc bonum, non potest esse, nullo modo esse finirentur ab omnipotenti bono: cui proculdubio tam facile est quod vult facere, quàm facile est quod non vult esse, non finire. Hæc nisi credamus, periclitatur nostra confessio, quia nos in patrem omnipotentem credere confitemur. Ecce hic aperte habes, quòd bonum est mala esse: omnis autem boni Deus auctor est, qui vult omne bonum esse quod est. Cum ergo bonum sit mala fieri vel esse, ergo & mala vult fieri vel esse. His atque aliis huiusmodi rationibus & auctoritatibus vruntur, qui dicunt Deum velle mala esse vel fieri.

Hic ponit rationes illorum qui dicunt Dei voluntate non fieri mala, vel non esse.

ILLI verò, qui dicunt Dei voluntate mala non fieri, vel non esse, inductionibus præmissis ita respondent: dicentes, Deum nec velle mala fieri, nec velle non fieri vel nolle fieri, sed tantum non velle fieri. Si enim vellet ea fieri vel esse, faceret utique ea fieri vel esse: & ita esset auctor malorum, non est autem auctor malorum, ut Sanctorum protelantur auctoritates, non ergo eius voluntate fiunt mala. Item, si noller mala fieri, vel vellet non fieri, & tamen fierent, omnipotens non esset: cum eius voluntas humanæ voluntatis effectu impediretur. Ideòque non concedunt Deum velle mala fieri, ne malorum auctor intelligatur: nec concedunt eum velle mala non fieri, vel nolle fieri, ne impotens esse videatur, sed tantum dicunt eum non velle mala fieri, ut non auctor, sed permissor malorum monstretur. Vnde & Evangelista ubi ostendit Deum authorem esse omnium bonorum, dicens, Omnia per ipsum facta sunt: consequenter malorum authorem esse negat, dicens: Et sine ipso factum est nihil, id est, peccatum. Non dixit per eum factum esse, vel eo volente & inuito, sed tantum sine eo, id est, sine eius voluntate, quia non eius voluntate fit peccatum. Non ergo Deo volente vel nolente, sed non volente fiunt mala: quia non subest Dei voluntati, ut malum fiat vel non fiat: sed ut fieri sinat, quia bonum est finire mala fieri, & utique volens finit non volens mala: sed volens finire finit, ut ipsa fiant: quia nec mala sunt bona, nec ea vel fieri esse bonum est.

Quare non sit verum Deum velle mala fieri. Hic queritur an sit verum, Deum velle non fieri mala vel nolle fieri. Quod verum sit Deum non velle mala fieri Ioan. 1. c. Quod non Deo volente, sed non volente fiat mala.

Quomodo intelligendum sit illud Augustini, Mala fieri bonum est.

QUOD verò Augustinus ait, Mala fieri bonum est, nec fierentur mala ab omnipotenti bono fieri nisi hoc esset bonum, ut ea essent, ea ratione dictum esse asserunt, quia ex malis quæ fiunt Deus bona elicit: nec ipse permetteret ea fieri nisi de eis boni aliquid faceret. Vnde Augustinus in eodem libro Enchiridij aperte indicans prædictorum verborum esse talem intelligentiam ait, Deus omnipotens, cui rerum est summa potestas cum summè bonus sit, nullo modo sineret aliquid mali esse in operibus suis, nisi vsque adeò esset omnipotens & bonus, ut beneficeret etiam de malo. Item in eodem, Melius iudicauit Deus de malis bona facere, quàm mala nulla permittere. Ex hoc itaque sensu dictum est ac verum est, Bonum est mala fieri: quia ex malis quæ fiunt, bonis (qui secundùm propositum vocati sunt Sancti) accidit bonitas, id est, utilitas. Talibus enim (ut ait Apostolus) in bonum cooperantur omnia etiam mala, quia eis profunt, quæ aliis facientibus obsunt. Vnde etiam aliquando in Scriptura legitur malum appellari bonum: ut Hieronymus super Marcum, Malum, inquit, Iudæ bonum fuit, scilicet nobis: nec si bonum est illi vel illi, inde sequitur quòd simpliciter bonum sit: propriè enim ac simpliciter bonum est, quod in se & facienti bonum est.

Quadrupartita boni acceptio.

EST enim aliquid quod in se bonum est, & cui fit: sed non est bonum facienti, ut cum subuenitur pauperi, sed non propter Deum: & est aliquid bonum in se & facienti, sed non ei cui fit, ut cum veritas propter Deum alicui non obedienti prædicatur: & est aliquid in se & facienti & ei cui fit bonum, ut cum veritas prædicatur propter Deum credenti. Vnde Apostolus, Bonus odor sumus Deo, aliis odor vitæ, aliis odor mortis. Est autem aliud, quod nec in se bonum est & facienti nocet, & damnat, nisi poeniteat, ut malum: valet tamè ad aliquid. Ut enim ait Augustinus in Enchiridio, A summè & æqualiter & immutabiliter trinitate bona creata sunt omnia: nec summè, nec æqualiter, nec immutabiliter bona, sed tamen bona etiam singula. Simul verò vnuerſa valde bona: quia ex omnibus consistit vnuerſitatis admirabilis pulchritudo. In qua

Cõfirmat illum sensum alia auctoritate eiusdè. Cap. 11. in Tomo 3. circa principium. Cap. 72. Rom. 8. f.

Cõmentario ad ca. 14. in Tomo 9.

2. Cor. 2. d. Cap. 19. & 11. Tomo 3.

etiam illud quod malum dicitur, bene ordinatum & loco suo positum, eminentius commendat bona, ut magis placeant & laudabiliora sint, dum comparantur malis.

Quòd mala vnuerſitati valent ex facientibus sua propria vel patientibus aliena profunt, electis tamen.

HINC patet quòd ex malis quæ fiunt, aliquid prouenit bonum dum bona magis placent, & laudabiliora existunt. Ipsis etiam facientibus ex malis quæ faciunt interdum bona proueniunt, si secundùm propositum vocati sunt Sancti. Talibus enim, ut ait Aug. in lib. de Correctione & Gratia, vsque adeò Deus omnia cooperatur in bonum, ut si qui horum deuiant & exhorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum: quia humiliores redeunt, atque doctiores, ut Petrus. Illa etiam mala quæ ab iniquis fideles piè perferunt, ut ait Aug. in lib. de Trin. ipsis utique profunt: vel ad delenda peccata, vel ad exercendam probandamque iustitiam, vel ad demonstrandam huius vitæ miseriam. Ideòque & Iob Dei manum, & Apostolus Satanæ stimulum sensit, & uterque bene profecit: quia malum benè portauit.

Ex prædictis concludit ostendens bonum esse fieri mala multis modis.

SI quis igitur diligenter attendat quæ scripta sunt facile est ei percipere ex malis bona prouenire: & ex ea ratione dictum esse, quòd bonum est mala fieri, vel esse non quia malum sit bonum, vel quia bonum sit malum fieri. Non est enim bonum malum fieri ab aliquo, quia non est bonum ut aliquis faciat malum. Si enim hoc esset bonum, profectò huius Deus author esset, qui est author omnis boni. Quòd si huius Deus author est, eo ergo authore homo agit mala, & ita eo authore homo fit deterior. Et si eo authore homo fit deterior, tunc eo volente homo fit deterior. Idem est enim dicere aliquid fieri Deo authore, quòd Deo volente: Deo autem authore homo non fit deterior, ergo non Deo volente ut Augustinus in 8. quæstione, aperte astruit à minori, dicens ita? Nullo sapiente homine authore fit homo deterior tanta enim est ista culpa quæ in sapientem hominem cadere nequit. Est autem Deus omni homine sapiente præstantior: multo minus ergo Deo authore fit homo deterior. Multò enim est

Ad Ro. 8. Cap. 9. Tom. 7. Luc. 22. g. Aug. 13. Lib. ca. 16. Iob. 19. a. 2. Co. 12. f.

Quæstio 3. Tomo 4.

præstantior Dei voluntas, quam hominis sapientia. Illo autem auctore cum dicitur, illo volente dicitur: ergo est vitium voluntatis humanæ, quo est homo deterior: quod vitium si longè abest à Dei voluntate, ut ratio docet, à quo fit querendum est. Ecce aperte dicit Aug. Deo auctore vel volente hominem non fieri deteriorem, sed vitio voluntatis suæ. Non est ergo Deo auctore quòd malum fit ab aliquo: & ita Deo volente mala non fiunt.

Quòd in Deo non est causa, ut sit homo deterior.

Quest. 4. DEINDE idem Aug. querens quæ sit causa ut homo fit deterior, in Deo cam non esse asserit, in eodem lib. dicens, Ut sit homo deterior, aut in ipso est, aut in alio, aut in nihilo. Si in nihilo, nulla causa est: Si in alio, aut in Deo, aut in alio quolibet homine, aut in eo qui neque Deus, neque homo sit, sed non in Deo (bonorum enim Deus tantum causa est) ergo in homine est, aut in eo quod neque Deus neque homo, aut in nihilo. Et ex his aperte ostenditur, quòd non est bonum ut sit homo deterior: quia non est Deus eius rei causa qui tantum causa bonorum est. Et si nõ est bonum ut homo fiat deterior, non est ergo bonum ut ab eo fiat malum: non ergo vult Deus ut ab eo fiat malum.

Aliter probat quod Deo auctore non fiunt mala.

Quest. 21 in principio & fin. ITEM aliter etiam ostenditur quòd Deo auctore id est, volente non fiunt mala: quia ipse non est causa tendendi ad non esse. Tendere enim ad non esse malum est. Ipse autem auctor mali non est: tendit verò ad non esse qui operatur malum: non ergo Deo auctore est, quòd aliquis operatur malum. Non est ergo bonum, quòd aliquis operatur malum, quia tantum boni Deus auctor est. Hoc autem August. in eodem lib. aperte explicat ita dicens, Qui omnium quæ sunt auctor est, & ad cuius bonitatem id pertinet ut sit omne quod est, boni tantummodò causa est. Quocirca mali auctor non est, & ideo ipse summum bonum est: à quo in nullo deficere bonum est, & malum est deficere. Non est ergo causa deficienti, id est, tendendi ad non esse, qui ut ita dicam, essendi causa est quia omnium quæ sunt auctor est: quæ in quantum sunt, bona sunt. Ecce aperte habes quòd deficere à deo, qui summum

est bonum, malum est: mala ergo facere malum est: non ergo Deo auctore vel volente mala fiunt.

Obiectio quorundam sophisticæ, qua probare nituntur ex Deo esse quod mala fiunt.

I AM sufficienter ostensum est, quòd Deo auctore non fiunt mala. Quidam tamen sophisticè incedentes, & ideo Deo odibiles, probare conantur ex Deo auctore esse quòd mala fiunt, hoc modo, Quòd mala fiunt, verum est: omne autem verum quod est, à veritate est, quæ Deus est: à Deo ergo est quòd mala fiunt. Quòd autem omne verum à Deo sit, confirmant auctoritate August. in libr. 83. q. ita dicentis, Omne verum à veritate verum est: est autem veritas Deus: Deum ergo habet auctorem omne verum. Est autem verum quòd mala fiunt vel fiunt, Deo ergo auctore est quòd sunt vel fiunt mala.

Responsio ubi concedit omne verum esse à Deo, & sophisma aperit.

QUIBUS facile est nobis respondere, sed indignum responsione videtur quod dicunt: Omne nanque verum à Deo est, ut ait August. cui consonat Ambr. qui tractans illud verbum Apostoli, Nemo potest dicere dominus Iesus nisi in spiritu sancto: dicit quòd cum verum à quocumque dicitur, à spiritu sancto est. Cum itaque verum sit quòd mala fiunt, hoc verum quòd dicitur illa locutione, scilicet mala fiunt, à Deo est, sed non inde sequitur quòd à Deo sit, ut mala fiant: Si enim hoc diceretur, auctor malorum Deus esse intelligeretur: quod ex simili manifestè falsum ostenditur: Deus prohibet furtum fieri, sed furtum fieri verum est, ergo prohibet verum: non sequitur.

Partem questionis approbat illorum qui dicunt Deum non velle mala fieri.

HAEC igitur, & alia huiusmodi inania relinquentes præmissæ questionis parti saniori fauentes, quæ sanctorum testimoniis plenius approbatur: dicamus Deum non velle mala fieri: nec tamen velle non fieri, neque nolle fieri. Omne ergo quod vult fieri fit, & omne quod vult non fieri non fit. Fiunt autem multa, quæ non vult fieri, ut omnia mala, ergo, &c.

Quest. 1. Ioan. 14.

To. 4. explanatio.

1. Cor. 12.

Per simile ostēdit illud esse falsum.

QVOD VOLVNTAS DEI SEMPER

impletur de homine quocun-

*no sa dep o m n e que se vertat. & quo modo ipse h i s i n t e
no no p u c a n t. l u p n i a u o t u n m o n d e o p u s*

Distinct. XLVII.

Quod vo-
luntas dei
semper fit
efficaci-
ter.

Aug. in
Ench. ca.
100. & 6.
sequenti-
bus.
Cap. 107.
in fine.

Voluntas quippe Dei semper efficax est, vt fiat omne quod velit, & nihil fiat quod nolit: quæ de homine semper impletur quocunque se vertat. Nihil enim (vt ait Aug. in lib. de Lib. Arbitrio) constitutum superat voluntatem Dei: & si faciat contra eius voluntatem, tamen contra eius voluntatem quæ ipse est nihil putandum est ita fieri, tanquam velit fieri, & non fiat, vel nolit fieri, & fiat. Illa enim voluntas (vt ait Aug. in Enchi.) semper impletur, aut de nobis, aut à nobis. De nobis impletur: sed tamen nõ implemus eam quando peccamus. A nobis impletur quando bonum facimus: ideo enim facimus, quia scimus placere Deo. Ita & de homine semper Deus implet suam voluntatem: quia nihil facit homo de quo Deus nõ operetur quod vult. Non enim vult Deus vt peccet homo quilibet. Si autem peccauerit, non vitent vult peccare vt vitat: in peccatis verò per seuerantem punire, vt iustitiæ potentiam contumax non euadat. Sicut alios ab aeterno præparauit ad poenâ, ita alios præparauit ad gloriam: & hæc sunt magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius. Et tam sapienter exquisita, vt cum angelica & humana creatura peccasset, id est, non quod ille, sed quod voluit ipsa fecisset, etiam per eandem creaturæ voluntatem qua factum est, quod creator non voluit, impletet ipse quod voluit: bene vtens etiam malis tanquam summè bonus ad eorum damnationem, quos iuste prædestinauit ad poenam & ad eorum salutem quos benignè prædestinauit ad gratiam. Quantum enim ad ipsos attinet, quod Deus noluit fecerunt: quantum verò ad omnipotentiam Dei, nullo modo id facere valuerunt. Hoc quippe ipso quod contra eius voluntatem fecerunt, de ipsis facta est voluntas eius. Præterea nanque magna opera Domini sunt exquisita in omnes voluntates eius, vt miro & ineffabili modo non fiat præter eius voluntatem, quod etiam fit contra eius voluntatem, quia non fieret si non sineret: nec vtique nolens finit, sed volens: nec sineret bonus fieri mala, nisi omnipotens etiam de malo posset facere bene.

psal. 110.
Aug. in
Enchirid.
Cap. 100.
per totum.

psal. 100.

His verbis euidenter monstratur quòd voluntas Dei aeternè semper impletur de homine, etiam si faciat homo contra Dei voluntatem. Sed aduertendum est diligenter: quomodo in superioribus dicitur fieri aliquid contra Dei voluntatem, quod tamen non fit præter eam, & qualiter intelligendum sit illud, quantum ad se. Fecerunt quod Deus noluit: quantum verò ad omnipotentiam Dei nullo modo id facere valuerunt. Videntur enim ista superioribus obuiare, vbi dictum est voluntati eius nihil resistere.

Hic aperit diuersis modis supra accipi Dei voluntatem.

VERVUM, vt supra diximus, voluntas Dei diuersis modis accipitur, quæ diuersitas si in prædictis verbis diligenter notetur, nihil ibi contradictionis reperitur. Vbi enim dicit non fieri præter eius voluntatem, etiam quod fit contra eius voluntatem, dissimiliter accipit voluntatem: & non ipsam voluntatem, quæ Deus est, & sempiterna est: sed eius signa prædictis verbis intelligi voluit, id est, prohibitionem siue præceptionem & permissionem. Multa enim fiunt contra Dei præceptum vel prohibitionem, quæ tamen non fiunt præter eius permissionem. Ipius nanque permissione omnia fiunt mala: quæ tamen præter eius voluntatem sempiternam fiunt. Sicut Augustin. dicit super illum locum Psal. Vt non loqueretur os meum opera hominum. Opera enim hominum dicitur ea quæ mala sunt, quæ præter Dei voluntatem fiunt quæ ipse est: sed non præter eius permissionem, quæ ipse non est. Appellatur tamen ipsa Dei voluntas, quia Deus volens finit mala fieri. Fiunt & contra eius præceptionem vel prohibitionem, sed non contra eius voluntatem quæ ipse est: nisi dicantur contra eam fieri, quia præter eam fiunt. Contra eam quippe nihil ita fit, vt velit fieri quod non fiat, vel nolit fieri & fiat: quod euidenter ibi Augu. notauit, vbi ait, Quantum ad ipsos attinet, quod Deus noluit fecerunt: quantum verò ad omnipotentiam Dei, nullo modo id facere valuerunt. Ac si diceret, Fecerunt contra Dei præceptum, quod appellatur voluntas: sed non fecerunt contra Dei voluntatem omnipotentem, quia hoc non valuerunt, illud valuerunt: & ita per hoc quod fecerunt contra Dei voluntatem, id est, præceptum, de ipsis facta est voluntas eius, id est, impleta est voluntas eius sempiterna, qua

Inquirat
sensu supra
dictorum
verborum
Rom. 9. d.

In To. 8.
enarratio
me ad psal.
mum 106.
Ex quo se
su veris sit
nihil fieri
contra eius
voluntatem.

eos damnari volebat. Vnde Greg. super Gene. Multi voluntatem Dei peragunt, vnde mutare contendunt, & consilio eius resistentes obsequuntur: quia hoc eius dispositioni militat, quæ per humanum studium resultat. Hic apertè estenditur, quia dum mali consilio ac præcepto Dei resistent, quòd voluntas Dei appellatur, ea faciunt vnde voluntas eius, quæ ipse est, impletur: quæ dispositio vel beneplacitum vocatur. Nam vt ait Augustin. in Ench. quantalibet sint voluntates angelorum & hominum bonorum vel malorum, vel illud quod Deus, vel aliud volentium, quàm Deus, omnipotentis voluntas semper inuicta est: quæ mala esse nunquam potest, quæ etiam dum mala irrogat, iusta est: & profectò quæ iusta est, mala non est. Deus ergo omnipotens siue per misericordiam cuius vult miseretur, siue per iudicium quem vult obdurat: nec iniquè aliquid facit, nec nisi volens quicquam facit, & omnia quæcunque vult facit.

Cap. 102.
Tomo 3.

*Summatim perstringit sententiam prædictorum, addens
quare Deus præcepit omnibus bona facere
& mala vitare: cum non velit
hoc ab omnibus
impleri.*

EX prædictis liquet quòd voluntas Dei quæ ipse est, semper inuicta est, nec in aliquo cassatur, sed per omnia impletur. Consilium verò eius & præceptio siue prohibitio non ab omnibus implentur, quibus proposita & data sunt. Neque ideo præcepit omnibus bona, vel prohibuit mala, vel consuluit optima, quòd vellet ab omnibus bona quæ præcepit fieri, vel mala quæ prohibuit vitari. (Si enim vellet, utique & fierent, quia in nullo potest ab homine superari vel impediri eius voluntas) sed iustitiam suam hominibus ostenderet, & mali essent inexcusabiles. Denique vt boni ex obedientia gloriam, mali ex inobedientia poenam sortirentur, sicut vtrisque ab æterno præparauit. Ea ergo quæ omnibus præcepit vel prohibuit, à quibusdam voluit fieri vel vitari, sed non ab omnibus, & quædam personaliter præcepit & in veteri & in noua lege: quæ ab eis quibus præcepit, fieri noluit: vt Abraham de immolatione filij, & in euangelio quibusdam curatis, quibus præcepit ne cui dicerent.

Gen. 22. a
Mat. 1. d

Quod

QUOD ALIQUANDO HOMO BONA voluntate aliud vult quàm Deus: & aliquando mala id quod Deus bona voluntate vult.

Distinct. XLVIIII.

SCIENDUM quoque est quod aliquando mala est voluntas hominis idem volentis quod Deus vult fieri, & aliquando bona est voluntas hominis aliud volentis quàm Deus. Vt enim bona sit hominis voluntas, oportet attendere quid congruat ei velle, & quo fine. Tantum enim interest inter voluntatem Dei, & voluntatem hominis, vt in quibusdà aliud congruat Deo velle, aliud homini. Vnde Aug. in Ench. Aliquando bona voluntate homo vult aliquid quod Deus nõ vult: bona multo amplius multoque certius voluntate. Nã illius mala voluntas esse nunquã potest: tanquã si bonus filius patre velit viuere, què Deus bona voluntate vult mori. Et rursus fieri potest, vt hoc velit homo voluntate mala quòd Deus vult bona: vel ut si malus filius velit mori patre, velit etiã hoc Deus. Nèpè ille vult quod non vult Deus, iste verò id vult quod vult & Deus: & tamen bonæ Dei voluntati pietas illius potius consonat, quanuis aliud volentis, quàm huius idem volentis impietas. Multum enim interest quid velle homini, quid velle Deo congruat: & ad quem finem suam quisque referat voluntatè, vt approbetur vel improbetur. Potest enim velle bonum quod non congruat ei velle, & potest velle bonum quod congruit, sed non refert ad finem rectum, & ideo non est bona voluntas. Quod bona Dei voluntas mala hominum voluntate impletur, vt in passione Christi contigit, vbi quiddam factum est quod Deus bona, & Iudæi mala voluntate voluerunt, voluerunt tamen & aliquid quod Deus non voluit.

Qualiter voluntas nostra diuina conformetur.

Cap. 101.
Tomo 3.

ILLVD quoque non est prætermittendū, quòd aliquando Dei voluntas bona per malam hominis voluntatem impletur: vt in crucifixione Christi factum est, quem Deus bona voluntate mori voluit. Iudæi verò, impia voluntate eum crucifixerunt. Et volebant Iudæi mala voluntate quidam quod Deus bona voluntate volebat, scilicet vt Christus pateretur, & moreretur: sed volebant & aliquid aliud quod Deus volebat, scilicet occidere Christum: quod fuit mala actio & peccatum. Actum quippè Iudæorum non voluit Deus, passionem verò Christi voluit: sicut & in ipso Psal. Christus ad patre ait,

P

Psal. 138. Tu cognouisti sessionem meam, id est, uoluisti & approbasti passionem meam, tibi enim placuit. Voluit itaque tota Trinitas ut Christus pateretur, nec tamen uoluit ut Iudæi occiderent: quia uoluit pœnam Christi, sed non uoluit culpam Iudæorum: nec tamen noluit, si enim noluisset, nec fuisset.

Oppositio.

Respōso. **S E D** ad hoc opponitur sic: Si uoluit Deus ut Christus pateretur, uoluit utique ut pateretur à Iudæis, uel non. Si uoluit ut non pateretur à Iudæis, cum passus sit, factum est itaque quod uoluit Deus non fieri. Si autem uoluit eum pati à Iudæis, ergo uoluit eum occidi à Iudæis: uoluit itaque ut Iudæi occiderent eum. Ad quod respondentes dicimus, simpliciter concedendum esse, quod Deus uoluit Christum pati & mori: quia eius passio bonum fuit, & causa nostræ salutis. Cum autem dicitur uolebat eum pati, uel occidi à Iudæis: hęc distinguendum est. Si enim intelligitur sic, uolebat eum sustinere passionem siue crucifixionem à Iudæis illatam, uerus est sensus. Si uero intelligitur sic, uolebat ut Iudæi occiderent eum, falsum est. Non enim uolebat Deus actionem Iudæorum, quæ mala erat, sed uolebat passionem bonam: & hæc uoluntas per malas Iudæorum uoluntates impleta est. Vnde Aug. in Enchiridio, Deus quasdam uoluntates suas utique bonas implet per malorum hominum uoluntates malas: sicut per maleuolos Iudæos bona uoluntate patris Christus pro nobis occisus est: quod tantum bonum fuit, ut Apostolus Petrus quando id fieri uolebat Satanas ab ipso qui occisus est, diceretur. Ecce manifeste habes magnum bonum fuisse quod Christus occisus est: & hoc bonum quia Petrus uolebat, ideo redargutus est.

Mat. 16. d.

Virum placuerit uiris bonis, quod Christus pateretur & moreretur: placuit quidem intuitu nostræ redemptionis, sed non ipsius cruciatus.

E X quo soluitur quæstio qua quæri solet, utrum uiris sanctis placere debuerit quod Christus pateretur, uel occideretur. Debuit enim eis placere intuitu nostræ redemptionis, sed non intuitu ipsius cruciatus. Voluerunt ergo ac vehementer cupierunt Christum mori propter liberationem hominis & impletionem diuinæ uoluntatis: sed non uoluerunt delectatione ipsius afflictionis. De eodem ergo lætabantur & trista-

bantur: sed ob aliud gaudebant, & propter aliud dolebant. Volebant ergo Christum mori pro hominis redemptione: & tamen de morte ipsius diuersis de causis, corda eorum uariè mouebantur.

Quomodo sentiendum sit de passionibus Sanctorum, an uelle an nolle debeamus.

S I uero quæritur utrum eodem modo sentiendum sit de passionibus & martyriis Sanctorum: dicimus aliquam esse differentiam inter passionem capitis & membrorum. Christi namque passio causa est nostræ salutis, quod non est passio alicuius Sancti. Nullius enim passione redempti sumus, nisi Christi. Profuerunt quidem non modo eis qui passi sunt, uerum etiam aliis fidelibus ipsorum passiones, uerum tamen nostra redemptio non sunt: hoc enim passio illius sola poruit, qui Deus est & homo. Illius ergo passionem credentium pietate uoluerunt, & optauerunt fieri sicut futurum credebant: passiones uero Sanctorum possumus uelle & nolle, & utrumque bona uoluntate, si rectos nobis proponamus fines. Cui enim placuit Pauli passio, eo fine, quia præmium eius per hoc auctum & paratum cernebat, bonam uideretur habuisse uoluntatem, quæ uoluntati eius congruebat, quia cupiebat dissolui & esse cum Christo. Qui autem uoluit eum declinare passionem & effugere manus iniquorum compassionem pietatis, & ille habuit bonam uoluntatem. Vnde Aug. in Ench. Bonæ apparebant uoluntates piorum fidelium, qui nolebant apostolum Paulum Hierusalem pergere, ne ibi pateretur mala, quæ Agabus propheta prædixerat: & tamen hoc illi Deus pati uolebat pro annūcianda fide Christi, exercens martyrem Christi: neque ipse bonam uoluntatem suam impleuit per Christianorum uoluntates bonas, sed per Iudæorum malas: & ad eum potius pertinebant qui nolebant quod uolebat, quæ illi per quos uolentes factum est quod uolebat: quia id ipsum malum uoluntate fecerunt, quod Deus bona uoluntate uoluit. Ita & in passione Christi factum est: quod enim Deus uoluit, hoc idem Iudæi & diabolus: sed illi mala uoluntate, Deus uero bona uoluntate, scilicet ut Christus moreretur. Verum tamen illi actum uoluerunt, quem Deus non uoluit.

Quod passionibus Sanctorum possumus uelle & nolle, & utrumque bona uoluntate.

Cap. 101. Act. 21.

RVBRICAE SECVN-
D I L I B. S E N-
tentiarum.

QVAE ad mysterium di-
uine unitatis atq; Trini-
tatis, licet ex parte, cognoscen-
dū pertinere noscuntur, quan-
tum valuimus diligenter exe-
cuti sumus. Nūc ad considera-
tionem creaturarū trāseamus.

D I S T I N C T. I.

Quòd vnum est principii re-
rum & non plura. ch. 120. A
Quid sit creare, quid facere.
ibidem. B

Secundum quam rationem di-
cuntur de Deo huiusmodi
verba agere, facere, ibidem.
B. C. D

Quare rationalis creatura fa-
cta sit, id est, homo vel ange-
lus. 121. E. F. G. H

Quomodo dicitur homo fa-
ctus propter reparationem
angelici casus. 121. I

Quare ita homo sit institutus,
vt vnita sit anima corpori.
122. K. L

D I S T I N C T. II.

De angelis quando facti sunt.
122. A. B. C

Quòd nihil factum est ante
cælum & terram. 123. D

Quòd simul cum tempore &
cum mundo coeperit spiri-
tualis creatura & corpora-
lis. ibidem. B

Vbi angeli mox creati fuerint.

ibidem. F

Quòd simul creata est visibi-
liū materia & inuisibilium
natura, & vtraque informis.
124. G

Quomodo dixit Lucifer, a-
scendam in cælum. 124. H
D I S T I N C T. III.

Quales facti fuerunt angeli.
124. A

An omnes angeli fuerint æ-
quales in essentia sapientia,
& libertate arbitrij. ibid. B

Quare communia & æqualia
habuerunt angeli. 125. C

An boni vel mali creati sint,
& an aliqua mora fuerit inter
creationem & lapsum.
ibid. D. E. F. G. H

De triplici sapientia angelo-
rum ante casum vel confir-
mationem. 127. I

An aliquam habuerunt Dei
dilectionem vel sui ante ca-
sum. ibidem. K

D I S T I N C T. IIII.

An perfecti & beati creati sint,
an miseri & imperfecti.
127. A. B. C. D

Quòd tribus modis dicitur
perfectum. 128. E. F

D I S T I N C T. V.

De confirmatione & conuer-
sione stantium, & auersione,
& lapsu cadentiū. ibid. A

De libero arbitrio breuiter
tangitur. ibidem. B

An aliquid datū fuerit statibus
quo conuerterentur. ibid. C

Quare gratia indigebant ange-
li, & qua non. 129. D

An lapsus sit imputanda auer-
sio. ibidem. E. F

Vtrū beatitudinē quam acce-
perūt in cōfirmatione stan-
tes meruerunt per aliquam
tunc apposita gratiā. ibid. G
D I S T I N C T. VI.

Quòd de maioribus & mino-
ribus quidam ceciderunt,
inter quo; vnus fuit celsior,
scilicet Lucifer. 129. A

Vnde & quomodo deiecti
sunt. 130. B

Quare non est eis concessum
habitare in cælo vel in ter-
ra. ibidem. C. D

An omnes dæmones sint in
hoc aëre caliginoso, vel ali-
qui in inferno. ibid. E. F

De potestate Luciferi. 131. G

An dæmones semel victi à san-
ctis vltra accedant ad ipsos
vel ad alios. ibid. H

D I S T I N C T. VII.

Vtrum boni angeli peccare,
vel mali recte viuere pos-
sint. 131. A

Quòd cum vtrique habeant
liberum arbitrium, non ta-
men ad vtrunque flecti pos-
sunt. ibid. B. C

An possunt ex natura peccare
sicut antè. 132. D

Quibus modis angeli mali no-
scant veritatem tempora-
lium rerum. ibid. E

Quòd magicæ artes virtute &

scientia diaboli valent quæ
est eis à Deo. ibid. F

Quòd magis angelis non fer-
uit ad meritum materia vi-
sibilium rerum. ibid. G

Quòd non sunt creatores, li-
cet per eos magi ranas & a-
lia fecerunt, sicut nec boni:
etsi per eorū ministerium
sunt creaturæ. ibid. H. I. K

Quòd angeli mali multa pos-
sunt per naturæ vigorem,
quæ non possunt propter
Dei prohibitionem. 133. L

D I S T I N C T. VIII.

Vtrum omnes angeli corpo-
rei sint. 134. A

De formis in quibus apparuit
Deus, & de illis in quibus
angeli apparent. ibid. B

Quòd Deus in specie qua
Deus est nunquam appa-
ruit mortalibus. 135. C. D

Quomodo dicuntur dæmo-
nes intrare in hoīes. ibid. E
D I S T I N C T. IX.

De ordinū distinctione. 136. A

Quid appelletur ordo, & quæ
sit ratio cuiuscunque nomi-
nis. ibid. B

Quòd nomina illa sumpra
sunt à donis gratiæ, non
propter se, sed propter nos
eis data. ibid. C. D

Vtrum hi ordines ab initio
creationis distincti fuerint.
137. E

Vtrū omnes angeli eiusdem
ordinis sint æquales. ibid. F

- Quomodo dicat scriptura de-
cimum ordinē cōpleri de-
bere de hominibus. *ibid. e*
Vtrum homines assumantur
iuxta numerum stantium,
vel lapsorum. *131.H.I*
DISTINCT. X.
An omnes cælestes spiritus
mittantur. *138.B.C*
An Michaël, Gabriël, & Ra-
phaël sint nomina ordinū
vel spirituum. *139.D.E.F*
DISTINCT. XI.
Quod singulæ animæ habent
angelum bonum ad custo-
diam, malum verò ad exer-
citiū. *139.A.B.C*
Vtrum angeli proficiant in
merito & præmio vsque ad
iudiciū. *140.D.E.F.G.H*
DISTINCT. XII.
De distinctione operum sex
dierum. *141.A*
Quod alij senserunt omnia si-
mul facta in materia & for-
ma, alij per interualla tem-
porum. *Ibid. B*
Quomodo per interualla tem-
porum res corporales con-
stitæ sint. *ibid. c*
Quo sensu tenebræ dicantur
esse aliquid, & quo dicantur
non esse aliquid. *142.D*
Quare illa materia confusa sit
dicta informis, & vbi ad ef-
fese prodiit, & quantum in
altum ascenderit. *ibidem.*
E.F.G
De quatuor modis diuinæ ope-
rationis. *143.H*
DISTINCT. XIII.
De primo distinctionis opere.
143.A
De luce facta primo die si spi-
ritualis an corporalis fue-
rit. *ibid. B.C*
Quibus modis accipitur dies.
140.D
De naturali ordine compara-
tionis dierum, & de illo
qui pro mylterio introdu-
ctus est. *ibid. E.F*
De intelligentia horum ver-
borum, dixit Deus. *ibidem*
G.H.I.K
DISTINCT. XIII.
De opere secundæ diei, qua fa-
ctū est firmamētū. *145.A.B*
Quod cælum tunc factum
debet intelligi. *ibidem.*
De qua materia factū sit. *ibid.*
Quomodo aquæ possunt esse
super cælum, & quales sint.
ibidem.
De figura firmamēti. *146.C*
Quare tacuit scriptura de be-
nedictione operis huius
diei. *ibidem. D*
De opere tertiæ diei, quando
aquæ congregatæ sunt in
vnum locum, cum multa
sint maria & flumina. *ibi. E*
De opere quartæ diei, qua fa-
cta sunt luminaria. *ibid. F*
Quomodo accipiendum sit il-
lud, sint in signa & tempo-
ra. *ibidem. G*
DISTINCT. XV.

- De opere quintæ diei, qua fa-
cta sunt natatilia & volati-
lia. *147.A*
De opere sextæ diei, qua crea-
ta sunt animalia & reptil a
tetræ. *ibid. B*
De venenosis & noxiis ani-
malibus. *ibid. c*
Vtrum minima animalia tunc
creata fuerunt. *ibid. d*
Quare post omnia factus est
homo. *ibid. e*
De sententia illorum qui si-
mul omnia facta esse con-
tendunt. *ibid.*
Quomodo intelligēda sit re-
quies Dei. *148.F*
Quomodo accipiendum sit
quod dicitur Deus cōple-
se opus suum septima die,
cum tunc quieuerit. *ibid. G*
De sanctificatione septimæ
diei. *ibid. H*
DISTINCT. XVI.
De hominis creatione. *146.A*
Qualis factus sit homo. *ibi. B*
De imagine & similitudine
ad quam factus est homo.
ibid. C.D
Quare homo dicitur imago
& ad imaginem: filius ve-
rò nō ad imaginem. *150.B*
DISTINCT. XVII.
De creatione animæ, an de
aliquo facta sit. *156.A*
Opinio quorundam hæreti-
corum. *ibid. B.C*
In qua ætate factus est homo
151.D
Quare homo extra paradi-
sum creatus, in paradysum
fit positus. *ibid. E*
De ligno vitæ. *ibid. F*
De ligno sciētiæ boni & mali.
ibid. F
DISTINCT. XVIII.
De formatione mulieris. *152.*
A.B
Quare de latere viri, & non
de alia parte corporis for-
mata sit. *ibid. c*
Quare dormienti viro, & nō
vigilanti subtrahita sit costa.
ibid. d
Quod de costa multiplicata
in se sine additamento ex-
trinfeco facta fuerit. *153.E*
De causis superioribus & in-
ferioribus. *ibid.*
De causis quæ in deo sunt simul
& in creaturis, & de his quæ
in Deo tātū sunt. *ibid. F.G*
De anima mulieris quæ non
est ex anima viri: quia ani-
mæ non sunt ex traduce.
154.H
DISTINCT. XIX.
De statu hominis ante pecca-
tum qualis fuit secundū
corpus, & qualis post pec-
catum. *154.A*
Quomodo dicitur homo fa-
ctus in animā viuentē. *ibi. A*
Corpus hominis ante pecca-
tum mortale, immortale
erat, post peccatum, mor-
tuum. *155.A*
Vtrum immortalitas quæ tunc

habuit, fuerit de conditio- 160. A. B
 ne naturæ, an ex gratiæ be- De mulieris elatione. 161. c
 neficio. 155. B De viri elatione. ibid. D
 Si possit homo viuere semper Quis magis deliquerit vir,
 vtr̄s aliis lignis & nõ de li- aut mulier. 162. E. F. G. H
 gno vitæ, Deo non mãdan De ignorantia excusabili vel
 te vt de illo ederet. ibid. C inexcusabili. 163. I. K. L
 De immortalitate corporis. An voluntas præcesserit illud
 ibidem. D. E. F. peccatum. ibidem. M
 D I S T I N C T. XX. D I S T I N C T. XXIII.
 De modo procreationis filio- Quare Deus permittit homi-
 rum si non peccassent pri- nem tentari quem sciebat
 mi homines. 156. A casurum. 163. A
 Quare in paradiso non coë- Qualis fuerit secundũ animã
 runt. ibidem. B homo ante peccatũ. 164. B
 De modo trãssationis in me- De triplici cognitione homi-
 lius si nõ peccassent. ibid. C nis ante lapsum. ibi. C. D. E
 Vtrum in perfectione statu- Vtrum homo præcius fuerit
 ræ, & vsũ membrorũ pro- eorũ quæ sibi futura erant.
 crearentur filij. 157. D ibid. F
 Vtrum etiã in sensu paruuli D I S T I N C T. XXIII.
 nasceretur. ibid. E. F. G. H. I De gratia hominis & potetia
 De duobus bonis, altero hãc ante casum. 164. A. B. C
 dato, altero pmissio. 158. K De adiutorio homini in crea-
 D I S T I N C T. XXI. tione dato quo stare pote-
 De inuidia diaboli qua ad ten rat. 165. D
 tandum accessit. 158. A De libero arbitrio. ibid. E
 De forma in qua venit. 159. B De sensualitate. 168. F
 De calliditate serpentis. ibid. B Deratione & partibus eius.
 Vtrũ elegerit serpentẽ vt per ibidem. F
 eum tẽtaret diabolus. ib. B De simili ordine peccandi in
 De modo tẽtationis. ibid. C. D nobis & in primis parenti-
 De duplici specie tentationis. bus. ibid. G
 160. E Quod in nobis est vir & mu-
 Quare peccatum hominis, & lier & serpens. ibid. G
 nõ angeli remediabile sit. De spiritali coniugio viri &
 ibidem. F. G. mulieris in nobis. ibid. G. H
 D I S T I N C T. XXII. Quãdo mulier mãducat solã
 De origine illius peccati. cibum vctitum. 167. H

Quando etiam vir mãducat. Quod cogitatio boni præce-
 ibidem. 174. H dit fidem. 174. H
 Quando sit veniale vel mor- Quod intellectus & cogita-
 tale peccatum. ibid. I tionem boni & delectatio-
 Quare hæc de animæ parti- nem præuenit. ibid. H
 bus dixit. 168. K. L An per liberũ arbitrium bo-
 D I S T I N C T. XXV. num operatur homo sine
 Definitio liberi arbitrij secũ- gratia. 175. H. I
 dũ philosophos. 168. A. B. C Quomodo gratia mereatur
 Qualiter in Deo accipitur li- augeri. ibid. K
 berum arbitrium. 169. D De tribus generibus bonorũ.
 Quod angeli & sancti liberũ ibid. K
 habent arbitrium. ibid. E In quibus bonis sit liberum
 Quod liberius erit liberum arbitrium. ibid. L
 arbitrium, quando pecca- D I S T I N C T. XXVII.
 re non poterit. ibid. E De virtute quid sit, & quid a-
 De differentia libertatis libe- ctus eius. 175. A. B
 ri arbitrij secundũ diuer- De gratia quæ liberat volũta-
 sa tempora. ibid. F tẽ, si virtus est vel nõ. 176. C
 De quatuor statibus liberi ar- Quomodo ex gratia incipiũt
 bitrij. ibid. G bona merita: & de qua gra-
 De corruptione liberi arbitrij tia hoc intelligatur. ibid. D
 per peccatum. 170. H Quod bona voluntas gratiæ
 De tribus modis libertatis li- principaliter est. ibid. E
 beri arbitrij, à necessitate, Quæ ratioẽ dicitur fides mere-
 à peccato, à miseria. ibid. reri iustificationem. 177. F
 I. K. L. M De muneribus virtutis & de
 De libertate quæ ex gratia & gratia, quæ nõ est, sed facit
 quæ ex natura. 171. N. O. meritum. ibid. G. H
 P. Q. Quod idem est vsus virtutis
 D I S T I N C T. XXVI. & liberi arbitrij, sed virtu-
 De gratia operante & coope- tis principaliter. ibid. I
 rante. 172. A Quidam putant virtutes bo-
 Quid sit voluntas. ibid. B. C nos vsus esse liberi arbitrij,
 Quæ sit gratia voluntatẽ bo- id est, actus mētis. 178. K. L
 nam præueniens. 173. D D I S T I N C T. XXVIII.
 Quod bona volũtas quæ præ De hæresi Pelagiana. 178. A
 uenitur gratia, quæ dã Dei Quomodo Pelagiani dictis
 bona præuenit. ibid. E. F. G Augustini vtuntur in testi-

moniu sui erroris. 176. A. B
 Quomodo Augustinus verba illa determinet in retractationibus. *ibid.* c. d. e. f. g
 De hæresi Ioviniani & Manichæi, quas collidit Hieronymus. 180. H
 DISTINCT. XXXIX.
 Vtrum homo ante peccatum egerit gratia operante & cooperante. 180. A
 Si homo ante lapsum virtutes habuerit. *ibid.* B
 Deiectione hominis de paradiso. 181. C
 Quomodo intelligendum sit illud, ne sumat de ligno vitæ & vivat in æternū. *ibi.* D
 De flammeo gladio ante paradysum posito. *ibid.* E
 An ante peccatū homo comederit de ligno vitæ. *ibi.* F. G
 DISTINCT. XXX.
 Quod per Adā peccatum & poena transit ad posteros. 181. A
 Vtrum illud peccatum quod trāsit, fuerit originale vel actuale. *ibid.* B
 Quidam putāt fuisse actuale. *ibid.* B
 Quomodo assignant illud intrasse in mundum. 182. C
 Quod originale peccatū vere fuit quod transit in posteros. *ibid.* D
 Quid sit originale peccatum *ibid.* E
 Quod originale peccatū est culpa. *ibid.* F
 Quod originale peccatū dicitur fomes peccati, id est, concupiscentia. 183. G
 Quid nomine concupiscentiæ intelligitur, quæ fomes est peccati. *ibid.* A
 Quod per Adā originale peccatū intravit in omnes, id est, concupiscentia. *ibid.* H
 An sit originale peccatū. *ibid.* I
 quo oēs peccaverūt. *ibid.* L
 Ex quo sensu dictū est, p inobediētiā vnius multi sunt cōstituti peccatores. *ibi.* K
 Quod originale peccatum in Adā fuit, & i nobis est. 184. I
 Quomodo omnes dicūtur in Adam fuisse quādo peccavit, & ex eo descendisse. *ibid.* M. N
 Quod nihil extrinsecū convertatur in humanā substantiā quæ est ex Adā. *ibid.* O
 DISTINCT. XXXI.
 Quomodo originale peccatū a patribus trāseat in filios, an secundum animam, an secundum carnem. 185. A
 Quod per carnem introducitur peccatum, & quomodo, ostendit. *ibid.* B
 Carnis corruptionis causam ostendit, ex qua peccatum sit in anima. *ibid.* C
 Quare dicitur peccatum esse in carne. *ibid.* D
 Vtrum causa originalis peccati quæ est in carne, sit cul-

pa vel poena. *ibid.* E. F. G
 Quare dicitur originale peccatum. 186. H. I
 DISTINCT. XXXII.
 Quomodo originale peccatū dimittitur in baptismo. 187. A. B
 Vtrum fœditas quam ex libidine trahit, in baptismo diluatur. 188. C
 Vtrum illius concupiscentiæ Deus sit author. *ibid.* D
 Quare illud peccatum impuretur animæ. *ibid.* E
 Vtrū illud peccatū sit necessarium vel voluntariū. *ibi.* F
 Quare Deus iungit animam corpori, sciens eam demaculari. *ibid.* G
 An anima sit talis qualis a Deo creatur. 189. H
 An animæ ex creatione sint in donis naturalibus æquales. *ibid.* I
 DISTINCT. XXXIII.
 An peccata omnium præcedentium patrum parvuli originaliter trahant, vt peccatum Adæ. 189. A. B. C
 Quomodo in illo primo vno peccato plura reperiuntur. *ibid.* D. E
 An peccatū Adæ sit gravius cæteris. 191. F. G
 An illud peccatum sit primis parētibus dimissum. *ibi.* H
 Quomodo peccata parētum visitētur in filios, & non visitentur. *ibid.* I. K. L. M. N
 DISTINCT. XXXIIII.
 De peccato actuali. 192. A
 Quæ fuerit causa secundaria primi peccati. *ibid.* B
 Quæ fuerit secundaria causa malorum. 193. C
 Quod non nisi in bona re sit malum. *ibid.* D. E
 Quod in illis fallit dialecticorum regula de contrariis. *ibid.* F. G. H
 DISTINCT. XXXV.
 Quid sit peccatū. 194. A. B. C
 Vtrum malus actus, in quantum peccatū est, sit corruptio vel privatio boni. 195. D. E. F. G. H. I. K
 Quomodo peccatum possit corrumpere bonum, cum nihil sit. 196. L. M
 Qualiter se homo elongat a Deo. 197. N
 An poena sit privatio boni. *ibid.* O
 DISTINCT. XXXVI.
 Quod quædam simul sunt peccata & poena peccati: quædam peccata & causa peccati. Alia verò peccata & causa & poena peccati. 197. A
 An peccatū sit causa peccati in quantum peccatū est. *ibi.* B
 Quod non omne peccatum est poena peccati. 197. C
 Vtrum peccata aliqua essentialiter sint sine peccato. *ibid.* D. E
 Quod cum peccatum sit poena peccati, peccatū est ab

homine, pœna à Deo. 199. F
 De quibusdam quæ indubitã-
 ter sunt peccata & pœnæ &
 inquãrum eas patimur pec-
 cata non sunt. ibi. G. H. I.
 D I S T I N C. XXXVII.
 Quod aliqui putant malos a-
 ctus nullo modo esse à Deo.
 200. A. B. C.
 Ex quo sensu dictum sit, Deus
 nõ est mali author. 201. D. E.
 D I S T I N C. XXXVIII.
 De voluntate & eius fine. 202. A
 Quid sit bonus finis, scilicet
 charitas. ibidem. B
 Quod omnes bonæ voluntates
 vnum finem habent, & ta-
 men quædam diuersos fi-
 nes sortiuntur. ibid. C. D. E.
 De differentia voluntatis & in-
 tentionis & finis. 203. F. G.
 D I S T I N C. XXXIX.
 Quare voluntas dicitur pecca-
 rum, cum sit de naturalibus,
 quorum nullum aliud
 peccatum est. 204. A
 Quare actus voluntatis sit pec-
 catum, si actus aliarum poten-
 tiarum non sunt peccata. ibi. B
 Ex quo sensu dicitur naturali-
 ter omnis homo velle bo-
 num. 205. C
 D I S T I N C. XL.
 An ex fine omnes actus pensa-
 ri debeant. 205. A
 Ex quo affectu vel fine omnes
 sint boni vel mali. 206. B.
 C. D
 D I S T I N C. XLI.

An omnis intentio & actio in-
 fidelium sit mala. 207. A. B
 Quibus modis dicatur bonum.
 208. C. D
 Quomodo intelligitur illud,
 Nunquam nisi in voluntate
 peccatum est. 209. E. F. G
 D I S T I N C. XLII.
 An voluntas & actio mala in
 eodem, & circa idem sint
 vnum peccatum vel plura.
 209. A. B. C
 Si peccatum ab aliquo commis-
 sum in eo sit vsquequo pœ-
 nitent. 210. D. E. F. G
 De septem principalibus vitiis.
 ibid. H
 De superbia. 211. I
 Quomodo superbia dicatur
 radix omnium malorum &
 cupiditas cum superbia nõ
 sit cupiditas. ibi. K
 D I S T I N C. XLIII.
 De peccato in spiritum san-
 ctum. 211. A
 Vtrum omnis obstinatio sit pec-
 catum in spiritu sanctum.
 211. B
 Qualiter accipiatur peccatum
 in spiritum sanctum. 212. C. D
 D I S T I N C. XLIII.
 De potentia peccandi, an sit ho-
 mini vel diabolo à Deo. 213.
 A. B
 An aliquando resistendum sit
 potestati. 214. C

F I N I S.

PETRI LOMBARDI

EPISCOPI PARIISIENSIS

SENTENTIARVM

Liber II.

DE RERVM CORPORALIVM

& spiritualium creatione & formatio-
 ne, aliisque pluribus eo per-
 tinentibus.

VNUM ESSE RERVM PRIN-
 cipium ostendit non plura, vt qui-
 dam putauerunt.

Distinct. I. A



Reationem rerum insinuans Scriptura,
 Deum esse creatorem, initiumque tem-
 poris, atque omnium visibilium vel in-
 visibilium creaturarum in primordio sui
 ostendit, dicens, In principio creauit
 Deus caelum & terram. His etenim ver-
 bis Moyses spiritu Dei afflatus, in vno
 principio à Deo creatore mundum fa-
 ctum refert, elidens errorem quorundam, plura sine princi-
 pio fuisse principia opinantium. Plato nanque tria initia exi-
 stimauit: Deum scilicet exemplar, & materiam, & ipsa increa-
 ta sine principio; & Deum quasi artificem non creatorem.
 Creator enim est qui de nihilo aliquid facit. Et Creare prop-
 riè est de nihilo aliquid facere. Facere verò non modo de ni-
 hilo aliquid operari, sed etiam de materia. Vnde & homo &
 angelus dicitur aliqua facere, sed non creare: vocaturque fa-
 ctor siue artifex, sed non creator. Hoc enim nomen soli Deo
 propriè congruit, qui & de nihilo quædam, & de aliquo ali-
 qua facit. Ipse est ergo creator, & opifex, & factor, sed crea-
 tionis nomen sibi propriè retinuit, alia vetò etiam creaturis
 communicauit. In Scriptura tamen saepe creator accipitur
 tanquam factor, & Creare tanquam Facere, sine distinctione
 significationis.

De crea-
 tione hu-
 manana-
 ture quæ-
 rit ad prin-
 cipium effi-
 cies in ge-
 nerali.

Gene. i.
 Plato di-
 cit tria
 principia
 esse.

Ex qua
 ratione pro-
 priè dicit
 creator et
 quid sit
 creare, &
 quid Fa-
 cere.

Quod hæc verba, scilicet Agere & Facere, & huiusmodi non dicuntur de Deo secundum eam rationem qua dicuntur de creaturis.

Ex quo sensu dicitur Deus aliquid facere.

Per simile ostendit.

Circa finem 2. de Generatione.

Aug. in Enchirid. Cap. 9. in Tomo 3.

VERVNTAMEN sciendum est, hæc verba, scilicet Creare, Facere, Agere, & alia huiusmodi de Deo non posse dici secundum eam rationem qua dicuntur de creaturis. Quippe cum dicimus eum aliquid facere, non aliquem in operando motum illi inesse intelligimus, vel aliquam in operando passionem, sicut nobis solet accidere: sed eius sempiternæ voluntatis nouum aliquid significamus effectum, id est, æternæ eius voluntate aliquid nouiter existere. Cum ergo aliquid dicitur facere, tale est ac si dicatur, iuxta eius voluntatem, vel per eius voluntatem aliquid nouiter contingere vel esse: ut in ipso nihil noui contingat, sed nouum aliquid sicut in eius æterna voluntate fuerat, fiat sine aliqua motione vel sui mutatione. Nos vero operando mutari dicimur, quia mouemur. Non enim sine motu aliquid facimus. Deus ergo aliquid agere vel facere dicitur, quia causa est rerum nouiter existentium, dum eius voluntate res nouæ esse incipiunt: quæ antè non erant absque ipsius agitatione: ut actus proprie dici non queat, cum videlicet actus omnis in motu consistat, in Deo autem motus nullus est. Sicut ergo ex calore Solis aliqua fieri contingit, nulla tamen in ipso vel in eius calore facta motione vel mutatione. Ita ex Dei voluntate noua habent esse sine mutatione authoris, qui est vnum & solus & omnium principium. Aristoteles vero duo posuit principia, scilicet materiã & speciem, & tertium operatorium dictum: mundum quoque semper esse & fuisse.

Quod catholicum est docet.

HORVM ergo & similibus errorem spiritus sanctus euacuans, veritatisque disciplinam tradens, Deum in principio temporum mundum creasse, & ante tempora æternaliter extitisse significat, ipsius æternitatem & omnipotentiam commendans. Cui Voluisse, Facere est: quia (ut prædiximus) ex eius voluntate & bonitate res nouæ existunt, Credamus ergo rerum creatarum cælestium, terrestrium, visibilium, vel inuisibilium causam non esse nisi bonitatem creatoris, qui est Deus vnus & verus. Cuius tanta est bonitas, ut summè bonus

beatitudinis suæ qua æternaliter beatus est, alios velit esse participes: quam videt & communicari posse, & minui omnino non posse. Illud ergo bonum quod ipse erat, & quo beatus erat, sola bonitate non necessitate aliis communicari voluit: quia summè boni erat prodesse velle, & omnipotentissimi nocere non posse.

Quare rationalis creatura facta sit.

ET quia non valet eius beatitudinis particeps existere aliquis nisi per intelligentiam, quæ quanto magis intelligitur, tantò plenius habetur, fecit Deus rationalem creaturam, quæ summum bonum intelligeret, & intelligendo amaret, & amando possideret, ac possidendo frueretur. Eamque hoc modo distinctit, ut pars in sui puritate permaneret, nec corpori vniretur, scilicet angeli, pars corpori iungeretur, scilicet animæ. Distincta est vtrique rationalis creatura in incorpoream & corpoream, & incorporea quidem angelus, corporea verò homo vocatur ex anima rationali & carne subsistens. Condicio ergo rationalis creaturæ primam causam habuit Dei bonitatem.

Quomodo distincta sit rationalis creatura.

Quare creatus sit homo vel angelus.

IDEOQUE si queratur quare creatus sit homo vel angelus: breui sermone responderi potest, propter bonitatem eius. Vnde Aug. in lib. de Doctrina Christiana, quia bonus est Deus, sumus: & in quantum sumus, boni sumus.

L. 1. c. 13. Tomo 3.

Ad quid creata sit rationalis creatura.

ET si queratur ad quid creata sit rationalis creatura: respondetur, Ad laudandum Deum, ad seruiedum ei, ad fruendum eo: in quibus proficit ipsa, non Deus. Deus enim perfectus, & summa bonitate plenus, nec augeri potest nec minui. Quod ergo rationalis creatura facta, cit à Deo, referendum est ad creatoris bonitatem, ad creaturæ utilitatem.

Brevissima responsio cum queritur, quare vel ad quid facta sit rationalis creatura.

CVM ergo queritur quare vel ad quid facta sit rationalis creatura: breuissimè responderi potest, Propter Dei bonitatem, & suam utilitatem. Utile nempe ipsi est seruire Deo & frui eo. Factus ergo angelus siue homo propter Deum dicitur esse: nõ quia creator Deus & summè beatus, alterutrius

Psal. 15. indiguerit officio, qui bonorum nostrorum non eger: sed vt seruiret ei ac fruereur eo, cui seruire regnare est. In hoc ergo proficit seruiens, non ille cui seruitur.

Sicut factus est homo vt seruiret Deo, sic mundus vt seruiret homini.

Psal. 8. ET sicut factus est homo propter Deum, id est, vt ei seruiret, ita mundus factus est propter hominē, scilicet, vt ei seruiret. Pofitus est ergo homo in medio vt & ei seruiret, & ipse seruiret: vt acciperet vtunque, & restitueret totum ad bonum hominis, & quod accepit obsequium, & quod impedit. Ita enim voluit Deus sibi ab homine seruire, vt ea seruitute non Deus, sed homo seruiens iuaretur: & voluit vt mundus seruiret homini, & exinde similiter iuaretur homo. Totum ergo bonum hominis erat, & quod factum est propter ipsum, & propter quod ipse factus est. Omnia enim (vt ait Apostolus) nostra sunt, scilicet superiora & æqualia & inferiora. Superiora quidem nostra sunt, ad perfruendum, vt Deus, trinitas. Aequalia, ad conuiuendum, scilicet angeli. Qui etiam nobis modo superiores sunt, in futuro erunt æquales, qui & modo nostri sunt: quia ad vsum nobis sunt, sicut res dominorum dicuntur esse famulorum, non dominio, sed quia sunt ad vsum eorum. Ipsique angeli in quibusdam Scripturæ locis nobis seruire dicuntur, dum propter nos in ministerium mittuntur.

Quomodo dicitur aliquando in Scripturis, Homo factus est propter reparationem angelicis casus.

Au. lib. 2. de Ciuit. Dei, ca. 1. et in Enchi. c. 29. DE homine quoque in Scriptura interdū reperitur, quod factus sit propter reparationem angelicæ ruina: quod non ita est intelligendum, quasi non fuisset homo factus si non peccasset angelus: sed quia inter alias causas, scilicet præcipuas, hæc etiam nonnulla causa extitit. Nostra ergo sunt superiora & æqualia. Nostra etiam sunt inferiora: quia ad seruiendum nobis facta.

Quare ita sit homo institutus vt anima sit vnita corpori.

Prima causa. Secunda causa.

SOLET etiam quæri cum maioris dignitatis videretur esse anima, si absque corpore permanisset, cur vnita sit corpori. Ad quod primò dici potest: quia Deus voluit, & voluntatis eius causa querenda non est. Secundò autem potest dici quod

quòd ideo Deus voluit eam corpori vniri: vt in humana ostenderet conditione nouum exemplum beatæ vnionis: quæ est inter Deum & spiritum: in qua diligitur ex toto corde, & videtur facie ad faciem. Putaret enim creatura se non posse vniri creatori suo tanta propinquitate, vt eum tota mète diligeret & cognosceret, nisi videret spiritum qui est excellentissima creatura tã infimã, id est, carni quæ de terra est, in tãta dilectione vniri, vt non valeat arctari ad hoc vt velit eã relinquere: sicut ostēdit Apostolus dicens, Nolumus corpore expoliari, sed superuestiri, per quod ostenditur spiritũ creaturam spiritu increato ineffabili amore vniri. Pro exemplo ergo futuræ societatis, quæ inter Deum & spiritum rationalem in glorificatione eiusdem perficienda erat, animam corporeis indumentis & terrenis mansionibus copulauit: luteãque materiam fecit ad vitæ sensum vegetare: vt sciret homo, quia si potuit Deus tam disparē naturam corporis & animæ in consideratione vnã & in amicitiam tantã coniungere, nequaquam ei impossibile futurum rationalis creaturæ humilitatem, licet longè inferiorem ad suæ gloriæ participationē sublimare. **Qui** ergo pro exemplo rationalis spiritus in parte vsque ad consortium terreni corporis humiliatus est: ne forte in hoc nimis depressus videretur, addidit Dei providentia vt postmodum cum eodem corpore glorificato ad consortium illorum, qui in sua permanserunt puritate, sublimareretur: vt quod minus ex dispensatione creatoris sui acceperat conditus, postmodum per gratiam eiusdem acciperet glorificatus. Sic ergo conditor noster Deus rationales spiritus varia sorte pro arbitrio voluntatis suæ disponens illis quos in sua puritate reliquerat, sursum in cælo mansionem: illis verò quos corporibus terrenis sociauerat, deorsum in terra habitationem constituit: vtrisque regulã imponens obedientiæ, quatenus & illi ab eo vbi erant, non caderent, & isti ab eo vbi erant ad id vbi non erant ascenderent. Fecit itaque Deus hominem ex duplici substantia, corpus de terra componens, animam verò de nihilo faciens. Ideo etiam vnitæ sunt animæ corporibus, vt in eis Deo famulantes maiorem mereantur coronam.

Post sacramentum Trinitatis de creatura tripartita agendum est. & prius de digniori, id est, angelica.

Mat. 1. 22 d

1. Cor. 3. d

2. Cor. 5. a

Gen. 2. b

& Ioan. 4. d

Ex Au. gust. li. de Spir. & Anima Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Cap. 14.

Vsq̄ ad 12. distin. EX præmissis apparet rationale creaturam in angelicam & humanam fuisse distinctam, quarum altera est tota spiritualis, id est, angelica: altera ex parte spiritualis & ex parte corporalis, id est, humana. Cum itaque de his tractandum sit, scilicet, de spirituali & corporali creatura, de rationali & de non rationali, primò de rationali & spirituali, id est, de angelis agendum videtur: ut à contuitu creatoris ad cognitionem creaturæ dignioris ratio nostra intendat: deinde ad considerationem corporeæ tam illius quæ est rationalis quàm illius quæ non est rationalis descendat, ut Trinitatis in creatæ sacramentum tripartitæ creaturæ, cique concretorum atque contingentium sequatur documentum.

QVAE CONSIDERANDA SVNT
de angelica natura.

Distinct. 11.

August. in Speculo de conditione spiritualis creatura, scilicet angelica, qualis facta sit.
Eccle. 1. a
Isid. li. 1. de summo bono. ca. 12.

DE angelica itaque natura hæc primò consideranda sunt, quando creata fuerit, & ubi, & qualis facta sit dum primum conderetur. Deinde qualis effecta auersione quorundam & conuersione quorundam. De excellentia quoque, & ordinibus, & donorum differentia, & de officiis, ac nominibus, aliisque pluribus aliqua dicenda sunt.

Quando facti sunt angeli prius dicit, in quo videntur sibi obviare auctoritates.

Gen. 1. a
Psal. 101.

QVAEDA M auctoritates videntur innuere quòd ante omnem creaturam creati sunt angeli. Vnde illud, Primò omnium creata est sapientia: quod intelligitur de angelica natura, quæ in Scriptura sepe vita, sapientia, & lux dicitur. Nam sapientia illa quæ Deus est, creata non est. Filius enim sapientia patris est genita, non facta nec creata: & tota Trinitas vna sapientia est, quæ non facta nec creata est nec genita vel procedens. De angelica ergo vita illud accipiendum est de qua dicit Scriptura, quando facta est, scilicet primò omnium. Sed rursum alia Scriptura dicit, In principio creauit Deus caelum & terram. Et in Propheta, Initio tu Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt caeli. Et videtur contrarietas quaedam oriri ex assertionibus istis. Nā si primò omnium creata est sapientia, omnia post ipsam facta videntur: & ita

post ipsam facta videntur caelum & terra, & ipsa facta ante caelum & terram. Item si in principio creauit Deus caelum, & terram, nihil factum est ante caelum & terram, nec ipsa sapientia facta est ante caelum & terram. Cum ergo contraria videantur, nec in diuina Scriptura fas sit sentire aliquid esse contrarietatis, requiramus intelligentiam veritatis.

Quid tenendum sit docet, præmissas auctoritates determinando.

V I D E T V R itaque hoc esse tenendum, quòd simul creata est spiritualis creatura, id est, angelica, & corporalis: secundum quòd potest accipi illud Salomonis, *Qui viuunt in æternum creauit omnia simul*, id est, spiritualem & corporalem naturam, & ita non prius tempore creati sunt angeli, quàm illa corporalis materia quatuor elementorum: & tamen primò omnium creata est sapientia: quia etsi non tempore, præcedit tamen dignitate. Quòd autem simul creata fuerit corporalis spiritualisque creatura, Augustini super Gen. ad litteram aperte ostendit, dicens, per caelum & terram spiritualem corporalemque creaturam intelligi, & hæc creata sunt in principio, scilicet temporis: vel in principio, quia primò facta sunt.

Quòd nihil factum est ante caelum & terram, nec etiam tempus: cum tempore enim creata sunt, sed non ex tempore.

A N T E ea enim nihil factum est: nec etiam tempus factum est ante spiritualem, scilicet angelicam naturam, & ante corporalem, scilicet materiam illam quatuor elementorum confusam. Illa enim cum tempore creata sunt, nec ex tempore, nec in tempore. Sicut nec tempus in tempore creatum est: quia non fuit tempus antequàm esset caelum & terra. Vnde Aug. in lib. de Trin. dicit, quòd Deus fuit Dominus antequàm tempus esset, & non in tempore cœpit esse Dominus: quia fuit Dominus temporis, quando cœpit esse tempus: nec utique tempus cœpit esse in tempore, quia non erat tempus antequàm inciperet tempus.

Quòd simul cum tempore & cum mundo cœpit corporalis & spiritualis creatura.

Eccle. 18. a
Quòd simul creata fuerit corporalis & spiritualis creatura auctoritate firmat.
Li. 1. ca. 1.
Tomo 3.

Li. 5. c. 6.
& lib. 12. de ciuitate Dei.
Cap. 15.

SIMVL ergo cum tempore facta est corporalis & spiritalis creatura, & simul cum mundo: nec fuit ante angelica creatura quam mundus: quia vtaic Augu. Nulla creatura creata est ante secula: sed à seculis cū quibus cœpit. Hieron. tamen super epistolam ad Titum aliud videtur sentire dicēs, Sex millia necdum nostri temporis implentur annorum, & quantas prius æternitates, quanta tempora, quantas seculorum origines fuisse arbitrandum est: in quibus angeli, throni, dominationes, cæteri que ordines seruiērūt Deo absque temporum vicibus atque mensuris, & Deo iubente substituerunt. His verbis quidam adherentes dixerunt cum mundo cœpisse tempus seculare: sed ante mundum extitisse tempus æternum sine mutabilitate, & in eo immutabiliter & intemporaliter astruunt angelos Deo iubente substituisse, eique seruisse. Nos autem quod prius dictum est pro captu intelligentiæ nostræ magis approbamus, salua tamen reuerentia secretorum, in quibus nihil temerè asserendum est, & illud Hieron. dixisse non ita sentiendo, sed aliorum opinionem referendo arbitramur.

Vbi angeli mox creati fuerint, in empyreo scibet, quod statim factum, repletum est angelis.

IAM est ostensum quādo creata fuerit angelica natura, nunc autem attendendum est vbi facta fuerit. Testimoniiis quarundam auctoritatum euidenter mōstratur angelos ante casum fuisse in cælo, & inde corruisse quosdam propter superbiam: alios verò qui non peccauerunt illic perstitisse, vnde Dominus in euangelio ait, Videbam Satanam tanquam fulgur de cælo cadentem, nec appellatur hoc cælum firmamentum quod secunda die factum est: sed cælum splendidum quod dicitur empyreum, id est, igneum à splendore non à calore: quod statim factum angelis est repletum: quod est supra firmamentum: & illud empyreum quidam Expositorum sacre Scripturæ nomine cæli intelligi volunt, vbi Scriptura dicit, In principio creauit Deus cælū & terram. Cælum (inquit Strabus) non visibile firmamentū hīc appellat, sed empyreū, id est, igneū vel intellectuale: quod non ab ardore, sed à splendore dicitur, quod statim factum repletum est angelis. Vnde Iob, Vbi eras cum me laudarent astra matutina: &c. De hoc

*In tomo 3.
Li. de Genesi ad lit.
5. ca. 19. in
Tomo 9.
Ad cap.
1. epist. ad Titum super verbo,
Quā promissit qui non mēitur Deus ante secula.
De horū sententia.
Aug. li. 11. de Ciuit. Dei c. 5. & sequentibus duobus.*

Luc. 10. c.

*Gen. 1. a
Iob 38. a*

Super Gen. 11. c.

quoque Beda ita ait, Hoc superius cælum quod à volubilitate mundi secretum est, mox vt creatum est, sanctis angelis impletum est: quos in principio cum cælo & terra conditos testatur Dominus dicens: Vbi eras cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei: Astra matutina & filios Dei eosdem angelos Dei vocat. Cælum enim in quo posita sunt luminaria, non in principio, sed secunda die factum est. Ex his liquet quod in empyreo omnes angeli fuerunt ante quorundam ruinam, simulque creati sunt angeli cum cælo empyreo, & cum informi materia omnium corporalium.

Quod simul creata est visibilibus rerum materia & inuisibilem naturam, & vtraque informis secundum aliquid, & formata secundum aliquid.

SIMVL ergo visibilibus rerum materia & inuisibilem natura condita est: & vtraque informis fuit secundum aliquid, & formata secundum aliquid. Sicut enim corporalium materia confusa & permixta (quæ secundum Græcos dicta est Chaos) in illo exordio ordinationis primariæ & formam confusionis habuit, & non habet formam distinctionis & discretionis, donec postea formaretur atque distinctas reciperet species: ita spiritalis & angelica natura in sua conditione secundum naturæ habitum formata fuit, & tamen illam quam postea per amorem & conuersionem à creatore suo acceptura erat formam, non habuit, sed erat informis sine illa. Vnde Aug. multipliciter exponens præmissa verba Genes. per cælum dicit intelligi informem naturam vitæ spirituales, sicut in se potest existere non conuersa ad creatorem in quo formatur per terram, corporalem materiam sine omni qualitate, quæ apparet in materia formata.

Quomodo dicat Lucifer secundum Esaiam, Ascendam in cælum, & ero similis altissimo: cum esset in cælo.

HIC quarti solet, si in cælo empyreo fuerunt angeli statim vbi facti sunt, quomodo (vt legitur in Esaiam) dicit Lucifer, Ascendam in cælum, & exaltabo solium meum, & ero similis altissimo? Sed ibi cælum vocat Dei celsitudinem, cui pacificari volebat: & est tale, Ascendam in cælum, id est, ad æqualitatem Dei.

Li. de Genesi ad litteram 1. c. 1. & libr. 12. confessio. ca. 9.

H Esai. 14. d.

QUALLES FACTI FUERINT ANGELI,

& quod quatuor eis attributa sunt in ipso initio suæ conditionis.

Distinct. III.

A

ECCE ostensum est ubi angeli fuerint mox ut creati sunt. Nunc consequens est inuestigare quales facti fuerint in ipso primordio suæ conditionis: & quatuor quidem angelis videntur esse attributa in initio subsistentiæ suæ, scilicet essentia simplex, id est, indiuisibilis & immaterialis, & discretio personalis, & per rationem naturaliter insitam intelligentia, memoria, & voluntas siue dilectio, liberum quoque arbitrium, id est, libera inclinatio voluntatis siue ad bonum siue ad malum facultas. Poterant enim per liberum arbitrium sine violentia & coactione ad vtrumlibet propria voluntate deflecti.

An omnes angeli fuerint æquales in tribus, scilicet in sapientia, in essentia, in libertate arbitrij.

B

HIC considerandum est, vtrum in sua substantia spiritali & sapientia rationali & libertate arbitrij, quæ omnibus inerant, omnes æquales fuerint: vt sit prima consideratio de substantia, secunda de forma, tertia de potestate. Persona quippe substantia est, sapientia forma, arbitrium potestas: & ad substantiam quidem pertinet naturæ subtilitas, ad formam verò intelligentiæ perspicacitas, & ad potestatem rationalis voluntatis habitus. Illæ ergo essentiæ rationales quæ personæ erant, & spiritus erant, naturæque simplices, & vitamortales, differentem essentiæ tenuitatem, & differentem sapientiæ perspicacitatem, atque differentem arbitrij libertatem & habitatem rectè habuisse intelliguntur, sicut in corporibus nonnulla differentia est secundum essentiam ac formam & pondus. Quædam enim aliis meliorem ac digniorem essentiam & formam habent: & alia aliis leuiores atque agiliora sunt. Ad hunc ergo modum credendum est illas spirituales naturas conuenientes suæ puritati & excellentiæ, & in essentia & in forma & in facultate differentias accepisse in exordio suæ conditionis: quibus alij inferiores, alij superiores Dei sapientia constituerentur, aliis maiora, aliis minora dona præstantis, vt qui tunc per naturalia bona aliis excelle-

Hic dicit quoddam differeñtes erant in illis.

Per similitudinem corporum ita esse ostendit.

bant, ipsi etiam post per munera gratiæ eisdem præsent. Qui enim natura magis subtiles, & sapientia amplius perspicaces creati sunt: hi etiam maioribus gratiæ muneribus præditi sunt, & dignitate excellentiores alius constituti. Qui verò natura minus subtiles & sapientia minus perspicaces conditi sunt, minora gratiæ dona habuerunt, inferioresque constituti sunt sapientia Dei, æquo moderamine cuncta ordinantis. In ipsa facultate arbitrij differentia animaduertenda est secundum differentem naturæ virtutem & differentem cognitionis & intelligentiæ vim. Et sicut differens vigor & subtilitas naturæ infirmitatem non adducit, minorque cognitio sapientiæ ignorantiam non ingerit: sic libertas inferior nullam arbitrio necessitatis voluntatem imponit.

Quæ communia & æqualia habuerunt angeli.

Secundum quod est consideranda differentis facultatis arbitrij, quod nec minor tenuitas naturæ infirmitatem,

ET sicut in prædictis angeli differebant: & quædam communia & æqualia habebant, quod spiritus erant, quod indiuisibiles & immortales erant, commune omnibus & æquale erat. In subtilitate verò essentiæ, & intelligentiæ sapientiæ, & libertate voluntatis differentes erant. Has distinctiones intelligibiles inuisibilem naturarum ille solus comprehendere potuit & ponderare, qui cuncta fetit in pondere, numero, & mensura.

cognitio sapientiæ ignorantiam, nec inferior libertas necessitate inducit. Sap. II. c.

An boni vel mali, iusti vel iniusti, creati sint angeli, & an aliqua mora fuerit inter creationem & lapsum.

D

ILLUD quoque inuestigatione dignum videtur quod etiam à pluribus quærit solet, vtrum boni vel mali, iusti vel iniusti creati sint angeli: & an aliqua mora fuerit inter creationem & lapsum: vel sine mora in ipso creationis exordio ceciderint.

Opinio quorundam dicentium angelos in malitia creatos: & sine omni mora ruisse.

PVT AVERVNT enim quidam angelos qui ceciderunt creatos esse malos, & non libero arbitrio in malitiam declinasse: sed in malitia à Deo factos esse nec aliquam fuisse moram inter creationem & lapsum, sed ab initio apostatasse: alios verò creatos fuisse plene beatos. Qui opinionem suam muniunt autoritate Augustini super Gen. ita dicentis, Non frustra putari potest ab initio temporis diabolus cecidisse,

Lib. I. cap. 16. Ioan. 8. f.

nec cum sanctis angelis pacatum aliquando vixisse & beatum: sed mox apostatasse, vnde Dominus ait, Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: vt intelligamus, quia in veritate non stetit, ex quo creatus est, qui staret si stare voluisset. Idem in eodem, Non frustra, inquit, putandum est ab ipso initio temporis vel conditionis suae diabolum cecidisse, & nunquam in veritate stetit. Vnde quidam in hanc malitiam libero arbitrio non esse flexum, sed in hac, quantum ad Deo, putant esse creatum secundum illud beati Iob, Hoc est, inquit, initium figmenti Dei quod fecit Deus, vt illudatur ei ab angelis eius. Et Propheta ait, Draco iste quem formasti ad illudendum ei. Tanquam primo factus sit malus inuidus & diabolus, nec voluntate deprauatus. His aliisque testimoniis vtuntur, qui dicunt angelos qui ceciderunt creatos fuisse malos, & sine mora corruisse: eos vero qui perstiterunt, perfectos & beatos fuisse creatos astringunt auctoritate Augustini, qui super Genesim dicit per caelum significari creaturam spirituales, quae ab exordio quo facta est, & perfecta & beata est semper.

Aliorum sententia probabilis, qui dicunt omnes angelos creatos esse bonos: & aliquam morulam fuisse inter creationem & lapsum.

ALIIS autem videtur omnes angelos creatos esse bonos: & in ipso creationis initio bonos extitisse, id est, sine vitio, iustosque fuisse, id est, innocentes sed non iustos, id est, virtutum exercitium habentes. Nondum enim praediti erant virtutibus, quae stantibus appositae fuerunt in confirmatione per gratiam: aliis vero per liberum arbitrium superbientibus, & ideo cadentibus. Aliquam etiam fuisse morulam aiunt inter creationem & lapsum ac confirmationem, & in illa breuitate temporis omnes boni erant, non quidem per usum liberi arbitrii, sed per creationis beneficium: & tales erant qui stare poterant, id est, non cadere per bona creationis, & cadere per liberum arbitrium. Poterant enim peccare & non peccare: sed non poterant proficere ad meritum vitae, nisi gratia superadderetur, quae addita est quibusdam in confirmatione. Et ad hoc confirmandum vtuntur testimonio Augustini, qui super Genesim dicit angelicam natu-

Li. eodem in fine 19. capituli & initio 20. Iob 40. Hic textus non habetur in lib. Iob iuxta vulgatae editione, sed secundum 70. interpretates. Psal. 103. Li. 1. ca. 1.

Pro. 16. c. & 26. d.

Ibi. 1. ca. 1. 3. 4. & 6.

ram primo informiter creatam, & caelum dictam: postea formam, & lucem appellatam, quando ad creatorem est conuersa perfecta dilectione ei inherens, vnde prius dictum est, In principio creauit Deus caelum & terram: & postea subditum, Dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux: quia in primo agitur de creatione spiritualis naturae informis, postea de formatione eiusdem. Ratio quoque obuiat illis, qui dicunt angelos creatos fuisse malos: non enim potuit creator optimus author mali esse, & ideo totum bonum erat quod ex ipso illis erat, & totum bonum erat, quoniam ex ipso totum erat. Hoc modo probatur quod boni erant omnes angeli quando primo facti sunt: sed ea bonitate, quam natura incipiens acceperat.

Probationem Augustini contra illos inducit, qui dicunt angelos factos malos, verba etiam Iob determinat, quae illi pro se inducebant.

IDEOQUE Augustinus exterminans opinionem eorum qui angelos creatos fuisse malos putant, auctoritate & ratione probat bonos fuisse creatos: & verba praemissa beati Iob quae illi pro se inducebant, quomodo sint intelligenda aperit dicens super Genesim, Omnia, inquit, fecit Deus valde bona. Naturam ergo angelorum bonam fecit. Et quia iniustum est vt nullo merito hoc in aliquo quod creauit Deus damnet, non naturam sed voluntatem malam puniendam esse credendum est: nec eius naturam significatam esse cum dicitur, Hoc est initium figmenti Dei, &c. Sed corpus aereum, quod tali voluntari aptauit Deus: vel ipsam ordinationem Dei, in qua eum inuitum etiam fecit vtilem bonis, vel ipsius angeli facturam: quia etsi praesciret Deus voluntate malum futurum, fecit tamen eum prauidens quanta de illo sua bonitate esset facturus. Figmentum ergo Dei dicitur: quia cum sciret eum Deus voluntate malum futurum vt bonis noceret, creauit tamen illum, vt de illo bonis prodesset, hoc autem fecit vt illudatur ei. Illudatur enim ei, cum Sanctis proficit tentatio eius. Sicut & mali homines quos Deus malos futuros prauidens creauit, tamen ad Sanctorum vtilitatem, illudantur cum praestatur Sanctis eorum tentatione profectus. Sed ipse est initium, quia praecedit antiquitate & principat.

Gen. 1. 6. Ratione idem asseruit.

Lib. 11. de Genesi ad literam. cap. 2. 1. Gen. 1. Cap. 2. 2. eiusdem lib. Iob. 40. c. Apo. 12. b.

malitiæ. Hæc autem illusio fit angelis malis, & hominibus malis, per angelos & homines bonos: quia subdit angelos malos, & homines malos, vt non quantum nituntur, sed quantum sinuntur possint nocere. Ecce apertè ostendit qualiter prædicta verba Iob intelligenda sint: & angelicam naturam bonam creatam esse asserit.

Quomodo intelligenda sint verba præmissa Domini, disserit, euidenter tradens angelos esse creatos bonos, & post creationem cecidisse.

Ex cap. Ioan. 8. f. Litera E. Aul. 2. da Gen. ad lit. cap. 23

Gen. 3. c. Tomo 2. Homil. 1. circa illud Exe. 1. 7. de quasi specie electri. Ioan. 8. f. Esa. 14. d. Isa. 13. d. Inimicus hō super se minauit, &c.

DE INDE qualiter verba Domini quæ supra posuit, accipienda sint, Augustinus aperit, vbi etiam sua quæ prædixit verba determinat, euidenter dicens angelos fuisse creatos bonos, & post creationem interposita aliqua morula cecidisse, ita inquires: Quod putatur diabolus nunquam in veritate fectus, nunquam beatam vitam duxisse, sed ab initio cecidisse: non sic accipiendum est, vt malus à bono Deo creatus esse putetur, quasi ab initio nō cecidisse diceretur. Non enim cecidit, si talis scilicet malus factus est, à quo enim caderet? Factus ergo prius, statim à veritate se auertit, propria potestate delectatus, beatæ quæ vitæ dulcedinem non gustauit: quam non vtique acceptam fastidiuit, sed nolendo accipere remisit. Sui ergo casus præsciens esse non potuit: quia sapientia fructus est pietatis. Continuo autem vt factus est, cecidit: non ab eo quod accepit, sed ab eo quod acciperet, si Deo subdi voluisset. Ecce hîc apertè declarat angelos creatos fuisse bonos, & post creationem cecidisse: & fuit ibi aliqua morula, licet breuissima. Quod Origenes cōfirmat super Ezechielem, dicens, Serpens hostis contrarius veritati, non tamen à principio, nec statim supra pectus & ventrem suum ambulauit, sicut Adam & Eua non statim peccauerunt: ita & serpens aliquando fuit non serpens, cum in paradiso deliciarum moraretur. Deus enim malitiam non fecit. Ecce apertè dicit post creationem interposita morula cecidisse. Ideoque illa verba sic accipienda videntur: Homicida erat ab initio, vel mendax, id est, statim post initium, quando sibi æqualitatem Dei promisit, & seipsum occidit, qui homo dicitur in Euangelio. Nec in veritate stetit: quia in ea non fuit, sed ab initio temporis, id est, statim post initium temporis apostatavit. Potest etiam & sic accipi illud, Ab initio homicida fuit, vel mendax, id est, ex quo

homo fuit conditus, quem per inuidiam in mortem præcipit, & fallaciter seduxit. Ex prædictis ergo liquet angelos bonos omnes esse creatos, & post creationem quosdam cecidisse à bono quod habuissent si perstissent.

Quod triplex fuit sapientia in angelis ante casum vel confirmationem.

HIC inquiri solet, quam sapientiam habuerunt ante casum vel confirmationem. Erat in eis triplex naturalis cognitio, qua sciebant quod facti erant, & à quo facti erant, & cum quo facti erant: & habebant aliquam boni & mali notitiam, intelligentes quid appetendum vel respiciendum illis foret.

An aliquam Dei habuerint dilectionem, vel sui inuicem.

SOLET etiam quæri, vtrum aliquam Dei vel sui dilectionem inuicem habuerint. Ad quod dici potest, quod naturaliter dilectionem habebant, vt memoriam, intellectum, & ingenium, qua Deum & se aliquatenus diligebant: per quam tamen non merebantur.

AN PERFECTOS ET BEATOS

creauit Deus angelos, an miseros & imperfectos.

Distinct. IIII.

POST hæc videndum est, vtrum perfectos & beatos creauit Deus angelos, an miseros & imperfectos. Ad quod dici potest, quod nec in beatitudine, nec in miseria creati sunt. Miseri enim ante peccatum esse non potuerunt: quia ex peccato miseria est. Nam si non fuisset peccatum nulla esset miseria. Beati quoque nunquam fuerunt illi qui ceciderunt, quia sui euentus ignari fuerunt, id est, peccati & supplicij futuri. Si enim lapsum suum præsciuerunt, aut vitare voluerunt, sed non potuerunt, & ita erant miseri: aut potuerunt, sed noluerunt, & ita erant stulti & maligni. Ideoque dicimus quia non erant præscij euentus sui: nec eis data est cognitio eorum quæ futura erant super eos. Boni verò & qui perstiterunt, fortè suæ beatitudinis præscij fuerunt. Vnde Augustinus super Genesim, Quomodo, inquit, beatus inter angelos fuit, qui futuri peccati atque supplicij præsciens non fuit:

Aug. ha. mil. 4. 1. 6. per Ioan. Sap. 2. d.

De habitibus beatitudinis & miserie angelorum. Pro. 14. d. Quod nō fuerit mali angelis præscij sui casus: boni verò forte fuerunt præscij futuri boni. Lib. 11. cap. 17.

Queritur autem cur non fuerit? Fortè hoc Deus reuelare diabolo noluit, quid facturus vel passurus esset: cæteris verò reuelare voluit quòd in veritate mansuri essent. His verbis videtur August. significare, quòd angeli qui corruerunt, non fuerunt præscij sui casus. Ideòque beati nō fuerunt. Er quòd angeli qui perstitierunt, beatitudinem sibi affutam præscierunt, atque de ea certi in spe extiterunt, vnde quodam modo iam beati erant. Et reuera si ita fuisset, posset illos dici aliquo modo fuisse beatos: alios verò non, qui nesciuerunt euentum suum.

Quod opinando Augustinus hæc dixit non asserendo, scilicet quòd angeli qui perstitierunt, præscij fuerunt futuri boni.

Li. & ca. eisdem.

SED hoc magis opinando & querendo dicit Augustinus quam asserendo. Vnde & huic opinioni opponens consequenter subdit, Sed quare dilcernebatur illi à cæteris, vt Deus istis quæ ad ipsos pertinerent, non reuelaret, aliis verò reuelaret, cum non prius sit ipse vltor quam aliquis peccator: non enim damnat ipse innocentes. Hic videtur innuere, quòd nec peccaturis futurum malum, nec per mansuris futurum bonum reuelauerit. Ideòque nec illi qui ceciderunt vnquam, nec illi qui perstitierunt vsque ad consummationem beati fuerunt: quia beati non poterant esse, si de beatitudine certi nō erant, vel si damnationis incerti erant. Vnde Aug. in eodem: Dicens, inquit, de angelis, quòd in suo genere beati esse possent damnationis vel salutis incerti, quibus nec spes esset quòd mutandi essent in melius, nimia præsumptio est. Quomodo enim beati esse possunt, quibus est incerta sua beatitudo?

Aug. super Gen. li. II. Cap. 19. Cap. 17.

Summam colligit predictorum, confirmans omnes angelos ante confirmationem vel lapsum non fuisse beatos, nisi quis per beatitudinem accipiat illum statum innocentie, in quo fuerunt ante casum.

EX prædictis consequitur, quòd angeli qui corruerunt, nunquam beati fuerunt, nisi beatitudinem aliquis accipiat illum statum innocentie, in quo fuerunt ante peccatum. Illi verò qui perstitierunt, aut suam beatitudinem futuram Deo

reuelante præscierunt, & ita spei certitudine aliquo modo beati fuerunt: vel incerti extiterunt suæ beatitudinis, & ita aliter beati non fuerunt, quam reliqui qui ceciderunt. Mihi autem quod posterius dictum est, probabilius videtur.

Vide AM. li. II. de Ciuit. Dei. Cap. 13.

Responsio ad id quod quærebatur, an angeli essent creati perfecti aut imperfecti, & dicitur quod perfecti fuerunt secundum aliquid, & imperfecti secundum aliquid.

AD hoc autem quòd quærebatur, vtrum perfecti vel imperfecti fuerint creati, dici potest, quia quodam modo perfecti fuerint, & quodam alio modo imperfecti. Non enim vno modo aliquid dicitur perfectum, sed pluribus.

Quod tribus modis dicitur perfectum, secundum tempus, secundum naturam, & vniuersaliter perfectum.

DICITVR nanque perfectum tribus modis. Est enim perfectum secundum tempus, & perfectum secundum naturam, & est vniuersaliter perfectum. Secundum tempus perfectum est quod habet quicquid tempus requirit, & conuenit secundum tempus haberi, & hoc modo angeli erant perfecti ante confirmationem vel lapsum. Secundum naturam perfectum est quod habet quidquid debitum est, vel expedit naturæ suæ ad glorificationem, & hoc modo perfecti fuerunt angeli post confirmationem, & erunt Sancti post resurrectionem. Vniuersaliter & summè perfectum est, cui nihil vnquam deest, & à quo vniuersa proueniunt bona, quod est solius Dei: prima ergo perfectio est naturæ conditæ, secunda naturæ glorificatæ, tertia naturæ increatæ.

Predicta breuiter tangit, addens quales fuerunt angeli in conuersione & auersione.

QVALES fuerint angeli in creatione ostensum est, boni scilicet, & non mali: iusti, id est, innocentes & perfecti quodam modo, alio verò modo imperfecti. Beati verò non fuerunt vsque ad confirmationem, nisi beatitudo accipiat (vt iam dictum est) illæ status innocentie, & bonitatis, in quo conditi sunt.

Distinct. 3. li. 4.

LIBER II.
DE CONVERSIONE ET CON-
firmatione stantium, & auersione
& lapsu cadentium.

Distinct. v.

*Quales fa-
cti sūt an-
geli auer-
sione et cō-
uersione
cadentiu.
Esa. 14. d.*

Gene. 1. a

Post hęc consideratio adducit inquirere, quales effecti sunt dum diuidentur auersione & conuersione. Post creationem nanque mox quidam conuersi sunt ad creatorem suum, quidam auersi. Conuerti ad Deum, fuit ei charitate adherere: auerti, odio habere vel inuidere, Inuidiæ nanque mater est superbia, qua uoluerunt se parificare Deo. In conuersis quasi in speculo relucere cœpit Dei sapientia, qua illuminati sunt: auersi uero ex cæcati sunt. Et illi quidem conuersi sunt & illuminati à Deo gratia apposita: isti uero sunt ex cæcati non immisione malitiæ, sed desertione gratiæ à qua deserti sunt: non ita quod prius debita subtraheretur, sed quia nunquam est apposita, ut conuerterentur. Hęc est ergo conuersio & auersio, qua diuisi sunt, qui natura boni erant: ut sint alij supra illud bonum per iusticiam boni, alij illo corrupto per culpam mali. Conuersio iustos fecit, & auersio iniustos. Vtraque fuit uoluntatis, & uoluntas utriusque libertatis.

De libero arbitrio breuiter tangit, docens quid sit.

HAEBEBANT enim omnes liberum arbitrium, quod est libera potestas, & habilitas uoluntatis rationalis. Poterant enim uoluntate eligere quodlibet, & ratione iudicare, id est, discernere: in quibus constat liberum arbitrium. Nec creati sunt uolentes auerti vel conuerti, sed habiles ad uolendum hoc vel illud: & post creationem spontanea uoluntate alij elegerunt malum, alij bonum, & ita discreuit Deus lucem à tenebris, sicut dicit Scriptura, id est, bonos angelos à malis, & lucem appellauit diem, noctem uero tenebras: quia bonos angelos gratia sua illuminauit, malos uero ex cæcauit.

*Post creationem aliquid datum est stantibus per
quod conuerterentur, nec merito aliquo,
sed gratia cooperante.*

SI autem quæritur, utrum post creationem conuersis aliquid collarum sit per quod conuerterentur, id est, diligere Deum: dicimus, quia est eis collata gratia cooperans, sine qua non potest proficere rationalis creatura ad meritum uite. Ca-

DISTINCT. V.

129

dere enim potest per se: sed proficere non potest sine gratia adiuuante.

Qua gratia indigebat angelus, & qua non.

NON indigebat angelus gratia per quam iustificaretur, quia malus non erat: sed qua ad diligendum Deum perfectè & obediendum adiuuaretur. Operans quidem gratia dicitur, qua iustificatur impius, id est, de impio fit pius, de malo bonus. Cooperans uero gratia, qua iuuatur ad bene uolendum efficaciter, & Deum præ omnibus diligendum & operandum bonum, & ad perseverandum in bono & huiusmodi: de quibus postea plenius. Data est ergo angelis qui perstiterunt cooperans gratia, per quam conuersi sunt ut Deum perfectè diligerent. Conuersi ergo sunt à bono quod habebant non perditio ad maius bonum quod non habebant: & facta est ista conuersio per gratiam cooperantem libero arbitrio, quæ gratia aliis qui ceciderunt apposita non fuit.

An sit imputandum illis qui auersi sunt.

IDE OQUE à quibusdam dici solet non esse imputandum illis qui auersi sunt & non conuersi, quia sine gratia conuerti non poterant: sed illa non est eis data, nec culpa illorum fuit quod non est data quia in eis nulla culpa adhuc præcesserat. Ad quod dici potest, quoniam quibus apposita est ipsa gratia non fuit ex meritis eorum, alioqui iam non esset gratia, si ex merito, quod esset ante gratiam, daretur.

Qua culpa gratia non est data eis qui ceciderunt.

QUOD uero aliis non est data, culpa eorum fuit: quia cum stare possent, noluerunt quotisque gratia apponeretur: sicut alij perstiterunt, donec illis cadentibus per superbiam eis gratia apposita est. Apertè ergo cadentium culpa in hoc deprehendi potest: quia licet sine gratia nequirent proficere, quam nondum acceperant: per id tamen quod eis collarum erat, in creatione poterant non cadere, id est, stare: quia nihil erat, quod ad casum eos compelleret, sed sua spontanea uoluntate declinauerunt: quod si non fecissent, quod darum est aliis, utique daretur & istis.

*Quod angeli in ipsa confirmatione beati fuerunt: sed utrum
eam meruerint per gratiam tunc sibi datam ambi-
guum est, de hoc enim diuersi di-
uersa sentiunt.*

*Qua sit
gratia ope-
rans et qua
cooperans*

*Dist. 26.
& 29.*

ad Ro. 11. a

HIC quæri solet, vtrum in ipsa confirmatione beati fuerint, angeli: & an ipsam beatitudinem aliquo modo meruerint. Quod in ipsa confirmatione beati fuerint plures contentantur authoritates, & ideo pro constanti habendum est. Vtrum verò per gratiam tunc sibi datam ipsam beatitudinem meruerint, ambiguum est. Quibusdam enim placet quod eam meruerint per gratiam quam in confirmatione perceperunt, simulque in eis meritum & præmium fuisse dicunt: sed meritum præcessisse præmium tempore, sed causa. Aliis autem videtur quod beatitudinem quam receperunt in confirmatione per gratiam tunc appositam non meruerint, dicentes tunc non fuisse eis collatam gratiam ad merendum, sed ad beatè viuendum: nec tunc eis datum esse bonum quo mererentur, sed quo feliciter frueretur. Quod autem tunc in præmium acceperunt per obsequia nobis exhibita, ex Dei obedientia & reuerentia mereri dicunt: & ita præmium præcessit merita: & hoc mihi magis placere fateor.

QVOD DE MAIORIBVS ET MINORIBVS quidam ceciderunt: inter quos vnus fuit celsior, scilicet Lucifer.

Distinct. VI.

*De ruina
quæ conser-
uita est
malorum
gelorum
a-
uersione.
Iob. 40. r.
Eze. 28. c.
Moral. lib.
32. ca. 24.
Et 25.
Hom. 34.
Euan. su-
per 15. ca.
Luc.
Esai. 14. c.
Istid. de su-
mobono li.
1. cap. 12.*

Praterea sciri oportet quoniam sicut de maioribus & minoribus quidam perstiterunt: ita de vtroque gradu quidam corruerunt. Inter quos vnus fuit omnibus aliis cadentibus excellentior: nec inter stantes aliquis eo fuit dignior, sicut testimonii authoritatem monstratur. Ait enim Iob, Ipse principium viarum Dei, & in Ezechiele legitur, Tu signaculum similitudinis, plenus scientia & perfectione, decorus in delitiis Paradisi Dei fuisti. Quod Gregorius exponens ait, Quanto in eo subtilior est natura, eo plenius in illo imago Dei similis insinuat in impressa. Item in Ezechiele legitur, Omnis lapis pretiosus operimentum eius, id est, omnis angelus quasi operimentum eius erat: quia ut dicit Gregorius, In aliorum comparatione ceteris clarior fuit. Vnde vocatus est Lucifer, sicut testatur Esaias. Quomodo, inquit, ceci disti Lucifer, qui mane oriebaris, & c. qui non vnus ordo, sed vnus spiritus accipiendus est, qui teste Isidoro, postquam creatus est, eminentiam naturæ & profunditatem scientiæ

suæ

suæ perpendens, in suum creatorem superbuit, intantum, quod etiam Deo se æquare voluit: ut in Esa. dicitur, In cælum ascendam super altra cæli, & exaltabo solium meum, & ero similis altissimo. Similis quidem Deo esse voluit, non per imitationem, sed per æqualitatem potentiae.

*Vnde & quo deiectus fuerit merito
sue superbia.*

ET tantæ superbiae merito de cælo, id est, de empyreo, in quo cum aliis fuerat, deiectus est in istum caliginosum aërem cum omnibus suæ prauitatis consortibus. Nam ut Ioannes ait in Apocalypsi, Draco de cælo cadens secum traxit tertiam partem stellarum: quia Lucifer ille aliis maior non solus cecidit, sed cum eo alij multi, qui ei in malitia consenserunt, eosque cadentes huius caliginosi aëris habitaculum excepit. Et hoc ad nostram probationem factum est, ut sit nobis exercitationis causa. Vnde Apostolus: Colluctatio est nobis aduersus principes & potestates mundi huius, & aduersus rectores harum tenebrarum, contra spiritualia nequitiae in caelestibus: quia dæmones, qui sunt spirituales & nequam, in hoc turbulento aëre nobis propinquo, quod cælum appellatur, habitant. Vnde & diabolus princeps aëris dicitur.

*Quod non est concessum eis habitare in cælo
vel in terra.*

NON enim est eis concessum habitare in cælo, quia clarus locus est & amoenus: nec in terra nobiscum, ne homines nimis infestarent. Sed iuxta Apostoli Petri doctrinam in epistola canonica traditam, in aëre isto caliginoso, qui eis quasi carcer vsque ad tempus iudicii deputatus est: tunc autem detrudentur in baratrum inferni, secundum illud, Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius.

*Quod demones alij aliis præsumunt, & habent
etiam alias prælati-nes.*

ET sicut inter bonos angelos alij aliis præsumunt, ita & inter malos alij aliis prælati sunt, & alij aliis subiecti: quamdiu durat mundus, angeli angelis, dæmones dæmonibus, homines hominibus præsumunt. Sed in futuro omnis euacuabitur prælatio, ut docet Apostolus. Habent quoque secundum modum scientiæ maioris vel minoris, prælationes alias: maio-

*vbi etiam
præallogis-
ta verba
habentur.
Esa. 14. d.
2. Pet. 2. a.*

*Apo. 12.
a.*

Ephe. 6. b.

*Ioa. 14. d.
Alias
mundi.*

*Ephe. 2. a.
Aug. 11.
de Gene.
ad li. Cap.
26.*

*2. Pet. 2.
b. & Iud.
1. d.
Matthi.
25. d.*

1. Co. 15. d.

res vel minores. Quidam enim vni prouinciæ, alij vni homi-
Dan. 10. c. ni, aliqui etiam vni vitio præsumunt. Vnde dicitur spiritus su-
 perbiæ, spiritus luxuriæ, & huiusmodi: quia de illo vitio ma-
 ximè potest homines tentare, à quo dominatur. Inde etiam
Mat. 6. c. est, quod nomine dæmonis diuitiæ vocantur, scilicet Mam-
 mona. Est enim Mammon nomen dæmonis: quo nomine
 vocantur diuitiæ secundum Syriam linguam. Hoc autem
 non ideo est, quod diabolus in potestate habeat dare vel au-
 ferre diuitias cui velit; sed quia eis vitur ad hominum tenta-
 tionem & deceptionem.

*An omnes dæmones sint in hoc aëre caliginoso,
 an aliqui sint in inferno.*

SO LET autem quæri, vtrum omnes in isto aëre caligi-
 noso sint: an aliqui iam sint in inferno. Quod in inferno quo-
 tidie descendant aliqui dæmonum, verisimile est, qui animas
 illuc cruciandas deducunt; & quod illic aliqui semper sint;
 alternatis fortè vicibus, non procul est à vero, qui illic ani-
 mas detinent atque cruciant. Quod autem animæ malorum
 illuc descendant, atque illic puniantur, ex eo constat, quod
 Christus ad inferos descendit: vt iustos qui ibi tenebantur e-
 duceret. Si enim iusti illuc descendebant, multo magis iniu-
 sti: & sicut tradidit authoritas, cum iustos eduxit, iniquos ibi
Zacha. 9. reliquit. Momordit enim infernum, non absorbit.
Osee 13. d.

*Quidam putant Luciferum esse in inferno relegatum ex
 quo tentauit Christum & victus fuit: quem
 dicunt primum hominem tenta-
 se & vicisse.*

DE Lucifero autem quidam opinantur, quod ibi relega-
 tus sit, & ad nos tentandos nunc accessum non habeat: quia
 in Apocalypsi legitur, cum consummati fuerint mille anni,
Apo. 20. soluetur Satanas de carcere suo, & exiet, & seducet gentes;
c. quod erit nouissimo tempore Antichristi: quando erit tanta
Matth. tribulatio, vt etiam si fieri potest, moueantur electi. Quem
24. d. ibi relegatum dicunt ab eo tempore, quo tentauit Christum
 in deserto vel in passione, & victus fuit ab eo. Ipsum putant
 primum hominem tentasse & vicisse: & secundo Deum, sed
Mat. 4. d. ab eo victum esse, & ideo in inferno relegatum. Alij autem
 putant ex quo cecidit pro peccati sui magnitudine, illuc
 fuisse demersum.

*Quod Lucifer non habet potestatem quam habebit
 in tempore Antichristi.*

SE D siue in infernum demersus sit siue non credibile
 est: cum non habere potestatem accedendi ad nos, quam ha-
 bebuit in tempore antichristi: in quo fraudulenter ac violen-
 ter operabitur, & ideo fortè dicitur tunc solvendus, quia
 tunc dabitur ei potestas à Deo tentandi homines, quam mo-
 do non habet.

*Quod dæmones semel victi à Sancto non acce-
 dunt amplius ad alios.*

AL I I S quoque, qui à Sanctis iuste & pudicè vigen-
 tibus vincuntur, potestas alios tentandi videtur adimi. Vnde
 Origenes, Puto inquit, sanè quia Sancti repugnantes aduer-
 sus istos incentores, & vincentes minuant exercitum dæmo-
 num, & velut quàm plurimos eorum interminant: nec vltra
 fas sit illi spiritui, qui ab aliquo Sancto castè & pudicè vigen-
 do victus est, impugnare iterum alium hominem. Hoc au-
 tem putant quidam intelligendum tantum de illo vitio in
 quo superatus est: vt si de superbia aliquem virum Sanctum
 tentat, & vincitur, vltèrius non liceat in illum vel alium de
 superbia tentare.

QVOD BONI ANGELI A DEO

sunt confirmati per gratiam vt peccare non
 possint: & mali ita obdurati in ma-
 lo, vt bene viuere
 nequeant.

Distinct. VII.

SVPrà dictum est quod angeli qui persistenter, per gra-
 tiam confirmati sunt: & qui ceciderunt, à gratia Dei de-
 ferti sunt. Et boni quidem intantum confirmati sunt per gra-
 tiam, quod peccare nequeunt. Mali verò per malitiam adeo
 sunt obstinati quod bonam voluntatem habere, siue bene
 velle non valent, etsi bonum sit quod aliquando volunt. Vo-
 lunt enim aliquando aliquid fieri quod Deus vult fieri, &
 vtrique illud bonum est & iustum fieri: nec tamen bona vo-
 luntate illud volunt.

*Quod vtrique liberum arbitrium habent, nec tamen
 ad vtrumque selecti possunt.*

*Apo. 20.
 4.*

*Tom. 1. ho
 mil. 15. ad
 librum 10
 sue ca. 12.
 eiusdem.*

*Qualesq;
 eti sunt
 angeli cõ-
 firmatiõe
 & obsti-
 natione.
 Distin. 5.
 la*

SED cū nec boni peccare possint, nec mali bene velle, vel bene operari, videtur quōd iam non habeant liberum arbitrium: quia in vtranque partem flecti non possunt, cū liberum arbitrium ad vtranque se habeat. Vnde Hier. in Tractatu de prodigo filio dicit, Solus Deus est, in quem peccatum cadere non potest: cætera cū sint liberi arbitrij in vtranque partem flecti possunt. Hic videtur dicere quōd omnis creatura in libero arbitrio constituta flecti potest ad bonum & ad malum. Quod si est, ergo & boni angeli & mali ad vtranque flecti possunt: ergo & boni possunt fieri mali, & mali boni. Ad quod dicimus, Quia boni tanta gratia confirmati sunt vt nequeant fieri mali: & mali in malitia adeo obdurati sunt, vt non valeant fieri boni: & tamen vtrique habet liberum arbitrium: quia & boni non aliqua cogente necessitate, sed propria ac spontanea voluntate per gratiam quidem adiuti bonum eligunt, & malum respuunt: & mali similiter spontanea voluntate à gratia destituti, bonum vitant, & malum sequuntur: & mali habent liberum arbitrium sed depressum atque corruptum, quod surgere ad bonū non valet.

Quod boni post confirmationem liberum arbitrium habent quā antè.

BONI verò arbitrium habent multò liberius post confirmationem quā antè. Vt enim Augustinus tradidit in Ench. Non ideo carent libero arbitrio, quia malè velle non possunt: multò quippè liberius est arbitrium quod non potest seruire peccato: Neque culpanda est voluntas, aut voluntas non est, aut libera dicenda non est, quia beati esse sic volunt, vt esse miseri non solū nolint, sed nec prorsus velle possint. Non possunt itaque boni angeli velle malum, vel velle esse miseri: neque hoc habent ex natura, sed ex gratiæ beneficio. Ante gratiæ nanque confirmationem potuere peccare angeli: & quidam etiam peccauerunt, & dæmones facti sunt. Vnde Augustin. in libr. contra Maximinum, Creaturarum natura cælestium mori potuit, quia peccare potuit. Nam angeli peccauerunt, & dæmones facti sunt: quorum diabolus est princeps: & qui non peccauerunt, peccare potuerunt: & cuiusque creaturæ rationali præstatur vt peccare non possit, non est hoc naturæ propria, sed Dei gratiæ. Ideoque

Luc. 15. d
In tom. 3.
Ad Damascum
pā in fine
Tractat.
de Filio
Prodigo.

Cap. 105.

Li. 3. c. 13,
Tomo 6.
Iob 41. d

solus Deus est qui non gratia cuiusquam sed natura sua non potuit, nec potest, nec poterit peccare. Ecce hic insinuat quōd angeli ante confirmationem peccare potuerunt, sed post confirmationem non possunt. Quod potuerunt fuit eis ex libero arbitrio, quod est eis naturale: quod verò modo non possunt peccare, non est eis ex natura, id est, libero arbitrio, sed ex gratia, ex qua gratia etiam est vt ipsum liberum arbitrium, iam non possit peccato seruire.

Quod post confirmationem angeli non possint ex natura peccare sicut antè: non quod debilitatum sit eorum liberum arbitrium, sed confirmatum.

NON ergo post confirmationem angeli de natura sicut antè peccare potuerunt: non quod liberum arbitrium eorum debilitatum sit per gratiā: sed ita potius confirmatum, vt iam per illud non possit bonus angelus peccare: quod vtrique non est ex libero arbitrio, sed ex gratia Dei. Quod ergo Hier. ait, Cætera cū sint liberi arbitrij possunt flecti in vtranque partem, accipio oportet secundum statum in quo creata sunt. Talis enim & homo & angelus creatus est, qui ad vtranque flecti poterat: sed postea boni angeli ita per gratiam sunt confirmati, vt peccare non possint: & mali ita in vicio obdurati, vt bene viuere nequeant. Similiter etiam illud Isid. intelligendum est, Angeli mutabiles sunt natura, immutabiles sunt gratia: quia ex natura in primordio suæ conditionis mutari potuerunt ad bonum siue ad malum, sed post per gratiam ita bono addicti sunt, vt inde mutari nequeant. Ad hoc enim repugnat gratia non natura.

Quod angeli malè viuacem sensum non perdidērunt, & quibus modis sciant.

ET licet mali angeli ita per malitiam sint obdurati, viuacitamen sensu non sunt penitus priuati. Nā vt tradit Isidorus, triplici acumine sciētiae vigēt dæmones, scilicet subtilitate naturæ, e experientia tēporum, reuelatione supernorū spiritaliū. De hoc etiā Aug. ait, Spiritus mali quædam vera de tēporalibus rebus noscere permittitur, partim subtilitate sensus, partim experientia tēporum callidiores propter tam magnā lōgitudinem vitæ: partim sanctis angelis quod ipsi ab omnipotenti Deo discunt iussu eius sibi reuelantibus. Aliquando iidem nefandi

D
Quod boni angeli post confirmationem non possint peccare, est ex gratia non natura.
Aperit quo fides ista verba Hier. sint intelligenda. Libr. 1. de Summo Bono.
Cap. 12.
Libr. 1. de Summo Bono.
Cap. 12.
Lib. 2. super Gen. 6. 17. s. sine.

Spiritus & quæ facturi sunt velut diuinando prædicunt.

Quod magiæ artes virtute & scientia diaboli valent quæ virtus & scientia est ei data à Deo, vel ad fallendum malos, vel ad monendum, vel exercendum bonos.

QVORVM scientia atque virtute etiam magiæ artes exercentur: quibus tamen non tam scientia quam potestas à Deo data est, vel ad fallendum fallaces, vel ad monendum fideles, vel ad exercendam probandamque iustorum patientiam. Vnde Augustinus in libro tertio de Trinitate, Video, inquit, infirmæ cogitationi quid possit occurrere: cur scilicet ista miracula etiam magicis artibus fiant. Nam & Magi Pharaonis serpentes fecerunt, & alia. Sed illud est amplius admirandum quomodo Magorum potentia, quæ serpentes facere potuit, vbi ad muscas minutissimas, scilicet cinifes ventum est omnino defecit: qua tertia plaga Egyptus cædebarur. Ibi certè defecerunt Magi dicentes, Digitus Dei est hic. Vnde intelligi datur, nec ipsos quidem transgressores angelos, & æreas potestates in imam istam caliginem tanquam in sui generis carcerem ab illius sublimis æthereæ puritatis habitatione detruisus: per quos magiæ artes possunt quicquid possunt: non autem aliquid valere possunt, nisi data de super potestate. Datur autem vel ad fallendum fallaces, sicut in Aegyptios, & in ipsos etiam Magos data est, vt in eorum spirituum operatione viderentur admirandi, à quibus fiebant, à Dei veritate damnandi: vel ad monendum fideles, ne tale aliquid facere pro magno desiderent, propter quod etiam nobis in Scriptura sunt prodita: vel ad exercendam, probandam, manifestandamque iustorum patientiam.

Quod transgressoribus angelis non seruit ad naturam materia rerum visibilibus.

NEC putandum est istis transgressoribus angelis ad naturam seruire hæc visibilibus rerum materiam: sed Deo potius, à quo hæc potestas datur quantum in commutabiles iudicat.

Quod non sunt creatores, licet per eos Magi ranas & alia fecerint: sed solus Deus.

NEC sanè creatores illi mali angeli dicendi sunt, quia per illos Magi ranas & serpentes fecerunt: non enim ipsi eas creauerunt. Omnium quippè rerum, quæ corporaliter visibi-

Cap. 7.

Exo. 7. b.
& 8. c.

Ibidem.

Lib. eodè.

Cap. 8.

De semi-

litèrque nascuntur, occulta quædam semina in corporeis mundi huius elementis latent quæ Deus originaliter eis indidit. Ipse ergo creator est omnium rerum, qui creator est iustificabilem feminum: quia quæcunque nascendo ad oculos nostros exeunt, ex occultis seminibus accipiunt progrediendi primordia & incrementa debite magnitudinis, distinctiōnèsq; formarum ab originalibus (vita dicam) regulis sumunt.

Sicut parentes non dicuntur creatores filiorum, nec agricola frugum: ita nec boni angeli nec mali, etsi per eorum ministerium fiant creaturæ.

SICVT ergo nec parètes dicimus creatores hominum, nec agricolas creatores frugum, quanvis eorum extrinsecus adhibitis motibus ad ista creanda Dei virtus interius operetur: ita non solum malos, sed nec bonos angelos fas est putare creatores. Sed pro subtilitate sui sensus corporis semina istarum rerum nobis occultiora nouerunt, & ea per congruas temperationes elementorum latenter spargunt: atque ita & gignendarum rerum & accelerandorum incrementorum præbent occasiones. Sed nec boni hæc nisi quantum Deus iubet, nec mali hæc iniuste faciunt, nisi quantum iuste ipse permittit. Nam iniqui malitia voluntatem suam habent iniustam: potestatem autem non nisi iuste accipiunt siue ad suam poenam, siue ad aliorum: vel poenam malorum vel laudem bonorum.

Sicut iustificationem mentis, ita creationem rerum solus Deus operatur: licet creaturæ extrinsecus seruiat.

SICVT ergo mentem nostram iustificando formare non potest nisi Deus, prædicare autem extrinsecus Euangelium etiam homines possunt, non solum boni per veritatem, sed etiam mali per occasionem: ita creationem rerum visibilibus Deus interius operatur. Exteriores autem operationes atque contemperationes siue occasiones ab angelis tam bonis quam malis, vel etiam ab hominibus exhibetur. Sed hæc ab hominibus tantò difficilius adhibentur, quantum eis desunt sensuum subtilitates, & corporum mobilitates in membris terrenis & pigris. Vnde qualibuscunque angelis vicinas causas ab elementis contrahere quæto facilius est, tæto mira-

inibus omnium corporum quorum creator ipse solus creatores est

Li. 3. ca. 3

Iniquus habet à se voluntatem malam: à Deo vero potestatem iuste accipit.

Li. 3. ca. 3

Cap. 9. eiusdem.

biliores in huiusmodi eorum existunt celeritates: sed non est creator nisi qui principaliter ista format: nec quisquam hoc potest, nisi vnus creator Deus. Aliud est enim ex intimo ac summo causarum cardine condere ac ministrare creaturâ, quod facit solus creator Deus: aliud autem pro distributis ab illo viribus ac facultatibus aliquam operationem forinsecus ad mouere: vt tunc vel tunc, sic vel sic, exeat quod creatur. Ista quippè originaliter & primordialiter in quadam textura elementorum cuncta iam creata sunt: sed acceptis opportunitatibus postea prodeunt.

Quod angelis mali multa possunt per naturæ vigorem quæ non possunt propter Dei vel bonorum angelorum prohibitionem, id est, quia non permittuntur.

ILLVD quoque sciendum est, quod angeli mali quædam possunt per naturæ subtilitatem, quæ tamen non possunt propter Dei vel bonorum angelorum prohibitionem, id est, quia non permittuntur illa facere à Deo vel ab angelis bonis: possent vtique fecisse cinifes, qui ranas serpentesque fecerunt. Quædam verò non possunt facere, etiam si permittantur ab angelis superioribus: quia non permittit Deus. Vnde Augustinus in libro tertio de Trinitate. Ex ineffabili potentatu Dei fit, vt quod possent mali angeli si permitterentur, ideo non possunt, quia non permittuntur. Neque enim occurrit alia ratio, cur non poterant facere cinifes, qui ranas serpentesque fecerunt, nisi quia maior aderat dominatio prohibentis Dei per spiritum sanctum: quod etiam Magi confessi sunt, dicentes: Digitus Dei est hic. Quid autem per naturam possint, nec tamen possint propter prohibitionem: & quid per ipsius naturæ suæ conditionem facere non sinantur, homini explorare difficile est, imò impossibile. Nouimus hominem posse ambulare, & neque hoc posse si non permittatur: volare autem non posse, etiam si permittatur. Sic & illi angeli quædam possunt facere, si permittantur ab angelis potentioribus ex imperio Dei: quædam verò non possunt, etiam si ab eis permittantur: quia ille non permittit à quo est illis talis naturæ modus, qui etiam per angelos suos illa plerumque non permittit, quæ concessit vt possint.

In principio eiusdem

Cap. 9. in medio.

Quare non potuerunt producere cinifes, & ranas & serpentes fecerunt. Exod. 8. c

VTRVM ANGELI OMNES CORPORIS sint, quod quibusdam visum est, quibus Augustinus consentire videtur, dicens angelos omnes ante casum habuisse corpora tenuia & spiritualia, sed in lapsu mutata in deterius malorum corpora, vt in eis possent pati.

Distinct. VIII.

SOLET etiam in quaestione versari apud doctos, vtrum angeli omnes boni scilicet ac mali corporei sint, id est, corpora habeant sibi vnita. Quod aliqui putant, innitentes verbis Augustini qui dicere videtur, quod angeli omnes ante confirmationem vel lapsum corpora aëtea habuerint de puriori ac superiore aëris parte formata, ad faciendum habilia, non ad patiendum: & angelis bonis qui perstiterunt, habilia sunt obseruata corpora, vt in eis possint facere, & pati: quæ tantæ sunt tenuitatis, vt à mortalibus videri non valeat nisi superuectita aliqua grossiori forma: qua assumpta videntur, depositaque videri desinunt. Angelis verò malis mutata sunt in casu corpora in deteriore qualitate spissioris aëris. Sicut enim à loco digniori in inferiorem locum, id est, caliginosum aërem deieci sunt: ita illa corpora tenuia mutata sunt & transformata in deteriora corpora & spissiora, in quibus pati possent à superiori elemento, id est, ab igne. Et hoc Augustinus sensisse videtur super Genesim ita dicens, Dæmones dicuntur aëtea animalia, qui corporum aëteorum natura vigent: nec per mortem dissoluuntur, quia præualeat in eis elementum aptius ad faciendum, quam ad patiendum. Ad patiendum enim humor & humus: ad faciendum aër & ignis aptitudinem præbent. Transgressores verò angeli cum principe suo nunc diabolo tunc archangelo, non mirum si post peccatum in hanc caliginem detrusi sunt. Neque etiam hoc mirum est si conuersi sunt ex pœna in aëteam qualitatem, qua possunt ab igne pati. Caliginosa tamen aëris tenere tantum permitti sunt, qui eis quasi carcer sit vsque ad tempus iudicij. Ecce his verbis videtur Augustinus ita tradere quod quidam opinantur de corporibus angelorum. Hoc autem eum alij dixisse astruunt non ita sentiendo, sed opinio-

De potestate demonum quæ habent super corpora similia humanis

Aug. in 2. lib. Retrac. dixit dæmones aliquando hominum dissipatio-nes non solum voce prolatas, verum etiam cogitatione conceptas, cum signa quædam ex animo exprimitur in corpore tota facilitate perdiscere. Tunc rem dixi occultissimam audaciori assertione quam debui. Nam peruenire ista ad no

titiam de
monū per
nonnulla
experimē-
ta comper-
tum est,
&c. quae
sequuntur
illic.

Lib. 3. c. 10.

Verū lib.

8. de Ciui.

Dei. c. 16.

suā de hac

re aperit

sententiā.

Cap. 5. 6.

& 7. &

pluribus

quōlibet.

nem aliorum referendo, quod ex ipsius verbis diiudicare vo-
lunt: quibus ait, Dæmones dicuntur aërea animalia: non ait,
Sunt: ita enim quidam dicebant. De habitatione verò caligi-
nosa aëris in quem detrusi sunt non opinando, sed rei verita-
tem asserendo eum tradidisse dicunt, quod ipsius locutionis
distinctio ostendit. Dicunt quoque plurimos catholicos Tra-
ctatores in hoc conuenisse, atque id concorditer docuisse,
quod angeli corporei sint, nec corpora habeant sibi vnita, as-
sumant autem aliquando corpora Deo præparante, ad imple-
tionem ministerij sui sibi à Deo iniuncti, eademque post ex-
pletionem deponunt: in quibus corporibus hominibus appa-
ruerunt atque locuti sunt. Et aliquando quidem locuti sunt
ex persona Dei sine distinctioe alicuius personæ: aliquando
ex persona patris vel filij siue spiritus sancti.

*Quod Deus in corporalibus illis in antiquis
formis apparuit.*

NEC dubitandum est Deum in corporalibus formis appa-
ruisse hominibus: sicut August. in 2. libro de Trin. ostendit
conferens diuersa Scripturæ testimonia, ex quibus Deum in
corporeis figuris hominibus apparuisse probat: & aliquando
ex persona Dei sine distinctioe, ne, aliquando sub distinctioe
personarum sermonem eis factum esse.

*De perplexa quæstione, quam ponit Augustinus querens, an ad
exhibendam has corporales apparitiones creatura noua sit for-
mata, an angeli qui antè erant missi, & si ipsi missi sunt,
vtrum seruata sui spiritalis corporis qualitate ali-
quam speciem corporalem de corpulentiori ma-
teria assumpserint, an proprium corpus
suum mutauerint in speciem a-
ctioni suæ aptam.*

Lib. 3. de

Tri. cap. 1.

& lib. 2.

cap. 7.

SED vbi Deum hominibus in corporalibus imagini-
bus apparuisse asserit, perplexam quæstionem proponit,
quam nec absoluit, querens, vtrum in illis corporalibus appa-
ritionibus creatura aliqua crearetur ad illud opus tan-
tùm in qua Deus hominibus appareret: an angeli qui antè e-
rant ita mitterentur; vt manentes in suis spiritalibus corpo-
ribus assumeret ex corpulenta inferiorum elementorum ma-

teria aliquam speciem corporalem: quam coaptatam quasi
aliquam vestem mutarent in quaslibet species corporales ve-
ras quidem: aut corpus suum proprium verterent in species
aptas actionibus suis per virtutem sibi à deo datam. Ait enim
ita Augustin. in 3. libr. de Trinit. Quærendum est in illis anti-
quis corporalibus formis & visis vtrum ad hoc opus tantùm
creatura formata sit, in qua Deus, sicut tūc oportuisse iudica-
uit, humanis ostenderetur aspectibus: an angeli qui iam erant
ita mittebantur, vt ex persona Dei loquerentur: assumentes
corporalem speciem de creatura corporea in vsum ministe-
rij sui: an ipsum corpus suum cui non subduntur, sed subdi-
tum regunt mutantes atque verentes in species quas vellent
accommodatas atque aptas actionibus suis secundum attri-
butam à creatore sibi potentiam. Sed fateor excedere vires
intentionis meæ vtrum angeli manente spiritali sui corpo-
ris qualitate, per hanc occultius operantes assumunt ex in-
ferioribus elementis corpulentioribus corpus, quod sibi coap-
tatum quasi aliquam vestem mutant & vertant in quaslibet
species corporales & ipsas veras: sicut aqua vera in vinum ve-
rum conuersa est à Domino. An ipsa propria corpora & sua
transforment in id quod volunt accommodatum ad id quod
agunt. Sed quod horum sit (quoniam homo sum) nullo ex-
perimento comprehendere valeo: sicut angeli qui hoc agunt.
Attende Lector quia quæstionem propositam non soluit, sed
indiscussam reliquit, vtrum angeli qui mittebantur seruatis
suis propriis spiritalibus corporibus superuestirentur aliqua
corpulentiori specie, in qua possent videri: an ipsum corpus
mutarent & transformarent in quancunque vellent speciem
in qua possent cerni. in quibus verbis videtur Augustin. at-
testari angelos esse corporeos ac propria & spiritalia habere
corpora.

*Quod Deus in specie qua est Deus nunquam
mortalibus apparuit.*

CAETERVM hæc velut nimis profunda atque obscu-
ra relinquentes, illud indubitanter teneamus, quod Deus in
specie essentia suæ nunquam mortalibus apparuit, sicut sa-
mulo suo Moyfi dicit: Non videbit me homo, & viuet. Et in
Euangelio Ioan. legitur, Deum nemo vidit vnquam. Visibile

Cap. 1.

Ibidem

Ioan. 2. 8.

D

Exo. 33. d.
Ioan. ibi.

*Anli. 3.
detri. 10
& ii.*

enim quicquam non est quod non sit mutabile. Ideo substantia siue essentia Dei, quoniam nullo modo mutabilis est, nullo modo per seipsam visibilis est. Proinde illa omnia quæ patribus visa sunt cum Deus illis præsentaretur, per creaturam facta esse manifestum est. Et si nos later quomodo ea ministris angelis fecerit Deus per angelos, tamen facta esse dicimus. Audeo ergo fiducialiter dicere, nec Deum patrem, nec verbum eius, nec spiritum eius, qui est vnus Deus per id quod est atque id ipsum est, vilo modo esse mutabilem: ac per hoc multo minus esse visibilem.

Vtrum demones intrent in corpora hominum substantialiter, an illabantur mentibus hominum.

*Mat. 8. d
Marc. 1. c*

*Cap. 83. in
Tomo 3.*

*Act. 5. a
impleuit

I L L V D etiam consideratione dignissimum videtur, vtrum dæmones, siue corporei siue incorporei sint, hominum substantialiter intrent corpora, eorumque animabus illabatur: an ideo intrare dicantur, quia malitiæ suæ ibi effectum exercent Dei permissione, opprimendo atque vexado eas, vel in peccatum pro voluntate sua trahendo. Quod in homines introeant atque ab eis expulsi exeant Euangelium aperte declarat, commemorans dæmonia in quosdam ingressa, & per Christum eiecta: sed vtrum secundum substantiam fuerint ingressa, an propter mali effectum dicantur ingressa, non adeo perspicuum est. De hoc autem Aug. in lib. de Ecclesiasticis Dogmatibus ait, Dæmones per energiam non operationem credimus substantialiter illabi animæ: sed applicatione & oppressione vniri. Illabi autē menti illi soli possibile est qui creauit: qui natura subsistens incorporeus capabilis est suæ facturæ. Ecce hinc videtur insinuari quod substantialiter non illabantur dæmones vel introeant corda hominum. Beda quoque super illum locum Act. Apostolorum, vbi Petrus ait Ananiæ, Cur * tentauit Satanas cor tuum? dicit, Notandum quod mentem hominis iuxta substantiam nihil implere possit, nisi creatrix trinitas: quia tantummodo secundum operationem & voluntatis instinctum anima de his quæ sunt creata impletur. Implet verò Satanas cor alicius, non quidem ingrediens in eum & in sensum eius, neque introiens aditum cordis (siquidem potestas hæc solius Dei est; sed callida & fraudulenta receptione animam in effectum malitiæ trahens per cogita-

tiones & incentiua vitiorum quibus plenus est. Impleuit ergo Satanas cor Ananiæ non intrando, sed malitiæ suæ virus inferendo. Idem, spiritus immundus flamma virtutum de cordibus fidelium expulsus, Doctoribus veritatis luctantibus venenū persecutionis infundit. His autoritatibus ostenditur quod demones non substantialiter intrant corda hominum, sed propter malitiæ effectum, de quibus pelli dicuntur, cum nocere non sinuntur.

DE ORDINVM DISTINCTIO-

ne qui, & quot sint.

Distinct. IX.

Post prædicta superest cognoscere de ordinibus angelorum quid Scriptura tradat. Quæ in pluribus locis nouem esse ordines angelorum promulgat, s. angelos, archangelos, principatus, potestates, virtutes, dominationes, thronos, cherubim, & seraphim. Et inueniuntur in istis ordinibus tria ternana esse; & in singulis tres ordines, vt trinitatis similitudo in eis insinuetur impressa. Vnde Dionysius tres ordines angelorum esse tradit, ternos in singulis ponens. Sunt enim tres superiores, tres inferiores, tres medij, Superiores, seraphim, cherubin: throni: Medij, dominationes, principatus, & potestates: Inferiores, virtutes archangeli, angeli.

Quid appelleretur ordo, & quæ sit ratio nominis cuiusque.

HIC considerandum est, quid appelleretur ordo: deinde, vtrum ab ipsa creatione fuerit distinctio illorum ordinum. Ordo autem dicitur multitudo cælestium spirituum, qui inter se in aliquo munere gratiæ simulantur, sicut & in naturalium datorum munere conueniunt. Vt verbi gratia, Seraphim: (vt beatus Gregorius ait) dicuntur qui præ aliis ardent charitate. Seraphim enim interpretatur ardens vel succendens. Cherubin, qui præ aliis in scientia eminent. Cherubin enim interpretatur plenitudo sciētiae. Thronus dicitur sedes. Throni autem vocantur qui tanta diuinitatis gratia replentur, vt in eis sedeat Deus, & per eos iudicio decernat atque informet. Dominationes verò vocantur, qui principatus & potestates transcendunt. Principatus dicuntur, qui sibi subiectis quæ sunt agenda disponunt, esseque ad explenda diuina mysteria impantur. Potestates nominantur hi, qui hoc cæteris potentius

*Super. ca.
28. act. cir
caillud, vbi
pera cum
processisset
à calore.*

*De consuetudinibus
confirmatione ange-*

*lorum bonorum
quæ ad ordinem
distinctionem lib.*

1. de Celest. Hierar.

Cap. 6.

Nō à Dionysio, sed à Greg. po-

stus ordo in hac e-

numeratione ser-

uatur. Super caput

Luc. 15.

Homi. 34.

eundem seruat ordi-

ne diuina Ber. lib. 5.

*de Cōsi. ad Eugen. simile ponit
explicationem.*

in suo ordine acceperunt, ut virtutes aduersæ eis subiectæ eorum refrænerentur potestate: nec homines tantum tentare valeant, quantum desiderant. Virtutes vocantur illi, per quos signa & miracula frequenter fiunt, Archangeli, qui maiora nunciant, Angeli qui minora.

Quod hæc nomina non propter se, sed propter nos eis data sunt, quæ sumpta sunt à donis gratiæ, quæ non habent singulariter, sed excellenter, & à præcipuis nominantur.

HAEC nomina illis non propter se, sed propter nos eis data sunt. Qui enim sibi noti sunt contemplatione nobis innotescunt cognominatione. Et nominantur singuli ordines à donis gratiarum, quæ non singulariter, sed excellenter data sunt in participatione. In illa enim caelesti curia, ubi plenitudo boni est, licet quædam data sint excellenter, nihil tamen possideretur singulariter. Omnia enim in omnibus sunt, non quidem æqualiter quia alij aliis sublimius possident, quæ tamen omnes habent. Cumque omnia dona gratiarum superiores ordines sublimius & perfectius perceperint, tamen ex præcipuis sortiti sunt vocabula, inferioribus cætera relinquentes ordinibus ad cognominationem: ut Seraphin, qui ordo excellentissimus æstimatur, tam dilectionem quam cognitionem diuinitatis, & cætera virtutum dona cæteris omnibus sublimius & perfectius percepit: & tamen ab excellentiori dono, id est, à charitate nomen accepit ille superior ordo, Maius enim donum est ipsa charitas, quam scientia. Item, Maius est scire, quam iudicare: scientia nanque informat iudicium. Ideoque secundus ordo à secundo dono, id est, cognitione veritatis appellatus est, scilicet Cherubin: ita & de aliis intelligendum est. Assignatur ergo excellentia ordinum secundum excellentiam donorum: & tamen sicut Gregorius ait, illa dona omnibus sunt communia. Omnes enim ardent charitate, & scientia pleni sunt: & sic de aliis. Sed superiores aliis excellentius, ut iam dictum est, ipsa acceperunt: à quibus & nominantur. Vnde Gregorius, In illa summa ciuitate quisque ordo eius rei cæsetur nomine, quam plenius accepit in munere.

Questio ex verbis Gregorij orta.

SED oritur hæc questio talis, Si quisque ordo ab illo dono

nominatur quòd plenius possidet, tunc cherubin in scientia præminet omnibus, quia à scientia nominatur. Sed qui magis diligit, plus cognoscit. Tantum enim (ut tradit auctoritas) cognoscit ibi quisque quantum diligit. Itaque seraphin non solum in charitate, sed etiam in scientia præminet. Ideoque auctoritas illa sic videtur intelligenda, ut comparatio non referatur ad omnes ordines, sed ad quosdam, scilicet inferiores. Ille enim ordo non plenius seraphin accepit scientiam in munere, sed plenius aliis ordinibus qui sunt inferiores. Nec nominatur quisque ordo ab omni re quam plenius aliis accepit, sed ab aliqua rerum quas accepit. Vel potest comparatio referri non ad ipsos ordines, sed ad alia dona, nec ad omnia alia dona, sed ad quædam. Sicut enim homines eum plura habeant dona, quædam aliis excellentius possident: ita forte & angeli quibusdam muneribus magis pollent, & aliis quibusdam minus.

Utrum ordines ab initio creationis ita distincti fuerint.

IAM nunc inquirere restat, Utrum & isti ordines à creationis initio ita fuerint distincti. Quod ita fuerint distincta primordio suæ conditionis, videtur testimonio auctoritatis insinuari: quæ tradit de singulis ordinibus aliquos cecidisse. De ordine nanque superiori Lucifer ille fuit, quo nullus dignior conditus fuit. Apostolus etiam principatus & potestates tenebrarum nominat, ostendens de ordinibus illis cecidisse: qui cum in malis ministerium exerceant, non tamen penitus nominibus ordinum suorum priuati sunt. Sed non videtur illud posse stare. Non enim tunc charitate ardebant, nec sapientia pollebant, neque in eis Deus sedebat, si enim hoc habuissent, non cecidissent. Non ergo tunc erant cherubin, vel seraphin, vel throni. Ad quod dicimus, quia ante casum quorundam non erant isti ordines: quia nondum habebant dona, in quorum participationibus conueniunt. Sed quibusdam cadentibus, aliis apposita sunt: etique qui ceciderunt collata fuissent eadem dona, si perstitissent. Ideoque Scriptura dicit de singulis ordinibus aliquos cecidisse: non quod fuerint in ordinibus & postea corruerint, sed quia si perstitissent; eorum aliqui in singulis fuissent ordinibus, qui & in naturæ tenuitate, & in

*Explana-
tio illis au-
thoritatis*

*Alia de
termina-
tio eiusde*

*Exc. 28. c
Eph. 6. b*

1. Co. 13. a

*Hom. 34.
Eph. 6. b
1. Co. 13. a*

Dist. 3. li. Sapi. 1. d. An. li. 4. de Ge. ad lita. ca. 3.

formæ perspicacitate differentes gradus habebant, sicut illi qui perstiterunt. Alij enim, vt prædiximus, superiores, alij inferiores conditi sunt. Superiores, qui natura magis subtiles, & sapiëntia magis perspicaces: inferiores, qui natura minùs subtiles, & intelligentia minùs perspicaces facti sunt. Has autem inuisibiles differentias inuisibilium solus ille ponderare potuit, qui omnia in numero & mensura & pondere disposuit, id est, in seipso qui est mensura omni rei modum præfigens: & numerus omni rei speciem præbens, & pondus omnem rem ad stabilitatem trahens, id est terminans & formans & ordinans omnia.

Vtrum omnes angeli eiusdem ordinis sint æquales.

Per simile ostēdit nō oēs eiusdē ordinis pares esse.

PRÆTEREA considerari oportet, vtrum omnes angeli eiusdem ordinis æquales sint. Ita esse quibusdam placuit, sed non est hoc probabile, nec assertione dignum: quia Lucifer, qui fuit de collegio superiorum, ipsis etiam dignior extitit qui alijs excellentiores creati fuerant. Ex quo percipitur, quod si perstitisset, in ordine superiori fuisset, & alijs eiusdem ordinis dignior extitisset. Sicut enim vnus est ordo Apostolorum & alter martyrum, & tamen in Apostolis alij alijs sunt digniores similiter & in martyribus alij alijs sunt superiores: ita & in ordinibus angelorum rectè creditur esse.

Quomodo dicat Scriptura decimum ordinem ex hominibus compleri, cum non sint nisi nouem ordines.

NO T A N D V M etiam quod decimus ordo legitur de hominibus restaurandus. Sed cum non sint nisi nouem ordines, nec plures fuissent, etiam si illi qui ceciderunt perstitissent, mouentur Lectores quomodo Scriptura dicat decimum ordinem compleri ex hominibus. Gregorius nanque ait homines assumendos in ordine angelorum, quorum alij assumuntur in ordine superiorum, qui scilicet magis ardent charitate: alij in ordine inferiorum, qui scilicet minùs perfecti sunt. Ex quo apparet non esse de hominibus formandum decimum ordinem, tanquam nouem sint angelorum, & decimus hominum: sed homines pro qualitate meritorum statuendos in ordinibus angelorum. **Q**uod ergo legitur decimus ordo complendus de hominibus, ex tali sensu dictum fore

Hom. 34. super 1. c. Luca.

fore accipi potest, quia de hominibus restaurabitur quod in angelis lapsum est de quibus tot corruerunt, vt possit fieri decimus ordo. Propter quod Apostolus dicit restaurari omnia in Christo quæ in cælis, & quæ etiam in terris sunt, quia per Christum redemptum est genus humanum, de quo fit reparatio ruinæ angelicæ: tamen non minùs saluaretur homo, si angelus non cecidisset.

Quod homines assumantur iuxta numerum stantium, non lapsorum.

NO N enim iuxta numerum eorum qui ceciderunt, sed eorum qui permanserunt homines ad beatitudinem admittuntur. Vnde Grego. Superna illa ciuitas ex angelis & hominibus constat: ad quam credimus tantos humani generis ascendere, quantos illic contigit angelos remansisse: sicut scriptum est in cantico Deuteronomij, Statuit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei.

Quidam dicunt secundum numerum lapsorum angelorum homines reparandos.

A quibusdam tamen putatur, quod homines reparentur iuxta numerum angelorum qui ceciderunt: vt illa caelestis ciuitas nec suorum ciuium numero prouetur, nec maiori copia regnet. **Q**uod Aug. in Ench. sentire videtur, hoc asserens de hominibus plus saluari quam corruit de angelis, sed non minùs ita dicens, Superna Hierusalem, mater nostra, ciuitas Dei, nulla ciuium suorum numerositate fraudabitur, aut vberiore etiam copia fortasse regnabit. Neque etiam numerum aut sanctorum hominum, aut immundorum dæmonum nouimus: in quorū locū succedētes filij catholice matris, quæ sterilis apparebat in terris, in ea pace de qua illi ceciderunt, sine vilo temporis termino permanebunt. Sed illorū ciuium numerus siue qui est, siue qui fuit, siue qui futurus est, in contemplatione eius artificis est, qui vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt. Ecce aperte dicit non minus de hominibus saluari, quam corruit de angelis: sed plus non asserit.

AN O M N E S S P I R I T V S C A E L E S T E S mittantur: & ponit duas opiniones, & auctoritates quibus innituntur.

Ephe. 1. b. 1. Cor. 6. d. & 1. Pet. 1. Cap.

Loco præ allegato. Deutero. 32. a. Sic legitur secundum 70.

I. Interpretes, nō secundum vulgarem editionem.

Cap. 29. & li. 23. de Ciuit. Dei ca. 1. Gal. 4. & Esa. 54. Rom. 4. c.

De ministerio & missione angelorum quantum ad angelos ministrantes. Dan. 7. c. Cap. 7.

HOC etiam inuestigandum est, vtrum omnes illi celestes spiritus ad exteriora nuncianda mittantur. Quidam putant aliquos in illa multitudine esse qui foras pro officio exeunt, alios qui intus semper assistunt: sicut scriptum est in Dau. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. Item Dion. in Hierarchia quæ sacer principatus dicitur, de prælatione spirituum ait, Superiora illa agmina ab intimis nunquam recedunt: quoniam ea quæ præminent, vsum exterioris officij nunquam habent. His autoritatibus innuntur, qui angelos mitti nisi inferiores, inficiantur.

Obiectio contra illos.

Esa. 6. c.

Heb. 1. d.

102. 16. f. Exiui a patre.

QUIBVS obicitur quod Esaias ait, Volauit ad me vnus de seraphim: qui ordo superior est & excellentior: ideoque si de illo ordine mittuntur, non est ambigendum quin etiam & de aliis mittantur. Apostolus quoque ait, Omnes sunt administratores spiritus in ministerium missi. His testimoniis asserunt quidam omnes angelos mitti. Nec debet indignum videri si etiam superiores mittantur, cum & ille qui creator est omnium, ad hæc inferiora descenderit.

Quæstio, si omnes mittuntur, cur vnus tantum ordo nomine angelorum censetur?

Responsio quorundam.

Psal. 10. 3.

HIC oritur quæstio, Si omnes mittuntur & nuncij Dei existunt, quare vnus tantum inter nouem ordines angelorum nomine censetur? Ad quod quidam dicunt, omnes quidem mitti, sed alios sapiens & quasi ex officio iniuncto, qui proprie angeli vel archangeli nominantur: alios verò rarius mitti, scilicet maiores, causa extra communem dispensationem oborta: qui cum angelorum ministerium suscipiunt, etiam nomen assumunt. Vnde in Psal. Qui facit angelos suos spiritus & ministros: quia illi qui natura spiritus sunt, aliquando angeli, id est, nuncij fiunt.

Putant quidam Michaël, Gabriël, Raphaël de superiori ordine fuisse: sunt autem nomina spirituum & non ordinum.

Gre. bon. 34. euāg.

ET putant illi, Michaël, Gabriël, Raphaël de superiori ordine fuisse. Michaël interpretatur, quis vt Deus? Gabriël

fortitudo Dei: Raphael, medicina Dei: nec sunt ista nomina ordinum, sed spirituum. Et dicunt quidam singulum horum vnus proprie ac singulariter spiritus esse nomen. Alij verò non vnus singulariter, & determinatè, sed nunc huius nunc illius esse nomen, secundum qualitatem eorum ad quæ nuncianda vel gerenda mittuntur: sicut & dæmonum quædam nomina sunt quæ quidam putant esse vnus propria, alij verò pluribus communia. Diabolus quippe, qui Græcè ita vocatur & criminator interpretatur vel deorsum fluens, Hebraicè dicitur Satan, id est, aduersarius. Dicitur & Belial, id est, apostata & absque iugo, dicitur etiam Leuiathan, id est, additamentum eorum: & alia plura reperies nomina quæ vel vnus spiritus sunt propria, vel pluribus communia.

Quomodo determinent prædictas autoritates quæ videntur aduersari, qui dicunt omnes angelos mitti.

QUI autem omnes angelos mitti asserunt, prædictas autoritates, Danielis scilicet & Dionysij, ita determinant: Dicuntur superiora agmina Deo assistere, & ab intimis nunquam recedere: non quin aliquando mittantur, sed quia rarissime ad exteriora prodeunt, neque tunc ab intimis recedunt, sed Dei præsentia & contemplationi semper assistunt: quod etiam faciunt qui frequenter mittuntur.

Quos alij dicant mitti, & quos dicant non mitti, cum determinatione autoritatum quæ videntur sibi aduersari.

ALII verò dicunt tres ordines supremos, scilicet cherubin, seraphim & thronos, ita creatori assistere, quòd ad exteriora non exeunt: inferiores autem tres ad exteriora mitti: tres verò medios inter vtrosque consistere, non modò dignitate vel loco, sed etiam officio, quia præceptum diuinum à superioribus accipiunt, & deferunt ad inferiores. Ideoque cum supremi mediis, & mediis imis, atque hi hominibus præceptum Dei nunciant, merito omnes angeli nominari debent. Et ob id forte Apostolus ait, Omnes spiritus administratores esse filij, & mitti in ministerium: & per omnes non singulos ordines, sed de inferioribus ordinibus singulos angelos complexus est. Illud verò quod Esaias ait, per verba Dionysij determinant dicentes, Hi spiritus qui mittuntur, percipiunt

Apo. 12. Eccl. 11. Esa. 14. Luc. 10. c. 2. Cor. 6. c. Iob 40. c.

Heb. 1. d. Cap. 13. Celestis Hierar. semetia-liter. sed informa apud Gre. loco citato. Esa. 6. c.

horum vocabulum, quorum gerunt officium. Vnde dicitur illum angelum qui missus est ad Esaïam, vt mundaret & incenderet labia Prophetæ, fuisse de ordine inferiorum. Sed ideo dicitur esse fortè de seraphin, quia veniebat incendere & consumere delicta Esaïæ.

QVOD QVAEQVE ANIMA HA-

bet angelum bonum ad sui custodiam
delegatum, & malum ad
exercitium.

Distinct. XI.

De angelorum ministerio & missione per comparationem ad homines cui ministrant. Matt. 18. b.

Tomo 9. Comentariorum li. 3. ad 1. B. caput. Math. Nō reperitur Gre. sed Hug. de S. Victoris l. 3. Sē. Tob. 5. d. 6. & 8. a.

Act. 12. b. Arguit quod nō.

Illud quoque sciendum est, quod angeli boni deputati sunt ad custodiam hominum, ita vt quisque electorum habeat angelum ad sui profectum atque custodiam specialiter delegatum. Vnde in Euangelio Veritas à puifillorum scandalo prohibens ait, Angeli eorum semper vident faciem patris. Angelos dicit eorum esse, quibus ad custodiā deputati sunt. Super quem locum Hieron. tradit, vnamquamque animam ab exordio natiuitatis habere angelum ad sui custodiam deputatum, inquitens ita; Magna dignitas animarum est, vt vnacumque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum. Gregorius quoque dicit, Quod quisque bonum angelum sibi ad custodiam deputatum, & vnum malum ad exercitium habet. Cū enim omnes angeli boni nostrum bonum velint, communitèrque saluti omnium studeant; ille tamen, qui deputatus est alicui ad custodiam, eum specialiter hortatur ad bonum: sicut legitur de angelo Tobia, & de angelo Petri in Actibus Apostolorum. Similiter & mali angeli cū desiderent malum hominum; magis tamen hominem ad malum incitat, & ad nocendum fortius instat ille qui ad exercitium eius deputatus est.

Vtrum singulis hominibus singuli angeli, an pluribus deputatus sit vnus.

SO LET autem queri, vtrum singuli angeli singulis hominibus, an vnus pluribus ad custodiam vel exercitium deputatus sit. Sed cū electi tot sint quot & boni angeli sunt, plures constat esse omnes simul bonos & malos homines quàm boni angeli sint. Et cū tot sint electi quot angeli

boni, & angeli boni plures sunt quàm mali, pluresque sunt homines mali quàm boni non est ambigendum plures esse bonos homines quàm sint mali angeli, & plures esse malos homines quàm sint mali angeli vel boni angeli.

Confirmat vnum angelum pluribus hominibus deputari, siue simul, siue temporibus diuersis.

IDEO QVE dici oportet vnum eundemque angelum, bonum vel malum, pluribus hominibus deputari ad custodiam vel exercitiū, siue eodem tempore siue diuersis temporibus. Ideo autem dicimus eodem tempore vel diuersis temporibus, quia videtur quibusdam quod omnes homines qui sunt simul in aliquo tempore, singuli singulos angelos habere possint, bonos vel malos; quia licet maior sit numerus hominum, computatis in vnum omnibus qui fuerunt & sunt & futuri sunt, quàm angelorum; tamen quia homines decedentibus hominibus succedunt, & ideo nunquàm simul sunt in hac vita: angeli verò nunquàm decedunt, sed simul omnes sunt: ideo esse potest vt singuli hominum dum in hac vita sunt, singulos habeant angelos bonos vel malos ad sui custodiam vel exercitiū destinatos. Caterùm siue ita sit, siue non, non est dubitandum vnumquemque habere angelum sibi deputatum, siue pluribus simul destinatus sit, siue vni singulariter. Nec est mirandum vnum angelum pluribus hominibus ad custodiam deputari, cū vni homini plurium custodia deperetur, ita vt eorum quisque suum dicatur habere Dominum, vel episcopum, vel abbatem.

Vtrum angeli proficiant in merito vel in premio vsque ad iudicium.

PR AET E R E A illud considerari oportet, vtrum angeli boni in premio vel in merito proficiant vsque ad iudicium. Quod in meritis proficiant atque quotidie magis ac magis mereantur, quibusdam videtur, ex eo quia quotidie hominum vrilitatibus inserviunt, eorumque profectibus student. Quibus etiam nihilominus videtur, quod & in premio proficiant, scilicet in cognitione & dilectione Dei. Licet enim (vt aiunt) in confirmatione beatitudinem acceperint æternam atque perfectā, augetur tamen quotidie eorum be-

Eccle. 1. & 14.

Quibusdam videtur quod proficiant in premio.

studium, quia magis ac magis diligunt atque cognoscunt: & est eorum charitas (quia Deum & nos diligunt) & meritum & primum. Meritum, quia per eam & obsequia ex ea nobis impensa merentur, & in beatitudine proficiunt: & ipsa eadem est primum, quia ea beati sunt.

*Authoritatibus confirmant
quod dicunt.*

Esa. 63. a ET quod angeli proficiant in cognitione, ac per hoc in beatitudine, testimoniis Sanctorum confirmant. Dicit enim Elaias ex persona angelorum Christi ascendentis magnificentiam admirantium, *Quis est iste qui venit de Edom, tinctus vestibus de Bosra?* Et in Psal. *Quis est iste rex gloriae?* Ex quibus apparet, quod mysterium Verbi incarnati plenius cognouerunt angeli post impletionem quam ante. Et sicut in cognitione huius mysterij profecerunt: ita dicunt eos in deitatis cognitione proficere. Quod autem in huiusmodi mysterij cognitione profecerint, euidenter docet Apostolus dicens, *Quae sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in Deo, ut innotescat multiformis sapientia Dei per ecclesiam principibus & potestatibus in caelestibus.* Super quem locum dicit Hieron. Angelicas dignitates praefatum mysterium ad purum non intellexisse, donec completa est passio Christi, & Apostolorum praedicatio per Gentes dilatata.

Eph. 3. b

In tom. 6.

Explana

vide ad 3.

cap. Ad.

Ephes.

Originaliter super

Gene. li. 3.

cap. 16.

Determinatio praedictarum

authoritatum.

Super epistolam Pauli ad Eph.

Super epistolam Pauli ad Eph.

Super epistolam Pauli ad Eph.

Super epistolam Pauli ad Eph.

Super epistolam Pauli ad Eph.

Super epistolam Pauli ad Eph.

Quod in hac sententia videtur Augustin. aduersari Hieron.

HIS autem videtur contradicere Augustin. super eundem locum epistolae dicens. Non latuit angelos mysterium regni caelorum, quod opportuno tempore reuelatum est pro salute nostra. Illis ergo a seculis innotuit supra memoratum mysterium: quia omnis creatura non ante secula, sed a seculis est. Attende Lector, quia videntur dissentire in hac sententia illustres Doctores. Ideoque ut omnis repugnantia de medio tollatur, praedicta verba, Haymonem sequentes, ita determinemus, ut illis angelis qui maioris dignitatis sunt, & per quorum ministerium illa nunciata sunt, ex parte cognita a seculis fuisse, videntur familiaribus & nunciis. Illis vero qui minoris dignitatis sunt, in cognita extitisse dicamus, vsque quo impleta sunt & per ecclesiam praedicata: & tunc ab omnibus angelis perfecte fuerunt cognita. Constat itaque om-

nes angelos in cognitione diuinorum mysteriorum secundum processum temporis profecisse. Vnde non incongruenter ipsi iidem dicunt angelorum scientiam ac beatitudinem augeri vsque ad futuram consummationem, quando in scientia ac beatitudine ita perfectissimi erunt, ut nec augeatur amplius nec minuatut.

Aliorum opinio qui dicunt angelos in quibusdam praedictorum non profecisse.

ALII autem dicunt angelos in confirmatione tantae deitatis dilectione atque noticia fuisse praeditos, ut in his ulterius non profecerint nec profecturi sint. Profecerunt tamen in scientia rerum exteriorum, sicut in cognitione sacramenti incarnationis & huiusmodi, sed non in contemplatione deitatis: quia trinitatem in vnitatem, atque vnitatem in trinitate, non plenius intelligunt siue intellecturi sunt, quam ab ipsa confirmatione perceperunt. Ita etiam dicunt eos in charitate non profecisse post confirmationem, quia eorum charitas postea non est aucta: & sic dicunt eos non profecisse in meritis, sed hoc quantum ad vim merendi, non quantum ad numerum meritorum. Plura enim bona fecerunt postea, quae tunc non fecerant: sed eorum charitas ex qua illa processerunt, non est aucta, ex qua tantum meruerunt antequam ista adderentur, quantum postea his adiectis. Illud vero quod alij superius dicunt, probabilius videtur, scilicet quod angeli vsque ad iudicium in scientia & aliis proficiant.

Quaedam auctoritates videntur obuiare probabiliori sententia.

QUIBUS tamen videntur obuiare quorundam auctoritatum verba. Ait enim Isidorus de Summo Bono, Angeli in verbo Dei omnia sciunt antequam fiant: sed nec omnes, nec omnia perfecte angelos scire dixit, & ideo eos in scientia proficere non remouit. Gregorius in libro Dialogorum ait, Quid est quod ibi nesciant, ubi scientem omnia sciunt? Vbi videtur dicere quod omnia scient angeli, & nihil sit quod nesciant. Sed accipiendum est hoc de his, quorum cognitio beatorum facit cognitores, ut sunt ea quae ad mysterium trinitatis & vnitatis pertinent.

Quod sit probabilius

Li. 1. c. 12. post medium. Ca. 3. li. 4. & lib. 2. Moral. Cap. 3.

POST CONSIDERATIONEM DE
angelis habitam agitur de aliarum rerum
creatione, & præcipue de operum
sex dierum distinctione.

Distinct. XII.

De corporalis creatura cõditione quã ad principium materiale, et hæc productio dicitur creatio.

Gene. 1. a.
August.
Hic. Gre.
& Beda.

Sup. Gen.
li. 1. ca. 15.
Hiero. in
Quest. in
Gen. 10. 3

Gre. li. 32.
Dior. ca.
10.

HAEC de angelicæ naturæ conditione dicta sufficiant. Nunc superest de aliarum quoque rerum creatione, ac præcipue de operum sex dierum distinctione nonnulla in medium proferre. Cum Deus in sapientia sua angelicos condidit spiritus, alia etiã creauit, sicut ostendit supradicta Scriptura Geneseos quæ dicit, In principio Dei creasse cælum, id est, angelos, & terram; scilicet materiam quatuor elementorum adhuc confusam & informem, quæ à Græcis dicta est Chaos, & hæc fuit ante omnem diem. Deinde elementa distinxit Deus, & species proprias atque distinctas singulis rebus secundum genus suum dedit: quæ non simul, vt quibusdam sanctorum Patrum placuit, sed per interualla temporum, ac sex volumina dierum, vt aliis visum est, formauit.

Quod sancti Tractatores videntur super hoc quasi aduersa tradidisse, aliis dicentibus omnia simul facta in materia & forma, aliis per interualla temporum.

QUIDAM nanque sanctorum Patrum, qui verba Dei atque arcana excellenter scrutati sunt, super hoc quasi aduersa scripsisse videntur. Alij quidem tradiderunt omnia simul in materia & forma fuisse creata: quod Augustinus sensisse videtur. Alij verò hoc magis probauerunt ac asseruerunt, vt prima materia rudis atque informis, quatuor elementorum commixtionem atque confusionem tenens, creata sit. Postmodum verò per interualla sex dierum ex illa materia rerum corporalium genera sunt formata secundum species proprias. Quam sententiam Gregorius, Hieronymus & Beda aliisque plures commendant ac præferunt. Quæ etiam Scripturæ Geneseos (vnde prima huius rei ad nos manauit cognitio) magis congruere videtur.

Quomodo per interualla temporis res corporales condite sint.

SECVNDVM hanc itaque traditionem, ordinem, atque modum creationis formationisque rerum inspicimus. Sicut suprà memoratum est. In principio creauit Deus cælum, id est, angelicam naturam, sed adhuc informem, vt quibusdam placet. Et terram, id est, illam confusam materiam quatuor elementorum, quam nomine terræ, vt Augustinus ait contra Manichæos, ideo appellauit Moyses, quia terra inter omnia elementa minus est speciosa: & illa inanis erat, & incomposita propter omnium elementorum commixtionem, eandem etiam vocat abyssum dicens, Et tenebræ erant super faciem abyssi, &c. quia confusa erat & commixta, specie distincta carens. Eadem etiam materia informis dicta est aqua, super quam ferebatur spiritus Domini, sicut super fertur fabricandis rebus voluntas artificis: quia subiacebat bonæ voluntati creatoris, quod formandum perficiendumque inchoauerat, qui sicut Dominus & conditor præerat fluitanti & confusæ materiæ, vt distingueret per species varias quando vellet, & sicut vellet. Hæc ergo ideo dicta est aqua: quia omnia quæ in terra nascuntur siue animalia siue arbores vel herbæ & similia, ab humore incipiunt formari atque nutriri. His omnibus vocabulis vocata est illa informis materia, vt res ignota notis vocabulis insinuaretur imperitoribus, & non vno tantum: nam si vno tantum significaretur vocabulo, hoc esse putaretur quod consueuerant homines in illo vocabulo intelligere. Sub his ergo nominibus significata est materia illa confusa & informis, quæ nulla specie cerni ac tractari poterat, id est, nominibus visibilium rerum, quæ inde futura: erant propter infirmitatem paruulorum, qui minus idonei sunt inuisibilia comprehendere: & tunc erant tenebræ, id est, lucis absentia. Non enim tenebræ aliquid sunt, sed ipsa lucis absentia: sicut silentium non aliqua res est, sed vbi sonus non est, silentium dicitur. Et nuditas non aliqua res est, sed in corpore vbi tegumentum non est, nuditas dicitur: sicut & inanis non est aliquid, sed inanis dicitur locus esse vbi non est corpus, & inanitas absentia corporis.

Quo sensu tenebræ dicantur non esse aliquid, & quo dicantur esse aliquid.

AT T E N D E, quia hic Augustinus, tenebras dicit non

Di. 2. li. 6

Li. de Ge.
contra Manichæos. 1. cap. 7.

In tom. 1.
Quare illa confusa materies vocetur terra, & abyssus, aqua.
Ibidem.

Cap. 5. libi
de c. 4. &
in tom. 6.
lib. contra
epistolam
Manichæi.
Cap. 30.

Da. 30. f. esse aliquid, cum alibi tenebræ inter creaturas ponantur quæ benedicunt Dominum. Unde dicitur, Benedicite lux & tenebræ Domino. Ideoque sciendum est tenebras diuersis modis accipi, scilicet vel pro lucis absentia, qualiter supra accepit Augustinus: iuxta quam acceptionem non sunt aliquid: ut pro aëre obscurato, siue aëris obscura qualitate, & secundum hoc aliquid res creatæ sunt. Ideo ergo dicit tenebras tunc fuisse super faciem abyssi, quia nondum erat lux: quæ si esset, & superesset, & superfunderetur: sed nondum lucis gratia opus suum Deus venustauerat, quæ postea in primo die formata est.

Duo hic consideranda sunt: quare illa materia confusa sit dicta informis, & ubi ad esse prodit, quantumque in altitudine ascenderit.

Ad primam breuiter respondet. DE qua re priusquam tractemus, duo nobis discutienda occurrunt. Primum, quare illa materia confusa informis dicatur: an quia omni forma caruerit, an propter aliud. Secundo, ubi ad esse prodierit, & quantum in altum ascenderit. Ad illud ergo quod primo positum est, breuiter respondentes, dicimus illam primam materiam non ideo dictam fore informem, quod nullam omnino formam habuerit: quia non aliquid corporeum tale existere potest, quod nullam habeat formam: sed ideo non absurdè informem appellari posse dicimus, quia in confusione & permixtione quadam subsistens, nondum pulchram apertamque, & distinctam receperat formam qualem modo cernimus. Facta est ergo illa materia in forma confusionsis ante formam dispositionis. In forma confusionsis prius omnia corporalia materialiter simul & semel sunt creata: postmodum in forma dispositionis sex diebus sunt ordinata. Ecce absolutum est quod primo in discussione propositum fuit, scilicet quare illa materia dicatur informis.

Hic ad id quod secundo quærebatur, respondet.

NUNC superest quod secundo proponebatur explicare, ubi scilicet illa materia subsisteret, & quantum in altitudine porrigebatur. Ad quod nihil temerè asserentes dicimus, quod illa prima rerum omnium moles quando creata est,

ibidem ad esse videtur prodiiisse, ubi nunc formata subsistit. Eratque terreum hoc elementum in vno loco, eodemque medio subsistens, cæteris tribus in vna confusione permixtis, eisdemque circumquaque in modo cuiusdam nebulae * oppresse ita obuolutum erat, ut apparere non posset quod fuit. Illa verò tria in vna permixtione confusa circumquaque suspensa, eorumque in altum porrigebantur quousque nunc summitas corporeæ naturæ pertingit. Et sicut quibusdam videtur, ultra locum firmamenti extendebatur illa moles, quæ in inferiori parte spissior atque grossior erat, in superiori vero, rarior ac leuior atque subtilior existebat: de qua rariori substantia putant quidam fuisse aquas, quæ super firmamentum esse dicuntur. Talis fuit mundi facies in principio, priusquam reciperet formam vel dispositionem.

Ostensio qualis fuit mundi facies in ipso primordio: incipit prosequi operum sex dierum distinctionem.

NUNC superest ut dispositionem illam qualiter perfecta sit, ordine prosequamur. Sex diebus, sicut docet scriptura Genesis, distinxit Deus, & in formas redegit proprias cuncta quæ simul materialiter fecerat. Perfectaque opus suum in die sexto: & sic deinde die septimo requieuit ab omni opere suo, id est, cessauit nouam creaturam facere. Sex enim diebus, sex rerum genera distinxit, nihilque postea fecit quod in aliquo illorum non contineatur: operatus est tamen postea, sicut Veritas in Euangelio ait, Pater meus operatus est vsque nunc, & ego operor illud.

De quatuor modis diuina operationis.

QUATUOR enim modis, ut ait Alcuinus super Genesim, operatur Deus. Primo in Verbo, omnia disponendo. Secundo, in materia informi quatuor elementorum, de nihilo eam creando: vnde, Qui viuuit in æternum creauit omnia simul. Omnia, scilicet elementa: vel omnia corpora materialiter simul creauit. Tertio, per opera sex dierum varias distinxit creaturas. Quarto, ex primordialibus seminibus non incognitæ oriuntur naturæ, sed notæ sapius reformantur, ne pereant.

* oppresse

Beda circa illud, Gene. 1. Et tenebra erant super

Gene. 2. A

Ioan. 5. 6

Eccl. 1. 2. 6

De produ-
ctione crea-
turæ cor-
poralis,
quantum
ad princi-
pium for-
male, ge-
nerale om-
nibus cor-
poribus,
quod est
forma lu-
cis, & di-
citur hæc
pauca,
distinctio
De spiri-
tuali
luce. li. de
Genes. ad
litteram.
1. Cap. 3.
Lib. i. c. 5.
Hic de cor-
porali lu-
ce.

Prima autem distinctionis operatio fuit formatio lucis, sicut ostendit scriptura Genes. quæ commemorata re- rum informitate, earum dispositionem à luce inchoavit, subdens, dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux: & diuisit lucem à tenebris, appellauitque lucem diem, & tenebras noctem. Et factum est vespere & mane dies vnus. Congruè mundi ornatus à luce cœpit: vnde cætera quæ creanda erant, viderentur.

*Qualis fuerit illa lux, corporalis an
spiritualis*

SI quaeritur, qualis illa lux fuerit, corporalis scilicet an spiritalis: id respondemus, quòd à Sanctis legimus traditū. Dicit enim Aug. quia lux illa corporalis vel spiritalis intelligi potest. Si spiritalis accipitur, angelica natura intelligitur, quæ prius informis fuit, sed postea formata est, cum ad creatorem conuersa ei charitate adhæsit: cuius informitatis creatio superius significata est, vbi dictum est, In principio creauit Deus cælum & terram. Hic verò eiusdem formatio ostenditur, cum ait, Fiat lux, & facta est lux. Hæc ergo angelica natura, quæ prius tenebræ, & postea lux fuit, quia prius habuit informitatem & imperfectionem, deinde formationis perfectionem: & ita diuisit Deus lucem à tenebris. Nam vt ait Aug. super Genesim, Huius creaturæ informitas & imperfectio fuit antequam formaretur, in amore conditoris. Formata verò est, quando conuersa est ad incommutabile lumen Verbi. Si verò corporalis fuit lux illa, quod vtique probabile est, corpus lucidum fuisse intelligitur, velut lucida nubes: quod non de nihilo, sed de præiacenti materia formaliter factum est vt lux esset, vt vim lucendi haberet: cum qua dies prima exorta est, quia ante lucem nec dies fuit, nec nox, licet tempus fuerit.

*Quòd lux illa facta est, vbi sol apparet, quæ in aquis
lucere poterat.*

SI autem quaeritur, vbi est facta lux illa, cum abyssus omnem terræ altitudinem tegeret? Dici potest in illis partibus facta, quas nunc illustrat Solis diurna lux. Nec mirum lucem

in aquis posse lucere, cum etiam nautarum operatione sapientius illustrentur: qui in profundum merfi, misso ex ore oleo aquas sibi illustant: quæ multò rariore fuerunt in principio quam modò sunt, quia nondum congregatæ fuerant in vno loco. Facta est ergo lux illa, quæ vicem & locum Solis tenebræque motu suo circumagitata, noctem diemque discernebat. Ibi ergo primum lucem apparuisse verisimile est, vbi Sol quotidiano cursu circumuectus apparet, vt eodem tramite lux circum currens, ac primò ad Occasum descendens vesperam faceret: deinde reuocata ad Ortum, auroram, id est, mane illustraret: & ita diuisit Deus lucem & tenebras, & appellauit lucem diem, & tenebras noctem.

Quòd dies diuersis modis accipitur.

HIC notandum est, quòd dies diuersis modis accipitur in Scriptura. Dicitur enim dies lux illa, quæ illo triduo tenebras illuminabat: & dicitur dies illuminatio ipsa aëris. Dicitur etiã dies spatium viginti quatuor horarum: qualiter accipitur cum dicitur, Factum est vespere & mane dies vnus. Quod ita distinguendum est, Factum est vespere prius, & postea mane: & ita fuit dies vnus expletus viginti quatuor horarum. Dies scilicet naturalis, qui habuit vesperam, sed non mane. Mane enim dicitur finis præcedentis & initium sequentis diei, quod est aurora: quæ nec plenam lucem, nec omnino tenebras habet. Mane ergo primus dies non habuit, quia nec dies præcesserat qui sequentis diei initio terminaretur: & eo præcipiè, quia luce apparente, mox super terram plenus atque præclarus dies exstitit: qui non ab aurora, sed à plena luce inchoauit: & mane sequentis diei consummatus est. Vnde Beda super Genesim. Dicebat vt dies à luce inciperet, & in mane sequentis diei tenderet: vt opera Diei à luce inchoasse, & in lucem completa esse signifi- carentur. Reliqui autem dies mane habuerunt, & vesperam: quorum quisque à suo mane incipiens, vsque ad alterius diei mane tendebatur.

*De naturali ordine computationis dierum, &
de illo qui pro mysterio intro-
ductus est.*

HIC est naturalis ordo distinctionis dierum, vt distinguantur atque computentur dies à mane vsque ad mane.

*Aug. su-
per Gen. i
cap. 10.
Qualiter
distingui
debeat il-
lud, Et fa-
ctus est ve-
spere &
mane dies
vnus.*

*In glossa
super pri.
Gen. a se-
bisur.
Ab hac
sententiã.*

Postea verò in mysterio factum est, ut dies computentur à vespera in vesperam, & adiungatur dies præcedenti nocti in computatione: cum iuxta naturalem ordinem præcedens dies sequenti nocti adiungi debeat, quia homo à luce per peccatum corrui in tenebras ignorantiae & peccatorum, deinde per Christum à tenebris ad lucem rediit. Vnde Apostolus: *Eramus aliquando tenebras, nunc autem lux in Domino.* Primus itaque dies non ab aurora, sed à plena luce incipiens, & post vesperam paulatim occidente luce excipiens mane sequentis diei expletus est. Vnde Beda, Occidente luce & paulatim post spatium diurnæ longitudinis inferiores partes subeunte, factum est vespere: sicut nunc vñtato cursu Solis fieri solet. Factum est autem mane eodem super terram redeunte, & alium diem inchoante: & dies expletus est vnus viginti quatuor horarum. Fuitque nox illo triduo omnino tenebrosa, quæ post creata sidera aliqua luce claruit.

Cur sol factus est, si lux illa sufficiebat. F

SOLET autem quæri, quare factus est sol, si lux illa ad faciendum diem sufficiebat? Ad quod dici potest, quoniam lux illa forè superiores partes illustrabat, & ad illuminationem inferiorum solem fieri oportebat. Vel potius ideo, quia facto sole dici fulgor factus est. Ampliori enim multo luce radiavit dies postea, quàm antè. Si autem quæritur quid de luce illa factum sit, cum modò non appareat: potest dici aut de ea corpus solis firmatum, aut in ea parte cæli esse in qua sol est: non quòd ipsa sit sol, sed sit sic ei vnita, ut discerni non valeat.

Quomodo accipiendum sit illud, Dixit Deus, an sono vocis id Deus dixerit, an aliter. G

PRAETEREA inuestigandum est, quomodo accipiendum sit quòd ait, dixit Deus, vtrum temporaliter vel sono vocis illud dixerit, an alio modo. Augustinus super Genesim tradit, nec temporaliter, nec sono vocis Deum locutum fuisse: quia si temporaliter, & mutabiliter. Et si corporaliter dicatur sonuisse vox Dei, nec lingua erat qua loqueretur, nec erat quem oporteret audire & intelligere. Bene ergo vox Dei ad naturam Verbi, per quod omnia facta sunt, refertur. Dixit ergo Deus, Fiat, &c. non temporaliter, non sono vocis, sed in

Eph. 5. c

*In glos. su
per Ge. at
tribuitur
August.*

*An. su-
per Ge. ad
lib. 1. ca. 11
ibi. ca. 10
refert ista
sententiam
Aug. non
approbans
eam.*

*Li. 1. c. 2.
4. & 9.*

Verbo sibi coæterno, id est, Verbum genuit intemporaliter in quo erat: & disposuit ab æterno, ut fieret in tempore, & in eo factum est.

Quomodo accipiendum sit quòd dicitur pater operari in filio, vel per filium, vel in spiritu sancto. H

HIC quæri solet, quomodo accipiendum sit quòd dicitur pater operari in filio, vel per filium, vel in spiritu sancto. Hæc enim Scriptura frequenter nobis proponit: vt, Omnia in sapientia fecisti Domine, i. in filio: & In principio, i. in filio creauit Deus cælum & terram. Et illud, Per quem fecit & fecula. Super illum quoque Psalmi locum, Verbo Domini cæli firmati sunt, &c. dicit August. quòd pater operatur per Verbum suum & spiritum sanctum. Quomodo ergo hoc accipiendum est? Putauerunt quidam heretici, quòd pater velut author & artifex, filio & spiritui sancto in rerum operatione quasi instrumento vteretur: ex prædictis verbis errandi occasionem sumentes, quòd velut blasphemum arque sanæ doctrinæ aduersum abiicit pià fides. Non est itaque intelligendum ideo Scripturam frequenter commemorare patrem operari in filio vel per filium, tanquam filius non posset facere, si ei non porrexisset pater dexteram, vel tanquam aliquod instrumentum fuerit patris operantis, sed potius illis verbis patrem intelligi voluit cum filio & spiritu sancto operari, & sine eis nihil facere.

Contra hanc expositionem surgit hereticus. I

SED dicit hereticus, hac ratione hoc posse dixisse filium operari per patrem vel in patre, & spiritum sanctum cum vtroque vel per vtrumque: quia filius cum patre, & spiritus sanctus cum vtroque operatur. Cui breuiter responderetur, ideo illud dictum esse, & non istud, vt in patre monstraretur authoritas. Non enim pater à filio, sed filius à patre operatur & spiritus sanctus ab vtroque. Ideòque etiam filius per spiritum sanctum legitur operari, quia cum spiritu sancto operatur hoc ipsum à filio habente vt operetur.

Alia prædictorum expositio. K

POTEST & aliter illud accipi, vt dicatur pater in filio, vel per filium operari, quia cum genuit omnium opificem, sicut dicitur pater per eum iudicare, quia genuit iudicem: ita & per spiritum sanctum dicitur operari siue pater, siue filius,

*Psal. 103.
Gene. 1.
Heb. 1. a.
Psal. 31. b
Hic aper-
rit ex quo
sensu dica-
tur pater
operari in
filio vel
per filium*

Ioan. 16.

Homil. 2. ad primū caput ad Hebraeos. quia ab utroque procedit spiritus sanctus factor omnium. Vnde Ioan. Chryf. in expositione epistolæ ad Heb. sic ait, Non ut hæreticus inaniter suspicatur, tanquam aliquod instrumentum patris extitit filius: neque per eum pater dicitur fecisse, tanquam ipse facere non possit, sed sicut dicitur pater iudicare per filium, quia iudicem genuit: sic etiam dicitur operari per filium, quia eum constat opificem genuisse. Si enim causa eius pater est, secundum quod pater est, multo amplius eorum causa est, quæ per filium facta sunt. Hæc de opere primæ diei dicta sunt.

De productione simplicium in sensibilibus corporum.

Ambro. in ead. lib. 2. cap. 2. 3. & 4. hanc materiam late tractat. Psal. 103.

De qua materia sit factum illud cæli. Quomodo aquæ possunt esse super cæli & quales sint illæ aquæ.

Iob. 26. 5. An. li. 2. Gen. adli. c. 4. & 5. Super Ge. lib. 2. ca. 3.

DE OPERE SECUNDÆ DIEI, qua factum est firmamentum.

Distinct. XIII.

Dixit quoque Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Diuisitque aquas quæ erant sub firmamento, ab his quæ erant super firmamentum. Sciendum est quod illius cæli describitur hæc creatio, sicut ait Beda super Gene. in quo fixa sunt sydera: cui suppositæ sunt aquæ in aère & in terra, & suppositæ aliæ de quibus dicitur, Qui regis aquis superiora eius. In medio ergo firmamentum est, id est, syderum cælum, quod de aquis factum esse credi potest. Crystallinus enim lapis, cui magna est firmitas & perspicuitas, de aquis factus est. Si quem verò mouet, quomodo aquæ naturæ fluidæ & in ima labiles, super cælum possint consistere: de Deo scriptum esse meminerit. Qui ligat aquas in nubibus suis. Qui enim infra cælum ligat aquas ad tempus vaporibus nubium retentas, potest etiam super cæli spheram non vaporali tenuitate, sed glaciali soliditate aquas suspendere ne labantur. Quales autem & ad quid conditæ sint, ipse nouit qui condidit. Ecce ostensum est his verbis, quod cælum factum sit, scilicet illud in quo sunt fixa sydera, id est quod excedit aërem: & de qua materia, scilicet de aquis, & quales sint aquæ quæ super illud cælum sunt, scilicet ut glacies è soliditate.

Alij putant cælum illud esse igneæ naturæ, quibus consentit Augustinus.

QUIDAM verò cælum, quod excedit aëris spatia, igneæ naturæ dicunt, asserentes super aërem purum ignem esse

esse quia dicitur esse cælum: de quo igne sydera & luminaria facta esse coniectant: quibus Augustinus consentire videtur. Vtrum verò nomine firmamenti cælum quod excedit aërem, an ipse aer hic intelligatur, idè Aug. querit, nec soluit. Magis tamen approbare videtur, cælum illud hic accipi quod spatia aëris excedit. Aquas autem quæ super illud cæli sunt, dicit vaporaliter trahi, & leuissimis suspendi guttis. Sicut aer iste nubilosus exhalatione terræ aquas vaporaliter trahit, & per subtiles minutias suspendit, & post corpulentius congregatas pluuialiter refundit. Si ergo potest aqua sicut videmus ad tantas minutias peruenire, ut feratur vaporaliter super aërem aquis naturaliter leuiorem: cur non credamus etiam super illud leuius cælum minutioribus guttis & leuioribus emanare vaporibus: sed quoquo modo ibi sint, ibi esse non dubitamus.

Quæ sit figura firmamenti.

QUÆRI etiam solet, cuius figuræ sit cælum. Sed spiritus sanctus, quantum auctores nostri sciuerint, per eos dicere noluit, nisi quod profuit saluti. Queritur etiam, si stet, an moueatur cælum. Si mouetur, inquit, quomodo est firmamentum? Si stat, quomodo in eo fixa sydera circumueunt? Sed firmamentum dici potest, non propter stationem, sed propter firmitatem vel terminum aquarum intransgressibilem. Si autem stat, nihil impedit moueri & circumire sydera.

Quare tacuit scriptura de opere secundæ diei, quod in alijs dixit.

POST hoc queri solet, quare hic non est dictum sicut in aliorum dierum operibus, Vidit Deus, quod esset bonum. Sacramentum aliquod hic commendatur. Ideo enim fortassis non est dictum, quod tamen sicut in alijs factum est: quia binarius principium alteritatis est, & signum diuisionis.

De opere tertiæ diei, quando aquæ congregatæ sunt in vnum locum.

SEQVITVR, Dixit Deus, Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida. Tertiæ diei opus est congregatio aquarum in vnum locum. Congregatæ sunt enim om-

Ibi. c. 4.

Aug. li. 2. de Gen. ad li. ca. 9. Verum stet an moueatur cælum. Ibi. c. 10. Quare dicitur firmamentum.

Ambro. i. Hexam. li. 3. c. 2. de hac re p. 1. x. & Beda super hæc locum Gene.

nes aquæ cælo inferiores in vnam maticem: vt lux quæ præterito biduo aquas clara luce lustrauerat, in puro aëre clarior fulgeat, & appareat terra quæ cooperta latebat, & quæ aquis limosa erat, fieret arida & germinibus apta. Eodem enim die protulit terra herbam virentem, lignumque faciens fructum. Si autem quæretur, vbi congregatæ sunt aquæ quæ torum texerant spatium vsque ad cælum: potuit fieri vt terra subsidens concavas partes præberet, vbi fluctuantes aquas reciperet. Potest etiam credi primarias aquas rariores fuisse, sic vt nebula tegeter terras, sed congregatione esse spissatas: & ideo facile in vnum posse redigi locum. Cumque multa constet esse maria & flumina, in vnum tamen locum dicit aquas congregatas propter continuationem vel congregationem omnium aquarum, quæ in terris sunt: quia cuncta flumina & maria magno mari iunguntur. Ideoque cum dixerit aquas congregatas in vnum locum, deinde dicit pluraliter, congregationes aquarum, propter multitudine sinus earum, quibus omnibus ex magno mari principium est.

De opere quartæ diei, quando facta sunt luminaria.

SEQUITUR. Dixit Deus, Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem. In præcedenti triduo disposita est vniuersitatis huius mundi machina, & partibus suis distributa. Formata enim luce prima die quæ vniuersa illustraret, duo sequentes dies attributi sunt supremæ & infimæ parti mundi, firmamento scilicet, aëri, terræ, & aquæ. Nam secunda die firmamentum desuper expansum est. Tertia verò aquarum molibus intra receptacula sua collectis, terra est reuelata atque aër serenatus. Quatuor ergo mundi elementa illis diebus suis locis distincta sunt & ordinata. Tribus autem sequentibus diebus ornata sunt illa quatuor elementa. Quarta enim die ornatum est firmamentum sole & luna & stellis. Quinta aër in volatilibus, & aquæ in piscibus ornamenta acceperunt. Sexta accepit terra iumenta & reptilia & bestias: post quæ omnia factus est homo de terra & in terra, non tamen ad terram, nec propter terram, sed ad cælum & propter cælum.

Ante alia de ornato cæli agitur, sicut prius factum est.

Vbi congregata sunt aqua Augusti. li. de Gen. ad li. 1. cap. 12. Quomodo omnes aqua sunt in vno locu cum congregata cum multa sint maria & flumina. Quod triduo præcedenti facta est dispositio & distinctio quatuor elementorum, & triduo sequenti ornatus est mundus.

Eccle. 7.

QVIA ergo cælum cæteris elementis speciem præstat, priusque aliis factum est, ideo ante alia ornatur in quarto die quo fiunt sydera: quæ ideo facta sunt, vt per ea illustretur inferior pars, ne esset habitantibus tenebrosa. Infirmis quoque hominum prouisum est, vt circumuente sole potirentur homines diei noctisque vicissitudine: propter dormiendi vigilandi que necessitatem: & ideo etiam ne nox indecora remaneret, sed luna ac syderibus consolarentur homines, quibus in nocte operandi necessitas incumberet: & quia quædam animalia sunt quæ lucem ferre non possunt. Quod autem subditur, Et sunt in signa, & tempora, & dies, & anni: quomodo accipiendum sit, quæri solet. Ita enim dictum videtur, quasi quarto die cœpissent tempora, cum prius triduum sine tempore non fuerit. Ideoque tempora quæ fiunt per sydera, non spatia morarum, sed vicissitudinem aëreæ qualitatis debemus accipere: quia talia motibus syderum fiunt, sicut dies & anni quos vritate nouimus. Sunt enim in signa serenitatis & tempestatis: & in tempora, quia per ea distinguimus quatuor tempora anni, scilicet ver, æstatem, autumnum, hyemem. Vel sunt in signa & tempora, id est, distinctionem horarum: quia priusquam fierent, ordo temporum nullis notabatur indicis, vel meridiana hora, vel quælibet hora. Hæc quarta die facta sunt.

DE OPERE QVINTAE DIEI,

quando creauit Deus ex aquis volatilia & natatilia.

Distinct. xv.

Dixit etiam Deus, Producant aquæ reptilæ animæ viuens & volatile super terram, &c. Opus quintæ diei est formatio piscium & auium, quibus duo elementa ornantur: & de eadem materia, id est, de aquis pisces & anes creauit: volatilia leuans in aëra, & natatilia remittens gurgiti.

De opere sextæ diei quando creata sunt animalia,

& reptilia terræ.

SEQUITUR. Dixit Deus, Proleuat terra animam viuentem, iumenta, & reptilia, & bestias terræ, secundum species suas, &c. Sextæ diei opus describitur, etiam terra suis animalibus ornari dicitur.

Qua vilitate facta sunt ei luminaria.

Aug. li. de Gene. ad lit. 2. cap. 13. & 14.

Aug. li. de Gen. 1. contra Mani. Cap. 14. In tom. 1.

De pductioe reru mixtaru & sensibilibum.

Amb. li.

Hexa. 5.

ca. 2. & 3.

3.

Vtrum post peccatum venenosa animalia nocia facta fuerint, an propter peccatum nocere coeperint, prius facta innocia.

Aug. li. de Gene. ad lite. 3. cap. 15.

QVAERI solet de venenosis & perniciosis animalibus, vtrum post peccatum hominis ad vindictam creata sint, an prius creata innocia peccatoribus nocere coeperint. Sane dici potest, quod creata nihil homini nocuissent, si non peccasset: puniendorum nanque vitiorum & terrendorum, vel probandæ vel perficiendæ virtutis causa nocere coeperunt. Fuerunt ergo creata innocia, sed propter peccatum facta sunt noxia.

Vtrum minuta animalia tunc creata fuerint.

Aug. li. de Gen. ad lit. 3. c. 14.

DE quibusdam etiam minutis animalibus quaestio est, vtrum in primis conditionibus creata sint, an ex rebus corruptis postea orta sint. Pleraque enim de humidorum corporum vitius, vel exhalationibus terræ, siue de cadaueribus gignuntur: quaedam etiam de corruptione lignorum & herbarum & fructuum; & Deus author omnium est. Potest autem dici, quod ea quæ de corporibus animalium, maxime mortuorum, nascuntur, cum animalibus creata non fuerint, nisi potentialiter & materialiter. Ea verò quæ ex terra vel ex aquis nascuntur, vel ex eis quæ terra germinante orta sunt, tunc creata fuisse non incongruè dici potest.

Quare post omnia factus est homo.

Gen. 1. c.

Dist. 12. li. a. & b. Ibidem.

OMNIBVS autem creatis atque dispositis nouissimè factus est homo, tanquam Dominus possessor, qui & omnibus præferendus erat: vnde sequitur. Vidit Deus quod esset bonum, & ait, faciamus hominem ad imaginem, &c. Sed antequam de hominis creatione tractemus, quod supra breuiter tetigimus, planius versantes clarius faciamus. In hac enim rerum distinctione catholici Tractatores dissentire, vt supra diximus, inueniuntur: aliis dicentibus, res creatas atque distinctas secundum species per interualla sex dierum: quorum sententiæ quia litera Gen. magis inferuire videtur, atque eam catholica ecclesia magis approbat, ideo hæcenus studiosè docuimus, quomodo ex illa communi materia prius, informiter facta, postea corporalium rerum genera

per sex dierum volumina distinctim sint formata. Aliis autem videtur: quod non per interualla temporum facta sint: sed simul ita formata ad esse prodierunt. Quod Augustinus siue per Gene. pluribus modis nititur ostendere, dicens elementa quatuor ita formata sicut modo apparent, ab initio extitisse, & cælium syderibus ornatum fuisse. Quaedam verò non formaliter, sed materialiter tunc facta fuisse, quæ post per temporis accessum formaliter distincta sunt: vt herbæ, arbores, & fortè animalia. Omnia ergo in ipso temporis initio facta esse dicunt: sed quædam formaliter & secundum species quas habere cernimus, vt maiores mundi partes: quædam verò materialiter tantum. Sed vt dicunt, Moyses loquens rudi & carnali populo, locutionis modum temperauit, de Deo loquens à simili hominis, qui per moras temporum opera sua perficit, cum ipse simul sua opera fecerit. Vnde Augustinus. Ideo, inquit, Moyses diuifim refert Deum illa opera fecisse, quia non potuit simul ab homine dici, quod à Deo simul potuit fieri. Item potuit diuidere Scriptura loquendi temporibus, quod Deus operandi temporibus non diuisit. Illi qui his autoritatibus & aliis huiusmodi inhaerentes, dicunt quatuor elementa atque cæli luminaria ita formata simul esse, & habuisse illos sex dies quos Scriptura commemorat, sex rerum genera, id est, distinctiones appellant quæ simul factæ sunt, partim formaliter, partim causaliter.

Quomodo intelligendum sit Deum requieuisse ab omni opere suo.

I A M de septimæ diei requie aliquid nos eloqui oportet. Scriptum est, quia compleuit Deus in die septimo opus suum, & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod paratarat. Requieuisse dicitur Deus die septimo: non quasi operando lassus, sed ab vniuerso opere requieuit, quia nouam creaturam facere cessauit. Requiescere enim cessare dicitur: vnde in Apoc. dicitur, Non habebant requiem dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus, id est, dicere non cessabant. Requieuisse ergo Deus dicitur, quia cessauit à faciendis generibus creaturæ, quia vltra noua non condidit. Vsq; nunc tamen, vt Veritas in Euangelio ait, operatur pater cum filio, scilicet administrationem eorūdem generum, quæ tunc instituta sunt. Creatoris enim virtus causa subsistendi est omni creaturæ.

Li. 4. c. 34. & sequentibus. & li. 5. ca. 4. & 5.

Hic profertur opinio nonem illorum qui simul oia facta continentur. Li. 1. c. 15.

Gen. 2. c.

Apoc. 4. c. Aug. li. de Gen. ad li. 4. ca. 8. & 12.

*Iohn. 5. c.
Li. & cā.
eisdem.*

Quod ergo dicitur, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor, illud vniuersæ creaturæ continuam administrationem ostendit. Die ergo septimo requieuit, vt nouam creaturam ulterius non faceret, cuius materia vel similitudo non præcesserit: sed vsque nunc operatur, vt quod condidit continere & gubernare non cesset.

Qualiter accipiendum sit quod dicitur Deus compleisse opus suum septimo die, cum tunc requieuit ab omni opere suo.

*Secundam
aliter
nihil ibi
est q̄stio-
nis quam
sequitur*

*Aug. Ge-
nesi 1. ca.*

*Aug. in
Enchir. c.*

*10. Ibid.
cap. 11.*

*Hic redit
ad que-
stionē pos-
itā, s. quo-
modo ve-
riū sit deū*

*septimo
die com-
pleisse opus
suum.*

Gen. 2. a.

3. Reg. 8. c.

Exo. 20. b

SED queritur quomodo septimo die dicatur Deus compleisse opus suum, cum ab omni opere illo die requieuerit, nec al. quod genus nouum rerum fecerit. Alia translatio habet, Consummauit Deus die sexta opera sua quæ nihil quæstionis affert, quia manifesta sunt quæ in eo facta sunt & omnium consummatio eo die perfecta est sicut Scriptura ostendit cum ait, Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Omnia quidem naturaliter bona erant, nihilque in sui natura vitij habentia: & sunt bona quæ condidit Deus etiam singula. Simul verò vniuersa valde bona, quia ex omnibus consistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo: in qua etiam illud quod malum dicitur bene ordinatum, & loco suo positum, eminentius commendat bona, vt magis placeant & laudabilia sint, dum comparantur malis. Sexto ergo die facta est operum consummatio. Ideo præmissa oritur quæstio, quomodo dicatur Deus die septimo opus suum compleisse, quod Hebraica veritas habet: in quo tamen nihil nouum creasse dicitur, nisi forte dicatur die septimo cõpleuisse opus suum, quia ipsum benedixit & sanctificauit, sicut subiicit Scriptura, Benedixit diei septimo, & sanctificauit illum. Opus enim est benedictio & sanctificatio: sicut Salomon aliquid operis fecit cum templum dedicauit.

Quæ sit benedictio & sanctificatio septima diei.

ILLVM autem diem sanctificasse & benedixisse dicitur, quia mystica præ cæteris benedictione & sanctificatione eum donauit. Vnde in lege dicitur, Memento sanctificare diem sabbati. Et inde est quòd numerando dies vsque ad septimum procedimus, & dicimus septem esse dies, quorum repetitione omne tempus agitur: non quin alius sit ab illis dies octauus & nonus, & sic de cæteris: sed quia in sex diebus

rerum generà distincta sunt: & in septimo, licet non fuerit nouum genus rerum institutum, fuit tamen in eo quasi quidam nouus status sanctificationis operum & reuictionis opificis. Potest etiam sic exponi illud, Cõpleuit Deus die septimo opus suum, id est, completum & consummatum vidit.

DE HOMINIS CREATIONE, VBI

considerandum est quare creatus homo, & qualiter sit institutus: quæ duo supra tractata sunt, & qualis factus & qualiter lapsus, postremò quomodo sit reparatus, quæ discutienda sunt.

Distinct. XVI.

HIS excursis quæ supra de hominis creatione præmissimus, effectui mancipare atque ordine explanare nunc suscipimus, vbi hæc consideranda videntur, scilicet quare creatus sit homo, & qualiter institutus, & qualis & quomodo factus: deinde, qualiter sit lapsus, postremò, qualiter & per quæ sit reparatus. Horum autem primò & secundò posita, id est, causam creationis humanæ, & modum institutionis, superius pro modulo nostræ facultatis tractauimus. Ideoque superest, vt qualis vel quomodo factus sit discutiamus. In Genesi legitur, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, &c. In eo quod dicit, faciamus, vna operatio trium personarum ostenditur: in hoc verò quod dicit, Ad imaginem & similitudinem nostram, vna & æqualis substantia trium personarum monstratur. Ex persona enim patris hoc dicitur ad filium & spiritum sanctum, non (vt quidam putant) angelis: quia Dei & angelorum non est eadem imago & similitudo.

Quòd imago & similitudo hæc à diuersis accipitur variè: à quibusdam increata, & ab aliis creata & increata, vel essentia trinitatis, vel filius solus, vel filius & spiritus sanctus.

IMAGO autem & similitudo in hoc loco vel increata intelligitur, id est, trinitatis essentia, ad quæ factus est homo: vel creata, in qua factus est homo, & ipsa homini concreata.

*A De pdu-
ctioe crea-
ture copo-
sita spiri-
tuali &
corporati,
s. de homi-
ne in com-
paratione
ad princi-
pium esse
eternum.*

*Li. de Ge-
ad lit. 3.*

cap. 19.

*Gen. 1. c.
Beda.*

*Quò intel-
lus eductus,
Faciamus
hominem*

*B ad imagi-
nem & si-
militudine-
m nostram.*

*Beda sup
Genesim.*

Increatam imaginem, quæ Deus est, intellexisse videtur Beda cum dicit, non esse unam imaginem Dei & angelorum, sed trium personarum: & ideo personis non angelis fit ibi sermo. Impropriè tamen imago dicitur, quia imago relatiuè ad aliud dicitur cuius similitudinem gerit & ad quod representandum facta est: sicut imago Cæsaris quæ ipsius similitudinem præferbat, ipsumque quodam modo representabat. Propriè autem imago dicitur id ad quod aliud fit: sicut exemplum propriè dicitur quod sumitur ex aliquo, & exemplar ex quo sumitur aliquid. Ponitur tamen & aliquando abusiue alterum pro altero: ita & minus propriè accipitur imago essentia trinitatis, si tamen ea nomine imaginis in hoc loco intelligitur.

*Opinio eorum qui putauerunt filium per imaginem
& similitudinem hic accipi.*

*Dist. 27.
primò lib.
luc. 4. E.
Aug. in
7. lib. de
Trin. c. 6.
in fine.
1. Cor. 11. b
A. 1. or. 11.
opinio.*

FILIVS verò propriè imago patris dicitur, sicut supra in Tractatu de trinitate diximus. Vnde fuerunt nonnulli qui ita distinguunt, vt imaginem in hoc loco intelligerent filium: hominem verò non imaginem, sed ad imaginem factum dicerent, quo: refellit Apostolus dicens, Vir quidem est imago, & gloria Dei. Hæc nanque imago, id est, homo cum dicitur fieri ad imaginem, non quasi ad filium dicitur fieri: alioquin non diceretur ad imaginem nostram. Quomodo enim nostram diceret, cum filius solius patris imago sit? Fuerunt autem & alij perspicacius hæc tractantes: qui per imaginem filium, & per similitudinem spiritum sanctum intelligerent, qui similitudo est patris & filij. Et ideo pluraliter putauerunt dici nostram, id referentes ad similitudinem tantum: ad imaginem verò subintelligendum esse, meam. Hominem verò & imaginem esse, & ad imaginem & similitudinem factum esse tradiderunt.

*Nec horum sententiam approbat, sed imaginem &
similitudinem Dei in homine querendam &
considerandam docet, vt imago &
similitudo creata in-*
telligatur.

Psal. 103.

VERVNTAMEN hæc distinctio, licet reprobabilis penitus non videatur, quia de medio montium, id est, auctoritatibus Sanctorum non manat, congruentius in isto homi-

ne imago & similitudo Dei querenda est & consideranda. Factus est ergo homo ad imaginem Dei & similitudinem, secundum mentem, qua irrationabilibus antecellit: sed ad imaginem, secundum memoriam, intelligentiam, & dilectionem. Ad similitudinem, secundum innocentiam & iustitiam: quæ in mente rationali naturaliter sunt. Vel imago consideratur in cognitione veritatis, similitudo in amore virtutis: vel imago in aliis omnibus, similitudo in essentia, quia & immortalis & indiuisibilis est. Vnde Augustinus in libro de Quantitate Animæ, Anima facta est similis Deo: quia immortalis & indissolubilis fecit eam Deus. Imago ergo pertinet ad formam, similitudo ad naturam. Factus est ergo homo secundum animam ad imaginem & similitudinem non patris vel filij, vel spiritus sancti, sed totius trinitatis: ita & secundum animam dicitur homo esse imago Dei, quia imago Dei in eo est. Sicut imago dicitur & tabula, & pictura quæ in ea est: sed propter picturam quæ in ea est, simul & tabula & imago appellatur: ita propter imaginem trinitatis etiam illud in quo est imago, nomine imaginis vocatur.

Quod homo dicitur imago, & ad imaginem: filius vero imago, non ad imaginem.

QUOCIRCA homo & imago dicitur, & ad imaginem, filius autem imago, non ad imaginem: quia natus & non creatus, æqualis & in nullo dissimilis, homo creatus est à Deo, non genitus, non paritate æqualis, sed quadam similitudine accedens ei: vnde Augustinus in lib. vij. de Trinitate. In Genesi legitur, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Faciamus & Nostram: pluraliter dixit: & nisi ex relatiuis accipi non oportet, vt facere intelligantur pater & filius, & spiritus sanctus ad imaginem patris & filij & spiritus sancti, vt subsisteret homo imago Dei. Sed quia non omnino æqualis fiebat illa imago, tanquam non ab illo nata, sed ab eo creata: ideo ita imago dicitur quod & ad imaginem, quia non æquatur paritate, sed accedit quadam similitudine. Filius autem est imago, sed non ad imaginem, quia æqualis patri. Dicitur est ergo homo ad imaginem, propter imparè similitudinem. Et ideo nostram, vt imago trinitatis esse homo intelligatur, non trinitati æqualis, sicut filius patri. Ecce ostensum est secundum quid sit homo similis.

*In quibus
considera-
tur imago
& simili-
tudo.*

*Au. li. de
Spiritu et
Anima.
Cap. 10.
Ca. 2. so. 1.
Aug. li. 2.
de Verbis
Domini,
sermo. 63.*

*Aug. in
15. lib. de
Trin. cap.
2. in fine.
Ca. 6. in fine.*

Aug. li. de Ge. ad lit. 6. c. 12. Et lib. de Ge. cōtra Istan. 1. c. 17. in fine. To. 1.
Deo, scilicet secundum animam. Sed in corpore quandam proprietatem habet quæ hoc indicat: quia est erecta statura, secundum quam corpus animæ rationali congruit, quia in cælum erectum est.

DE CREATIONE ANIMAE, VTRUM de aliquo facta sit, vel non, & quando facta, & quam gratiam habuerit in creatione.

Distinct. XVII.

*De produ-
ctione ho-
minis quæ
tū ad prin-
cipia cōsti-
tutionis, s.
corpus &
animæ &
p̄rio viri.
Gen. 2. b.
Beda.
Quod nō
corporeis
instrumē-
tis forma-
se vel sus-
tasse De-
dicitur.*

*Ioan. 4. c.
Aug. li.
de Ge. ad
lit. 7. c. 2.
Responso
Ibid. c. 3.*

HIC de origine animæ plura quæri solent, scilicet vnde creata fuerit, & quando, & quam gratiam habuerit in creatione. Sicut hominis formatio secundum corpus describitur, cum dicitur, Formavit Deus hominem de limo terræ: ita eiusdem factura secundum animam describitur, cum subditur, Et inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ. Corpus enim de limo terræ formavit Deus, cui animam inspiravit. Vel secundum aliam literam, flavit vel sufflauit: non quod faucibus sufflauerit, vel manibus corporeis corpus formaerit: spiritus enim Deus est, nec linea mentis membrorum compositus. Non ergo carnaliter putemus Deum corporis manibus formasse corpus, vel faucibus inspirasse animam, sed potius hominem de limo terræ secundum corpus formavit iubendo, volendo, id est, voluit & verbo iussit, ut ita fieret: & inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ, id est, substantiam animæ in qua viveret, creavit, non de materia aliqua corporali vel spiritali, sed de nihilo.

Opinio quorundam hæreticorum qui putaverunt animam esse de substantia Dei.

PVT AVERUNT enim quidam hæretici, Deum de sua substantia animam creasse, verbis Scripturæ pertinaciter inhærentes, quibus dicitur, Inspiravit, vel insufflauit, &c. Cum stat, inquit, vel spirat homo, de se statum emittit. Sic ergo cum dicitur Deus fuisse vel spirasse spiraculum in faciem hominis, ex se spiritum hominis emisisse intelligitur, id est, de sua substantia. **Q**ui hoc dicunt, non capiunt tropicam locutionem dictum esse sufflavit vel flavit, id est, statum hominis, scilicet animam fecit. Flare enim est statum facere: &

statum facere, est animam facere. Vnde Dominus per Esaiam, Omnem statum ego feci. Non sunt ergo audiendi qui putant animam esse partem Dei. Si enim hoc esset, nec à se, nec ab alio decipi posset, nec ad malum faciendum vel patiendum compelli, nec in melius vel deterius mutari. Flatus ergo quo hominem animavit, factus est à Deo, non de Deo, nec de aliqua materia, sed de nihilo.

Quando facta sit anima, an ante corpus, aut in corpore.

SED vtrum ante corpus, vel in corpore, vel extra corpus, etiam inter doctos scrupulosa quæstio est. Augustinus enim super Genesim tradit animam cum angelis sine corpore fuisse creatam, postea verò ad corpus accessisse: neque compulsam est incorporari, sed naturaliter illud voluit, id est, sic creata fuit ut vellet: sicut naturale nobis est velle vivere. Malè autem velle vivere, non naturæ, sed voluntatis est pervertæ. Alij verò dicunt animam primi hominis in corpore fuisse creatam: ita exponentes verba illa: Inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ, id est, animam in corpore creavit, quæ totum corpus animaret: faciem tamen specialiter expressit, quia hæc pars sensibus ornata est ad intuenda superiora. Sed quicquid de anima primi hominis aestimetur, de aliis certissime sentiendum est, quod in corpore creantur. Creando enim infundit eas Deus, & infundendo creat. Dicendum est etiam animam illam non sic esse creatam, ut præcia esset operis futuri iusti vel iniusti.

In qua ætate Deus hominem fecerit.

SO LET etiam quæri, vtrum Deus hominem repente in virili ætate fecerit, an perficiendo & ætates augendo, sicut nunc format in matris utero. Augustinus super Genesim dicit quod Adam in virili ætate continuo factus: & hoc secundum superiores, non inferiores causas, id est, secundum voluntatem & potentiam Dei, quam naturæ generibus non allegavit: qualiter & virga Moyli conuerfa est in draconem. Ne talia contra naturam fiunt, nisi nobis, quibus alter naturæ cursus innovuit: Deo autem natura est quod facit. Non ergo contra dispositionem suam illud fecit Deus. Erat enim in prima * creaturarum conditione sic hominem posse fieri: sed non ibi erat necesse, ut sic fieret: hoc

** causam*

*Opinio
Au. lib. 7.
c. 25. et 27*

*Aliorū
sententia.*

*Quod aīa
illa nō est
p̄cia ope-
ris futuri
Ibi. ca. 26*

*Aug. li.
de Ge. ad
lit. 6. c. ap.*

*D
13. & 14.
Exo. 7. b.
Cap. 15.*

Libr. eodē
Cap. 17.

enim nō erat in conditione creaturæ, sed in beneplacito creatoris, cuius voluntas necessitas est. Hoc enim necessariō futurum est, quod vult & præscit. Multa verō secundū inferiores causas futura sunt, sed in præscientia Dei futura non sunt. Si autē ibi aliter futura sunt, potius futura sunt sicut ibi sunt, vbi præscit ille qui non potest falli. Sic ergo factus est Adam, non secundū inferiores causas, quia non erat in rerum causis feminalibus vt ita fieret: sed secundū superiores, non contra naturam operantes, quia in rerum causis naturalibus erat, vt ita posset fieri.

Quod homo extra paradysum creatus, in paradyso sit positus: & quare ita factum sit.

Gen. 2. b. c. **HOMI**MEM autem ita formatum tulit Deus, vt Scriptura docet, & posuit in paradiso voluptatis, quem plantauerat à principio. His verbis aperte Moyses insinuat, quod homo extra paradysum creatus, postmodū in paradiso sit positus. Quod ideo factum dicitur, quia non erat in eo permanentis: vel vt non naturæ, sed gratiæ hoc assignaretur. Intelligitur autem paradysus localis & corporalis, in quo homo locatus est. Tres enim generales de paradiso sententiæ sunt. Vna eorum qui corporaliter intelligi volunt tantū. Alia eorum qui spiritualiter tantū. Tertia eorum qui vtroque modo paradysum accipiunt. Tertiā mihi placere fateor, vt homo in corporali paradiso sit positus, qui ab illo principio plantatus accipi potest, quo terram omnem remotis aquis herbas & ligna producere iussit. Qui etsi præsentis ecclesiæ vel futuræ typum tenet, ad literam tamen intelligendum est esse locum amoenissimum, fructuosus arboribus, magnum, & magno fonte fecundum. Quod dicimus, A principio antiqua translatio dicit, Ad Orientem. Vnde volunt in Orientali parte esse paradysum, longō interiacente spatio vel maris, vel terræ à regionibus quas incolunt homines, secretum, & in alto situm, vsque ad lunarem circulum pertingentem. vnde nec aquæ diluuij illuc peruenierunt.

De lignis paradysi, inter quæ erat lignum vitæ, & lignum scientiæ boni & mali.

IN hoc autem paradiso erant ligna diuersi generis: inter quæ vnum erat, quod vocatum est lignum vitæ, alterum verō lignum scientiæ boni & mali. Lignum autem vitæ dictum est, sicut docet Beda & Strabus, quia diuinitus accepit hanc vim, vt qui ex eius fructu comederet, corpus eius, stabili sanitate & perpetua soliditate firmaretur: nec vlla infirmitate, vel ætatis imbecillitate in deterius vel in occasum laberetur. Lignum autem scientiæ boni & mali non à natura hoc nomen accepit: sed ab occasione rei postea secuta. Arbor enim illa non erat mala, sed scientiæ boni & mali ideo dicta est, quod post prohibitionem erat in illa transgressio futura: quia homo experiendo disceret quid esset inter obedientiæ bonum, & inobedientiæ malum. Non ergo de fructu qui nasceretur inde, positum est illud nomen, sed de re transgressionem secuta. Cognouit enim homo priusquam tangeret hoc lignum bonum & malum: sed bonum per prudentiam & experientiam, malum verō per prudentiam tantū. Quod etiam per experientiam nouit usurpato ligno vitæ: qua per experientiam mali didicit quid sit inter bonum obedientiæ, & malum inobedientiæ. Si verō primi parentes obediētes essent, nec contra præceptum peccassent: non ideo tamen minus dicitur lignum scientiæ boni & mali, quia hæc ex eius tactu accideret si usurparetur. A ligno ergo prohibitus est quod malum non erat, vt ipsa præcepti conseruatio bonum illi esset, transgressio malum. Nec melius consideratur, quantum malum sit obedientia, quàm hoc modo: cum scilicet ideo reus factus esse homo intelligitur, quia prohibitus rem tetigit, quam si non prohibitus tetigisset nec peccasset, nec poenam sensisset. Si verō venenosam herbam prohibitus tetigerit, poena sequitur, & si nemo prohibuisset, similiter sequeretur. Sin etiam prohibetur res tangi, quæ non tangenti tantū, sed prohibenti obest, sicut aliena pecunia: ideo prohibitum est peccatum, quia prohibenti est damnosum. Cum verō tangitur, quod nec tangenti obest si non prohibetur, nec cui liber si tangatur: & ideo prohibetur, vt per se bonum obedientiæ, & malum inobedientiæ monstratur. Sicut primus homo à re bona prohibitus poenam incurrit, vt non ex re mala, sed ex obedientia poena esse monstratur, sicut ex obedientia palma.

Super Ge. Au. contra aduer. leg. & pro pte. c. 14. Quare vocatum sit lignum scientiæ boni & mali Aug. cap. 15. lib. de Ge. ad lit. 8. & ca. 14. ca. 6. in fine. Quod si primi parentes nō peccassent nō ideo minus scientiæ boni et maligni diceretur. Au. super Ge. 8. li. c. 13.

LIBER II.
DE FORMATIONE MULIERIS.

Distinct. XVIII.

IN eodem quoque paradiso mulierem formavit Deus de substantia viri, sicut post plantarum paradysum, hominemque in eo positum, & post uniuersa animalia ad eum ducta, suisque nominibus designata, subnectit Scriptura; Immisit Deus soporem in Adam. Cumque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & formavit eam in mulierem.

Gene. 2. d

Quare virum prius, & postea de viro mulierem creauit, non simul vtrumque.

HIC attendendum est, quare non creauit simul virum & mulierem, sicut angelos: sed prius virum, deinde mulierem de viro. Ideo scilicet, vt vnum esset generis humani principium, quatenus in hoc & superbia diaboli confunderetur, & hominis humilitas Dei similitudine sublimaretur. Diabolus quippe aliud à Deo principium esse concupierat. Ideoque vt eius superbia retunderetur, hoc homo in munere accepit, quod diabolus peruersè rapere voluit, sed obtinere non potuit. Et per hoc imago Dei in homine apparuit: quia sicut Deus omnibus rebus existit principium creationis, ita homo omnibus hominibus principium generationis. Ideo etiam ex vno homine omnes esse voluit Deus, vt dum cognocerent se ab vno esse omnes, se quasi vnum amarent.

Ab. li. 12. de Ciuit. Dei.

Cap. 26.

Aliaratio quare ex vno homine omnes homines. Ibi. et

1.9. de Ge. ad lit. c. 13

Quare de latere viri, non de alia corporis parte formata sit.

CVM autem his de causis facta sit mulier de viro, non de qualibet parte corporis viri, sed de latere eius formata est, vt ostenderetur, quia in consortium creabatur dilectionis, ne forte si fuisset de capite facta, viro ad dominationem videretur preferenda: aut si de pedibus, ad seruitutem subiicienda. quia igitur viro nec domina, nec ancilla parabatur, sed socias: nec de capite, nec de pedibus, sed de latere fuerat producenda, vt iuxta se ponendam cognosceret, quam de suo latere sumptam didicisset.

Quare dormienti & non vigilianti costa subtrahita est.

NON sine causa dormienti quoque viro potius quam vigilianti detracta est costa, de qua mulier in adiutorium generationis viro est formata: scilicet vt nullam in eo sentisset pe-

DISTINCT. XVIII.

153

nam monstraretur, & diuina simul potentia opus mirabile ostenderetur, que hominis dormientis latus aperuit, nec eum tamen à quiete soporis excitauit. In quo etiam opere sacramentum Christi & ecclesie figuratum est. Quia sicut mulier de latere viri dormientis formata est: ita ecclesia ex sacramentis, que de latere Christi in cruce dormientis profuxerunt, scilicet sanguine & aqua, quibus redimimur à peccatis, atque abluimur à culpis.

Quod de illa costa sine extrinseco additamento facta fuit per Dei potentiam, sicut quinque panes in se multiplicati sunt.

SOLET etiam quaeri, vtrum de illa costa sine adiectione rei extrinsece facta sit mulier. Quod quibusdam non placuit. Ceterum si ad perficiendum corpus mulieris Deus extrinsecum augmentum addidisset, maius illud esset quam ipsa costa. Ideoque potius de illo addito quam de ipsa costa mulier facta deberet dici, de quo plures accepisset substantias partes. Restat ergo de sola ipsius costae substantia sine omni extrinseco additamento, per diuinam potentiam in semetipsa multiplicata mulieris corpus factum dicatur: eo sanè miraculo, quo postea de quinque panibus à Iesu caelesti benedictione multiplicatis quinque millia hominum satiata sunt. Illud etiam scire oportet, quod cum angelorum ministerio facta sit mulieris formatio, non est eis tamen tribuenda creationis potentia. Angeli enim nullam possunt creare naturam: ergo nec formare costam in mulierem, nec carnis supplementum in loco costae: non quod nihil agant vt aliquid creetur, sed non ideo creatores sunt, sicut nec agricola segetum vel arborum, Solus Deus, id est, Trinitas est creator. Facta est ergo forma à Deo, etiam si costa ministrata sit per angelos.

Vtrum secundum superiores, an secundum inferiores causas ita facta sit mulier, id est, an ratio seminalis id haberet vt ita fieret, an tantum vt ita fieri posset, sed vt sic fieret in Deo tantum esset causa.

SED quaeritur, an ratio quam Deus primis operibus conceperat, id haberet, vt secundum ipsam ex viri latere scemi-

Ad Eph.

Joan. 19 f

Ioan. 6. e

Ab. li. de

Ge. cap. 15

Ma. 14. b

Quod li.

cet angeli.

ca mimi &

stratione

si illud o-

pusexple-

ti, non ta-

me creato-

res fuerit

angeli.

Ab. li.

per Gen.

lib. 9.

Cap. 17.

An. li. 6.
de Ge. c. 15

nam fieri necesse foret: an hoc tantum, vt fieri posset. Ad quod sciendum est, omnium rerum causas in Deo ab æterno esse. Vt enim homo sic fieret vel equus & huiusmodi, in Dei potentia & dispositione ab æterno fuit. Hæc dicuntur primordiales causæ: quia istas alias non præcedunt, sed istæ alias, quæ sunt causæ causarum. Cùmque vnum sit diuina potentia, dispositio, siue volûtas, & ideo omnia omnium principalis causa: tamen propter effectus diuersos pluraliter dicit Aug. causas primordiales omnium rerum in Deo esse: inducens similitudinem artificis, in cuius dispositione est qualis futura sit arca. Ita & in Deo vniuersiusque rei futuræ causa præcessit. In creaturis verò quarundam rerum, sed non omnium causæ sunt, vt ait Aug. Quia inseruit Deus seminales rationes rebus, secundum quas alia ex aliis proueniunt, vt de hoc semine tale granum, de hac arbore tali: fructus & huiusmodi. Et hæc quoque dicuntur primordiales causæ, etsi non adeo propriè: quia habent ante se causam æternam, quæ propriè & vniuersaliter prima est. Illæ verò ad res aliquas dicuntur primæ, scilicet quæ ex eis proueniunt. Ideo etiã primordiales dicuntur, quia in prima rerum conditione rebus à Deo insitæ sunt. Et sicut creaturæ mutabiles sunt, ita & hæc causæ mutari possunt: quæ autem in immutabili Deo causa est, non mutari potest.

Distinctio causarum rerum peritilis, scilicet quod quedam in Deo & in creaturis, quedam in Deo tantum sunt.

OMNIVM rerum causæ in Deo sunt: sed quarundam causæ & in Deo sunt, & in creaturis, quarundam verò causæ in Deo tantum sunt: & illarum rerum causæ dicuntur absconditæ in Deo, quia ita est in diuina dispositione vt hoc vel illud fiat, quod non est in seminali creaturæ ratione. Et illa quidem quæ secundum causam seminale[m] sunt, dicuntur naturaliter fieri, quia ita cursus naturæ hominibus innouit. Alia verò præter naturam, quorum causæ tantum sunt in Deo. Hæc autem dicit Augustinus esse illa quæ per gratiam fiunt, vel ad ea significanda non naturaliter sed mirabiliter fiunt. Inter quæ mulieris facturam de costa viri ponit, ita dicens, vt mulierem ita fieri necesse foret, non in rebus conditum sed in Deo absconditum erat. Omnis creaturæ cursus habet naturales leges: super hunc naturalem cursum creator habet

Li. 9. c. 17
Quod non omnium q
sunt cau-
se sunt in
creaturis.

An. lib.
Ca. 17. c.
18.

Super. Ge.
li. 9. ca. 18

habet apud se posse de omnibus facere aliud, quàm eorum naturalis ratio habet: vt scilicet virga arida repente floreat, & fructum gignat, & in iuuentute sterilis foemina in senectute pariat, vt asina loquatur, & huiusmodi. Dedit autem naturis, vt ex his etiam hæc fieri possent, non in naturali motu haberent. Haber ergo Deus in se absconditas quorundam futurorum causas, quas rebus conditis non inseruit, easque implet non opere prouidentia, quo naturæ subsistunt vt sunt: sed quo illas administrat vt voluerit, quas vt voluit cõdidit. Omnium ergo quæ ad gratiam significandam: non naturali motu rerum, sed mirabiliter facta sunt, absconditæ causæ in Deo fuerunt: quorum vnum erat, quod mulier facta est de latere viri dormientis. Non habuit prima rerum conditio vt foemina sic fieret, sed vt fieri posset: ne contra causas quas Deus vltariè instituit, mutabili volûtare aliquid facere putaretur.

De anima mulieris, quod non est ex anima viri, vt quidam putauerunt, dicentes animas esse ex traduce.

QUEMADMODVM mulieris corpus de viri corpore traductum fuit ita putauerunt aliqui ipsius animã de viri anima propagatã: & omnes animas præter primã, de traduce esse, sicut corpora. Alij autem putauerunt simul omnes animas ab initio creatas. Catholica autè ecclesia nec simul ex traduce factas esse animas docet, sed in corporibus per coitum seminatim atque formatim infundi: & infundendo creati. Vnde Aug. in Ecclesiasticis Dogmatibus, Animas hominum non esse ab initio inter creaturas intellectuales naturas nec simul creatas, sicut Origenes fingit, dicimus: neque in corporibus per coitum seminari, sicut Luciferani & Cyrillus, & quidã Latinorũ præsumptores affirmat. Sed dicimus corpus tantum per coniugij copulã seminari, creatione verò animæ solùm creatorem nosse, eiusque iudicio corpus coagulari in vulua, & compingi atque formari: ac formato iam corpore animam creati atque infundi, vt viuat in vtero homo ex anima constans & corpore, & egrediatur viuus ex vtero plenus humana substantia. Hierony. etiam anathematis vinculo illos condemnat, qui animas ex traduce dicunt: inducens auctoritatem Prophetæ. Qui finxit sigillatim corda eorum. Hoc factis, inquit, innuit Propheta, quod non ipsam animam de anima facit Deus, sed sigillatim animas de nihilo creat.

Num.
17. b
Luc. 1. d
Num.
12. e
De gemi-
no opere
providen-
tia. Au-
gust. libr.
cod. c. cod.

Aug. li.
de Gene.
ad lite. 10.
cap. 1.
Aliorũ
opinio qui
putauerunt
oẽs animas si-
mul ab i-
nitio crea-
ri.

Aug. in
Ecclesiasti-
cis Dog-
matibus.

LIBER II.
DE PRIMO HOMINIS STA-
tu ante peccatum, scilicet qualis fuerit secun-
dum corpus & secundum animam.

Distinct. XIX.

*De homi-
nis dura-
tione &
conserua-
tione quã-
tũ ad im-
mortalita-
tem.
Quod ho-
mo in pri-
mo statu
scilicet an-
te peccatũ
fuit secun-
dũ corpus
mortalis
& immor-
talis.
In 2. verò
statu fuit
mortalis,
mortuus,
s. post pec-
catũ. In 3.
statu erit
omnino
immorta-
lis, i. non
potens mo-
ri.
Gene. 2. b
Quomodo
dicitur ho-
mo factus
in animã
uiuẽtem.*

Solent quæri plura de primo hominis statu ante peccatũ, scilicet qualis fuerit homo priusquã peccaret, & in corpore & in anima, mortalis an immortalis, passibilis an impassibilis. De termino inferioris vitæ, & transitu ad superiorem, de modo propagationis filiorum, & alia multa, quæ non inutiliter sciuntur, licet aliquando curiositate quærantur. At priusquã ad animi qualitatem pertinentia prosequamur, de qualitate eius secundum corpus, & modo propagationis filiorum, & de aliis quibusdam inspiciamus. Primus ergo homo secundum naturam corporis terreni, immortalis fuit quodammodo, secundum aliquid: quia potuit non mori, & mortalis quodammodo, quia potuit mori. In illo nanque primo statu habuit posse mori, & posse non mori. Et hæc fuit prima humani corporis immortalitas, scilicet posse non mori. In secundo verò statu post peccatum habuit posse mori, & non posse non mori: quia in hoc statu moriendi est necessitas. In tertio statu habebit posse non mori, & non posse mori: quia ad illum statum pertinet moriendi impossibilitas, quod ex gratia erit, non ex natura. In primo statu fuit corpus hominis animale, id est, egens alimonis ciborum. Vnde & homo factus dicitur in animam viuẽtem, non spiritualem, id est, in animam corpus sensificantem, quod adhuc erat animale, non spirituale, quod egebat cibis vt per animam viuere. Factus est ergo in animam viuẽtem, id est, vitam corpori dantem: tamen per sustentamenta ciborum, & tunc erat corpus mortale & immortale, quia poterat mori & poterat non mori. Post peccatum verò factum est mortuum, sicut dicit Apostolus, Corpus propter peccatum mortuum est, id est, necessitatem moriendi in se habet. In resurrectione verò erit spirituale, scilicet agile & cibis non egens: & immortale, non sicut in statu primo fuit, scilicet quod possit non mori, sed etiam quod non poterit mori. Vnde Aug. super Gen. Apostolus ait, Corpus quidem mortuum est propter peccatum, &c. Prius de limo terræ formatum est corpus animale non spirituale, cum quali resurgemus. Renouabitur enim a vetustate,

DISTINCT. XIX.

155

non in corpus animale quale fuit: sed in melius, id est, spirituale, cum hoc mortale induet immortale, in quod mutandus erat Adam, nisi mortem corporis animalis peccato meruisset. Non ait Apostolus, Corpus mortale est propter peccatũ, sed mortuũ. Illud enim ante peccatũ mortale & immortale erat, quia poterat mori & non mori. Aliud autẽ est non posse mori, aliud posse non mori. Ideo factum est per peccatũ non mortale, quod erat: sed mortuum, quod non fieret nisi peccaret. Animale enim non est hoc corpus sicut primi hominis fuit, sed iam deterius est: habet enim necessitatem moriendi. Ecce hic euidenter aperit August. quod corpus hominis ante peccatum mortale & immortale fuit: sed non qualiter fiet in resurrectione. De hoc eodem Beda super Gen. ait, Non est credendum ante peccatum ita fuisse mortua corpora, sicut modò. Ait enim Apostolus, Corpus propter peccatum mortuum est: sed licet fuissent animalia nondum spiritualia, non tamen mortua: quæ scilicet necesse esset mori.

*Vtrum immortalitas quam habuit ante peccatum,
esset de conditione natura, an
gratia beneficio.*

SOLET hic quæri, cum homo primus mortale & immortale corpus habuerit, vtrum ex conditione naturæ ipsius corporis habuerit vtrumque: an alterum beneficium esset gratiæ, scilicet immortalitas, id est, posse non mori. Ad quod dici potest, quia alterum habebat in natura corporis, id est, posse mori. Alterum verò, scilicet posse non mori, erat ei ex ligno vitæ, scilicet ex dono gratiæ. Vnde Aug. super Gen. Quodammodo creatus est homo immortalis, quod erat ei de ligno vitæ, non de conditione naturæ. Mortalis erat de conditione corporis animalis, immortalis beneficio conditoris. Non enim immortale erat, quod omnino mori non posset: quod non erit, nisi cum fuerit spirituale. Aperte dicit quod non ex natura, sed ex ligno vitæ habebat posse non mori. Propter hoc aliqui dicunt, quod nisi illo ligno vitæ vteretur non semper viuere, quia peccaret. Peccaret enim si illo ligno non vteretur: quia præceptum erat ei vt comederet de omni ligno paradisi, nisi de ligno scientiæ boni & mali. Sicut ergo peccauit comedendo quod erat prohibitum: ita etiam peccaret, si non comederet quod erat iustum.

*Rom. 8. b
lib. 5. c. 19.
Rom. 8. b
Libr. eodẽ
cap. 24.
1. Cor. 15. g
Ibidem. c.
25. Corpus
hominis
ante pecca-
tũ mor-
tale &
immorta-
le fuit.
Rom. 8. b.*

*Responso,
qua dicitur
alterũ
fuisse de
conditione
natura. i.
posse mori,
alterũ ex
gratia do-
mo. s. posse
mori.
lib. 6. c. 25.
Aliqui di-
cunt quod
si non v-
teretur
Adũ de
ligno vitæ
non sem-
per viuere
quis
peccaret.*

*Si non foret præceptum, vt de illo ligno comederet & aliis,
& non illo vteretur, an posset
non mori.*

*Opinio
quorundã.*

*Aliorũ
opinio.*

Li. 3. c. 2.

*De hoc vi
de i. Glossa*

*Ordina
ria ad il
lud Ge. 1.*

*Faciam⁹
hominem,*

&c.

Luc. 20. f

Aug. li.

Quæstio.

vete. &

no. legis.

cap. 19.

Attende

quia i. pre

ceptis à Deo

hominis pri

mo datis

hoc conti

nebatur,

vt de om

ni ligno

nisi de li

gno scien

tiæ boni

& mali

comede

ret.

S E D adhuc quaeritur, si non esset præceptum, vt de ligno vitæ ederet & aliis, & non illo vesceretur, nunquid posset non mori? Si semper viueret non vtens illo ligno, non erat ei ex illo ligno posse non mori. Si verò non posset semper viuere, id erat ei ex illo ligno. Aliqui dicunt, quòd si non fuisset ei præceptum vesci illo ligno & aliis, & non illo vesceretur, viueret semper: sic determinantes illud quod supra dixit Aug. Erat ei de ligno vitæ, non de conditione naturæ tantum, scilicet quasi non ex conditione naturæ solummodo erat ei, sed etiam ex illo ligno. Alii autem videtur, quòd ex ligno vitæ erat ei posse non mori, non ex natura. Ideo enim dicitur posse non mori, quia poterat vti illo ligno, de quo edens non moreretur.

*Quæstio Augustini quomodo immortalis
factus sit homo.*

D E hac verò hominis immortalitate, qualis fuerit, Augu. super Gene. quaestionem mouens sic ait, *Quæritur quomodo immortalis factus sit homo præ aliis animantibus: & quomodo cum illis communem accepit alimoniam. Sed alia est immortalitas carnis, quam in Adã accepimus: alia quam in resurrectione speramus per Christum. Ille factus est homo immortalis, vt non posset mori si non peccaret, moreretur autem si peccaret. Filij verò resurrectionis non poterunt vitrà peccare nec mori. Caro nostra non tunc egebit refectioe ciborum: quia nulla poterit esse defectio. Caro Adæ ante peccatum ita immortalis creata est, vt per alimoniam adiuta esset mortis & doloris expers. Sic ergo immortalis & in corruptibilis condita est caro hominis, vt suam immortalitatem & incorruptionem per obseruantiam mandatorum Dei custodiret. In quibus mandatis hoc continebatur, vt de illis lignis concessis manducaret, & ab interdico abstineret. Per horum edullum immortalitatis dona conseruaret, donec corporalibus incrementis perductus ad ætatem quæ conditori placeret, multiplicata progenie ipso iubente fumeret de ligno vitæ, quo perfectè immortalis factus, cibi alimenta vltèrius non requireret.*

Summatim superiorum verborum sententiam perstringit.

E C C E his verbis videtur Aug. tradere, quòd caro primi hominis immortalitatem in se habuerit: quæ per alimoniam ciborum conseruaretur vsque ad tempus suæ translationis in melius, quando de ligno vitæ comederet, & fieret omnino immortalis, ita vt non posset mori.

Quòd ex predictis consequi videtur, hominem de natura sua conditione quodam modo fuisse immortalem: sed non omnino fieret immortalis, nisi participato ligno vitæ.

I D E O aliqui dicunt quod immortalitatem de natura habebat, quia poterat non mori: quæ aliorum lignorum esu poterat conseruari, sed non poterat consummari nisi per assumptionem ligni vitæ. Quòd videtur Augu. sentire super Gen. dicens, Hoc quoque addo, talem cibum illam arborem præstitisse, quo corpus hominis stabili sanitate firmaretur: non sicut ex alio cibo, sed inspiratione salubritatis occulta. Hic innuere videtur quòd cum aliis cibus posset corpus sustentari, hoc cibo indeficiente sanitate firmaretur. Ex quo consequi videtur, quòd sicut in natura sua habuit mortalitatem quandam, scilicet aptitudinem moriendi: ita aliquam immortalitatem in natura sua habuit, id est, aptitudinem qua poterat non mori cibus adiutus: sed si perstitisset, immortalitatis perfectio esset ei de ligno vitæ. Sed qui hoc tradunt, quomodo superiora Augu. verba, quibus dicit quòd erat immortalis ex ligno vitæ, huic sententiæ non contradicant, diligenter inquirent.

D E M O D O P R O C R E A T I O N I S
filiorum, si non peccassent primi parentes, & quales nascerentur filij.

Distinct. xx.

P O S T hæc videndum est qualiter primi parentes, si non peccassent, filios procreassent, & quales ipsi filij nascerentur. Quidam putant ad gignendos filios primos homines in paradiso misceri non potuisse, nisi post peccatum: dicentes concubitus sine corruptione vel macula non

*De hois
duratione
& conser
uatione
quæritur ad
filiorũ p.
creatione*

posse fieri. Sed ante peccatum nec corruptio, nec macula in homine esse poterat: quoniam ex peccato hæc consecuta sunt. Ad quod dicendum est, quod si non peccassent primi homines, sine omni peccato & macula in paradiso carnali copula conuenissent, & esset ibi thorus immaculatus, & commixtio sine concupiscentia: atque genitalibus membris sicut cæteris imperarent, ut ibi nullum motum illicitum sentiret, & sicut alia membra corporis aliis admouemus, ut manum ori sine ardore libidinis: ita genitalibus uterentur membris sine aliquo pruritu carnis. Hæc enim lethalis ægritudo membris humanis ex peccato in hæsit. Genuissent itaque filios in paradiso per coitum immaculatum, & sine corruptione. Vnde Augustinus, Cur non credamus primos homines ante peccatum genitalibus membris ad procreationem imperare potuisse, sicut cæteris in quo libet opere sine voluptatis pruritu utimur? Incredibile enim nunc est Deum talia fecisse illa corpora, ut si non peccassent, illis membris, sicut pedibus imperarent, nec cum ardore femina rent, vel cum dolore parent: sed post peccatum motum illum meruerunt: quem nuptiæ ordinant, continentia cohibet. Infirmas enim prona in ruinam turpitudinis excipitur honestate nuptiali: & quod sanis est officium, ægrotis est remedium. Emissi quidem de paradiso conuenerunt, & genuerunt: sed potuerunt in paradiso eis esse nuptiæ honorabiles & thorus immaculatus sine ardore libidinis, sine labore pariendi.

Quare in paradiso non coierunt, duobus modis soluit. B

CVR ergo non coierunt in paradiso? Quia creata muliere, mox transgressio facta est, & eieci sunt de paradiso. Vel quia nondum Deus iusserat ut coirent, & poterat diuina expectari autoritas, ubi concupiscentia non angebat. Deus vero non iusserat, quia casum eorum præsciebat, de quibus homo propagandus erat. Ecce expressè habes de modo propagationis filiorum.

De termino illius inferioris vitæ, utrum natis filiis per successiones, an simul omnes transferendi essent. C

DE termino verò temporis, quo transferentur ad spirituales, cælestemque vitam, certum aliquid Scriptura non

Opinio quorundam falsa. Ratio opinionis. Responso. contra illorum opinionem.

Aug. sicut per Ge. li. 9. Cap. 10.

Ca. 7. ibi.

Ibid. ca. 3.

Libr. eodē Cap. 4.

Libr. eodē Cap. 4.

tradit. Et ideo ambiguum est, utrum parentes genitis filiis perfectaque humani officij iustitia, ad meliorem statum transferentur non per mortem, sed per aliquam mutationem: an patres in aliquo statu vitæ remanent, ligno vitæ utentes, donec filij ad eundem statum perueniant: & sic impleto numero omnes simul ad meliora transferentur, ut essent sicut sancti angeli in cælis. De quo Augustinus ambiguum differit, super Genesim ita inquit, Potuerunt primi homines in paradiso filios gignere: non ut morientibus patribus succederent filij, sed in aliquo formæ statu manentibus, & de ligno vitæ vigorem sumentibus, & filij ad eundem perducerentur statum, donec impleto numero sine morte animalium corpora in aliam qualitatem transirent: in qua omnino regenti spiritui deseruirent, & solo spiritu viuificante sine corporeis alimentis uiuerent. Vel potuerunt parentes filiis cedere, ut per successionem numerus impleteretur: qui genitis filiis perfectaque humani officij iustitia, ad meliora transferentur, non per mortem, sed per aliquam mutationem. Ecce hic habemus de transitu hominis ad meliora, sed in certum nobis relinquitur, utrum simul transferentur, an per successiones.

Quales procrearent filios, utrum perfectionem statum & usum membrorum habentes, qualis homo primus fuit conditus. D

SI verò quaeritur, quales si non peccasset homo, filios genuisset? utrum videlicet sicut ipse primus homo secundam naturam corporis & usum membrorum perfectus mox conditus exiit, ita etiam eius filij in ipso natiuitatis exordio perfecti existerent: quia ambulare, & loqui, & cuncta facere possent? Responderi potest, quod filios paruulos nasci oportebat, propter materni uteri necessitatē: sed utrum mox nati perfectionem statum & membrorum usum haberent, an paruuli & in minore ætate constituti uti possent membrorum officiis, an per interualla temporum eo modo quo nunc fit, perfectionem statum & usum membrorum recepturi essent, auctoritatibus definitum non habemus.

Ambigua Augustini verba ponit, ubi tamen videtur innuere, quod filij & paruuli possent membrorum utrius officij.

Li. 8. c. 4.

Ibid. c. 6.

Responso, ubi uno sine ambiguo positam tripartitam subiicit distinctionem.

*Li. de par-
uulorū ba-
ptismo pri-
mo qui a-
liās dici-
tur de pec-
catorū me-
ritis, &
remissioe
in cap. 37.
& tom. 7.*

ET super hoc Augustinus ambigū loquitur. Mouer nos, inquit, si primi homines non peccassent, vtrum tales filios essent habituri, qui nec lingua, nec manibus, nec pedibus vterentur. Nam propter vteri necessitatem, forte necesse erat paruulos nasci: sed quāuis exigua pars corporis sit costa, non tamen propter hoc paruulam viro coniugem fecit, vnde & eius filios poterat omnipotentia creatoris mox natos grādes facere. Sed vt hoc omittam, poterat certē eis prae stare, quod multis animalibus praestitit: quorum pulli, quanuis sūt paruuli, tamen mox vt nascuntur currunt, & matrem sequuntur. Contrā, homini nato nec ad incessum pedes idonei sunt, nec manus saltem ad scalpendum habiles, & iuxta se mammas positas nascentes, magis possunt esurientes flere quām sugere: propriēque infirmitati mentis congruit hęc infirmitas carnis. His verbis videtur insinuari, quod filij etiam paruuli officiis membrorum valeret vari.

Quibusdam non absurde placuit quod filij paruuli nascerentur, & per accessum temporis in statura & in aliis sicut nunc proficerent, quod non esset vitio imputandum.

SED cūm Augustinus sub assertione de his nihil tradat, non irrationabiliter quibusdam placuit primorum parentum filios nascituros paruos, ac deinde per interualla temporum eadem lege, qua & nunc natiuitatem humanam ordinatam cernimus, staturae incrementum & membrorum vsū recepturos, vt in illis expectaretur aetas ad ambulandum & loquendum sicut modō in nobis, quod vtrique non esset vitio imputandum, sed conditioni naturae: si cur a cibo abstinere penitus non valebant, nec tamen illud erat ex vitio, sed ex natura conditionis.

Oppositio quorundam volentium probare eos posse viuere sine alimonia.

AD hoc autem opponitur, Si non peccarent, non morentur: sed non peccarent, si non comederent, poterant igitur sine alimonia viuere. Ceterum, si cur supra diximus, non solum peccarent si de ligno vetito ederent, sed etiam, si concessis non vterentur: quia sicut erat eis praecipuum non illo ligno vti, ita aliis velci. Praeterea contra naturalem rationem

*Dist. 19.
litera B.*

facerent, qua intelligebant de illis esse edendum, quod & naturaliter apperebant. Item opponitur, Cūm fames sit poena peccati, si non peccarent, famem non sentirent: sed sine fame superfluum videretur comedere. Vnde putant quidam eos cibis non indignisse ante peccatum: quia non poterant esurire, si non peccassent. Ad quod dici potest, quod fames verē defectus est & poena peccati. Est enim immoderatus appetitus edendi, cui non subiactisset homo, si non peccasset: sed proculdubio peccaret, nisi hunc defectum cibo praueniret. Habebat enim naturalem appetitum & moderatum, cui ita satisfaciendum erat, ne defectum famis sentiret. Sicut ergo non ex vitio, sed ex naturae conditione erat, quod ante peccatum homo cibis indigebat, ita non ex vitio esset, sed de natura, si hominis conditio in principio suo, id est, in primo parente à perfecto inchoata, in subsequenti propagatione à modico ad maiora proficeret: vt scilicet per interualla temporis, staturae corporeae incrementa vsūque membrorum suscipere.

Vtrum sicut statura corporis, ita etiam sensu mentis paruuli nascerentur, & per accessum temporis proficerent in sensu & notitia veritatis, scilicet an mox nati in his essent perfecti.

ET cūm de corpore humano non sit absurdum vel inconueniens hoc existimare, quaeri solet vtrum de sensu animae & cognitione veritatis eodem modo sentiendum sit: vt scilicet hi qui sine peccato nascerentur, sensu & intelligentia mentis imperfecti existerent, & per accessum temporis in his proficerent vsque ad perfectionem: an mox conditi perfectionem sensus & cognitionis perciperent. Illi qui sentiunt paruulos natos, in statura corporis & vsu membrorum per accessum temporis profecturos, non differunt eosdem in exordio natiuitatis sensu imperfectos existeret & per interuallum temporis in sensu & cognitione proficere vsque ad perfectum.

Contra illorum sententiam opponunt quidam.

AD quod quidam opponunt dicentes, Si mox nati non haberent perfectionem sensus & intelligentiae, ignorantia in eis esset. Ignorantia autem peccati est poena. Sed qui hoc di-

Alia oppositio circa idem.

Responso.

Responso.

cunt, non satis diligenter considerant: quia non omnis qui aliquid nescit vel minus perfecte aliquid scit, statim ignorantiam habere siue in ignorantia esse dicendus est: quia ignorantia non dicitur, nisi cum id quod sciri & non ignorari debet, nescitur. Talisque ignorantia poena peccati est, cum mens vitio obscuratur, ne cognoscere valeat ea quae scire deberet.

Quomodo ignorantia dicitur esse in aliquo.

De hominis translatione in meliorem statum: & de duobus bonis, altero hic dato, altero promisso.

Aug. de sacra. li. i. parte 2. cap. 6. i. cor. 15. f. Quod rationem naturalem & praeceptum dedit Deo homini ad seruandum bonum quod acceperat & promerendum quod promissum erat.

TALIS erat hominis institutio peccatum secundum corporis conditionem. De hoc autem statu transferendus erat cum vniuersa posteritate sua ad meliorem digniorumque statum: vbi caelesti & aeterno bono in caelis sibi parato fruere. Sicut enim ex duplici natura compactus est homo, ita illi duo bona conditor à principio preparauit: vnum temporale, alterum aeternum, vnum visibile, alterum inuisibile, vnum carni, alterum spiritui. Et quia primum est quod est animale, deinde quod est spirituale, temporale ac visibile bonum prius dedit: Inuisibile autem & aeternum promisit, & meritis quaerendum proposuit. Ad illius autem custodiam quod dederat, & ad aliud promerendum quod promiserat, naturali ratione in creatione animae hominis indicat, qua poterat inter bonum & malum discernere, praeceptum addidit obedientiae: per cuius obseruantiam datum non perderet, & promissum obtineret, vt per meritum veniret ad praemium.

DE INVIDIA DIABOLI, QVA

ad hominem tentandum accessit.

Distinct. XXI.

De hominis lapsu seu peccato primum paratum, & eorum tentatione.

VIDENS igitur diabolus hominem per obedientiae humilitatem posse ascendere, vnde ipse per superbiam corruerat, inuidit ei: & quia prius per superbiam diabolus fuerat, id est, deorsum lapsus, & zelo inuidiae factus est Satan, id est, aduersarius. Vnde & mulierem tentauit, in qua minus quam in viro rationem vigere nouit. Eius enim malitia ad tentandum virtutem timida, humanam naturam in ea parte vbi debilior videbatur, aggressa est: vt si forte il-

lic aliquatenus praevaleret postmodum fiducialius ad alteram, quae robustior fuit, pulsandam vel potius subuertendam accederet. Primum ergo solitariam foeminam explorauit, vt in ea primum omnem suae tentationis vim experiretur.

Eccle. 4. 8.

Quare in aliena forma venit.

SED quia illi per violentiam nocere non poterat, ad fraudem se conuertit, vt dolo hominem supplantaret, quem virtute superare nequiret. Ne autem fraus illius nimis manifestaretur, in sua specie non venit, ne aperte cognosceretur, & ita repelleretur, iterum ne nimis occulta foret fraus eius quae caueri non posset, vt homo simul videretur iniuriam pati, si taliter circumueniri permitteret eum Deus, vt precauere non posset, in aliena quidem forma venire permissus est diabolus: sed in tali, in qua eius malitia facile posset deprehendi. Vt ergo in propria forma non veniret, voluntate sua propria factum est: vt autem in forma suae malitiae congruenti veniret, diuinitus factum est. Venit ergo ad hominem in serpente: qui forte si permitteretur, in columbae specie venire maluisset. Sed non erat dignum vt spiritus malignus illam formam homini odiosam faceret, in qua spiritus sanctus appariturus erat. Non ergo nisi per serpentem tentare permissus fuit diabolus: vt per illud quod foris erat, astutiam tentantis animaduertere foemina quiret. Diabolus enim per serpentem tentabat, in quo loquebatur. Ideoque serpens dicitur esse callidior cunctis animantibus terrae: quia vt ait Aug. Mali angeli sicut superbia deiectioni, natura tamen sunt excellentiores omnibus bestiis propter eminentiam rationis: quanuis serpens non rationali anima, sed spiritu diabolico possit sapientissimus dici. Non ergo mirum si diabolus spiritu suo implens serpentem sicut vates implebat, sapientissimum reddiderat omnium bestiarum: quem tamen ad tentandum non eligit diabolus, sed per quod animal permissus fuit, tentauit. Vnde Augu. super Genes. Non est putandum quod diabolus serpentem per quem terarer elegerit, sed cum decipere cuperet, non potuit nisi per quod animal posse permissus est. Nocendi enim voluntas, inest cuique à se, sed potestas à Deo. Sic autem loquebatur diabolus per serpentem ignorantem, sicut per energumenos vel phanaticos loquitur. Serpente enim velut organo

Quare ad foeminam prius venit.

Quare non nisi in forma serpentis accessit.

Gene. 3.

Aug. super Ge. li.

ii. cap. 2.

Quare di-

ctus est ser-

pens callidior cunctis

animanti-

buz.

Li. xi. c. 3.

Lib. code.

ca. 27. 28.

& 29.

N^{um.} 2.2. c
 Quare mulier
 non horruit
 serpentem.

est usus, mouens naturam eius ad exprimendum sonos verborum & signa, quibus suam monstraret voluntatem. Serpens ergo nec verba intelligebat, nec rationalis est factus: calidissimus tamen est dictus propter astutiam diaboli. Locutus est autem sicut asina Balaam: sed hoc diabolicum, illud angelicum fuit. Boni & mali angeli similiter operantur. Hic quaeri solet, quare mulier non horruit serpentem. Quia cum nouerit creatum esse, ipsum etiam officium loquendi à Deo accepisse putauit.

Quare ex
 interrogati
 one exor
 tus est.
 Eccl. 13. b.
 Gen. 3. b.
 Verba ser
 pentis. Ad
 di serpentem
 nactus si
 duciam ex
 verbis mu
 lieris, pro
 missione
 falsam.
 Gen. 3. b.
 Au. li. 9.
 Gene. 1. c.

De modo tentationis
TENTATIO autem hoc modo facta est, Stans coram femina hostis superbus non audent in verba persuasionis exire meruens deprehendi: sed sub interrogazione eam aggreditur, vt ex responsione colligeret qualiter in malitia procedere posset. Cur inquit, præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradisi? Cui respondit mulier, De fructu lignorum quæ sunt in paradiso vescimur; de fructu vero ligni quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus, ne fortè moriamur. In quo verbo dedit locum tentanti cum dixit, ne fortè moriamur. Vnde mox diabolus dixit ad mulierem. Nequaquam moriemini, scit enim Deus quod in quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii, scientes bonum & malum. Attende ordinè ac progressum humanæ perditionis. Primò Deus dixerat, Quacunque die comederitis ex eo, mori teminemini. Deinde mulier dixit, Ne fortè moriamur. Nouissimè serpens dixit, Nequaquam moriemini. Deus affirmauit, mulier quasi ambigendo illud dixit, diabolus negauit. quæ ergo dubitauit, ab affirmante recessit, & neganti appropinquauit.

De versutia diaboli, qui ad facilius persuadendum malum remouit, & bonum in pollicito duplicauit.

QVI ad suam persuasionem pleniter suffulciendam, id est, vt malum quod intendeat liberè persuaderet: & malum quod mulier timuit, negando remouit, & promissionem addidit, & vt eius persuasio citius reciperetur, repromissionem duplicauit. Vnam nempe comestionem suadens, duo in præmio proposuit, similitudinem Dei, scientiamque boni & mali

spondens. Vbi tribus modis hominem tentauit, scilicet gula in persuasionem cibi, cum dixit, In quacunque die comederitis: Inani gloria in promissione deitatis, cum dixit, Eritis sicut dii: Auaritia in promissione scientiæ cum dixit, Scientes bonum & malum. Gula est immoderata cibi auditas. Vana gloria, amor propriæ excellentiæ. Auaritia, immoderata habendi cupiditas: quæ non est tantum pecuniæ, sed etiam altitudinis & scientiæ, cum supra modum sublimitas ambitur.

De duplici tentationis specie.

PORRO sciendum est duas esse species tentationis interioris scilicet & exterioris. Exterior tentatio est, quando nobis extrinsecus malum visibiliter suggeritur verbo vel signo aliquo, vt ille cui fit, ad consensum peccati declinet: & talis tentatio tantum fit ab aduersario. Interior verò tentatio est, quando inuisibiliter malum nobis intrinsecus suggeritur: & hæc tentatio aliquando fit ab hoste, aliquando à carne. Nam & diabolus inuisibiliter mala suggerit, & ex carnis corruptione suboritur motus illicitus & vitulatio praua. Idemque tentatio quæ ex carne est, non fit sine peccato: quæ autem est ab hoste, nisi ei consentiatur, non habet peccatum, sed est materia exercenda virtutis. Tentatio autem carnis interior difficilius vincitur: quia interius oppugnans de nostro contra nos roboratur. Homo ergo qui sola exteriore tentatione pulsatus cecidit, tanto grauius plectendus erat, quando leuiori impulsu fuerat prostratus. Et tamen quia aliquam, licet modicam cedendi occasionem habuit, idcirco per gratiam iuuari potuit ad veniam: vt qui per alium ceciderat, per alium eligeretur. Qui ergo incitatore habuit ad malum, non iniuste reparatorem habuit ad bonum. Diabolus verò quia sine alicuius tentatione peccauit, per alium, vt surgere iuuari non debuit, nec per se potuit: & ideo irremediabile peccatum eius extitit. Peccatum verò hominis sicut per alium habuit initium, ita per alium non incongruè habuit remedium.

Quare homo non angelus, fit redemptus.

PRAETEREA angelica natura quoniam non tota perierat, sed ex parte persisterat, non est redempta: humana verò tota perierat: & ideo ne penitus perderetur, ex parte est redempta, vt inde ruina suppleretur angelica: vnde August. in

Quod ho
 mo tribus
 modis ten
 tatus est,
 gula, va
 na gloria,
 auaritia,
 Greg. ho
 mil. 16.

Euang.
 Quæ sit ex
 terior ten
 tatio, & à
 quo fiat.
 Quare ho
 mo per alium
 surgere po
 tuit & non
 diabolus &
 hois pecca
 tum reme
 diabile,
 diaboli ve
 rò non.
 Greg. l. 4.
 Mor. c. 9.
 & Aug.
 li. 1. de Mi
 rabilibus
 sacre scri
 ptu. cap. 2

Cap. 19. Enchi. Placuit vniuersitatis creatori & moderatori, vt quoniam non tota multitudo angelorum Deum deserendo perierat, ea quæ perierat in perpetua perditione remaneret: quæ autem cum Deo illa deserente perstiterat, de sua certissimè cognita semper foelicitate gauderet. At verò creatura rationalis, quæ in hominibus erat, quoniam peccatis atque suppliciis tota perierat, ex parte poterat reparari, vnde angelicæ societati suppleretur quod ruina illa minuerat: hoc enim promissum est Sanctis quod æquales angelis Dei.

Quod non solum viro præceptum fuit datum.

Av. Super Ge. 8. l. ca. 17. Ge. 3. a. Gene. 2. d. De hominis transgressioni.

ILLVD etiam notandum est, quod non solum viro præceptum videtur esse datum, cum ipsa mulier testatur sibi etiam esse mandatum, dicens: Præcepit nobis Deus, &c. Suprà tamen legitur ante factam mulierem Deum dixisse viro. De ligno scientiæ boni & mali ne comedas: Non dixit, ne comedatis. Fortè quia facturus erat mulierem de viro, sic præcepit vt per virum ad mulierem perueniret mandatum: quia mulier quæ subiecta viro fuit, non nisi mediante viro diuinum debuit accipere præceptum: vnde Apostolus, Si quid discere mulieres voluerint, domi viros suos interrogent. Si quæratur quomodo loqui potuerunt vel loquentem intelligere, qui non didicerant inter loquentes crescendo vel magisterio? dicimus, quia Deus eos tales fecerat, qui possent loqui, & discere ab alijs si essent.

DE ORIGINE ILLIUS peccati.

Distinct. XII.

Li. II. c. 5. **H**ic videtur diligenter inuestigandum esse quæ fuerit origo & radix illius peccati. Quidam putant quandam elationem in animo hominis præcessisse, ex qua diaboli suggestioni consensit. Quod videtur August. innuere super Genes. ita inquit, Non est putandum quòd homo deiceretur, nisi præcessisset in eo quædam elatio comprimenda, vt per humiliationem peccati sciret quàm falsò de se præsumperit, & quòd non bene se haberet natura si à faciente recessisset. Item in eodem, Quomodo verba tentatoris crederet mulier, dum se à te bona & vtili prohibuisset, nisi inesset eius menti amor

Aug. lib. de Gen. ad li. 1. ca. 30.

ille propria potestatis, & de se superba præsumptio: quæ per tentationem fuerat conuincenda, aut perimenda. Denique non contenta suasionem serpentis, aspexit lignum bonum elu, decorum aspectu: nec credens se inde posse mori, fortè putauit Deum alicuius causâ significationis illa dixisse: ideo manducauit, & dedit viro suo fortassis cum aliqua suasionem, quam Scriptura intelligendam reliquit. Vel fortè non fuit suaderi necesse, cum eam mortuam esse illo cibo non videret vir. Sicut ergo non est permissus diabolus tentare foeminam, nisi per serpentem, ita nec virum, nisi per foeminam: vt sicut præceptum Dei per virum venit ad mulierem, ita diaboli tentatio per mulierem transfret ad virum. In muliere vero quæ rationalis erat, non est ipse locutus vt in serpente, sed persuasione eius, quauis instinctu adiuuaret interius, quod per serpentem gerebar exterior. Ex prædictis tentationis modus atque progressus insinuatur: nec non etiam quod prædiximus, innui videtur, scilicet quòd tentationem præcesserat aliqua elatio, & præsumptio in mente hominis.

Obiectio contra illos qui dicunt elationem præcessisse in mente.

QUOD si ita fuit, non ergo alterius suggestionem prius peccauit, cum autoritas tradat ideo peccatum diaboli incurabile esse, quia non suggestionem sed propria superbia cecidit; hominis verò curabile, quia non per se, sed per alium cecidit, & ideo per alium resurgere potuit. Quocirca prædicta verba August. ac diligentem Lectorem efflagitant: quæ sic intelligere sanè quimus, Non deiceretur homo in actum illius peccati, vt scilicet lignum vetitum ederet, & in has miseras per tentationem diaboli, nisi elatio comprimenda præcessisset non vtique tentationem, sed opus peccati. Talis enim fuit ordinis processus: Diabolus tentando dixit, Si comederitis, eritis sicut dii, scientes bonum & malum: quo audito statim menti mulieris surrepsit elatio quædam & amor propria potestatis, ex quo placuit ei facere quod diabolus suadebat, & vtique fecit. Suggestionem igitur peccauit, quia tentatio præcessit: ex qua in mente eius orta est elatio, quam peccatum operis secutum est, & poena peccati.

Quæ fuit elatio mulieris.

Av. lib. I dist. c. 27. Ibidem. Quod aliter locutus est diabolus in muliere quæ in serpente.

Aug. & Greg. locis superius citatis. Quò intel ligenda sunt illa verba hic definit vide tentationis ordinem.

ET talis quidem elatio in mente mulieris fuit pro certo, qua credidit & voluit habere similitudinem Dei cum æqualitate quadam, putans esse verum quod diabolus dicebat. Et ideo specialiter mulierem commemorat Aug. iniquiens, Quomodo crederet mulier diabolo, nisi esset in mente eius de se superba præsumptio: Et quod ibi sequitur, scilicet, Quæ per tentationem fuerat conuincenda vel perimenda: ad mulierem referendum est, vt intelligatur quæ mulier, non quæ elatio fuerat per tentationem, &c.

Quæ fuit elatio viri, an crediderit & voluerit quod mulier.

Quomodo Adam nõ fuit seductus sicut mulier scilicet vt crederet verum quod diabolus suadebat. & tamen in aliquo fuit seductus, s. vt veniale peccaret peccatum.
Rom. 5. c.
Lib. 11. c. 42.
Rom. 5. c. 1. Tim. 2. d. Gene. 3. c. Li. & ca. eisdẽ post pauca. Heb. 4. d.

SOLET quæri, vtrum illa talis elatio & amor propriæ potestatis in viro fuerit, sicut in muliere. Ad quod dicimus, quia Adam non fuit seductus eo modo quo mulier: non enim putauit esse verum quod diabolus suggererat. In eo tamen fuisse seductum credi potest, quod commissum veniale putauerit, quod peremptorium erat. Sed nec prior seductus fuit: nec in eo in quo mulier, vt crederet Deum illud lignum ideo tangere prohibuisse, quoniam si tangerent fierent sicut dii. Veruntamen præuaricator fuit Adam, vt testatur Apostolus. Poterat enim aliqua elatio menti eius inesse illico post tentationem, ex qua voluit lignum vetitum experiri, cum mulierem non videret mortuam esca illa percepta. Vnde Aug. super Gene. Cum Apostolus Adam præuaricatorem fuisse ostendat dicens, In similitudinem præuaricationis Adæ seductum tamen negat vbi ait, Adam non est seductus, sed mulier. Vnde & interrogatus non ait, Mulier seduxit me: sed, dedit mihi, & comedi. Mulier verò dixit, Serpens seduxit me. Hanc autem seductionem propriè vocauit Apostolus, per quam id quod suadebatur, cum falsum esset, verum putatum est, scilicet quod Deus lignum illud ideo tangere prohibuerit, quia sciebat eos, si tetigissent, sicut deos futuros: tanquam eis diuinitatem inuideret, qui eos homines fecerat. Sed etsi virum propter aliquam mentis elationem, quæ Deum latere non poterat, sollicitauit alia experiendi cupiditas, cum mulierem videret accepta illa esca non esse mortuam: nec tamen eum arbitror, si iam spirituali mente præditus erat, vilo modo credidisse quod diabolus suggererat.

Quis plus peccauit, Adam vel Eva.

Ex

EX quo manifestè animaduerti potest, quis eorum plus peccauerit, Adam scilicet, vel Eva. Plus enim videtur peccasse mulier, quæ voluit vsurpare diuinitatis æqualitatem, & nimia præsumptione elata credidit ita esse futurum: Adam verò nec illud credidit, & de poenitentia & Dei misericordia cogitauit, dum vxori morem gerens, eius persuasioni consentit, nolens eam contristare, & à se alienatam relinquere ne periret, arbitrans illud esse veniale non mortale delictum. Vnde Aug. Apostolus ait, Adam non est seductus, Quod utique ita accipi potest, vt intelligatur non esse seductus prior, scilicet, vel in eo in quo mulier, vt scilicet crederet illud esse verum, Eritis sicut dii, sed putauit vtrumque posse fieri, vt & vxori morem gereret, & per poenitentiam veniam haberet. Minus ergo peccauit, qui de poenitentia & Dei misericordia cogitauit. Postquam enim mulier seducta manducauit, ei que dedit, vt simul ederent, noluit eam contristare, quam credebatur sine suo solatio contabescere, & à se alienatam omninò interire: non quidem carnali victus concupiscentia, quam nondum senserat, sed amabili quadam beneuolentia, qua plerunque fit vt offendatur Deus, ne offendatur amicus, quod eum facere non debuisse diuinæ sententiæ iustus exitus indicauit. Ergo alio quodam modo ipse etiam deceptus est. Inexpertus enim diuinæ seueritatis, in eo falli potuit, vt veniale crederet esse commissum: sed dolo illo serpentino quo mulier seducta est nullo modo arbitror illum potuisse seduci. Ex his datur intelligi, quod mulier plus peccauerit, in qua maioris tumoris præsumptio fuit: quæ etiam in se, & in proximum, & in Deum peccauit: vir autem tantum in se, & in Deum. Inde etiam colligitur quod mulier plus peccauerit, quia grauius punita est: cui dictum fuit, In dolore paries filios, &c.

Quid prædictæ sententiæ aduersari videatur.

SE D huic videtur contrarium quod Aug. super Gene. de viro & muliere peccatum suum excusantibus ait: Dixit Adam, Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi: non dixit, peccavi. Superbia enim habet confusionis deformitatem, non confessionis humilitatem. Nec etiam mulier confitetur peccatum, sed refert in alterum dicens, Serpens decepit me, & comedi: in impari sexu, sed pari fastu.

Lib. &c. eisdem. 1. Tim. 2. d. Gen. 3. b

Li. 14. de ciuitate. Cap. 11. In quo Adā deceptus est. Lib. 11. de Ge. c. 42. Ex pena etiā plus peccasse probatur mulier. Gen. 3. ca. Lib. 11. de Gen. c. 35.

*Determinatio prædictæ au-
thoritatis.*

*De viro
etiã legi-
tur, quod
voluit esse
sicut Deus.
Psal. 68.
in tom. 8.
Psal. 70.
Phili. 2. a
Tract. 17.
super Ioã.
circa il-
lad.*

*Ioã. 5. sed
& patrẽ
suũ dice-
bat Deũ.*

*Aliorũ
sententia
quod pro-
pter Euã
de viro
sumptã id
dictum
putant.
Rom. 5. b
Per simi-
litudinem
ostendit.*

Ecce hęc dicit Augu. quia parem factum habuit mulier cum viro. Pariter ergo superbiuerunt, & pariter peccauerunt. Sed hoc ita determinari potest, vt dicamus parem vtriusque fuisse factum in excusatione peccati, & etiam in esu ligni vetiti: sed disparẽ, & in muliere multò maiorem, in eo quod credidit & voluit esse sicut Deus, quod non vir. Veruntamen & de viro legitur, quòd voluit esse sicut Deus. Dicit enim Aug. super illum locum Psalm. *Quæ non rapui, tunc exolvebam.* Rapuit Adam & Eua præsumentes vt diabolus de diuinitate, rapere voluerunt diuinitatem & perdiderunt felicitatem. Item super illum locum, Deus quis similis tibi? Qui per se vult esse vt Deus, perversè vult esse similis Deo: vt diabolus qui noluit sub eo esse: & homo, qui vt seruus noluit teneri præcepto, sed voluit vt nullo sibi dominante esset quasi Deus. Item super illum epistolæ locum, Non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo: quia non vsurpauit quod suum non esset, vt diabolus, & primus homo.

*Quorundam sententia, quòd Adam ambierit
esse vt Deus, sed non credi-
derit possibile.*

IDEO quibusdam videtur, quod etiam Adam ambierit esse sicut Deus, non tamen crediderit id fieri posse, & ideo falsum esse quod diabolus promittebat, cognouit. Et licet diuinitatis æqualitatem concupierit, non tamen adeò exarsit, nec tanta est affectus ambitione sicut mulier: quæ illud fieri posse putauit, & ideo magis illud ambiendo superbiuit. Virum autem aliqua fortè ambitionis surreptio mouit: sed non ita, vt illud verum vel possibile fore putaret. Aliis autem videtur ideo dictum esse, quòd Adam illud voluerit, quia mulier de eo sumpta, illud voluit, sicut si, inquit, peccatum dicitur per vnum hominem intrasse in mundum, id est, in humanam naturam: cum tamen mulier ante virum peccauerit, quia per mulierem intrauerit, de viro factam. Vel potius ideo per hominem dicitur intrasse, quia etiam peccante muliere si vir non peccasset, humanum genus minimè peccatis corruptum periret. Minus ergo peccauit vir quàm mulier.

*Obiectio contra id quod dictum est, virum
minus peccasse.*

HIS autem opponi solet hoc modo: Tribus modis (vt Isidorus ait) peccatum geritur, scilicet ignorantia, infirmitate, industria. Et grauius est infirmitate peccare, quàm ignorantia: grauiusque industria, quàm infirmitate. Eua autem videtur ex ignorantia peccasse, quia seducta fuit. Adam verò ex industria, quia non fuit seductus, vt Apostolus ait. Ad quod dicimus, quia licet Eua in hoc per ignorantiam deliquerit, quòd putauit verum esse quòd diabolus suadebat: non tamen in hoc quin nouerit illud Dei esse mandatum, & peccatum esse, contrà agere. Et ideo excusari à peccato per ignorantiam non potuit.

Quòd ignorantia alia excusat, alia non.

EST enim ignorantia quæ excusat peccantem, & est ignorantia talis quæ non excusat. Est autem ignorantia vincibilis, & ignorantia inuincibilis. Excusatio omnis tollitur, vbi mandatum non ignoratur.

*De triplici ignorantia, quæ excusat,
& quæ non.*

EST autem ignorantia triplex: eorum scilicet qui scire nolunt cum possint, quæ non excusat, quia & ipsa peccatum est: & eorum qui volunt sed non possunt: quæ excusat, & est pœna peccati non peccatum: & eorum qui quasi simpliciter nesciunt non renuentes vel proponentes scire, quæ neminem plenè excusat, sed fortasse, vt minus puniatur. Vnde Augu. ad Valentinum, Eis auferitur excusatio, qui mandata Dei nouerunt: quam solent habere homines de ignorantia. Et licet grauius sit peccare scienter quàm nescienter, non ideo tamen confugiendum est ad ignorantiam tenebras, vt in eis quibusquam excusationem requirat. Aliud est enim nescisse, aliud scire noluisse: quia in eis qui intelligere noluerunt, ipsa ignorantia peccatum est: in eis verò qui non potuerunt, pœna peccati. Ignorantia verò quæ non est eorum qui scire nolunt, sed qui tanquàm simpliciter nesciunt, nullum sic excusat vt æterno igne non ardeat, sed fortasse vt minus ardeat. Non igitur mulier excusationem habuit de ignorantia, cum & mandatum nouerit, & peccatum esse secus agere non ignorauerit.

*Vnde processerit consensus illius peccati, cum natura
hominis esset incorrupta.*

*Libr. 2. de
Sũmo Do-
no. c. 17.*

*1. Tim. 2.
d.*

*Resposito,
quod si in
guttur i-
gnorantia
Eua i quo,
signoran-
ter pecca-
uerit, &*

*in quo nõ.
Isido. ibi.*

& Gre. li.

25. Mor.

c. 16. Au-

gust. idem

sentit, to-

mo 7. li. de

Natura

& Gratia

contra Pe-

lagianes

ca. 17. De

Gratia &

Libero

Arbitrio

c. 2. & 3.

Tomo 7.

Pbi non

*sit excusa-
tio.*

SOLET etiam quæri, cum sine vitio esset natura hominis, unde consensus mali processerit. Ad quod responderi potest, quia ex libero arbitrio propriæ voluntatis fuit. In ipso enim & in alio causa extitit ut fieret deterior. In alio, quia in diabolo qui suavit. In ipso, quia voluntate liberi arbitrij consensus, & cum liberum arbitrium sit bonum ex re vitæ bona malus ille consensus prouenit: & ita ex bono malum manauit. De hoc autem in sequenti plenius tractabimus, cum origo mali, & in qua re coalescat, inuestigabitur.

An voluntas processerit illud peccatum. M

SI verò quæritur, vtrum voluntas illud peccatum processerit: Dicimus quia peccatum illud & in voluntate & in actu consistit: & voluntas actum processit, sed ipsam voluntatem alia hominis voluntas mala non processit: atque ex diaboli persuasione, & hominis arbitrio illa voluntas mala prodiiit: quia iustitiam deseruit, & antiquitatem inchoauit: & ipsa voluntas iniquitas fuit.

QVARE DEVS PERMISERIT
hominem tentari, sciens eum
esse casurum.

Distinct. XXIII. A

De Dei
pmissiōe
in actu
tendi.
Aug. su-
per Ge. li.
II. cap. 4.
& 6.
Secunda
quest. lib.
eod. ca. 9.
ibid. d. c. 6.
Tertia
quest.
Li. eo. c. 7.

PRætereà quæri solet, cur Deus hominem tentari permisit, quem decipiendum fore præsciebat. Sed non esset laudabile homini, si ideo bene viuere posset, quia nemo male viuere suaderet: cum in natura posset, & in potestate haberet velle non consentire suadenti, Deo iuuante: & est gloriofius non consentire, quam tentari non posse. Mouentur etiam quidam dicentes, Cur creauit Deus quos futuros malos præsciebat? Quia præuidit quid boni de malis eorum esset factururus. Sic enim eos fecit, ut relinqueret eis unde aliquid facerent: & si culpabiliter aliquid facerent, illum de se laudabiliter operantem inuenirent. A se habent voluntatem malam, ab illo naturam bonam, & iustam pœnam. Frustrà ergo dicitur, non deberet Deus creare quos præsciebat malos futuros: sciebat enim bonis profuturos & iustè pro mala voluntate puniendos. Addunt etiam talem hominem debere facere, qui noller omnino peccare. Concedimus quidem meliorem naturam esse, quæ omnino peccare nolet. Concedant

& ipsi non esse malam, quæ aliis facta est, ut posset non peccare si vellet: & iustè punitam, quæ voluntate non necessitate peccauit. Cum ergo hæc bona sit, illa melior, cur non vtranque faceret, ut vberius laudaretur de vtraque? Illa enim de sanctis angelis, hæc de hominibus est. Item inquit, Si Deus vellet, & illi boni essent. Et hoc quidem concedimus: sed melius voluit ut quod vellent, essent. Et boni quidem non infructuose, mali verò non impunè essent. Item inquit, Posset Deus voluntatem eorum vertere in bonum, quia omnipotens est. Posset reuera. Cur non fecit? Quia noluit. Cur noluit? Ipse nouit. Non debemus plus sapere quam oportet.

Hic qualis fuerit homo secundum animam, & agit de scientia hominis ante peccatum.

ET quidem secundum animam rationalis fuit homo, habens discretionem boni & mali. Scientiam quoque rerum creaturarum, & cognitionem veritatis, quæ primæ perfectioni congruebat. mox conditus non incongruè accepisse putatur, & ad illam non studio vel disciplina aliqua per interualla temporis profecisse, sed ab exordio suæ conditionis diuinitus illam percepisse.

Quod triplicem habuit homo ante lapsum cognitionem, scilicet rerum propter se factarum, & creatoris, & sui. C

FVIT homo primus ante lapsum triplici cognitione præditus, rerum scilicet propter se factarum & creatoris & sui. Rerum quippè cognitionem hominem accepisse perspicuum est, cum non ipse creator vel angelus aliquis, sed homo omnibus animantibus nomina imposuerit, ut ostenderetur, quòd singulorum notitiam homo ipse habuerit. Quæ enim propter illum creata erant, & ab illo regenda, & disponenda erant, horum omnium Deus illi & scientiam tribuit, & prouidentiam, atque curam reliquit, quia ut ait Apostolus, Non est cura Deo de bobus. Quorum aliorumque animalium Deus homini curam reliquit & prouidentiam, ut dominationi eius subicerentur, & ratione illius gubernarentur: ut sciret illis necessaria prouidere, à quibus emolumentum debebat recipere. Hanc autem scientiam homo peccando non

Quarta
questio.
Li. eo. c. 9.
Quinta
questio.
Libr. eod.
cap. 10.
Rom. 12. a
Hu. lib. 1.
de Sacra-
mentis par.
6. cap. 12.

De cogni-
tione rerum
creatorum.
Idem Hu
ibi. c. 13.
1. Cor. 9. b

perdidit, sicut nec illam qua carnis necessaria prouiderentur. Et idcirco in Scriptura homo de huiusmodi non eruditur, sed de scientia animæ, quam peccando amisit.

De cognitione creatoris.

Hug. ibid. Cap. 14. Rom. 10. 1. Cor. 13. d

COGNITIONEM quoque creatoris primus homo habuisse creditur. Cognouit enim à quo creatus fuerat non eo modo cognoscendi, quo ex auditu solo percipitur, quo modo à credentibus absens quaeritur: sed quadam interiori aspiratione, qua Dei præsentiam contemplabatur: non tamen ita excellenter, sicut post hanc vitam Sancti visuri sunt: neque ita in ænigmate, qualiter in hac vita videmus.

De cognitione sui.

Idē. ca. 15. Ibidem.

PORRO sui cognitionem idem homo talem accepisse videtur, ut & quid deberet superiori, & quid æquali, & inferiori non ignoraret. Cōditionem quoque suam, & ordinem, scilicet qualis factus esset, & qualiter incedere deberet, quid agere, quid cauere, intellexit. Si horū notitiam non habuisset, non esset reus præuicationis, neque seipsum cognouisset.

Utrum homo præsciens fuerit eorum quæ sibi futura erant.

Responso, quare dicitur non habere futurorum præscientiam.

Dist. 4. li. 1. c. 17. & lib. de Cor. rect. & Gratia c. 10.

De adiutorio per quod homo ante lapsum stare potuit scilicet de libe

SI autem quaeritur, utrum homo scientiam habuerit eorum quæ circa eum futura erant, id est, si ruinam suam præsciuerit: & similiter præscierit bona quæ habiturus fuisset, si in obedientia persistisset, responderi potest, quod ei magis facienda indicta sunt, quæ futura reuelata. Accepit enim scientiam & præceptum eorum quæ facienda fuerant, sed non habuit præscientiam eorum quæ futura erant. Non fuit ergo homo præsciens sui casus, sicut & de angelo diximus. Quod Augu. super Gen. asserit, ratione utens quam supra posuimus. Hæc de scientia hominis quantum ad primum statum pertinet, dixisse sufficiat.

DE GRATIA HOMINIS, ET
de potentia ante casum.

Distinct. XXIII.

Nunc diligenter inuestigari oportet, quam gratiam vel potentiam habuerit homo ante casum: & utrum per eam potuerit stare vel non. Sciendum est ergo, quod homini in creatione (sicut de angelis diximus) datum est per gratiam auxilium, & collata est potētia per quam poterat stare,

id est, non declinare ab eo quod acceperat: sed non poterat proficere, in tantum ut per gratiam creationis sine alia mereri salutem valeret. Poterat quidem per illud auxilium gratiæ creationis resistere malo, sed non perficere bonum. Poterat tamen per illud bene viuere quodammodo, quia poterat viuere sine peccato: sed non poterat sine alio gratiæ adiutorio spiritualiter viuere, quo vitam mereret æternam. vnde Augustinus in Enchiridio. Si factus est homo reclusus, ut & manere in ea rectitudine posset, non sine diuino adiutorio, & suo fieri peruersus arbitrio: utrumlibet horum elegisset, Dei voluntas fieret vel ab illo, vel de illo. Et quia suam maluit facere voluntatem quam Dei, de illo facta est voluntas Dei. Item in eodem, Sic hominem prius oportebat fieri, ut & bene posset velle, & malè. Nec frustra, si bene: nec impune, si malè. Idem quoque in libro de Correctione & Gratia, ait, Si hoc adiutorium vel angelo vel homini cum primum facti sunt defuisset, quoniam non talis natura facta erat, ut sine diuino auxilio posset manere si vellet: non utriusque sua culpa cecidisset, defuisset quippe adiutorium, sine quo manere non posset. Idem, Dederat Deus homini bonam voluntatem, in illa quippe eum fecerat rectum: dederat adiutorium, sine quo non posset in ea manere si vellet, & per quod posset. Ut autem hoc vellet, in eius dimisit arbitrio. In eodem, Acceperat posse si vellet, sed non habuit velle quo posset: nam si habuisset, perseverasset. His testimoniis euidenter monstratur, quod homo rectitudinem & bonam voluntatem in creatione accepit, atque auxilium quo stare poterat: alioquin non sua culpa videretur cecidisse.

Qualis fuerit illa rectitudo & bonitas voluntatis in qua creatus est.

SE quo modo rectam & bonam voluntatem habuit homo, si per eam nec mereri vitam valuit, nec in ea stare voluit: quia nec aliquid mali ea tunc volebat, & ad tempus stare voluit, sed non perseveranter: & ideo recta & bona fuit tunc voluntas hominis.

Oppositio contra illud quod dictum est, hominem non potuisse proficere.

AD hoc autem, quod diximus, hominem non potuisse

ro arbitrio, in quantum ad alias potentias comparatur.

Dist. 3. li. f. Cap. 107. Idē habetur in 10. 7. li. de Correctione et Gratia cap. 105.

Cap. 11. in fin. in 10. 7.

Li. 6. ca. eiusdem.

proficere vel mereri per gratiam creationis solet opponi sic: Per illud auxiliū gratiæ creationis potuit stare in bono quod acceperat. Potuit ergo resistere tentationi. Sed resistere tentationibus atque suggestionibus malis, meritum est ac bonum remunerabile. Omne autem bonum meritum profectus est: per gratiam ergo creationis proficere potuit sine adiectione alterius gratiæ. Ad quod dicimus, quia resistere malo, & non consentire tentationi, non fecisset illi meritum, etsi non consensisset, quia nihil in eo erat quod ad malum impelleret, sicut angelis qui non ceciderunt, non fuerit meritum quod steterunt, id est, quod non corruerunt. Nobis autem meritū est aliquando si malum non facimus, sed resistimus, ibi duntaxat, ubi causa subest quæ nos id facere mouet: quia ex peccati corruptela proni sunt ad lapsū gressus nostri. Vbi autem non interuenit causa nos ad malum impellens, non meremur si ab eo declinamus. Declinare enim à malo semper vitat poenam, sed non semper meretur palmam.

De adiutorio homini in creatione dato, quo stare poterat.

HIC considerandum est, quod fuerit illud adiutorium homini datum in creatione, quo poterat manere si vellet. Illud utique fuit libertas arbitrii ab omni labe & corruptela immunis, atque voluntatis rectitudo, & omnium naturalium potentiarum animæ sinceritas atque viuacitas.

De libero arbitrio.

LIBERVM verò arbitrium est facultas rationis, & voluntatis, qua bonum eligitur gratia assistente, vel malum eadem desistente. Et dicitur liberum, quantum ad voluntatem, quæ ad vtrumlibet flecti potest. Arbitrium verò quantum ad rationem, cuius est facultas vel potentia illa, cuius nam est discernere inter bonum & malum: & aliquando quædam discretionem habens boni & mali, quod malum est eligit, aliquando verò quod bonum est. Sed quod bonum est nisi gratia adiuta non eligit, malum verò per se eligit. Est enim in anima rationali voluntas naturalis, qua naturaliter vult bonum, licet tenuiter & exiliter, nisi gratia iuuet: quæ adueniens inuat eam, & erigit ut efficaciter velit bonum. Per se autem potest velle malum efficaciter. Illa ergo rationalis animæ po-

Responso, quod resistere malo aliquando meritum est, aliquando non. Gen. 8. d.

*Augustinus
25. littera
α*

III

*Ex c. 13. c.
Quod bruti animalia*

tentia, qua bonum vel malum potest velle, vtrumque discernens, liberum arbitrium nuncupatur: quod bruta animalia non habent, quia ratione carent: habent tamen sensum & appetitum sensualitatis.

De sensualitate.

EST enim sensualitas quædam vis animæ inferior, ex qua est motus qui intenditur in corporis sensus, atque appetitus rerum ad corpus pertinentium. Ratio verò vis animæ est superior, quæ (ut ita dicamus) duas habet partes vel differentias, superiorem & inferiorem. Secundum superiorem superius conspiciendis vel consulendis intendit: secundum inferiorem, ad temporalium dispositionem conspiciat. Quicquid ergo in anima nostra nobis considerantibus occurrit quod non sit commune cum bestiis, ad rationem pertinet. Quod autem in ea reperis commune cum belluis, ad sensualitatem pertinet. Et ubi nobis gradatim in consideratione partium animæ progredientibus primum aliquid occurrit quod non est commune cum bestiis, ibi incipit ratio. Hoc autem Augustinus docet in duodecimo libro de Trinitate ita dicens, Videamus ubi sit quasi quoddam hominis exterioris interiorisque confinium. Quicquid enim habemus in animo commune cum pecore, recte dicitur ad exteriorem hominem pertinere. Non enim solum corpus homo exterior deputabitur: sed adiuncta quadam vita sua, qua compages corporis & omnes sensus vigent, quibus instructus est ad exteriora sentienda. Ascendentibus ergo introrsum quibusdam gradibus considerationis per animæ partes, ubi incipit aliquid occurrere quod non sit nobis commune cum bestiis, ibi incipit ratio, ubi homo interior iam possit agnosci. Rationis autem pars superior æternis rationibus conspiciendis vel consulendis adhærescit, portio inferior ad temporalia gubernanda deflectitur. Et illa rationis intentio qua contemplatur æterna, sapientiæ deputatur: illa verò qua bene vtimur rebus temporalibus, scientiæ deputatur. Cum verò differimus de natura mentis humanæ, de vna quadam re differimus, nec eam in hæc duo quæ commemorauimus, nisi per officia geminamus. Carnalis autem vel sensualis animæ motus, qui in corporis sensus intenditur, nobis pecoribusque

*nō habent
liberū ar-
bitriū sen-
sualitatis.
Hug. li. 12.
de Sacr.
part. 8. c.
ultimo.
De ratio-
ne quæ ha-
bet duas
partes,
quæ sit ad
officiā.
Quid ad
rationem
pertinet.
Vbi inci-
pit ratio.
Cap. 1.*

*Li. de tri.
12. cap. 8.*

Ibid. c. 6.

*Li. eo. c. 15.
Ibid. c. 4.*

*Cap. 12. e-
iusdē lib.*

communis est: qui seclusus est à ratione sapientiae, rationi autem scientiae vicinus est.

Quod talis est ordo peccandi vel cadendi in nobis, qualis fuit in primis hominibus.

ILLUD quoque praetermittendum non est, quod talis nunc in vno homine tentationis est ordo & progressio, qualis tunc in primis praecessit parentibus. Vt enim tunc serpens malum suavitati mulieri, ipsaque consensit, deinde viro suo dedit, sicque consummatum est peccatum: ita & nunc in nobis pro serpente est sensualis motus animae, pro muliere inferior portio rationis, pro viro superior rationis portio. Et hic est vir, qui secundum Apostolum dicitur imago & gloria Dei: & illa est mulier, quae secundum eundem dicitur gloria viri. Atque inter hunc virum & hanc mulierem est velut quoddam spirituale coniugium, naturalisque contractus, quo superior rationis portio, quasi vir, debet praesse & dominari: inferior vero quasi mulier, debet subesse & obedire. Ideo vir secundum Apostolum non debet habere velamen, sed mulier. Et sicut in cunctis animantibus non est reperitum homini adiutorium simile sibi, sed de illo sumptum quod ei formaretur in coniugium: ita & in partibus animae quas cum pecoribus habemus communes, nullum menti nostrae simile est adiutorium. Vnde Augustinus in eodem: Illud nostrum quod in actione temporalium tractandorum ita versatur, ut non sit in nobis commune cum pecore, rationale est quidem, sed ex illa rationali mente, qua subhaeremus intelligibili & incommutabili veritati, tanquam ductum, & inferioribus tractandis gubernandisque deputatum est. Sicut enim in omnibus pecoribus non est iuuentum viro adiutorium simile sibi, nisi de illo detractum in coniugium formaretur: ita menti nostrae qua supernam consulimus veritatem, nullum est ad usum rerum temporalium, quantum naturae hominis satis est, simile adiutorium ex animae partibus, quas communes cum pecoribus habemus. Ideoque rationale nostrum non ad unitatis diuortium separatum: sed in auxilium societatis quasi deriuatum, in suo dispartitur officio. Et sicut vna caro est duorum in masculo & in femina: sic intellectum nostrum & actionem siue rationem & appetitum rationa-

Lib. 12. de Tri. ca. 12. semientialiter. Quod in nobis est vir et mulier & serpens & quomodo. I. Cor. 11. b. De spiritali coniugio viri & mulieris in nobis. I. Cor. 11. b. Gen. 2. d. Testimonio Aug. ita esse ostendit. Li. de tri. 12. cap. 3.

lem, vel si aliquo modo significantius dici possunt, vna mentis natura complectitur: ut sicut de illis dictum est, Erunt duo in carne vna: sic & de his dici possit, duo in mente vna. Ecce ex his verbis aperte intelligi potest qualiter in anima hominis existat imago illius coniugij, & qualiter in singulis nostrum spiritualiter sint illa tria, scilicet vir, mulier, serpens.

Qualiter per illa tria in nobis consummetur tentatio. H

NUNC superest ostendere, quomodo per haec tria in nobis consummetur peccatum: ubi agnosci poterit, si diligenter intendatur, quid sit in anima mortale vel veniale peccatum. Vt enim ibi serpens suavitati mulieri, & mulier viro: ita & in nobis sensualis motus cum illecebra peccati conceperit, quasi serpens suggerit mulieri, scilicet inferiori parti rationis, id est, rationi scientiae, quae si consenserit illecebrae, mulier edit cibum vetitum, post de eodem dat viro, cum superiori parti rationis, id est, rationi sapientiae eandem illecebram suggerit: quae si consentit, tunc vir etiam cum femina cibum vetitum gustat. Si ergo in motu sensuali tantum peccati illecebra teneatur, veniale ac leuissimum est peccatum. Si vero inferior pars rationis consenserit, ita ut sola cogitationis delectatione siue voluntate perficendi teneatur, mulier sola manducavit, non vir: cuius auctoritate cohibetur voluntas, ne ad opus usque perueniat. Si vero adsit plena voluntas perficiendi, ut si adsit facultas & ad effectum perducatur, vir quoque manducat, quia superior pars rationis illecebrae consensit: & tunc est damnabile & graue peccatum. Quando autem mulier sine viro gustat, aliquando est mortale, aliquando veniale peccatum. Vt enim dictum est, tunc mulier sine viro gustat, cum ita delectatione cogitationis peccatum tenetur, ut faciendum non decernatur: vel cum quidam terminus & mensura a peccato adhibetur a viro, ut non liceat mulieri effrenata libertate in peccatum progredi. Si ergo peccatum non diu teneatur delectatione cogitationis, sed statim ut mulierem tergit, viri auctoritate repellatur, veniale est. Si vero diu in delectatione cogitationis teneatur, etsi voluntas perficiendi desit, mortale est: & pro eo damnabitur simul vir & mulier, id est, totus homo, quia & tunc vir sicut non debuit, mulierem cohibuit: vnde potest dici consensisse.

Quando peccatum sit veniale. Quando mulier sola manducavit cibum vetitum. Quando mulier gustat sine viro, tunc aliquando mortale aliquando veniale peccatum est.

Repetitio summam perstringens.

ITAQUE vt breuiter summam perstringam, quando peccatum ita in anima concipitur, vt illud facere disponat, vel etiam perficiat aliud frequenter, aliud semel: vel etiam quando delectatione cogitationis diu teneatur, mortale est. Cum verò in sensuali motu tantum est, vt prædiximus, tunc leuissimum est: quia ratio tunc non delectatur. Ideo autem suprà dixi aliud frequenter, aliud semel: quia quædam sunt, quæ si tantum semel fiant, vel facienda disponantur, damnant: quædam verò non, nisi sæpius fiant, vel facienda decernantur, vt de otioso verbo, & huiusmodi. Hæc Augustinus in 12. libr. de Trinit. tradit ita, Sicut in illo coniugio primorum hominum serpens manducandum persuasit: mulier autem non manducauit sola, sed viro suo dedit, & simul manducauerunt: ita & in quodam secreto coniugio, quod in vno homine geritur & dignoscitur, cum rationi scientiæ, quæ in rebus temporalibus agendis ratiocinandi viuacitate versatur, animalis sensus ingerit quandam illecebram: tunc velut serpens alloquitur sceminam. Huic autem illecebræ consentire, de ligno verito est edere. Sed iste consensus si sola cogitationis delectatione contentus est, superiori verò autoritate ita retinentur membra, vt non exhibeantur arma iniquitatis peccato, sic habendum existimo, velut lignum vetitum mulier sola comederit. Si autem in consensu illo ita decernitur quodque peccatum, vt si sit potestas etiam opere impleatur: intelligenda est mulier dedisse viro suo simul edendum illicitum cibum. Neque enim potest peccatum non solum cogitandum suauiter, verum etiam perpetrandum efficaciter mente decerni: nisi & illa mentis intentio, penes quam summa potestas est membra in opus mouendi, vel ab opere cohibendi, malæ actioni cedat. Nec sanè cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens esse facienda, tenens tamen & volens libenter quæ statim vt attigerunt animum, respui debuerunt, negandum est esse peccatum: sed longè minus quàm si & opere statuatür implendum. Et ideo de talibus quoque cogitationibus venia perenda est, peccatisque percutiendum, & dicendum, Dimitte nobis debita nostra. Neque enim sicut in illis duobus primis hominibus personam suam quisque portabat, & ideo si sola mulier cibum edisset

Cap. 12.
Auctori-
tate Au-
gustini
ita esse
confirmat.

Rom. 6. c

Ibidem.
Verum sit
mortale
quod in so-
la delecta-
tione tene-
tur cogita-
tione.
Mat. 6. b

illicitum, sola vtique mortis supplicio plecteretur: ita dici potest in homine vno, si delectationibus illicitis, à quibus contineud se deberet auertere, cogitatio libenter sola pascatur, nec facienda decernantur mala, sed tantum suauiter in recordatione teneantur: quasi mulierem sine viro posse damnari. Absit hoc credere. Hic quippè vna persona est, vnus homo est, totusque damnabitur: nisi hæc quæ sine voluntate operandi, sed tamen cum voluntate animum talibus oblectandi, solius cogitationis sentiuntur esse peccata, per mediatoris gratiam remittantur. Idem quoque in libro contra Manichæos de hoc eodem sic ait, Apostolus dicit, Secundum principem potestatis aëris huius spiritus qui nunc operatur in filiis diffidentia. Nunquid ergo visibiliter eis apparet, aut quasi corporeis locis accedit ad eos & operatur? Sed miris modis per cognitionem suggerit quicquid potest: quibus suggestionibus resistendū est. Non enim ignoramus astutias eius. Quomodo enim accessit ad Iudam, quando ei persuasit vt Dominum traderet? Nunquid in locis, aut per hos oculos ei visus est? Sed vtique, vt dictum est, in cor eius intravit. Repellit autem illum homo, si paradisum mentis custodiat. Posuit enim hominem Deus in paradiso, vt operaretur & custodiret: quia sicut Ecclesiæ dicitur in Canticis Canticorum, Hortus conclusus, fons signatus, quo vtique non admittitur peruerstatis ille persuasor, sed tamen per mulierem decepit. Non enim etiam ratio nostra deduci ad consensum peccati potest, nisi cum delectatio mota fuerit in illa parte animi, quæ debet obtemperare rationi, tanquam rectori viro. Etiam in vnoquoque nostrum nihil aliud agitur cum ad peccatum quisque delabitur, quàm tunc actum est in illis tribus, serpente muliere & viro. Nam primò fit suggestio, siue per cogitationem, siue per sensus corporis, vel videndo, vel tangendo, vel audiendo, vel gustando, vel olfaciendo: quæ suggestio cum facta fuerit, si cupiditas nostra non moueatur ad peccatum excluditur serpentis astutia. Si autem mota fuerit, quasi iam mulieri persuasum erit: sed aliquando ratio viriliter etiam commotam cupiditatem refranat & compefcit. Quod cum fit, non labimur in peccatum, sed cum aliquantula luctatione coronamur. Si autem ratio consentiat, & quod libido commouerit faciendum esse decernat, ab omni vita beata tanquam de paradiso,

Au. lib. de
Ge. 2. cap.
14. in 10. 1
Ephes. 2. a

2. Cor. 2. c
Vulgata e-
ditione habet
cogitatio-
nes.

Ioan. 13.
Luc. 22. a
Gen. 2. a.
Cant. 4. d.

expellitur homo. Iam enim peccatum imputatur, etiam si non subsequatur factum, quando rea tenetur in consensione conscientia.

Quare hæc de anima partibus dixit.

H A E C de animæ partibus interseruimus, ut ipsius animæ natura plenius cognosceretur, & secundum quam sui portionem in ea sit liberum arbitrium intelligatur scilicet secundum rationem, qua omne peccatum mortale geritur, sed non omne veniale: illud scilicet quod in solo motu sensualitatis existit.

Quod sensualitas sæpè in Scriptura aliter quam supra accipitur, scilicet etiam inferior rationis portio eius nomine intelligatur.

N O N est autem silentio prætereundum, quod sæpè in Scriptura nomine sensualitatis, non id solum in anima quod est nobis commune cum pecore, sed etiam inferior portio rationis quæ temporalium dispositioni intendit, intelligitur. Quod diligens Lector in locis Scripturæ, ubi de ipsa sit mentio, vigilanter annotet.

R E D I T A D L I B E R I A R B I T R I I
considerationem.

Distinct. XXV.

De libero arbitrio secundum se sine in generali. Definitio liberi arbitrii. Dist. 24. litera e.

I Am verò ad propositum redeamus, scilicet ad liberi arbitrii tractatum: quod Philosophi deficientes dixerunt liberum de voluntate iudicium, quia potestas & ipsa habilitas voluntatis & rationis, quam supra diximus esse liberum arbitrium libera est ad vtrumlibet: quia liberè potest moueri ad hoc, vel ad illud. Liberum ergo dicitur arbitrium, quantum ad voluntatem: quia voluntariè moueri, & spontaneo appetitu ferri potest ad ea quæ bona vel mala iudicat, vel iudicare valet.

Quod liberum arbitrium non pertinet nisi ad futurum, nec ad omne futurum

H O C autem sciendum est, quod liberum arbitrium ad præsens vel ad præteritum non refertur, sed ad futura contingentia. Quod enim in præsentibus est, determinatum est, nec in potestate nostra est, ut tunc sit vel non sit quando est. Potest enim non esse, vel aliud esse postea: sed non potest non esse

se dum est, vel aliud esse dum est, id est, quod est: sed in futuro an hoc sit, vel illud, ad potestatem liberi arbitrii spectat. Nec tamen omnia futura sub potestate liberi arbitrii veniunt, sed ea tantum quæ per liberum arbitrium possunt fieri vel non fieri. Si quis enim tale quid velit ac disponat facere, quod in eius nullatenus sit potestate, vel quod sine ipsius dispositione æquè fieret, in hoc ipse liberum non habet arbitrium.

Quod supra posita descriptio liberi arbitrii non conuenit Deo, nec his qui glorificati sunt.

E T quidem secundum prædictam assignationem, in his tantum videtur esse liberum arbitrium, qui voluntatem mutare & in contraria possunt deflectere: in quorum videlicet potestate est eligere bonum vel malum, & vtrumlibet secundum electionem facere vel dimittere. Secundum quod nec in Deo, nec in his omnibus, qui tanta beatitudinis gratia sunt roborati, ut iam peccare nequeant, liberum arbitrium esse nequit, sed quod Deus liberum arbitrium habeat Augu. docet in lib. 22. de Ciuit. Dei, ita inquit, Certe Deus ipse nunquid quoniam peccare non potest, ideo liberum arbitrium habere negandus est? Ambro. quoque in lib. de Trin. ait, Paulus dicit, Quia omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult, id est, pro liberæ voluntatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio.

Qualiter in Deo accipitur liberum arbitrium.

S E D aliter accipitur liberum arbitrium in creatore, quam in creaturis. Dei enim liberum arbitrium dicitur eius sapientissima & omnipotens voluntas: quæ non necessitate, sed libera voluntate omnia facit prout vult. Ideoque Hiero. attendens non ita esse liberum arbitrium in Deo sed in creaturis, ab ipso videtur liberum arbitrium excludere, in Homilia quadam de Filio Prodigio dicens, Solus Deus est in quem peccatum non cadit, nec cadere potest. Cætera, cum sint liberi arbitrii, in vtranque partem flecti possunt. Dum ait, Cætera, indicat liberum arbitrium sicut est in cæteris, non ita esse in Deo.

Quod angeli & sancti qui iam beati sunt, habent liberum arbitrium.

Quod in Deo sit liberum arbitrium. Cap. ultimo in 10. 5. 1. Cor. 12. 6. In lib. de Fide 2. ca. 3. in medio capituli

Ad Damascum in 10. 5. in s. epi. Luc. 21. 5. c.

ANGELI verò & Sancti qui iam cum Domino foeliciter viuunt, atque ita gratia beatitudinis confirmati sunt, vt ad malum fleſſi nec velint nec poſſint, libero arbitrio nõ carent. Vnde Auguſtin. libr. 2.º. de Ciuitat. Dei ait, Sicut prima immortalitas fuit, quam peccando Adam perdidit, poſſe non mori: ita primum liberum arbitrium, poſſe non peccare: nouiſſimum, non poſſe peccare. Idem in Enchir. Sic oportebat priuſ hominem fieri, vt bene velle poſſet, & malè. Poſtea verò ſic erit, vt malè velle non poſſit: nec ideo carebit libero arbitrio. Multo quippe liberius erit arbitrium, quod omnino non poterit ſeruire peccato. Neque aut voluntas non eſt, aut libera dicenda non eſt, qua beati ſic eſſe volumus, vt eſſe miſeri non ſolum nolimus, ſed nequaquam proſuſ velle poſſimus. Sicut ergo anima noſtra nunc habet nolle inſollicitatem, ita nolle iniquitatem ſemper habitura eſt. Sed ordo ſeruandus fuit: quo Deus voluit oſtendere quàm bonum ſit animal rationale, quod etiam peccare poſſit: quanuis ſit melius, quod peccare non poſſit. Ecce his verbis euidenter aſtruitur, quod poſt beatitudinis confirmationem erit in homine liberum arbitrium, quo peccare non poterit: & nunc in angelis eſt, & in Sanctis qui cum Domino ſunt, & tantò vtique liberius, quãto à peccato immunius, & ad bonum pronius. Quo enim quiſque ab illa peccati ſeruitute, de qua ſcriptum eſt, Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, longiùs abſiſtit: tantò in eligendo bonum liberius habet iudicium. Vnde ſi diligenter inſpiciatur, liberum videtur dici arbitrium, quia ſine coactione & neceſſitate valet appetere vel eligere quod ex ratione decreuerit.

Cap. 30.

Cap. 105.

Quod liberius erit arbitrium quãdo peccare nõ poterit.

Ioan. 8. d.

Hu. de 5. Viſt. lib. 3. Sentè. ca. Praterèa ſciendum & li. 1. de Sacramè. tu par. 6. Cap. 16.

De libertatis arbitrij differentia ſecundum diuerſa tempora.

EX prædictis perſpicuum ſit, quòd maior fuit libertas arbitrij prima quãm ſecunda: & tertia multò maior quãm ſecũda vel prima. Prima enim libertas arbitrij fuit, in qua poterat peccare, & nõ peccare. Vltima verò erit, in qua poterit non peccare, & non poterit peccare. Media verò, in qua poteſt peccare, & non poteſt non peccare: ante reparationem etiam mortaliter, poſt reparationem verò ſaltem venialiter.

De quatuor ſtatibus liberi arbitrij in homine.

G
Et

ET poſſunt in homine notari quatuor ſtatus liberi arbitrij. Ante peccatum enim ad bonum nil impediēbar, ad malum nil impellēbar. Non habuit inſirmitatem ad malum, & habuit adiutorium ad bonum. Tunc ſine errore ratio iudicare, & voluntas ſine difficultate bonum appetere poterat. Poſt peccatum verò ante reparationem gratiæ, premitur à concupiſcentia & vincitur, & habet inſirmitatem in malo, ſed non habet gratiam in bono: & ideo poteſt peccare, & non poteſt non peccare, etiam damnabiliter. Poſt reparationem verò ante confirmationem premitur à concupiſcentia, ſed non vincitur: & habet quidem inſirmitatem in malo, ſed gratiam in bono: vt poſſit peccare propter libertatē & inſirmitatē, & poſſit non peccare ad mortem propter libertatē, & gratiam adiuuantem: nondum tamen habet poſſe omnino non peccare, vel non poſſe peccare, propter inſirmitatē, nondum perfectè abſorptam, & propter gratiam nõdum plenè conſumatam. Poſt confirmationem verò inſirmitate penitus conſumpta, & gratia conſumpta, nec vinci poterit, nec premi: & tunc habebit non poſſe peccare.

De corruptione liberi arbitrij per peccatum.

VNDE manifeſtum eſt quòd præter alias pœnalitates pro peccato illo, incurrit homo pœnam in corruptione & depreſſione liberi arbitrij. Per illud nanque peccatum naturalia bona in ipſo homine corrupta ſunt, & gratuita detracta. Hic eſt enim ille qui à latronibus vulneratus eſt & ſpoliatus. Vulneratus quidem in naturalibus bonis, quibus non eſt priuatus, alioquin non poſſet fieri reparatio: ſpoliatus verò gratuitis, quæ per gratiam naturalibus addita fuerant. Hæc ſunt data optima, & dona perfectæ: quorum alia ſunt corrupta per peccatum, id eſt, naturalia, vt ingenium, memoria, intellectus: alia ſubtracta, id eſt, gratuita, quanquam & naturalia ex gratia ſunt. Ad generalem Dei quippe gratiam pertinet. Sæpè tamen huiuſmodi ſit diſtinctio, cum gratiæ vocabulum ad ſpeciem, non ad genus refertur. Corrupta eſt ergo libertas arbitrij per peccatum, & ex parte perdita. Vnde Auguſtin. in Ench. Libero arbitrio malè vtens homo, & ſe perdidit, & ipſum. Cum enim libero arbitrio peccaretur, victore peccato amiſſum eſt & liberum arbitrium. A quo

H

Idem Hu. li. 3. Sèrè. ca. Prater alias pœnalitates Luc. 10. c.

Iaco. 1. c.

Y

enim quis deuctus est, huic seruus adductus est. Ecce liberum arbitrium dicit hominem amisisse: non quia post peccatum non habuerit liberum arbitrium, sed quia libertatem arbitrij perdidit: non quidem omnem, sed libertatem à miseria & à peccato.

De tribus modis libertatis arbitrij.

De libertate à necessitate.

EST nanque libertas triplex, scilicet à necessitate, à peccato, à miseria. À necessitate, & ante peccatum, & post æquè liberum est arbitrium. Si cut enim tunc cogi non poterat, ita nec modò. Ideòque voluntas meritò apud Deum iudicatur, quæ semper à necessitate libera est, & nunquam cogi potest.

De libertate à peccato.

Vbi necessitas, ibi non est libertas: vbi non est libertas, nec voluntas, & ideo nec meritum. Hæc libertas in omnibus est, tam in malis quàm in bonis. Est & alia libertas, à peccato, scilicet de qua dicit Apostolus, Vbi spiritus Domini, ibi libertas. Et Veritas in Euangelio, Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Hæc libertas à seruitute peccati liberat, & seruos iustitiæ facit: sicut econuersò seruitus peccati liberòs iustitiæ facit, vnde Apostolus, Liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ. Et itè, Cùm serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Hæc libertatem peccando homo amisit. Ideòque Aug. dicit quòd homo malè vtens libero arbitrio, & se perdidit, & ipsum: quia perdita est per peccatum libertas, non à necessitate, sed à peccato. Qui enim facit peccatum, seruus est peccati.

Qui habent hanc libertatem, sciùcet à peccato, & per quid.

Ioan. 8. c

ISTAM libertatem quæ est à peccato, illi soli nunc habent, quos filius per gratiam liberat & reparat: non ita quòd penitens sint sine peccato in hac mortali carne, sed vt in eis peccatum non dominetur neque regnet. Et hæc est vera & bona libertas, quæ bonam parit seruitutem, scilicet iustitiæ. Vnde Augustin. in Ench. ait, Ad iustitiam faciendam non erit aliquis liber, nisi à peccato liberatus, esse iustitiæ cepit seruus, & ipsa est vera libertas, propter recti facti lætitiã, simul & pia seruitus, propter præcepti obedientiam. Est alia libertas non vera, malæ seruituti adiuncta, quæ est ad malum faciendum: vbi ratio dissentit à voluntate, iudicans non esse faciendum quod voluntas appetit, ad bonum verò facien-

*Aliàs, re-
stè facie-
di licentiã.*

dum concordat ratio voluntati: & ideo ibi vera libertas est, & pia. De libertate autem ad malum, & seruitute mala, ait Aug. in Ench. Serui, adducti peccato scilicet, quæ potest esse libertas, nisi quando eum peccare delectat? Liberaliter enim seruit, qui sui Domini voluntatem libenter facit: ac per hoc ad peccandum liber est, qui peccati seruus est.

Quæstio de libertate ad malum, an sit ipsa libertas liberi arbitrij, an alia.

HIC quæri potest, vtrum hæc libertas qua quis liber est ad malum, sit libertas arbitrij. Si enim libertas arbitrij est, bonum quidem est: quia libertas arbitrij bonum naturale est. Quibusdam videtur quòd sit ipsa libertas arbitrij, quæ semper bona est, sed propter peccati seruitutem ad malum sit liberior & pronior: & ideo dicitur non esse vera libertas, quia ad malum est. Aliis autem videtur, quòd hæc libertas ad malum, quam supra commemorauit Aug. non sit ipsa libertas arbitrij: sed sit quædam pronitas peccandi & curuitas quæ ex peccato est, & mala est.

Quæstio alia de libertate ad bonum, an ipsa sit libertas arbitrij, an non.

SIMILITER etiam quæri solet, vtrum illa libertas vera, quæ est ad iustitiam faciendam, sit ipsa libertas arbitrij. Quidam dicunt illam eandem esse, sed reparatam per gratiam, qua iuuante libera est ad bonum: sine gratia verò non est libera ad bonum. Vnde Augustin. in Ench. ista libertas ad bene faciendum nunquam erit homini adducto & vendito sub peccato: nisi eum redimat qui dicit, Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Quod antequàm fieri in homine incipiat, quomodo quisquam de libero arbitrio gloriatur, qui nondum est liber ad operandum bene? Ecce apertè ostendit liberum arbitrium per gratiam liberari, vt per illud bene operetur quis. Ideòque dicunt illam libertatem veram: quæ est ad bene faciendum, cuius supra meminuit Augustinus esse libertatem ipsam arbitrij gratia Dei liberatam & adiutam. Alij verò putant non esse ipsam arbitrij libertatem, sed aliam quandam: quæ ex gratia & libero arbitrio in mente hominis, Deo operante, incipit esse cùm reparatus est.

Cap. superius citato.

Responsio secundum quosdam.

Responsio secundum quosdam. Cap. 3. Ioan. 8. e

*Certa determinatio vtriusque questionis, qua dicitur
libertas ad bonum & ad malum esse
libertas arbitrij.* N

VERVM nobis magis placet vt ipsa libertas arbitrij sit, & illa qua quis liber est ad malum, & illa qua quis liber est ad bonum faciendum. Ex causis enim variis foritur diuersa vocabula. Dicitur enim libertas ad malum faciendum, antequam per gratiam sit reparata: sed cum per gratiam fuerit reparata dicitur libertas ad bonum faciendum: quia ante gratiam libera est voluntas ad malum, per gratiam vero libera fit ad bonum. Semper ergo voluntas hominis aliquo modo libera est, sed non semper bona est. Non enim est bona, nisi a peccato liberata: est tamen a necessitate libera. Vnde Aug. in lib. de Gratia & Libero Arbitrio, Semper in nobis voluntas libera est, sed non semper bona est. Aut enim libera est iustitia, quando seruit peccato, & tunc est mala: aut a peccato libera est, quando seruit iustitia, & tunc est bona.

De libertate a miseria. O

EST iterum libertas a miseria: de qua Apostolus ait, Et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei. Hanc libertatem habuit homo ante peccatum, quia omni carebat miseria, & nulla tangebatur molestia; & plenius habebit in futura beatitudine, vbi miser esse non poterit. Sed in hac vita, quae est inter primum peccatum & vltimam confirmationem, nemo a miseria liber est: quia poena non caret.

*Respetit de corruptione liberi arbitrij
vt addat alia.* P

EX praedictis iam apparet in quo per peccatum sit imminutum vel corruptum liberum arbitrium: quia ante peccatum nulla erat homini difficultas, nullumque impedimentum de lege membrorum ad bonum, nulla impulsio vel instigatio ad malum. Nunc autem per legem carnis ad bonum impeditur, & ad malum instigatur: vt non possit velle & perficere bonum, nisi per gratiam liberetur & adiuuetur: quia vt ait Apostolus, Peccatum habitat in carne. Liberum ergo arbitrium cum semper & in singulis sit liberum, non est tamen pariter liberum in bonis & in malis, & ad bona & ad

*Ad Valerium.
cap. 15.
Tomo 7.*

*Rom. 6. d
Rom. 8. d
Rom. 7. d
Quod non
est pariter
liberum ar-
bitrium in
bonis &
in malis.*

malis: Liberior est enim in bonis, vbi liberatum est: quam in malis, vbi liberatum non est. Et liberius est ad malum, quod per se potest: quam ad bonum, quod nisi gratia liberetur & adiuuetur, non potest.

*De libertate quae fit ex gratia, & quae
ex natura.* Q

LIBERTAS ergo a peccato & a miseria per gratiam est: libertas vero a necessitate per naturam. Vtranque libertatem, naturae scilicet & gratiae, notat Apostolus cum ex persona hominis non redempti ait, Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio, ac si diceret, Habeo libertatem naturae, sed non habeo libertatem gratiae: ideo non est apud me perfectio boni. Nam voluntas hominis quam naturaliter habet, non valet erigi ad bonum efficaciter volendum vel opere implendum, nisi per gratiam liberetur & adiuuetur. Liberetur quidem, vt velit: & adiuuetur, vt perficiat. Quia vt ait Apostolus, non est volentis velle, neque currentis currere, id est, operari: sed miserentis Dei, qui operatur in nobis velle & operari bona: cuius gratiam non aduocat hominis voluntas vel operatio, sed ipsa gratia voluntatem praeparando vt velit bonum, & praeparatam adiuuat vt perficiat.

DE GRATIA OPERANTE

& cooperante.

Distinct. XXVI.

HAE C est gratia operans & cooperans. Operans enim gratia praeparat hominis voluntatem, vt velit bonum: gratia cooperans adiuuat ne frustra velit. Vnde August. in libro de Gratia & libero Arbitrio, Cooperando Deus in nobis perficit, quod operando incipit: quia ipse vt velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. Vt ergo velimus operatur. Cum autem volumus, & sic volumus vt perficiamus, nobis cooperatur: & tamen sine illo vel operante vt velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus. Ecce his verbis satis aperitur quae sit operans gratia, & quae cooperans. Operans enim gratia est quae praeparat voluntatem bonam, ea enim liberatur & praeparatur hominis voluntas, vt sit bona, bonumque efficaciter velit. Cooperans vero gratia voluntatem iam bonam sequi-

De libero

*arbitrio
comparato
ad auxili-
um gra-
tiae.*

*Ad Valerium in
cap. 17. in
tomo 7.*

*Quae sit
gratia ope-
rans &
quae coo-
perans.*

Aug. sup illud Ro. Nō est volentis neq; currentis. Rom. 9. c. Pro. 16. et Psal. 36. d. Aug. de Perfectio ne Iustitie para. 17. circa finem lib. 1. Cor. 13. b. Idem in epistola ad Bonifacium quast. ca. 106. in epistol. circa fin. Ca. 10. in tomo. 6. De gratia operante & cooperante hominis voluntate. Rom. 9. c. Aug. in enchir. c. 32. Aug. li. ad Simplicianū primo circa mediū quast. 2. in to. 4. Enchi. loco pri^o citato

tur adiuuando. Vnde Augustin. contra Iulianum hæreticum, qui bonam voluntatem ex libero arbitrio tantum esse dicebat, atque hominem per liberum arbitrium posse bonum velle & operari sine gratia assererat, ait, Apertam commendatione gratiæ Apostolus sententiam protulit, cum ait, Non est volentis neque currentis, sed Dei miseris. Hæc si attenderes, Iuliane, non extenderes contra gratiam meritæ voluntatis humanæ. Non enim ideo miseretur Deus alicuius, quia voluit & cucurrit: sed ideo voluit & cucurrit, quia miserus est Deus. Paratur enim voluntas hominis à Deo, & à Domino gressus hominis diriguntur. Ideoque congrue ait, Non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei. Non quia hoc sine voluntate nostra agatur, sed quia voluntas nostra nil boni agit, nisi diuinitus adiuuetur. Vnde alibi Apostolus ait, Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Non ideo dicit, quia nihil boni agebat: sed quia nihil boni ageret, si illa non adiuuaret. His testimoniis aperte insinuat quia voluntas hominis gratia Dei præuenitur atque preparatur vt fiat bona, nō vt fiat voluntas: quia & ante gratiam voluntas erat, sed non erat bona & recta voluntas.

Quid sit voluntas.

B

VOLUNTATEM ipsam Augustinus in libro de Duabus Animabus ita definit, Voluntas est animi motus cogente nullo, ad aliquid non admittendum, vel adipiscendum. Hæc autem vt non admittat malum, & adipiscatur bonum, præuenitur & preparatur Dei gratia. Vnde Apostolus gratiam, præuenientem & subsequentem commendans, id est, operantem & cooperantem, vigilanter dixit: Non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis: & non econuerso non est miserentis Dei, sed volentis & currentis. Nam si (vt quibusdam placuit) quod dictum est ita accipiatur, Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei: tanquam diceretur, Non sufficit sola voluntas hominis, si non sit etiam misericordia Dei: contra dicitur, Non sufficit etiam misericordia Dei, si non sit etiam voluntas hominis. Ac per hoc si recte dictum est illud, quia id voluntas hominis sola non implet, cur non etiam à contrario recte dicitur, Non miserentis est Dei, sed volentis est hominis, cum id misericordia Dei sola non

impleat? Homo enim credere vel sperare non poterit, nisi velit: nec peruenire ad palmam, nisi voluntate currat. Restat ergo vt ideo ita recte dictum intelligatur, vt totum detur Deo, qui hominis voluntatem bonam præuenit, & preparat adiuuandam & adiuuat præparatam, nolentem præuenit, vt velit: volentem subsequitur ne frustra velit. Ecce his verbis & aliis præmissis euidenter traditur, quia voluntas hominis præparatur & præuenitur gratia Dei vt velit bonum, & adiuuatur ne frustra velit.

Quod bona voluntas comitatur gratiam.

c In tom. 2. epist. 106. In glo. super illud Ro. 5. Iustificati igitur.

ITAVE bona voluntas comitatur gratiam, non gratia voluntatem. Vnde Augustinus ad Bonifacium papam scribens contra Pelagianos inquit, Cum fides impetrat iustificationem, sicut vnique Deus paritus est mensuram fidei: non gratiam Dei aliquid meriti præcedit humani, sed ipsa mereatur augeri, vt aucta mereatur & perfici voluntate comitante, non ducente, pedissequa, non præuia. Ecce hæc aperte habes, quod gratia præuenit bonæ voluntatis meritum: & ipsa bona voluntas, pedissequa est gratiæ, non præuia.

Quæ sit gratia voluntatem præueniens, scilicet fides cum dilectione.

D

ET si diligenter intendas, nihilominus tibi monstratur quæ sit ipsa gratia voluntatem præueniens & preparans, scilicet fides cum dilectione. Ideoque Augustinus in eodem tractans quomodo iustificati sumus ex fide, & tamen gratis (vrunque enim dicit Apostolus, qui dicit, Iustificati ex fide alibi ait, Iustificati gratis per gratiam.) Hoc enim ideo dixit, ne fides ipsa superba sit, ne dicat sibi, Si ex fide iustificati, quomodo gratis? Quod enim fides mereatur, cur non potius reddatur quam donatur? Non dicat homo ista fidelis: quia cum dixerit, Habeo fidem, vt mereatur iustificationem, responderetur ei, Quid habes, quod non accepisti? Fides enim qua iustificatus es, gratis tibi data est. Hic aperte ostenditur, quod fides est causa iustificationis, & ipsa est gratia, & beneficium, quo hominis præuenitur voluntas, & præparatur. Vnde Augustinus in primo libro Retractationum. Voluntas est qua & peccatur, & recte viuatur. Voluntas vero ipsa nisi Dei gratia liberetur à seruitute, qua peccati serua

Epi. eadē. Rom. 5. a. Rom. 3. d. 1. Cor. 4. b.

*conuictio
860*

Cap. 9. in medio capituli.

facta est, & vt vitia superet adiuetur: rectè pièque viui à mortalibus non potest: & hoc beneficium quo liberatur, nisi eam præueniret, iam meritis daretur, & non esset gratia, quæ vtique gratis datur. Præuenitur ergo bona hominis voluntas illo gratiæ beneficio, quo liberatur & præparatur. Et illud beneficium fides Christi rectè intelligitur: sicut Augustinus in Enchiridio euidenter ostendit dicens, Ipsum arbitrium liberandum est post illam ruinam à seruitute peccati. Nec omni fidei posita est, liberatur, vt voluntas præparetur. Ecce aperte dicit gratiam, per quam liberatur arbitrium, & præparatur voluntas, sitam esse in fide Christi. Fides enim Christi (vt in eodem ait) imperat quod lex imperat.

Quod voluntas bona quæ præuenitur gratia, quædam Dei dona præuenit.

Cap. 32. IPSA tamen eadem voluntas quædam gratiæ dona præuenit. Vnde Augustinus in Enchiridio, Præcedit bona voluntas hominis multa Dei dona. sed non omnia: quæ autem non præcedit, ipsa in eis est & ipsa iuuat, nam vtrumque legitur in sanctis Eloquentis: Et misericordia eius præueniet me, & misericordia Dei subsequetur me, nolentem quippè præuenit vt velit, volentem subsequitur, ne frustra velit. Cur enim admonemur orare pro inimicis nostris nolentibus piè viuere, nisi vt Deus in eis operetur & velle? Itémque cur admonemur petere vt accipiamus, nisi vt ab illo fiat quod volumus, à quo factum est vt velimus? Inde Apostolus ait, Non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis. Ex his apparet, quòd bona hominis voluntas quædam dona Dei præuenit, quia eam comitatur gratia adiuuans: & quibusdam præuenitur, quia eam præuenit gratia operans, scilicet fides cum charitate.

Quæ predictis videantur aduersari, scilicet quod videatur dici fidem esse ex voluntate.

Rom. 10. NON est tamen ignorandum, quod alibi Augustinus significare videtur, quòd ex voluntate sit fides, de illo verbo Apostoli, Corde creditur ad iustitiã: ita super Ioannem tractans, Ideo non simpliciter Apostolus ait Creditur, sed corde

creditur: quia cætera potest homo nolens, credere non nisi volens, intrare ecclesiam, & accedere ad altare potest nolens, sed non credere. Item super Genesim vbi Laban & Baruel dixerunt, Vocemus puellam, & quæramus eius voluntatem: dicit Expositor, quia fides est voluntatis, non necessitatis. Ad quod respondentes dicimus, non hæc ita accipienda fore, vt ex voluntate hominis fides intelligatur prouenire: cum ipsa sit propriè Dei donum, vt ait Apostolus, & ex ea bona hominis merita incipiant. Per hanc enim, vt ait Augustinus super Psalmum 67. Iustificatur impius, id est, fit de impio pius, vt deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari: vnde omnia bona merita incipiunt. Sed potius hæc ideo ita dicta sunt, quia non est fides nisi in eo qui vult credere, cuius bonam voluntatem fides præuenit, non tempore, sed causa & natura. Vnde Augustinus supra congruenter dixit, quòd bona voluntas in eis donis est, quæ non præcedit: & ipsa iuuat, quia ea iuuat quibus præuenitur, dum eis consentit ad effectum boni: & in eis est, quia tempore ab eis non præceditur.

Quædam adhuc addit quæ grauiorem faciunt quæstionem, scilicet quòd cogitatio boni præcedit fidem.

CAETERVM hanc quæstionem magis acunt & vrgent verba Augustini, quibus in libro de Prædestinatione Sanctorum, vtitur, pertractans illud verbum Apostoli, Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid, quasi ex nobis. Attendat, inquit hic, & verba ista perpendat, qui putant ex nobis esse fidei coeprum, & ex Deo esse fidei supplementum. Commendans enim istam gratiam, quæ non datur secundum aliqua merita, sed efficit omnia bona merita: inquit, Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid boni, scilicet ex nobis: Quis autem non videat prius esse cogitare quàm credere? Nullus quippè credit aliquid, nisi prius cogitauerit esse credendum. Si ergo cogitare bonum non est ex nobis, vt hic Apostolus tradit, nec credere: quanquam & ipsum credere nihil est aliud, quàm cum assensione mentis cogitare, hic videtur insinuare, quòd cogitatio bona præcedat fidem: & ita bona voluntas præueniat fidem, non præueniatur, quòd predictis aduersari videtur. Ad hoc autem dicimus, quòd aliquando cogitatio bona, siue voluntas præuenit fidem: sed

Gen. 2. 4. f. Respon. c. d. det. minas. d. Eph. 2. 6. In 10. 8. in sine enarrationis ad illud Psal. Proxima litera.

Cap. 2. 10. 7. 1. Cor. 3. b.

Quid sit credere.

Determinatio.

non est illa bona voluntas vel cogitatio, qua rectè viuatur. Illa enim sine fide & charitate non est. Nam vt ait Augustinus ad Anastasium, Sine spiritu non est voluntas hominis libera, cum cupiditatibus vincatur: non est libera ad bonum, nisi liberata fuerit. Non autem liberatur, nisi per spiritum sanctum diffundatur charitas in cordibus. Non est libera voluntas, nisi eam liberet gratia per legem fidei, id est, non est libera, sine fide operante per dilectionem: & illa, sufficiens & verè bona est. Non est enim fructus bonus, qui de charitatis radice non surgit. Si verò ad sit fides operans per dilectionem fit delectatio boni.

De illa cogitatione boni qua precedit fidem, plenè differtur.

ILLA autem cogitatio siue voluntas, quæ fidem & charitatem, aliàsque iustificationes præcedit, non sufficit ad salutem, nec rectè ea viuatur. Hæc voluntate concupiscitur illa bona voluntas quæ est magnum bonum, ista verò non. Alia est ergo illa voluntas siue cogitatio, alia ista. Et sicut illa istam præcedit, ita illam præuenit intellectus. Vnde Augustinus ista distinguens super illum locum Psalmi 118. Concupiuit anima mea desiderium iustum, ait, Concupiuit desiderare, inquit, non desiderauit. Videmus enim ratione nonnunquam quàm vtilis sunt iustificationes Dei: sed infirmitate præpediti aliquando non desideramus. Præuolat ergo intellectus, sequitur tardus aut nullus effectus. Scimus bonum, nec delectat agere: & cupimus vt delectet. Sic iste olim desiderare concupiscebat, quæ bona esse cernebat, cupiens eorum habere delectationem, quorum potuit videre rationem. Ostendit itaque quibus quasi gradibus ad eas perueniatur: prius enim est, vt videantur quàm sint vtilis & honestæ, deinde vt earum desiderium concupiscatur, postremò, vt proficiente gratia delectet earum operatio, quarum sola ratio delectabat. Attende hunc ordinem gratiarum, quem hic distinctè assignat Augustinus, qualiter scilicet intellectus bonorum præcedit concupiscentiam eorundem, & ipsa concupiscentia delectationem quæ fit per fidem & charitatem: qua habita verè bona est voluntas qua rectè viuatur. Ipsaque fidei comes est, non præuia. Qui verba Augustini præmissa secundùm hanc distinctionem considerat, nullam ibi repugnantiam

Secundum verba Aug. gratiarum ordinem exponit.

fore animaduertit: non ignorans etiam ante gratiam præuenientem & operantem, qua voluntas bona præparatur in homine, præcedere quædam bona ex Dei gratia & libero arbitrio, quædam etiam ex solo libero arbitrio, quibus tamen vitam non meretur, nec gratiam qua iustificatur. Illius enim gratiæ percipiendæ, quæ voluntatem hominis sanat, vt sanata legem impleat, nulla merita præcedunt. Ipsa est enim qua iustus iustus fit iustus, qui prius erat impius: meritis autem impij non gratia, sed poena debetur: nec ista esset gratia, si non daretur gratuita. Datur autem gratuita, quia nil boni antè feceramus, vnde hoc mereremur. Non negamus tamen multa ante hanc gratiam, & præter hanc gratiam ab homine fieri bona per liberum arbitrium, vt tradit Augustinus in Responsonibus contra Pelagianos: vbi dicit homines per liberum arbitrium agros colere, domos ædificare, & alia plura bona facere sine gratia cooperante.

Vtrum vna eademque sit gratia qua dicitur operans & cooperans.

HIC considerandum est, cum prædictum sit per gratiam operantem & præuenientem, voluntatem hominis liberari ac præparari vt bonum velit, & per gratiam cooperantem & subsequenter adiuuari, ne frustra velit: vtrum vna & eadem sit gratia, id est, vnum munus gratis datum, quod operetur & cooperetur, an diuersa, alterum operans, & alterum cooperans. Quibusdam non irrationabiliter videtur, quod vna & eadem sit gratia, idem donum, eadem virtus, quæ operatur & cooperatur: sed propter diuersos eius effectus & dicitur operans & cooperans. Operans enim dicitur, in quantum liberat & præparat voluntatem hominis vt bonum velit: cooperans in quantum eandem adiuuat ne frustra velit, scilicet vt opus faciat bonum. Ipsa enim gratia non est otiosa, sed meretur augeri, vel aucta meretur perfici.

Quid sit ipsa gratia, & quomodo mereatur augeri, queritur.

SI verò quaeritur quomodo ipsa gratia præueniens mereatur augeri & perfici, cum nullum meritum sit ab sique libero arbitrio: & quid sit ipsa gratia, an virtus, an non, & si virtus, an actus, vel non. Vt hoc aperte insinuari valeat, præ-

Quod ali- quando gra- tia iniusti- ficationis multa in homine ce- dit bona, quedã ex gratia & quedã ex lib. ar. tan- tum. Au- de spū & Litera ad Mar. cap. 9. & idem ad Sixtū epist. qua est 105. Quod ab- homine bo- na sunt per liberū arbitrium Hinc dicit quod vna sit. sed pro- pter diuer- sos effectus diuersa sortitur no- mina. Ante quã saluit pro- mittit de- tribus ge- neribus bo- norum.

mittendum est tria esse genera bonorum. Alia nanque sunt magna, alia minima, alia media: vt August. ait, in l. libr. Retractat. Virtutes, inquit, quibus rectè viuatur, magna bona sunt. Species autem quorumlibet corporum sine quibus rectè viuere potest, minima bona sunt. Potentia verò animi sine quibus rectè viuere non potest, media bona sunt. Item virtutibus nemo male vitur. Cæteris autem bonis, id est, mediis & minimis non solum bene, sed etiam malè quifque vti potest: & ideo virtute nemo malè vitur, quia opus virtutis est bonus vsus istorum, quibus etiam non bene vti possumus. Nemo autem bene vtendo, malè vitur: non solum autem magna, sed etiam media, & minima bona esse præstitit bonitas Dei. Ecce habes tria genera bonorum distincta.

Cap. 9. in medio capituli.

Et li. 2. de libe. arbitrii. ca. 19. to. I.

In quibus bonis sit liberum arbitrium.

Ca. 9. inf.

QVAERITVR autem in quibus bonis, contineatur liberum arbitrium. De hoc August. in l. libr. Retractat. ita ait, In mediis quidem bonis inuenitur liberum voluntatis arbitrium, quia & malè illo vti possumus: sed tamen tale est, vt sine illo rectè viuere nequeamus. Bonus autem vsus eius iam virtus est: quæ in magnis reperitur bonis, quibus malè vti nullus potest. Et quia bona & magna, & media, & minima ex Deo sunt: sequitur vt ex Deo sit etiam bonus vsus liberæ voluntatis, qui virtus est, & in magnis numeratur bonis. Attende diligenter quæ dicta sunt, & confer in vnum: sic enim aperietur quod supra quærebat. Dixit quidem opus virtutis esse bonum vsum illorum bonorum, quibus etiam non bene vti possumus, id est, mediiorum in quibus posuit liberum arbitrium, cuius quoque bonum vsum dixit esse virtutem. Quod si est, non est ergo opus virtutis, quod supra dixit: quia aliud est virtus, aliud opus eius.

DE VIRTUTE QUID SIT, ET
quid sit actus eius.

Distinct. XXVII.

De cõparatiõne gratiæ ad virtutem.

Li. 2. de libe. arbitrii. Cap. 18.

Hic videndum est quid sit virtus, & quid sit actus vel opus eius. Virtus est (sicut ait August.) bona qualitas mentis, qua rectè viuatur, & qua nullus malè vitur: quam Deus solus in homine operatur. Ideoque opus Dei tantum est, sicut de

virtute iustitiæ Augustinus docet super illum locum Psalmi, Feci iudicium & iustitiam: ita dicens, Iustitia magna virtus animi est, quam non fecit in homine nisi Deus. Ideoque cum ait Propheta ex persona Ecclesiæ, Feci iustitiam: non ipsam virtutem, quam non facit homo, sed opus eius intelligi voluit. Ecce apertè insinuatur hîc, quod iustitia in homine non est opus hominis, sed Dei: quod & de aliis virtutibus itidem intelligendum est.

De fide itidem dico, quod non est ex homine, sed ex Deo tantum.

NAM de gratia fidei Ephesius scribens Apostolus, similiter fidem non ex homine, sed ex Deo tantum esse asserit, inquit, Gratia estis saluari per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est. Quod à sanctis exponitur: Hæc scilicet fides non est vi naturæ nostræ, quia donum Dei purè est. Ecce & hîc apertè traditur, quod fides non est ex libertate arbitrii, siue ex arbitrio voluntatis: quod superioribus consonat, vbi dictum est, gratiam præuenientem vel operantem esse virtutem, quæ voluntatem hominis liberat & sanat. Vnde Augustinus in libro de Spiritu & litera ait, Iustificati sumus non per liberam voluntatem, sed per gratiam Christi: non quod sine voluntate nostra fiat, sed voluntas nostra ostenditur infirma per legem, vt sanet gratia voluntatem, & sana voluntas impleat legem.

De gratia quæ liberat voluntatem, quæ si virtus est, virtus non est ex libero arbitrio, & sic non est motus mentis.

SI igitur gratia, quæ sanat & liberat voluntatem hominis, virtus est vna vel plures, cum ipsa gratia non sit ex arbitrio voluntatis, sed eam potius sanet ac præparet, vt bona sit: consequitur vt virtus non sit ex libero arbitrio, & ita non sit motus vel affectus mentis, cum omnis motus vel affectus mentis, sit ex libero arbitrio: sed bonus ex gratia est & libero arbitrio, malus verò ex libero arbitrio tantum. Vt enim ait August. in lib. Retract. Homo sponte & libero arbitrio cadere potuit, non etiam resurgere. Idem in lib. de Duabus Animabus, Animæ si libero ad faciendum & non faciendum motu animi careant: si denique his abstinenti ab opere suo potestas

Psal. 118. In to. 8. cõcio. 26. e. iustitiæ sal.

Eph. 2. b.

Cap. 9. Tomo 3.

Li. 1. ca. 9. & 15. & to. 6. lib. de bono per. seueratiæ. 2. cap. 11.

Cap. 12. in
Tomo 6.
Hic aperit
ad quid p-
dictaten-
dat ut in-
notesceret
an virtus
sit motus
mentis vel
non.
Per simile
offedit et
est compa-
ratio inter
tria.
Psal. 142.
Ex. 34.

nulla conceditur, earum peccatum tenere non possumus. Hic apertè ostenditur, quòd motus animi siue ad bonum, siue ad malum, ex libero arbitrio est. Ideòque si gratia vel virtus motus mentis est, ex libero arbitrio est. Si vero ex libero arbitrio vel ex parte est, iam non solus Deus sine homine eam facit. Propterea quidam non ineruditè tradunt, virtutem esse bonam mentis qualitatem siue formam, quæ animam informat: & ipsa non est motus vel affectus animi, sed ea liberum arbitrium iuuatur, vt ad bonum moueatur & erigatur, & ita ex virtute & libero arbitrio nascitur bonus motus vel affectus animi, & exinde bonum opus procedit exterius: sicut pluuia rigatur terra, vt germinet & fructum faciat, nec pluuia est terra, nec germen nec fructus, nec terra germen vel fructus, nec germen fructus; ita gratis terra mentis nostræ, id est, libero arbitrio voluntatis infunditur pluuia diuinæ benedictionis, id est inspiratur gratia quod solus Deus facit, non homo cum eo, qua rigatur voluntas hominis vt germinet & fructificet, id est, sanatur & preparatur vt bonum velit, secundum quod dicitur operans, & iuuatur vt bonum faciat, secundum quod dicitur cooperans. Et illa gratia virtus non incongruè nominatur, quia voluntatem hominis infirmam sanat & adiuuat.

Ex quo sensu dicantur ex gratia incipere bona merita, & de qua gratia hoc intelligatur.

Qualiter
intelligat
cum ex so-
la gratia
esse dicun-
tur.

CVM ergo ex gratia dicuntur esse bona merita & incipere, aut intelligitur gratia gratis dans, id est, Deus: vel potius gratia gratis data, quæ voluntatem hominis præuenit. Non enim esset magnum si hæc à Deo dicerentur esse à quo sunt omnia, sed potius eius gratia gratis data intelligitur, ex qua incipiunt bona merita: quæ cum ex sola gratia esse dicantur, non excluditur liberum arbitrium, quia nullum meritum est in homine, quod non sit per liberum arbitrium. Sed in bonis merèdis causæ principalitas gratiæ attribuitur: quia principalis causæ bonorum meritorum est ipsa gratia, qua excitatur liberum arbitrium & sanatur, atque iuuatur voluntas hominis vt sit bona.

Quod bona voluntas gratia principaliter est, & etiam gratia est sicut & omne bonum meritum.

QVAE ipsa etiam donum Dei est, & hominis meritum, imò gratiæ, quia ex gratia principaliter est, & gratia est. Vnde August. ad Sixtum presbyterum, Quid est meritum hominis ante gratiam, cum omne bonum nostrum meritum non in nobis facit nisi gratia? Ex gratia enim (vt dictum est) quæ præuenit & sanat arbitrium hominis, & ex ipso arbitrio procreatur in anima hominis, bonus affectus siue bonus motus mentis: & hoc est primum bonum hominis meritum. Sicut, verbi gratia, ex fidei virtute & hominis arbitrio generatur in mente motus quidam bonus & remunerabilis, scilicet ipsum credere, ita ex charitate & libero arbitrio alius quidam motus bonus prouenit, scilicet diligere, bonus valde: sic de cæteris virtutibus intelligendum est. Et isti boni motus vel affectus merita sunt & dona Dei: quibus mereremur & ipsorum augmentationem, & alia quæ consequenter hinc & in futuro nobis apponuntur.

Ex qua ratione dicitur fides mereri iustificationem, & alia.

CVM ergo dicitur fides mereri iustificationem & vitam æternam, ex ea ratione dictum accipitur, quia per actum fidei meretur illa. Similiter de charitate, & iustitia, & de aliis accipitur. Si enim fides ipsa virtus præueniens diceretur esse mentis actus, qui est meritum: iam ipsa ex libero arbitrio originem haberet: quod quia non est, sic dicitur esse meritum, quia actus eius est meritum, si tamen adsit charitas, siue qua nec credere, nec sperare meritum est vitæ. Vnde apparet verè quia charitas est spiritus sanctus, quæ animæ qualitates informat & sanctificat, vt eis anima informetur & sanctificetur: sine qua animæ qualitas non dicitur virtus, quia non valet sanare animam.

De muneribus virtutum, & de gratia quæ non est, sed facit meritum.

EX muneribus itaque virtutum boni sumus & iuste viuimus: & ex gratia, quæ non est meritum sed facit, non tamen sine libero arbitrio proueniunt merita nostra, scilicet boni affectus eorumque progressus atque bona opera, quæ Deus remunerat in nobis: & hæc ipsa sunt Dei dona. Vnde Aug. ad Sixtum presbyterum, Cum coronat Deus merita nostra, nihil aliud coronat quam munera sua. Vnde vita æterna,

Epi. 105
ante me-
dium to. 2.
Qualiter
boni meri-
tum in ho-
mine con-
stituit &
quid sit pri-
mum bonum
meritum.

Epi. 105
ante me-
dium.

7bisupra, quæ in fine à Deo meritis præcedentibus redditur, quia & eadem merita quibus redditur, non à nobis sunt, sed in nobis facta sunt per gratiam, rectè & ipsa vita gratia noncupatur, quia gratis datur. Nec ideo gratia, quia non meritis datur: sed quia data sunt per gratiam & ipsa merita, quibus datur.

Epilogat ut alia addat.

Enarratio ad Psal. 98. circa medium. Enarratio ad Psal. 202. non longè à principio. Dist. 26. lit. L. & litera K. eiusdem distinct.

EX præmissis iam innotescere nobis aliquatenus potest, qualiter gratia præueniens meretur augeri, ex alia: & quid ipsa sit, an virtus, an aliud: & si virtus, an sit actus vel non. Ostensum enim est supra ex parte quorundam, quòd ipsa est virtus: quia virtus non est actus, sed eius causa, non tamen in libero arbitrio. Vnde quod supra à Aug. dixit bonum vsum liberi arbitrij esse virtutem, ita accipi potest, id est, actum virtutis: alioquin sibi contradicere videretur, qui etiam opus virtutis supra dixit esse bonum vsum eorum quibus non bene uti possumus: in quibus posuit liberum arbitrium. Si verò bonus vsum liberi arbitrij opus virtutis est, iam virtus non est. Cùm ergo bonum vsum eius virtutem esse dixit, nomine virtutis ipsius vsum significauit.

Quod idem vsum est virtutis, & liberi arbitrij: sed virtutis principaliter.

Quod gratia præueniens quæ virtus intelligitur. nõ est liber. arbitrij, vsum, sed ex ea omnia bona merita.

1. Cor. 15. b. De gratia & libero arbitrio. Ca. 5. et 6. sparsim in tom. 7. & de Correp. & Gratia Cap. 13.

IDEM nempe vsum bonus ex virtute est, & ex libero arbitrio: sed ex virtute principaliter. Et bonus ille vsum in magnis bonis annumerandus est. Illa autem gratia præueniens, quæ & virtus est, & non vsum liberi arbitrij est: sed ex ea potius est bonus vsum liberi arbitrij, quæ nobis est à Deo, non à nobis, vsum verò bonus arbitrij & ex Deo est, & ex nobis: & ideo bonum meritum est. Ibi enim solus Deus operatur: hic Deus & homo. Hoc meritum ex illa purissima gratia protie nit, quod Apostolus norauit dicens, Gratia Dei sum id quod sum: & Gratia eius in me vacua non fuit. Super quem locum Augustin. ita ait. Rectè gratiam nominat: primùm enim solam gratiam dat Deus, & non nisi gratiam, cùm non præcedant nisi mala merita: sed post per gratiam incipiunt bona merita. Et vt ostenderet etiam liberum arbitrium, addit, Et gratia eius in me vacua non fuit. Et ne ipsa voluntas sine gratia Dei puteatur aliquid boni posse, subdit, Non autem ego solus, scilicet sine gratia: sed gratia Dei mecum, id est, cum libero

libero arbitrio. Planè cùm data fuerit gratia, incipiunt esse nostra merita bona, per illam tamen: quia si illa defuerit, cadit homo.

Aliorum sententia hic ostenditur, qui dicunt virtutes esse bonos vsus liberi arbitrij, id est, actus mentis.

ALII verò dicunt virtutes esse bonos vsus naturalium potentialium, non tamen omnes, sed tantummodo interiores qui in mente sunt: exteriores verò qui per corpus geruntur, non virtutes esse dicunt, sed opera virtutum. Et ideo quod Aug. dicit opus virtutis esse bonum vsum naturalium potentialium, de vsu exteriori accipiunt: quod verò dicit bonum vsum liberi arbitrij virtutem esse, & in magnis numerari bonis, de vsu interiori intelligunt. Et virtutes nihil aliud esse quàm bonos affectus vel motus mentis afferunt, quos Deus in homine facit non homo: quia licet illi motus sint liberi arbitrij, non tamen esse queunt, nisi Deus ipsum liberet & adiuuet gratia sua operante & cooperante: quam Dei gratuitam voluntatem accipiunt, quia Deus est qui & operatur in nobis velle & operari bonum.

Quibus auctoritatibus muniunt quod virtutes sint motus mentis.

QUOD autem virtutes sint motus mentis testimoniis Sanctorum astruunt. Dicit enim Aug. super Ioannem, Quid est fides? Credere quod non vides. Credere autè motus mentis est. Idem in li. 3. de Doct. Christ. Charitatem autem voco motum animi. Si verò charitas & fides motus animi sunt, virtutes ergo motus animi sunt. Quibus alij respondentes, præmissa verba Aug. ita intelligenda fore inquirunt, Fides est credere quod non vides, id est, si les est virtus qua creditur quod non videretur. Item, Charitas est motus animi, id est, gratia qua mouetur animus ad diligendum. Et quòd hæc & his similia ita accipièda sint, ex his conicitur quæ alibi Aug. ait, Nam in secundo li. Quæstionum Evangelij inquit, Est fides qua creduntur ea quæ non vidètur, quæ proprie dicitur fides. Item in 13. li. de Trin. Aliud sunt ea quæ creduntur, aliud est fides qua creduntur. Ex quibus verbis sic argum. stando procedunt. Aliud est credere, aliud illud quo creditur. Prædictum autè est fidè id esse quo creditur. Sic ergo credere nõ est fides:

Dist. 16. K. & L. Qualiter prædicta August. huic sententia conueniunt. Ad Phil. 2. b.

Tract. 40. Cap. 10. Tomo 3. Quomodo alij his respondèant, prædicta determinantes. Aug. in 2. li. Quæstio. 110. Euangelicarum ca. 19. tom. 4. f. 2.

quia credere non est id quo creditur. Addunt quoque Virtus opus Dei tantum est, quam ipse solus facit in nobis. Ipsa ergo non est usus vel actus liberi arbitrij: sed credere est actus liberi arbitrij: non est itaque virtus. Præmissis aliisque rationibus ac testimoniis innituntur vtrique. Horum autem iudicium diligenter lectoris relinquo examini, ad alia properans.

PRAEDICTA REPETIT VT ALIA

addat definitam assignationem ponens
de gratia & libero arbitrio contra Pelagianos.

Distinct. XXVIII.

De potestate liberi arbitrij hominum lapsi, quam habet gratia circumscripta.
Cap. 9.
Quæ sit hæresis Pelagianorum
Aug. lib. de Heresibus vnicuique in articulo hæresum. 88. tomo 6.

Id verò inconcussè & incunctanter teneamus, liberum arbitrium sine gratia præueniente & adiuvante non sufficere ad salutem & iustitiam obtinendam: nec meritis præcedentibus gratiam Dei aduocari, sicut Pelagiana hæresis tradidit. Nam vt ait Aug. 1. li. Retract. Noui hæretici Pelagiani liberum sic asserunt voluntatis arbitrium, vt gratiæ Dei non relinquant locum, quam secundum merita nostra dari asserunt. Pelagianorum hæresis omnium recentissima à Pelagio monacho exorta est. Hi Dei gratiæ, qua prædestinati sumus, & qua meruimus de potestate tenebrarum erui, intantum inimici sunt, vt sine hac credant hominem posse facere omnia diuina mandata. Denique Pelagius à fratribus increpatus, quòd nihil tribueret adiutorio gratiæ Dei, ad eius mandata facienda: non eam libero arbitrio præponebat, sed infideli calliditate supponebat, dicens ad hoc eam dari hominibus: vt quæ facere per liberum arbitrium iubentur, facilius possint implere per gratiam. Dicendò vtrique, Facilius possint, voluit credi, et si difficilius, tamen posse homines in gratia facere iusta diuina. Illam verò gratiam Dei, sine qua nihil boni possumus facere, non esse dicunt nisi in libero arbitrio: quod nullis suis præcedentibus meritis ab illo accepit nostra natura, ipso ad hoc tantum iuvante nos per suam legem atque doctrinam, vt discamus quæ facere & quæ sperare debeamus. Non autem ad hoc per donum spiritus sancti, vt quæ didicerimus esse facienda, faciamus. Ac per hoc diuinitus nobis dari scientiam consentitur, qua ignorantia pellitur: charitatem autem negant diuinitus dari, qua piè viuatur, vt scilicet

sit donum Dei scientia, quæ sine charitate inflat: & non sit donum Dei ipsa charitas, quæ vt scientia non inflat, ædificat. Destruit etiam orationes, quas facit ecclesia siue pro infidelibus, & doctrinæ Dei resistentibus, vt cõuertantur ad Deum: siue pro fidelibus, vt augeatur Dei fides, & perseuerent in ea. Hæc quippè non ab ipso accipere, sed à seipsis homines habere contendunt: gratiam Dei qua liberamur ab impietate, dicentes secundum merita nostra dari. Paruos etiam sine vilo peccati originalis vinculo asserunt nasci.

Hic ponit ea quibus suum confirmans errorem, verbis Aug. contra ipsum viuentes.

Quod verò dicunt sine gratia hominem per liberum arbitrium omnia iusta implere, huiusmodi inductionibus muniunt: Si, inquiunt, non potest ea facere homo quæ iubentur, non est ei imputandum ad mortem, sicut tu ipse Augustin. in libr. de Libero Arbitrio asseris: Quis, inquis, peccat in eo quod nullo modo caueri potest? Peccatur autem. Caueri ergo potest. Hoc testimonio Augustin. Pelagius usus est disputans aduersus eum, imò aduersus gratiam: sicut Augustin. in libr. Retract. illud & alia huiusmodi retractans commemorat, inquit, In his atque huiusmodi verbis meis, quia gratia Dei commemorata non est de qua tunc non agebatur, putant Pelagiani suam nos tenuisse sententiam: sed frustra hoc putant. Voluntas quippè est qua peccatur & rectè viuatur, quod his verbis egimus: sed ipsa nisi Dei gratia liberetur, & vt vitia superet adiungetur, rectè à mortalibus viuiri non potest. Ecce aperte determinat, ex quo sensu illa dixerit, inimicos gratiæ resellens.

Aliud testimonium Augustin. ponit, quo Pelagius pro se viebatur.

SIMILITER & innitebatur Pelagius verbis Aug. contra gratiam, qui in li. de Duabus Animabus dicit, Peccatis, inquit, reum tenere quenquam: quia non fecit quod facere non potuit, summae iniquitatis & insanitæ est. His auditis exiliit Pelagius dicens, Cur ergo paruuli & illi qui non habent gratiam, sine qua non possunt facere mandata diuina, rei tenentur? Hoc autem qua occasione dixerit, in lib. Retract. Pelagio respondens aperit. Id enim contra Manichæos dixit, qui in

Li. 3. c. 18.
in tomo 1.
Et li. De Natura
& Gratia c. 6. 7.
tomo 7.
Li. 1. c. 9.

Ca. 12. &
Retrac. 1.
Cap. 85.
Questio
Pelagij.
Li. 1. cap.
Determinatio Au.

homine duas naturas esse contendunt, vnam bonam ex Deo, alteram malam ex gente tenebrarum, quæ nunquam bona fuit, nec bonum velle potest: quod si esset, non videretur ei imputandum esse si bonum non faceret.

Aliud quod videtur contradicere gratiæ Dei addit.

Cap. 26.
In tom. 6.

ALIBI etiam Aug. dicit, quod huic gratiæ contradicere videtur qua iustificamur. Ait enim in lib. contra Adamantium Manichæi discipulum, Nisi quisque voluntatem suam mutauerit, bonum operari non potest: quod in nostra potestate esse positum Dominus docet vbi ait, Aut facite arborem bonam, aut fructus eius bonos, &c. Quod Aug. in Retract. non esse contra gratiam Dei quam prædicamus ostendit. In potestate quippe hominis est mutare in melius voluntatem: sed ea potestas nulla est, nisi à Deo detur: de quo dictum est, Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Cum enim hoc sit in potestate, quod cum volumus facimus, nihil tam in potestate quam ipsa voluntas est: sed præparatur à Domino voluntas, eo ergo modo dat potestatem.

Mat. 12.6
Determinatio August. in li. Retr. I. c. 22.

Ioan. 1. b
Aug. in lib. contra

Adamantium Manich. discipulum ca. 27.

In tom. 6.
Et li. Re-

tra. 1. c. 22

In li. expo-

sitionis

quarundam

propositio-

num episto-

le ad Roman. art. 60. & 61. 10. 4. Lib. 1. ca. 23.

Aliud testimonium eiusdem, quod videtur aduersum.

S I C etiam intelligendum est quod in eodem ait, scilicet, in nostra potestate esse, vt vel inferi bonitate Dei, vel excidi eius seueritate mereamur: quia in potestate nostra non est nisi quod nostram sequitur voluntatem quæ cum præparatur à Domino, facile fit opus pietatis, etiam quod impossibile & difficile fuit.

Aliud testimonium.

I N expositione quoque quarundam propositionum epistolæ ad Romanos quædam Augustin. interserit, quæ videntur huic doctrinæ gratiæ aduersari. Ait enim, Quod credimus nostrum est: quod autem bonum operamur illius est qui creditibus dat spiritum sanctum: & paulo post, Nostrum est credere & velle, illius autem dare credentibus & volentibus facultatem bene operandi per spiritum, sanctum. Quæ qualiter intelligi debeant Aug. in li. Retract. aperit dicens, Verum est quidem à Deo esse quod operamur bonum: sed eadem regula vtriusque est, & volendi scilicet & faciendi, & vtrunque ipsius est, quia ipse præparat voluntatem: & vtrunque

nostrum est, quia non fit nisi volentibus nobis. Illa itaque profectò non dixissem, si iam scirem etiam ipsam fidem inter spiritus sancti munera reperiri.

Adhuc addit aliud quod videtur contrarium.

I L L V D etiam diligenter est inspiciendum, quod Aug. in lib. de Prædestinatione Sanctorum ait, scilicet quod posse habere fidem, sicut posse habere charitatem, natura est hominum: habere autem fidem sicut habere charitatem, gratia est fidelium. Quod non ita dictum est ratiònam ex libero arbitrio valeat haberi fides vel charitas: sed quia aptitudinem naturalem habet mens hominis ad credendum vel diligendum, quæ Dei gratia præuenta credit & diligit: quod sine gratia non valet.

Testimonio Hieronymi astringit quid tenendum sit de gratia & libero arbitrio: vbi triplex hæsis inducitur, scilicet Ioviniani, Manichæi, & Pelagij.

I D ergo de gratia & libero arbitrio indubitanter tenemus quod Hiero. in explanatione fidei catholice ad Damasum Papam Ioviniani, & Manichæi, & Pelagij errores collidens docet. Liberum, inquit, sic confitemur arbitrium, vt dicamus nos semper indigere Dei auxilio: & tam illos extrare, qui cum Manichæo dicunt hominem peccatum vitare non posse, quam illos qui cum Ioviniano asserunt hominem non posse peccare. Vterque tollit arbitrij libertatem. Nos verò dicimus hominem semper & peccare & non peccare posse, vt semper nos liberi confiteamur esse arbitrij. Hæc est fides quæ in catholica ecclesia didicimus, & quam semper tenuimus.

V T R V M H O M O A N T E P E C C A T V M eguerit gratia operante & cooperante.

Distinct. XXIX.

Post hæc considerandum est, vtrum homo ante peccatum eguerit gratia operante & cooperante. Ad quod breuiter dicimus, quia non cooperante tantum, sed etiam operante gratia indigebat: non quidem secundum omnem operandi modum operantis gratiæ, operatur enim liberando & præparando voluntatem hominis ad bonum. Eg-
bat itaque

Cap. 5. in tom. 7. Et li. de Veritate. ar. 35. Determinatio.

Cuius in-
tenti credi-
m. De
patre & c.
Tomo 4.

De pote-

st. lib.

arb. primi

hominis,

vtrum, f.

eguerit

gratia o-

perante, se-

cundam homo ea, non vt liberaret voluntatem suam, quæ peccati ferua non fuerat: sed vt præpararet ad volendum efficaciter bonum, quod per se nõ poterat. Non enim poterat bonum mereri sine gratia, vt Augustinus in Enchiridio euidenter tradit. Illam inquit, immortalitatem, in qua poterat non mori natura humana, perdidit per liberum arbitrium. Hanc verò, in qua non poterat mori acceptura est per gratiam: quam fuerat, si non peccasset, acceptura per meritum: quanuis sine gratia nec tunc vllum meritum esse potuisset, quia et si peccatum in solo erat arbitrio constitutum, non tamen iustitiæ habendæ vel retinendæ sufficiebat liberum arbitrium, nisi diuinum præberetur adiutorium. Ecce his verbis satis ostenditur, quod ante peccatum homo indigebat gratia operante & cooperante. Non enim habebat quo pedem mouere posset sine gratiæ operantis & cooperantis auxilio: habuit tamen quo poterat stare.

Quod homo ante lapsum virtutes habuerit.

*Sanctorum
testimo-
niis affir-
mat homi-
nẽ primũ
habuisse
virtutes.
In tom. 3.
Epist. 41.
Super
Psal. 114.
ser. 8. li. 11
c. 42. in fi.
li. et li. 6.
c. 27. et 32.*

PRAETEREA quæri solet, vtrum homo ante lapsum virtutem habuerit. Quibusdam videtur quod non habuerit, id ita probare conantibus. Iustitiam, inquit, non habuit, quia præceptum Dei contempsit, nec prudentiam, quia sibi non prouidit, nec temperantiam, quia aliena appetiit, nec fortitudinem quia prauæ suggestioni cessit. Quibus respondentes, dicimus eum quidem non tunc habuisse has virtutes quando peccauit, sed antè, & tunc amisisse. Quod multis Sanctorum testimoniis comprobatur. Ait enim Augustinus in quadam Homilia, Adam perdita charitate malus inuentus est. Item, Princeps vitiorum, dum vicit Adam de limo terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia armatum, temperantia compositum, charitate splendidum, primos parentes illis donis ac tantis bonis expoliavit, pariterque peremit. De hoc eodem Ambrosius ad Sabinum ait, Quando Adam solus erat, non est præuaricatus: quia eius mens Deo adhaerebat. Super Psalmum quoque dicit, quod homo ante peccatum beatissimus auram carpebat ætheream. Sed quomodo sine virtute beatissimus erat? Augustinus quoque super Genesim dicit Adam ante peccatum spiritali mente præditum fuisse. Non est ergo dubitandum hominem ante peccatum virtutibus fulsisse, sed illis per peccatum expoliatum fuisse.

De eiectione hominis de paradiso.

IN illius quoque peccati poenam eiectus est de paradiso in istum miseriarum locum, sicut in Genesi legitur, Nunc ergo ne fortè mittat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum, emisit eum Deus de paradiso voluptatis. His verbis insinuari videretur quod nunquam moreretur, si postea de illo ligno sumpsisset.

Quomodo intelligendum sit illud, Ne sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.

SED quia per peccatum iam mortuum corpus habebat, illa verba ex tali intellectu accipi possunt: Deus modo irati loquens, de homine superbo ait, Videte ne fortè mittat manum suam, &c. id est, cauete vos angeli ne comedat de ligno vitæ, quo indignus est: de quo, si perstitisset, comederet, & viueret in æternum, sed modò propter inobediẽtiam indignus est comedere. Et sicut verbo dixit, ita opere exhibuit. Emisit enim eum Deus de paradiso voluptatis in locum sibi congruum sicut plerumque malus cum inter bonos viuere coeperit, si in melius mutari noluerit, de bonorum congregatione pellitur, pondere prauæ consuetudinis pressus.

De flammeo gladio ante paradysum posito.

NE verò ad illud posset accedere collocauit Deus ante paradysum Cherubin, & flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ. Quod iuxta literam potest hoc modo accipi, quia per ministerium angelorum ignea custodia ibi constituta fuit. Hoc enim per coelestes potestates in paradiso visibili factum esse credendum est, vt per angelicum ministerium ibi esset quædam ignea custodia: non tamen frustra, sed quia aliquid significat de paradiso spiritali. Cherubin enim interpretatur plenitudo scientiæ: hæc est charitas, quia plenitudo legis est dilectio. Gladius autem flammeus poenæ temporales sunt, quæ versatiles sunt, quia tempora volubilia sunt. Illa ergo ad custodiam ligni vitæ ideo posita sunt ante paradysum, quia ad vitam non reditur nisi per Cherubin, scilicet plenitudinem scientiæ, id est, charitatem: & per gladium versatilem, id est, tolerantiam passionum temporalium.

*Gen. 3.
Aug. li.
11. de Ge.
cap. 40.*

Rom. 8. b.

*Au. li. 2.
de Ge. cõ-
tra Man.
Cap. 22.*

*Au. super
Gen. li. 11.
Cap. 40.
Ibidem.*

*Rom. 13. c.
Au. li. 2.
de Ge. con-
tra Man.
cap. 23.
1. 102. 3. et
Act. 14.*

An homo ante peccatum comederit de ligno vitæ.

Secundo, qui aliàs dicitur de peccatorum meritis et remissione contra Pelagianos in cap. 21.

POTEST autem queri, vtrum de ligno vitæ ante peccatum comederit homo. De hoc Augustinus in libro de Baptismo paruulorũ. sic ait, Rectè profectò intelliguntur primi homines ante malignam diaboli persuasionem abstinuisse à cibo vetito, atque vñ fuisse concessis. His verbis ostenditur, quòd de ligno vitæ ante peccatum sumpserint: quibus præceptum erat, vt de omni ligno paradisi comederent, nisi de ligno scientiæ boni & mali.

Quare non sunt facti immortales, si comederunt de ligno vitæ.

QVARE ergo perpetua soliditate, & beata immortalitate vestici non sunt, vt nulla infirmitate vel ætate in deterius mutarentur? Hanc enim virtutem naturaliter illud lignum habuisse dicitur. Sed fortè hoc non conferebat, nisi sapè de illo sumeretur. Poruit ergo fieri vt de illo sumeret semel, & non sæpius: qui per aliquam moram in paradiso fuisse intelligitur, cum Scriptura dicat eum ibi soporatum fuisse, quando costa de latere eius assumpta est, & inde formata mulier, & animalia ante eum ducta, quibus nomina imposuit.

QVOD PER ADAM PECCATVM & poena transit in posteros.

Distinct. XXX.

In tom. 7. Quid sit originale peccatum quod à peccato primorũ paritum fuit causatũ. Rom. 5. c.

IN superioribus insinuatum est, licet ex parte (non enim perfecte sufficimus exponere) qualiter primus homo deliquerit, & quam pro peccato poenam subierit: quibus adiciendum est, peccatum simul ac poenam per eum transisse in posteros, sicut Apostolus ostendit inquiens, Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, ita in omnes homines mors pertransiit.

Vtrum illud peccatum fuerit originale, vel actuale.

HIC primò videndum est, quod fuit illud peccatum, originale scilicet an actuale: & si de originali intelligatur, conlequenter quid sit originale peccatum, & quare dicatur originale: & quomodo pertranfierit vel pertranseat in omnes,

nota de peccato originali sic dicitur eo cum de sententia in saluum fuerit inquit quod per deus in saluum quasi per proximum

diligenter inuestigandum est. Quibusdam placuit de peccato actuali Adæ illud accipere, asserentibus hoc Apostolum sensisse cum inferius ait, Sicut per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi, ita, &c. Euidenter, inquit, etiam ipso nomine exprimit Apostolus peccatum, quod per vnum hominem, intrauit in mundum, scilicet inobedientiam. Inobedientia verò peccatum actuale est.

Quidã illud accipiunt de actuali. Rom. 5. c.

Quomodo intrasse in mundum dicunt.

HOC autem dicunt intrasse in mundum, non translatione originis, sed similitudine præuaricationis: omnesque in illo vno peccasse dicunt, quia omnibus ille vnus peccandi exemplum extitit. Hoc male senserunt quidam hæretici, qui dicti sunt Pelagiani: de quibus Augustinus in libro de Baptismo Paruulorum commemorat dicens, Sciendum est, inquit, hæreticos quosdam qui nominati sunt Pelagiani, dixisse peccatum primæ transgressionis in alios homines non propagatione, sed imitatione transisse. Vnde etiam in paruulis nolunt credere per baptismum solui originale peccatum, quod in nascentibus nullum esse omnino contendunt. Sed eis dicitur, quia si Apostolus peccatum imitationis non propagationis intelligi voluisset, eius principem non Adam, sed diabolum diceret. De quo in libro Sapientiæ dicitur, inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Et quia non vult intelligi hoc esse factum propagatione sed imitatione, continuo subiunxit Scriptura, Imitantur autem eum, qui sunt ex parte ipsius. Imitantur quidem Adam quorquor per inobedientiam transgrediuntur mandatum Dei. Sed aliud est quod exemplum est voluntate peccantibus, aliud quod origo est cum peccato nascentibus. Non est igitur accipiendum peccatum Adæ transisse in omnes imitationis tantum exemplo, sed propagationis & originis vitio.

Recitat hæresim. Primo q. aliàs de peccatorum meritis et remissione contra Pelagianos c. 9. In to. 7. & de Verbis Apostoli serm. 14. Sap. 2. d.

Hic aperit illud esse peccatum originale, quod transit in posteros.

ET est illud peccatum originale, vt apertè Augustinus testatur, quod per Adam transiit in omnes, per eius carnem vitiatam concupiscentialiter generatos.

Lib. 13. de Trin. c. 16 in fine.

Quid sit originale peccatum hic inquiritur.

QVOD diligenter inuestigandum est quid sit. De hoc enim sancti Doctores sub obscuritate locuti sunt, atque scho

Quorundam de originali peccato opinio.

Iastici Doctores variè senserunt. Quidam enim putant originale peccatum esse reatum poenae pro peccato primi hominis, id est, debitum vel obnoxietatem, qua obnoxij & ad dicti sumus poenae temporali & aeternae pro primi hominis actuali peccato: quia pro illo (vt aiunt) omnibus deberetur poena aeterna, nisi per gratiam liberentur. Iuxta horum sententiam oportet dici, originale peccatum nec culpam esse, nec poenam. Culpam non esse ipsi fatentur: poena quoque secundum eos esse non potest, quia si debitum poenae originale peccatum est, cum debitum poenae non sit poena, nec originale peccatum est poena. Quod etiam quidam eorum admittunt, dicentes in Scriptura originale peccatum saepe nominari reatum: & reatum ibi intelligunt, vt dictum est, obnoxietatem poenae, & ea ratione asserunt peccatum originale dici esse in paruulis, quia paruuli pro illo primo peccato rei sunt poenae, sicut pro peccato iniqui parentis aliquando exulant filij secundum iustitiam fori.

Exo. 13. b Habetur haec verb. in glo. sup huc locu. Ca. 4. to. 7 Rom. 3. d. Li. 2. hypognostico circa fine In tom. 8. ad illum versum, Ecce in iniquitatibus concepti sum Ca. 22. to. 3. apud Au. in forma li. de sin. ad

Quod originale peccatum sit culpa, auctoritatibus probat.

SED quod originale peccatum culpa sit, pluribus Sanctorum testimoniis edocetur. Super Exod. vbi dicitur, Primogenitum asini mutabis oue. Gregorius ait, Omnes in peccatis nati sumus, & ex carnis delectatione concepti, culpam originalem nobiscum traximus, vnde & voluntate nostra peccatis implicamur. Ecce culpam originalem dixit nos trahere, vnde constat originale peccatum culpam esse. Aug. quoque in libro de Natura & Gratia de hoc eodem sic ait, Omnes (vt ait Apostolus) peccauerunt, vti que vel in seipsis, vel in Adam quia sine peccato non sunt, vel quod originaliter contraxerunt, vel quod malis moribus addiderunt. Peccatum enim primi hominis, non solum ipsum, sed omne necauit genus humanum: quia ex eo damnationem simul & culpam suscepimus. Idem super Psal. 50. Quod de corpore mortuo seminatur, cum vinculo peccati originalis nascitur & mortis. Ideo igitur se in iniquitatibus conceptum dicit David, quia in omnibus trahitur iniquitas ex Adā, & vinculum mortis. Nemo enim nascitur nisi trahens poenam, & meritum poenae. Meritum autem poenae peccatum est. Omnis ergo qui nascitur per carnis concupiscentiam,

Handwritten notes in Latin script at the bottom of the page, including phrases like 'Arto p... originalis i poena' and 'in Adam ut dicitur'.

peccatum trahit. Peccatum itaque originale culpa est, quam omnes concupiscentialiter concepti trahunt. Vnde in Eccles. Dogmatibus scriptum est: Firmissime tene, & nullatenus dubites, omnem hominem, qui per concubitus viri & mulieris concipitur, cum originali peccato nasci, impietati subditum, mortique subiectum, & ob hoc natura irae nasci filium: a qua nullus liberatur, nisi per fidem Mediatoris Dei & hominum. His & aliis auctoritatibus euidenter ostenditur peccatum originale culpam esse, & in omnibus concupiscentialiter genitis trahi a parentibus.

pet. ca. 26 Et allegatur de con se. dis. 4. c. c. firmissime

Quid sit quod dicitur peccatum originale, scilicet fomes peccati, id est, concupiscentia.

NONNE superest videre, quid sit ipsum originale peccatum: quod cum non sit actuale, non est actus siue motus animae vel corporis. Si enim actus est animae vel corporis actuale vti que peccatum est: sed actuale non est, non est ergo actus vel motus. Quid ergo originale peccatum dicitur? Fomes peccati, scilicet concupiscentia vel concupiscibilitas: quae dicitur lex membrorum, siue languor naturae, siue tyrannus qui est in membris nostris, siue lex carnis. Vnde August. in lib. de Baptismo Paruulorum, Est in nobis concupiscentia, quae non est permittenda regnare. Sunt & eius desideria, quae sunt actuales concupiscentiae, quae sunt arma diaboli, quae veniunt ex languore naturae. Languor autem iste tyrannus est, qui mouet mala desideria. Si ergo vis esse victor tyranni: atque inermem inimicum inuenire, non obedias concupiscentiae malae. His verbis satis ostenditur fomitem peccati esse concupiscentiam.

Sermo 12. qui intitu latur. De verbis. Psal. 118.

Quod nomine concupiscentiae intelligitur fomes peccati, & quae dicitur fomes.

NOMINE autem concupiscentiae non actum concupiscendi, sed vitium primum significauit, cum eam dixit legem carnis. Vnde idem in Tractatu de verbis Apostoli ait. Semper pugna est in corpore mortis huius: quia ipsa concupiscentia cum qua nati sumus, fini non potest: quando viuius: quotidie minui potest, fini non potest. Quae autem est concupiscentia, cum qua nati sumus? Vitium vti que est, quod paruulum habilem concupiscere facit, adultum etiam

Sermo 45 de tempore qui est 2. sermo dominica 3. post octa. Epiph.

Lib. 6. contra Iu. c. 7. Quod originale peccatum in omnes intravit, in concupis. Et itali. x. ca. 9. & 10. to. 7. Ibidem c. 10. et 11. Quomodo intelligat In quomnes peccauerunt.

concupiscentem reddit. Sicut enim in oculo cæci in nocte vitium cæcitatatis est, sed non apparet, nec discernetur inter videntem & cæcum nisi luce veniente: sic in puero vitium esse non apparet donec ætatis prouectioris tempus occurrat. Ex his datur intelligi, quid sit originale peccatum, scilicet vitium concupiscentie: quod in omnes concupiscentialiter natos per Adam intrauit, eosque vitiauit. Vnde Augu. in lib. de Baptismo Paruulorum, Adam præter imitationis exemplum occultam etiam tabe carnalis concupiscentiæ suæ tabificauit in se omnes de sua stirpe venturos. Vnde Apostolus rectè ait, In quo omnes peccauerunt. Circumspectè & sine ambiguitate dicit hoc Apostolus. Siue enim intelligatur, in quo homine, siue in quo peccato, sanum est. In Adam enim omnes peccauerunt, vt in materia, non solum eius exemplo, vt dicunt Pelagiani. Omnes enim ille vnus homo fuerat, id est, in eo materialiter erant. Manifestum est itaque omnes in Adam peccasse, quasi in massa. Ipse enim per peccatum corruptus, quos genuit omnes nati sunt sub peccato. Ex eo igitur sicut cuncti constituti sunt peccatores, ita & in illo vno peccato quod intrauit in mundum rectè omnes dicuntur peccasse: quia sicut ab illo vno homine, sic ab eodem vno peccato immunes esse non possunt, nisi ab eius reatu per Christi baptismum absoluantur. Alia ergo sunt propria peccata, in quibus tantum peccant quorum peccata sunt. Aliud hoc vnum in quo omnes peccauerunt, id est, ex quo omnes peccatores constituti sunt.

Quid sit peccatum in quo omnes peccauerunt, scilicet originale, quod ex inobedientia profectus.

Rom. 5. d. HOC est originale peccatum quo peccatores nascuntur omnes concupiscentialiter geniti: quod ex Adam siue ex eius inobedientia emanauit, & in posteros demigravit. Vnde Apostolus consequenter per inobedientiam vnus hominis multos dicit constitutos esse peccatores, quæ est actualis peccatum. Cum autem dixerit per vnum hominem peccatum intrasse in mundum, & in eo omnes peccasse, de originali dictum esse oportet accipi.

Ex quo sensu dictum est, Per inobedientiam vnus multi sunt constituti peccatores.

QVOD ergo ait, Per inobedientiam vnus multi constituti sunt peccatores: eo sensu dictum esse intelligendum est, quia ex inobedientia Adæ, scilicet, ex peccato actuali Adæ processit originale peccatum, quo omnes peccatores nascuntur: vt & in illo esset, & in omnes transfret.

Quod peccatum originale in Adam fuit, & in nobis est.

VNDE August. Iuliano hæretico nullum peccatum in paruulis esse contententi respondens, aperitè asserit peccatum originale ex voluntate Adæ processisse, ac per eius inobedientiam in mundum intrasse. Querit enim Iulianus, per quid peccatum inuenitur in paruulo, ita inquit, Non peccat iste qui nascitur, non peccat ille qui genuit, non peccat ille qui condidit. Per quas igitur rimas inter tot præsidia innocentie, peccatum singis ingressum? Et respondet sancta Pagina, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, per vnus inobedientiam, ait Apostolus. Quid querit amplius, quid querit apertius? Item inquit Iulianus, Si per hominem peccatum intrauit in mundum, peccatum vel ex voluntate est, vel ex natura est. Si ex voluntate est, mala voluntas est quæ peccatum facit: si autem ex natura est, mala est natura. Cui respondeo, Ex voluntate peccatum est. Querit fortè, vtrum originale peccatum ex voluntate sit? Respondeo profus & originale peccatum ex voluntate esse: quia hoc ex voluntate primi hominis seminatum est, vt in illo esset, & in omnes transfret.

Obiectio quorundam contra id quod supra dictum est, omnes in Adam fuisse homines.

AD hoc autem quod diximus in Adam fuisse omnes homines, quidam verborum sectatores sic obijciunt, dicentes, Non omnis caro quæ ab Adam traducta est, in eo simul existere potuit: quia multo maioris quantitatis est, quam fuerit corpus Adæ. In quo nec tot etiam atomi fuerunt, quot ab eo homines descenderunt. Quocirca verum non esse asserunt, substantiam vniuscuiusque in primo fuisse parente.

Responsio, vbi aperitur qualiter fuerunt in Adam secundum rationem seminalem, & quomodo ex eo descenderunt scilicet lege propagationis.

QVIBVS responderi potest, quòd materialiter atque causaliter, non formaliter, dicitur fuisse in primo homine omne quod in humanis corporibus naturaliter est, descenditque à primo parente lege propagationis, & in se auctum & multiplicatum est, nulla exteriori substantia in id transeunte, & ipsum in futuro resurget. Fomentum quidem habet à cibus, sed non conuertuntur cibi in humanam substantiam, quæ s. per propagationem descendit ad Adam. Transmisit enim modicum quid de substantia sua in corpora filiorum, quando eos procreauit, id est, aliquid modicum de massa substantiæ eius diuisum est, & inde formatum corpus filij, suisque multiplicatione sine rei extrinsecæ adiectione auctum est: & de illo ita augmentato aliquid inde separatur, unde formantur posterorum corpora: & ita progreditur procreationis ordo lege propagationis, vsque ad finem humani generis. Itaque diligenter ac perspicuè intelligentibus patet, omnes secundum corpora in Adam fuisse per seminalem rationem, & ex eo descendisse propagationis lege.

Authoritate & ratione probatur, nihil extrinsecum conuerti in humanam substantiam, quæ ab Adam est.

Magister hic non ap probatur. Mat. 15. b

Mat. 14. c Quod cibi in carnem transeunt sed non in eam quæ descendit ab Adam.

QVOD verò nihil extrinsecum in humani corporis naturam transeat, Veritas in Euangelio significat dicens, Omne quod intrat in os, in ventrem vadit, & in secessum emittitur. Quod etiam ratione ostendi potest hoc modo, Puer qui statim post ortum moritur; in illa statura resurget quam habiturus erat, si viueret vsque ad ætatem triginta annorum nullo vitio corporis impeditus. Vnde ergo illa substantia, quæ adeo parua fuit mortua, in resurrectione tam magna erit, nisi sui in se multiplicatione? Vnde apparet, quòd etiam si viueret, non aliunde, sed in se augmentaretur illa substantia, si cut costa, de qua facta est mulier, & sicut panes euangelici. Non inficiamur tamen cibi & humores in carnem & sanguinem transeant: sed non in veritate humanæ naturæ, quæ à primis descendit parentibus, quæ sola in resurrectione erit, reliqua verò caro, in quam cibi transeunt, tanquam superflua in resurrectione deponetur, quæ tamen ciborum aliarumque rerum fomentis coalescit.

QVOMODO PECCATVM ORIGINALE à patribus transeat in filios, an secundum animam, an secundum carnem.

Distinct. XXXI.

NVnc superest inuestigare, qualiter peccatum à patribus traducatur in filios, scilicet an secundum solam animam, an secundum carnem, siue secundum vtrunque. Putauerunt quidam secundum animam trahi peccatum originale, non solum secundum carnem: quia non solum carnem, sed & animam ex traduce esse arbitrati sunt. Sicut enim in generatione prolis de carne paterna substantialiter trahitur caro: ita etiam de gignentis anima animam geniti essentialiter deduci ab his existimabatur. Ideoque sicut de corrupta carne caro corrupta seminatur: ita etiam de anima peccatrice anima peccatrix, corruptione originali infecta, ab illis trahi dicitur.

Prædictam opinionem damnat, & quòd per carnem traducatur peccatum dicit, & quomodo, ostendit.

HOC autem fides catholica respuit, & tanquam veritati aduersum damnat: quæ non animas, sed carnem solam, sicut superius diximus, ex traduce esse admittit. Non ergo secundum animam, sed secundum carnem solam, peccatum originale trahitur à parentibus. Est enim peccatum originale (vt supra diximus) concupiscentia, non quidem actus, sed vitium, vnde Aug. Ipsa concupiscentia est lex membrorum vel carnis, quæ est morbidus quidam affectus, vel languor qui commouet illicitum desiderium, id est carnalem concupiscentiam, quæ lex peccati dicitur. Quæ dicitur manere in carne, non quia in anima sit, sed quia per corruptionem carnis in anima sit.

Causam corruptionis carnis ostendit, ex qua in anima peccatum fit.

CARO enim propter peccatum corrupta fuit in Adam, adeo vt cum ante peccatum vir & mulier sine incontinuo libidinis & concupiscentiæ seruore possent conuenire, essetque thorax immaculatus: iam post peccatum non valet fieri carnalis copula, absque libidinosa concupiscentia quæ semper

Qualiter peccati originale à patre traducitur in prolem.

Opin. quòd randa male credentium animæ esse ex traduce.

Dist. 18. li. te. h. Dis. precedens, lit. H.

Quare concupiscentia dicitur esse in carne, lib. de nup. & concupiscentia.

vitium est & etiam culpa, nisi excusetur per bona coniugij. In concupiscentia ergo & libidine concipitur caro formanda in corpus prolis. Vnde caro ipsa quæ concipitur, in vitiosa concupiscentia polluitur & corrumpitur: ex cuius contactu anima cum infunditur, maculam trahit qua polluitur & fit rea, id est, vitium concupiscentiæ, quod est originale peccatum.

Quod propter corruptionem carnis, quæ est causa peccati, dicitur peccatum esse in carne.

I D E O Q U E ipsum peccatum dicitur manare in carne. Caro ergo quæ in concupiscentia libidinis seminatur, nec culpam habet, nec actum culpæ, sed causam. In eo ergo quod seminatur, corruptio est, in eo autem quod nascitur, concupiscentiæ vitium est. Vnde Ambrosius de verbis Apostoli, sic ait, Quomodo habitat peccatum in carne, cum non sit substantia, sed priuatio boni? Ecce primi hominis corpus corruptum est per peccatum, ipsaque corruptio per conditionem offensionis manet in corpore, robur tenens diuinæ sententiæ datæ in Adam: cuius consortio anima maculatur peccato. Per id ergo quod facti causa manet, inhabitare dicitur peccatum in carne: hæc est lex carnis. Idem, non habitat peccatum in anima, sed in carne: quia peccati causa ex carne est, non ex anima: quia caro est ex origine carnis peccati, & per traducem omnis caro fit causa peccati: anima verò non traducitur, & ideo in se causam peccati non habet. Aug. quoque ex carne peccatum animam contrahere in sermone quodam de verbis Apostoli ostendit, dicens, Vitium concupiscentiæ est, quod anima non ex se, sed ex carne contrahit. Natura quippè humana non opere Dei cum vitio primitiua est instituta, sed ex voluntatis arbitrio priorum hominum venienti vitio est sauciata, ita vt non sit in carne bonum, sed vitium quo inficitur anima.

De causa originalis peccati, quæ est in carne, vtrum sit culpa, an pœna.

H I C quæri solet, vtrum causa peccati originalis, quæ dicta est esse in carne, culpa sit, vel pœna, siue aliquid aliud. Culpa esse non potest: quia culpa non est in re irrationali. Si enim culpa esset in carne ante infusionem animæ, actualis esset, vel originalis. Sed actualis ibi non est, nec originalis culpa est:

*Comenta-
rio ad 7.
Ca. ad Ro.
rom. 4.*

*Ibidè pau-
lo inferius*

*Li. 4. con-
tra Iul. c.
4. & ple-
nius cap. 9*

*Quod non
sit culpa
prebat.*

est: quia ipsa causa est originalis peccati. Si autem pœna est, quæ est illa passibilitas, vel mortalitas, vel alia corruptio. Hos enim defectus carni inesse constat.

*Hic aperitur quid sit scditas tracta ex libidine
coeuntium, quæ vitium vel corru-
ptio dici potest.*

A D quod dici potest, quod multiplex defectus carnis, & præcipue pollutio quædam quam ex feriore coitus partem & concupiscentia libidinosa contrahit caro dum concipitur, causa est originalis peccati: quæ rectè vitium, siue corruptio carnis appellari potest. Quæ scditas maior videtur esse in carne concupiscentialiter traducta, quam in ea vnde traducitur. Et quod vitium vel corruptio sit in carne ante coniunctionem animæ, effectus probatur, cum anima infunditur, quæ ex corruptione carnis maculatur: sicut in vase dignoscitur vitium esse, cum vinum infusum acescit.

*Inductu similitum ostendit non absurde dici filios trahere
peccatum à parentibus, etiam mundis.*

N E autem miremur & intellectu turbemur, audientes peccatum originale filios traducere à parentibus, iam per baptismum ab illo peccato mundatis, diuersarum similitudinum inductione id posse fieri insinuat Augu. in lib. de Baptismo Paruulorum, inquit, Quomodo præputium per circuncisionem aufertur, manet tamen in eo quem genuerunt circuncisi: quomodo etiam palea quæ opere humano tanta diligentia separatur, manet tamen in fructu qui de purgato nascitur tritico: ita peccatum quod in parentibus per baptismum mundatur, manet in eis quos genuerunt. Ex hoc enim gignunt, quod adhuc verustum trahunt, non ex hoc, quod lex in nouitate promouit eos inter filios Dei. Non enim generant parentes filios secundum illam generationem, qua denudati sunt: sed potius secundum illam, qua carnaliter & ipsi primum sunt generati.

Quare dicatur originale hic dicitur cum epologo.

I A M ostensum est quid sit originale peccatum, & qualiter à parentibus in filios, & per carnem in animam transeat. Ex quibus etiam innotescit, quare dicatur originale peccatum: ideo scilicet, quia ex vitiosa lege originis nostræ, in qua concipimur, scilicet carnis libidinosa concupiscentia tradu-

Ca. 9. li. 3.

Ca. 9. li. 2.

Li. 2. c. 27

& 28.

Presenti dist. lit. B. citur, vt supra dictum est. Non enim quia ex carne tracta ab Adam concepi sumus, ideo peccati traximus, quia & Christi corpus ex eadem carne formatum est, quae ab Adam descendit, sed eius conceptus est celebratus non lege peccati, id est, concupiscentia carnis, vnde & caro eius peccatrix non fuit, imò operatione spiritus sancti. Noster verò conceptus non fit sine libidine, & ideo non est sine peccato. Quod euidenter Aug. ostendit in libr. de Fide ad Petrum, dicens, Quia dum sibi inuicem vir mulierque miscentur, sine libidine non est parentum concubitus, ob hoc filiorum ex eorum carne nascentium non potest sine peccato esse conceptus: vbi peccatum in paruulos non transmittit propagatio, sed libido: nec fecunditas humanae naturae facit homines cum peccato nasci, sed fœditas libidinis quam homines habent ex illius primi iustissima condemnatione peccati. Ideo beatus Dauid propter originale peccatum, quo naturaliter obstricti sunt filij itæ, dicit, In iniquitatibus conceptus sum & in peccatis concepit me mater mea. Ex hoc itaque apparet, ex lege conceptionis traduci originale peccatum: quia nisi conceptio sic fieret in carne, anima ex carnis coniunctione concupiscentiae vitium non traheret.

Obiectio quorundam nitentium probare peccatum non traduci ex lege coitus.

Exod. 21. **S**E D ad hoc opponitur hoc modo, In ipso conceptu vbi dicitur transmitti peccatum, propagatur caro: nec tamen tunc infunditur anima secundum Physicos, sed iam effigatis corporibus, quod etiam Moyses in Exo. apertè significat, vbi ait de percussura mulieris prægnantis: Si quis, inquit, percusserit mulierem prægnantem & abortum fecerit, si adhuc informe fuerit puerperium, multabitur pecunia: si autem formatum fuerit, reddat animam pro anima. Formatum verò intelligitur, propria anima animatum: & informe, quod nondum habet animam. In ipso ergo conceptu cum caro propagatur, nondum infunditur anima. Quomodo ergo ibi peccatum transmittitur, cum peccatum non possit esse vbi anima non est? Ad quod dici potest, quia in illo conceptu dicitur peccatum transmitti, non quia peccatum originale ibi fit: sed quia caro ibi contrahit id, ex quo peccatum fit in anima cum infunditur. Et verumque vocatur conceptus, scilicet cum & caro

Nota

Responsio cum solutione.

propagatur formamque corporis humani recipit, & cum anima infunditur, quod aliquando etiam dicitur natiuitas. Vnde dicitur, Quod natum est in ea. Propriè autem natiuitas dicitur in lucem editio. *Mat. 1.*

QUOMODO ORIGINALE PECCATUM dimittatur in baptismo, cum & post fit illa concupiscentia, quæ dicitur originale peccatum.

Distinct. XXXII.

Quoniam supra dictum est originale peccatum esse vitium concupiscentiae, assignatumque quomodo à parentibus trahatur & originale dicatur: superest inuestigare quomodo in baptismo dimittatur, cum etiam post baptismum remaneat concupiscentia, quæ antè fuerat. Vnde videtur vel peccatum originale non esse concupiscentiam, vel non remitti in baptismo. Manet quippè, vt ait Aug. in corpore mortis huius carnalis concupiscentia, cuius vitiosis desiderijs non obedire præcipimur: quæ tamen concupiscentia quotidie minuitur in proficietibus & continentibus. Sed licet remaneat concupiscentia post baptismum, non tamen dominatur & regnat sicut antè: imò per gratiam baptismi mitigatur & minuitur, vt post dominati non valeat, nisi quis reddat vires hosti eundo post concupiscentias. Nec post baptismum remanet ad reatum, quia non imputatur in peccatum, sed tantum poena peccati est: ante baptismum verò poena est & culpa.

Quod originale peccatum duobus modis dimittitur, scilicet extenuatione sui, & solutione reatus.

DVP LICI ergo ratione peccatum originale dicitur dimitti in baptismo: quia per gratiam baptismi vitium concupiscentiae debilitatur atque extenuatur, ita vt iam non regnet, nisi consensu reddantur ei vires, quia & reatus ipsius soluitur. Vnde Aug. in lib. de Baptismo Paruulorum, Gratia per baptismum id agit, vt verus homo crucifigatur, & corpus peccati destruat: non ita vt in ipsa viuentē carne concupiscentia resperfa & innata repente absumatur & non sit, sed ne obit mortuo, quæ inerat nato. Nam si post baptismum vixerit, in carne habet concupiscentiam, cum qua pugnet,

Qualiter peccatum originale deletur seu curetur. In lib. de Nuptiis & Concupiscentia. c. 25. to. 7. & ca. 23. ibid. Eccl. 18 d

Authores de vno modo remissionis. Ca. 29. lib. 1. Rom. 6. a

Ad hoc adu. dicitur quod dicitur peccatum originale debilitari et solui per gratiam baptismi quæ tamen ad os est, et non remittit concupiscentiam nisi ut sit ad os imputatur ad poenam. Et tunc est poena peccati. Et tunc est poena peccati.

2. Cor. 6. a

eamque adiuuante Deo superet, si tamen non in vacuum gratiam eius susceperit. Non itaque hoc præstatur in baptismo, nisi fortè miraculo ineffabili creatoris, vt lex peccati quæ est in membris, prorsus extinguatur & non sit, sed vt quicquid mali ab homine factum, cogitarumque est, totum aboleatur, ac velut factum non fuerit habeatur. Ipsa verò concupiscentia soluto reatus vinculo, quo per illam diabolus animam retinebat, & à suo creatore separabat, maneat in certamine. Ecce hic apertè ostendit, ea ratione dimitti in baptismo, non quia non maneat post baptismum, sed quia reatus in baptismo aboleretur. Deinde idem ipse ostèdit, eo modo etiam dimitti in baptismo, quia baptismi gratia concupiscentia ipsa mitigatur & minuitur, in eodem libro ita dicens, Lex carnis, quam Apostolus appellat peccatum cum ait, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore: non sic manet in membris eorum, qui ex aqua & spiritu sancto renati sunt, tãquam non sit eius facta remissio, vbi omninò plena sit remissio peccatorum: sed manet in vetustate carnis tanquam superatum & peremptum, nisi illicito consensu quodam modo reuiuifcat, & in regnum proprium dominationemque reuocetur. Hic apertè insinuat, in baptismo concupiscentiam debilitari, ex quo & dicitur dimitti, non solùm ideo quia reatus ibi soluitur. Quem remissionis modum aliis etiam pluribus testimoniiis Scriptura edocet. Ait enim Aug. contra Iulianum, Lex quæ in membris est, vitium carnis est, quod ex pœna peccati, & ex traduce mortis prouenit. Sed lex ista quæ est in membris remissa est regeneratione spiritali, & manet in carne mortali. Remissa est, quia reatus solutus est sacramento, quo renascuntur fideles. Manet autem, quia operatur desideria, contra quæ dimicant etiam fideles. Idem in sermone quodam de concupiscentia carnis, Per gratiam baptismatis & lauacrum regenerationis solutus est & ipse concupiscentiæ reatus, cum quo eras natus: & quicquid antea consensisti malæ concupiscentiæ, siue cogitatione, siue locutione, siue actione. Idem in lib. de Nuptiis & Concupiscentia, Concupiscentia carnis, licet in regeneratis iam non deputetur in peccatum, quæcumque tamen proles nascitur obligata est originali peccato. Item, Dimittitur concupiscentia carnis in baptismo: non vt non sit, sed vt non imputetur in peccatum.

Authoritates de al
tero li. 2.
ibid. c. 28.
Rom. 6. b

Lib. 2. in
principio.

Li. 1. con-
tra duas
epistolas
Pelagii.

Cap. 13.
quod ad
sententiã.

Deinde et ex alia y. d. dicitur dicitur q. orationem q. et ex Pau. q. 1. u. hancat in me pœna de x. m. alia.

Hoc est enim non habere peccatum, non esse reum peccati. Quomodo ergo alia peccata prætereunt actu, & remanent reatu, vt homicidium & similia: ita e conuerso fieri potest vt concupiscentia prætereat reatu, & remaneat actu. Ex prædictis euidenter monstratur, quomodo peccatum originale in baptismo remittatur.

De fœditate quam caro ex libidine coitus contrahit, vtrum in baptismo diluatur.

SOLET autem hic quaeri, vtrum & ipsa caro in baptismo ab illa fœditate purgetur, quam in conceptione ex concupiscentia libidinosa contraxit. Quibusdam videtur, quòd sicut anima à reatu purificatur, ita & caro ab illa pollutione purgatur: vt sicut duobus completur mysterium baptismi, scilicet aqua & spiritu: ita ibi duo purgentur, anima scilicet à reatu & caro ab illa contagione, quòd quidem probabile est. Alij verò putant tantùm animam ibi mundari, carnem verò non ab illa fœditate purgari. Si verò remanet illa fœditas vsque ad procreationem filiorum, quæ sit in concupiscentia carnis, videtur natura carnis magis ac magis corrumpi: & magis corrupta videtur caro prolis quàm parentis, quia de carne pollutionem quam habuit à conceptu retinente, trahitur polluta, & in concupiscentia concipitur, vnde & polluitur: & ita ex duplici causa contaminatur. Vnde & maior videtur pollutio carnis in prole, quàm fuerit in parente. Ad quòd illi dicunt, quia licet caro prolis ex carne fœda seminetur, & in concupiscentia feminis concipiatur: non tamen maiorem fœditatem trahit, quàm caro vnde feminatur, habuit. Quæuis etiam si fœdior atque immundior sit caro prolis, & ideo magis corrupta quàm caro parentis: non tamen inde (vt aiunt) fit præiudicium veritati, quia nec absurdum esse dicunt, si carnis natura magis in posterioribus corrupta trahatur, neque ex ipsa magis corrupta anima ampliùs iniiciatur.

Ex quo auctore sit illa concupiscentia, Deo scilicet vel alio.

PRÆTEREA quaeri solet, vtrum concupiscentia quæ post baptismum remanet, & tantùm pœnalitas est, ante baptismum verò pœna erat, & culpa, ex Deo auctore sit, vel ex alio. Ad quòd breuiter respondentes dicimus, quia inquan-

Lib. 1. de
Nuptiis
& concu-
pisc. ca. 25.
26. & 27.

Quidã dicitur carnẽ mundari ab illa pollutione, alij non. Inconuenientiã adducit contra illos, qui negant carnẽ mundari à pollutione. Responso illorum.

tum, poena est, Deum habet authorem: in quantum verò culpa est, diabolus siue hominem habet authorem.

Qua iustitia anima munda ex creatione illud peccatum imputetur, cum non possit vitare.

Responsio quorundam falsa.

SO LET etiam queri, qua iustitia teneatur illo peccato anima innocens à Deo creata, cum non sit in potestate sua illud vitare. Non enim per liberum arbitrium illud committitur: quia non prius est anima, quam illi peccato est obnoxia. Ad hoc quidam dicunt ideo animam ream esse illius peccati, licet munda à Deo sit creata, quia cum infunditur corpori, condelectatur carni: ex quo peccatum contrahit. Quod si esset, iam non originale, sed actuale diceretur. Potius ergo ideo rectè potest dici imputari animæ illud peccatum, quod ex corruptione corporis inuitabiliter trahit: quia, ut ait Aug. in lib. de Ciuitate Dei, Non fuit corruptio corporis, quæ agrauat animam, causa primi peccati, sed poena: nec caro corruptibilis animam peccatricem fecit, sed peccatrix anima carnem corruptibilem fecit.

Cognate sponso & vera.

Li. 14. c. 3. tomo 5.

Utrum illud peccatum sit voluntarium, vel necessarium.

Quod voluntarium potest dici & necessarium. Psal. 24. Cap. 5.

IL L V D etiam non immeritò queri potest, utrum peccatum originale debeat dici voluntarium, vel necessarium. Et necessarium potest dici, quia vitari non potest, vnde & Prophetæ dicit, De necessitatibus meis erue me. Et voluntarium non incongruè appellatur, quia ex voluntate primi hominis processit, ut Aug. in 1. lib. Retract. ostendit, dicens, Istud quod in paruulis dicitur originale peccatum, cum adhuc non vran tur libero arbitrio voluntatis, non absurdè vocatur voluntarium: quia ex prima hominis mala voluntate contractum, factum est quodammodò hæreditarium.

Quare Deus animam corpori iungit, sciens eam inde maculari, & ideo damnari.

Rom. II. d

SI verò queritur, cur Deus qui fecit animam ipsam sine macula, & scit eam ex corporis coniunctione maculam peccati cõtrahere, & aliquando ante baptismum scitigi ab ipso corpore, & sic dånari, eam corpori iungit. Respondemus, ex altitudine iudiciorum Dei id prouenire, & nec iniuste id à Deo fieri. Ipse enim non

incongruè humanæ conditionis modum, quem à principio instituit, licet peccata hominum intercesserint, sine immutatione continuè seruat: corpora de materia à principio sine vitio facta fingens, animasque de nihilo creans, eorumque coniunctione hominem perficiens. Cum ergo vtraque hominis natura à Deo sine vitio sit instituta, licet à se peccato sit vitata: non ideo immutabilis Deus humanæ conditionis primariam legem mutare debuit, siue ab hominum multiplicatione desistere.

An anima sit talis ante Baptismum qualis à Deo creatur.

HI C à quibusdam queri solet, utrum anima talis sit ante baptismum, qualis à Deo creatur. Quod non esse probare conantur hoc modo, Anima in corpore creatur, in cuius coniunctione peccato maculatur. Quam cito ergo est, peccatum habet, nec prius fuit, quam peccatum habuit: non est ergo talis, qualis à Deo creatur. Creatur enim à Deo innocens, & sine vitio: & nunquam talis est. Ad quod dici potest, quia non omnino talis est, qualem eam Deus fecit. Deus enim bonam eam fecit, & bonitatem ei sine corruptione indidit. Et dicitur illa naturalis bonitas, quam in creatione à conditore suscepit: quam bonitatem per peccatum penitus non amisit, sed vitiatam habuit, quam Deus tamen sine vitio fecit. Si enim res bona non esset anima, in ea malum esse nequiret, cum non possit malum esse nisi in bono, ut potest dicitur. Non ergo omnino talis est anima, qualis à Deo creata. Sicut quis pollutas habens manus, non tale habuit pomum, quale ego dedi mundis manibus. Ego enim dedi mundum.

An anima ex creatione sint æquales in donis naturalibus.

IL L V D quoque non incongruè queri solet, utrum omnes animæ ex creatione æquales sint, an aliæ aliis excellentiores. Pluribus non irrationabiliter videtur, quod ex ipsa creatione aliæ aliis excellant in naturalibus donis, ut in essentia alia aliis sit subtilior, & ad intelligendum memoriamque habilior, ut potest acutiori ingenio, & perspicaciori intellectu prædita. Quod non improbabiler dicitur, cum in angelis ita fuisse constet. Et licet naturalibus donis aliæ præ aliis polleant, tamen ante baptismum à corpore discedentes, parem poenam, & post baptismum statim æqualem coronam for-

Quomodo quidam probant non esse tale.

Solutio.

Dist. 34. lit. D.

tiuntur: quia ingenij acumen vel tarditas, præmium vel poenam in futuro non collocat.

AN PECCATA OMNIUM PRAE-
cedentium Patrum paruuli originaliter
trahant, vt peccatum Adæ:

Distinct. XXXIII. ▲

*Præ
originale pec-
catum per
peccata
proximo-
rum par-
tibus mul-
tiplicatur*

*Ex
inten-
datur.*

Cap. 47.

Tomo 3.

Exo. 20. 2

PRAEDICTIS adiciendum viderur, an peccata præcedentium Patrum ad paruulos transeant, sicut illud primi hominis delictum in omnes carnaliter genitos diximus redundasse. Et si peccata parentum transeant in paruulos, vtrum omnium qui fuerunt ab Adam vsque ad ipsos, an aliquorum & non omnium.

*Quid super hoc Augustinus in Enchiridio
dicere videtur.*

DE hoc Augustinus in Enchiridio ambigue differit. Videtur enim approbare peccata parentum præcedentium imputari paruulis, non omnium tamen qui fuerunt ab Adam, ne importabili & nimia sarcina in poena æterna grauarentur paruuli: sed tantum eorum parentum, qui eos à quarta generatione præcesserunt. Quod confirmat illis verbis quibus in Exod. Dominus ait, Ego sum Deus visitans iniquitates Patrum vsque in tertiam & quartam generationem: quasi peccata parentum proximorum tantum paruulis imputentur, & non alia: quod est per moderationem diuinæ miserationis.

*Eorum ponit documenta, qui dicunt transire in
paruulos parentum delicta.*

*Ibidem c.
44. et 46*

Psal. 50.

ET quod non illud solum primi hominis delictum paruulos teneat, sed etiam alia, illi quibus ita videtur ex eo confirmant, quod etiam paruuli non modò maiores, dicuntur baptizari in remissionem peccatorum per pluralem numerum, non per singularem in remissionem peccati. Et Dauid de legitimo matrimonio procreatus dicit, In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea: Non dicit, In iniquitate vel peccato. Vnde putant non tantum illud vnum peccatum originale, sed etiam plura quæ in peccato Adæ reperiri possunt, & alia parentum peccata paruulis imputari.

Quod in illo vno primo peccato plura reperiuntur.

QUOD verò in actuali peccato Adæ plura notari valeant peccata, Augustinus in Enchiridio insinuat. Possunt, inquit, intelligi plura peccata in vna transgressione Adæ, si in sua quasi membra diuidatur. Nam & superbia est illic, quia homo in sua potius esse quam Dei potestate dilexit. Et sacrilegium, quia Deo non creditur. Et homicidium, quia se in mortem præcipitavit. Et fornicatio spiritualis, quia integritas mentis humanæ serpentina suasionem corrupta est. Et furtum, quia cibus prohibitus vsurpatus est. Et auaritia, quia plus quam sufficere illi debuit appetiuit: & si quid aliud in hoc vno peccato inueniri potest. Deinde de parentum præcedentium peccatis vtrum paruulis imputentur, magis opinando quam asserendo disceptat, ita inquit, Parentum peccatis paruulos obligari, non solum primorum hominum, sed etiam suorum de quibus ipsi nati sunt, non improbabiler dicitur. Illa quippè diuina sententia, Reddam peccata parentum in filios, tenet eos ante regenerationem vsque ad eò, vt etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat, In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Non dixit, In iniquitate vel in peccato, cum & hoc rectè dici posset: sed iniquitates & peccata dicere maluit, quia & in illo vno quod in omnes homines pertranfit, atque tam magnum est, vt eo mutaretur in necessitatem mortis humana natura, reperiuntur (sicut supra differui) plura peccata & alia parentum: quæ non ita possunt mutare naturam, reatu obligant filios, nisi gratia Dei subueniat. Sed de peccatis aliorum parentum, quibus ab ipso Adam vsque ad patrem suum pro generationibus suis quisque succedit, non immeritò disceptari potest, vtrum omnium malis actibus, & multiplicatis delictis originalibus, qui nascitur, implicetur: vt tantò peius, quanto posteriorius, quisque nascatur. An propterea Deus in tertiam & quartam generationem de peccatis parentum posteris eorum comminetur, quia iram suam quantum ad progredientium culpas, non extendit vltèrius moderatione miserationis suæ: ne illi quibus regenerationis gratia non confertur, nimia sarcina in ipsa æterna damnatione premerentur, si cogentur ab ipso initio generis humani omnium præcedentium parentum suorum originaliter peccata contrahere, & poenas pro

Cap. 45.

*De parentum
peccatis, an paruulos
teneant.*

*Ibid. c. 46
Exo. 20. 2*

Psal. 50.

*In Enchi-
Cap. 47.
* alias per
generatio-
ribus.
Vide opi-
niones va-
rias.*

cis debitas pendere. An aliquid aliud de re tanta, Scripturis sanctis diligentius perscrutatis ac tractatis, valeat vel non valeat reperiri, temerè affirmare non audeo. Ecce perspicuum fit Lectori, Augustinum superiora dixisse non asserendo, sed diuerforum opiniones referendo.

Ostendit Augustinum sibi fore contrarium, si id sentiret.

Enchiridij c. 93.

ALIOQVIN sibi ipsi contradicere videretur, qui in eodem libro omnium micissimam dicit esse pœnam paruulorum, qui originali tantum tenentur peccato, his verbis, Micissima sanè pœna eorum erit, qui præter peccatum quod originale contraxerunt, nullum insuper addiderunt: & in cæteris qui addiderunt, tantò quisque ibi tolerabiliorem habebit dampnationem, quantò minorem habuerit iniquitatem. Ecce hic apertè dicit, paruulorum pœnam omnium aliarum pœnarum esse leuissimã. Quod si est, non ergo peccatis Patrum præcedentium obligantur, nisi Adã. Si enim pro peccatis parentum actualibus æternaliter punirentur, & pro suo originali, non iam minus, sed fortè magis quàm ipsorum parentes punirentur. Non ergo pro peccatis parentum actualibus, nec etiam pro actualibus primi parentis, sed pro originali quod à parentibus trahitur, paruuli damnabuntur: pro eo nulla iam ab ignis materialis vel conscientie vermis pœnã sensuri, nisi quod Dei visione carebunt in perpetuum. Vno ergo, & non pluribus peccatis paruuli obligati sunt. Vnde etiã ea quibus illa opinio muniri videtur, scilicet quòd peccata & iniquitates in paruulis aliquando Scriptura esse significat, vtens plurali numero, ita determinat Augustinus in eodem libro: quia in Scriptura per singularem numerum pluralis numerus sæpè significari solet: vt ibi, Ora ergo ad Deum, vt auferat à nobis serpentem: non ait, Serpentes, quos patiebatur populus. Et econuersò per pluralem significatur singularis numerus, vt in Euangelio, Mortui sunt enim qui quærebant animam pueri: non ait, Mortuus est, cum loqueretur de Herode. Et in Exodo, Fecerunt deos aureos, cum vnum fecerint vitulum: de quo dixerunt, Isti sunt dii tui Israël. Ita & illud originale vnum plurali numero significatur, cum dicimus paruulos in peccatorum remissionem baptizari, & in peccatis vel iniquitatibus concipi.

Determinatio eorum que illi opponunt.

Cap. 44. N. 21. b.

Mat. 2. c. Exo. 32. d.

An actuale peccatum Adã sit grauius cæteris.

HIC queri solet, vtrum peccatum Adã transgressionis ex quo processit originale, & in quo plura superius notata sunt peccata, grauius fuerit cæteris peccatis. Quibusdam ita esse videtur, quia illud peccatum totam humanam naturam mutauit: sicut Augustinus dicit in Enchiridio, Illud vnum peccatum in loco & habitu tantæ felicitatis admissum, tam magnum est, vt in vno homine originaliter, & (vt ita dixerim) radicaliter totum genus humanum damnaretur. Idem in libro de Ciuitate Dei, Tanto maiori iniustitia violatum, est illud mandatum, quanto faciliori poterat obseruantia custodiri. Nondum enim ipsi voluptati cupiditas resistebat, quod de pœna transgressionis postea securum est. His aliis vtuntur autoritatibus, qui illud peccatum cæteris aliorum hominum peccatis grauius esse dicunt. Quod etiam ratione ostendere laborant hoc modo, Magis nocuit illud peccatum quòd aliquod aliorum: quia totum humanum genus vitiauit, ac morti vtique subdidit, quod nullo alio peccato factum est. Maiorem ergo effectum mali habuit illud peccatum, quàm aliquod aliud.

Responsio contra illos, vbi alia peccata ostenduntur illo maiora.

AD quod dicit potest, quia licet illud peccatum humanam naturam mutauerit in necessitatem mortis, & in totum genus humanum reatum diffuderit: non est tamen putandum grauius fuisse peccato in spiritum sanctum, quod neque hic, neque in futuro (vt Veritas ait) dimittitur. Quod verò totam humanam naturam corrumpit, non ideo est quia grauius fuerit cunctis aliis peccatis: sed quia ab homine commissum est, quando in vno homine tota humana natura consistebat, & ideo tota in eo corrupta est: maioremque effectum mali intulit quantum ad multiplices defectus qui ex eo manauerunt, sed non quantum ad pœnam æternam quam grauiorem non meruit, quàm plures postea meruerunt per alia peccata: imò alios grauiorem promeruisse credimus iram quàm Adam meruerit.

An istud peccatum sit primis dimissum parentibus.

SI verò queritur, an illud peccatum fuerit dimissum

Quare quibusdam grauius videtur esse cæteris. Cap. 48.

Li. 14. ca. 11. et c. 15.

Post auctoritates ponit etiã rationes eorum.

G

Mat. 12. c

In quo habent maiorem effectum mali, in quo minorem.

H

Li. 2. c. 44

primis parentibus. Dicimus eos per penitentiã veniam consecutos. Vnde August. in lib. de Baptismo paruulorum ait, Sicut primi parentes postea viuendo creduntur per Domini sanguinem ab extremo liberari supplicio, non tamen in illa vita meruerunt ad paradysum reuocari: sic & caro peccati, etiam remissis peccatis, si homo in ea iustẽ vixerit, non continuo meretur eam mortem non perpeti, quam traxit de pro-pagine peccati.

Quod peccata parentum visitantur in filios, & quod non sunt aduersa quæ Deus dixit in Exodo, & in Ezechiele.

Exo. 20. a

Authori-tate indu-cit quæ illi aduersari videtur.

Exo. 20. a

chara
parochi
7473

ET licet peccatis parentum, nisi Adæ, paruuli non obligentur, non est tamen distindendum peccata parentum in filios redundare, sicut Dominus in Exodo ad Moysen ait, Ego sum Deus fortis, zelotes, visitans iniquitates Patrum in filios vsque in tertiam & quartam generationem his qui oderunt me. His verbis aperte insinuat, quod Deus reddit peccata patrum super filios tertios & quartos. Huic autem videtur aduersari quod Dominus ait in Ezechiele, Quid est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium istud dicentes, Patres comederunt vnam acerbam: & dentes filiorum obstupescunt: Viuo ego, dicit Dominus, si erit vobis vltra parabola hæc in proverbium in Israël. Ecce omnes anime meæ sunt, vt anima patris, ita anima filij mea est: & anima quæ peccauerit ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Iustitia iusti super eum erit, & impietas impij erit super eum. His verbis videtur Deus corrigere per Prophetam, quod male dixerit in Lege. Si enim peccata parentum reddit in tertiam & quartam generationem, iniustitia videtur Dei esse vt alius peccet, & alius puniatur. Quomodo enim iustum est alium peccare, & alium peccata luere?

Determinatio præmissarum autoritatum conuenientiam ostendens.

To. 5. ex-planatio-ne ad 8. c. Ezech.

SED, vt ait Hieronymus, ne lex & Prophetæ. i. Exod. & Ezechiel, imò ipse Deus qui & hic & ibi locutus est, in sententia discrepare videantur, attendamus finem illius autoritatis Exod. Dicto enim, Reddo iniquitates patrum in filios:

addit, His qui oderunt me: per quod euidenter ostendit, non ideo puniri filios, quia peccauerunt patres, sed quia eis similes quodam hæreditario malo Deum oderunt. Illud ergo, quod in Exodo Dominus dicit, sicut Hieronymus tradit, non id sonat quod multi existimant: nec est simile huic proverbio, Patres comederunt vnam acerbam, &c. Illud enim Exod. Hieronymus super illud Ezech. & August. super Psal. Deus laudem meam ne tacueris, de filiis peccata Patrum imitantibus accipiendum censet: super quos dicitur Deus reddere peccata Patrum, quia puniit eos, eò quod imitantur peccata Patrum, non quia patres peccauerunt. Non itaque corrigit Deus in Propheta, quod antè dixerat in Lege: sed quomodo intelligendum sit, aperit. Vnde & illos qui præuè intelligebant arguit, qui dicebant, Patres comederunt, &c.

Quare dixerit, In tertiam & quartam generationem, & quare Patres tantum commemorauit.

VERVNTAMEN si de imitatoribus malorum illud accipitur, quare tertiam & quartam generationem tantum commemorauit, cum in qualibet generatione rei reneantur, qui peccata Patrum imitatur? Et quare Patres commemorauit, cum & illi omnes mali sint, qui quorùlibet malorum peccata imitantur? Sed ideo Patres specialiter nominauit, quia maxime Patres filij imitari solent, quos præcipuè diligunt. Et tertiam & quartam generationem ideo commemorauit, quia solent Parentes interdum tandiu viuere donec filios tertios & quartos habeant: qui Patrum iniquitates videntes, eorum impietatis hæredes per imitationem efficiuntur. Secundum hunc modum rectè intelligitur ad literam, quod in Exodo dicitur.

Quomodo illud Exodi intelligi debeat secundum mysterium.

QVOD etiam mysticè intelligendum esse ostenditur ex eo quod parabola dicitur. Si enim parabola est, vt ait Hieronymus, aliud verbis sonat, aliud sensu continet. Vnde aliqui ita edisserunt: Patrem in nobis esse dicunt, leuem punctum sensuum, scilicet primum motum suggestionis vel cogitationis. Filium verò, si cogitatio conceperit peccatum in quo notatur consensus, & delectatio mulieris: Nepotem, si quod co-

Hiero. 31. In tomo 8. enarratio-ne ad Ps. 108. In expositione versionis, In memoriam deat iniquitatis patris eius.

Solutio. Greg. li. 15 Mor. c. 22

Loco prædicto.

gitaueris atque conceperis, opere compleueris, vel complere decreueris: in quo notatur consensus viri, siue parratio peccati. Pronepotem autem, si non solum feceris, sed in eo gloriaris: & hæc est quarta generatio, non quia tres præcesserint, sed quarta dicitur, quia quarto loco à primo motu, qui est quasi pater, enumeratur. Deus ergo primos & secundos stimulos cogitationum, quos Græci Propatheis vocant, sine quibus nullus hominum esse potest, non punit æternaliter: sed si cogitata quis facere decreuerit, & quæ fecit corrigere noluerit, quæ sunt mortalia peccata, & tertia & quarta generatio.

Per quid probatur, quod primus motus non puniatur æternaliter.

*Ibidem pau
do inferius
Gene. 2. d.*

A D probandum verò, vt ait Hieronymus, quod primus pulsus cogitationis non puniatur æternaliter à Deo, illud de Genes. atterendum est: Cham enim peccauit, irridens nuditatem patris, & sententiam non ipse, sed filius eius Chanaan accepit. Maledictus Chanaan, seruus erit fratrum suorum. Quæ enim iustitia est, vt pater peccauerit, & filius punitus sit? Sed in mysterio illud factum est.

**QVAE DE PECCATO ANI-
mauertenda sint.**

Distinct. XXXIII.

*De peccato
actuali
secundum
eius cau-
salitatem.*

Post prædicta, de peccato actuali diligenti indagine quædam consideranda sunt, scilicet quæ fuerit origo & causa primi peccati, vtrum res bona, an res mala, Postea in qua res sit peccatum, Deinde, quid sit peccatum & quot modis fiat, & de differentia ipsorum peccatorum.

Quæ fuit origo & causa peccati prima.

CAUSA & origo prima peccati res bona extitit, quia ante primum peccatum non erat aliquid mali vnde oriretur. Cum enim originem & causam habuit, aut ex bono aut ex malo habuit. Sed malum ante non erat: ex bono ergo ortum est. Prius enim in angelo ortum est peccatum, & postea in homine. Et quid erat angelus, nisi bona natura Dei? Non ex Deo ortum est malum quod fuit in angelo: nec ex alio quam ex angelo: ex bono ergo ortum est. Vnde Augu. in Responsoni-

bus contra Iulianum hæreticum qui dixerat, Si ex natura peccatum est, tunc mala est natura, ait, Quæso vt si potest, respondeat. Manifestum est ex voluntate mala, tanquam ex arbore mala, fieri omnia opera mala, tanquam fructus malos: sed ipsam malam voluntatem vnde dixit exortam, nisi ex bono? Si enim ex angelo, quid est angelus, nisi bonum opus Dei? Si ex homine, quid erat ipse homo, nisi bonum opus Dei? Imò quid erant hæc duo antequam in eis oriretur mala voluntas, nisi bonum opus Dei, & bona & laudanda natura? Ergo ex bono oritur malum, nec fuit vnde oriri posset nisi ex bono. Dico ergo, quia voluntatem malam nullum malum præcessit, sed ex bono originem habuit. Hic apertè dicitur primam causam & originem mali bonam fuisse naturam. Et nihilominus ostenditur, cuius peccati fuerit causa, scilicet malæ voluntatis.

*Quod mala voluntas secundaria causa
fuit malorum.*

MALA autem voluntas illa angeli & hominis causa est etiam malorum subsequentiæ, scilicet malorum operum & malarum voluntatum. Vnde Aug. in Ench. Nequaquam dubitare debemus rerum bonarum, quæ ad nos pertinent, causam non esse nisi bonitatem Dei. Malarum verò ab immutabili bono deficientem boni mutabilis voluntatem, prius angeli, postea hominis: hoc primum est creaturæ rationalis malum, id est, prima priuatio boni. Ecce habes primam voluntatem boni mutabilis, id est, angeli & hominis deficientem ab immutabili bono, id est, à Deo causam esse malarum rerum ad nos pertinentium: quia causa est tam peccatorum, quam poenarum quibus premitur humana natura. Prima ergo origo & causa peccati bonum fuit: & secunda, malum quod ortum est ex bono.

*In qua res sit peccatum, an in bona an in mala: &
dicitur, quia in bona tantum.*

OSTENSA origine mali, superest videre in qua res sit malum, scilicet an in re bona, an in re mala. Qui rectè acutèque sapit, non nisi in bono malum esse intelligit, id est, in natura bona. Malum enim est corruptio vel priuatio boni: vbi autem bonum non est, non potest esse corruptio vel priuatio boni. Peccatum ergo non potest esse nisi in re bona. Sicut

*Id est, in 2
lib. de nup.
& concu-
pif. ad Va-
leriu cap:
28. tom. 7
& quod se
sum lib. 1.
cum Iuli.
Cap. 3.*

*Ca. 23. fo.
3. cap. 24.
ibidem.*

Cap. 13.

Ibi cap. 12.

Ibi cap. 13.

enim morbis ac vulneribus corrumpuntur corpora, quæ (vt ait Augustin. in Ench.) sunt priuationes boni eius quod dicitur sanitas: ita & animorum quæcunque sunt vitia, naturalium sunt priuationes bonorum. Quid est enim aliud quod malum dicitur, nisi priuatio boni? bonum enim minus malum est: quantumcunque minuatur, necesse est vt aliquid remaneat, si adhuc natura est. Non enim consumi potest bonum quod est natura, nisi & ipsa natura consumatur. Cum verò corrumpitur, ideo malum est eius corruptio, quia eam qualicumque priuat bono. Nam si nullo bono priuat, non nocet. Nocet autem: adimit ergo bonum. Quandiu itaque natura corrumpitur, inest ei bonum quo priuetur. Ac per hoc nullum est quod dicitur malum, si nullum sit bonum: sed bonum omnino malo carens, integrum bonum est. Cui verò inest malum, vitiatum vel vitiosum bonum est: nec malum vnquam potest esse vllum, vbi est nullum bonum. Vnde res mira conficitur, vt quia omnis natura, in quantum natura est, bonum est: nihil aliud dici videtur, cum vitiosa natura mala natura esse dicitur: nisi malum esse quod bonum est, nec malum esse nisi quod bonum est. Hac contextione euidenter insinuat malum non posse esse, nisi in re bona: vbi etiam, licet absurdum videatur, manifestè dicitur esse malum, quod bonum est.

Quod ex præmissis sequitur, scilicet quod cum dicitur malus homo, dicitur malum bonum.

Cap. 13.

Ibi, ca. 14.

EX quo colligitur: nihil aliud significari cum dicitur homo malus, nisi bonum malum. Vnde Aug. in eodem subdit, Quid est malus homo nisi mala natura: quia homo natura est. Porro si homo aliquod bonum est, quia natura est: quid aliud est malus homo, nisi malum bonum? Tamen cum duo ista discernimus, inuenimus nec ideo malum, quia homo est, nec ideo bonum, quia iniquus est: sed bonum, quia homo: malum, quia iniquus. Omnis itaque natura, etiam si vitiosa sit, in quantum natura, bona est: in quantum vitiosa, mala est.

Quod regula Dialecticorum de contrariis fallit in his, scilicet bono & malo.

I D E O Q V E in his contrariis, quæ bona & mala vocantur,

cantur, illa Dialecticorum regula deficit, qua dicunt, Nulli rei duo simul inesse contraria. Nullus enim potus aut cibus simul dulcis est & amarus. Nullum simul corpus vbi album, ibi & nigrum: & hoc in multis ac penè in omnibus reperitur contrariis, vt in vna re simul esse non possint. Cum autem bona & mala nullus ambigat esse contraria non solum simul esse possunt, sed male omnino sine bonis & nisi in bonis esse non possunt. Et hæc duo contraria ita simul sunt, vt si bonum non esset in quo esset malum, prorsus nec malum esse potuisset: quia non modo vbi confisteret, sed vnde oriretur corruptio non haberet, nisi esset quod corrumpere: quoniam nihil est aliud corruptio, quam boni exterminatio. Ex bonis ergo mala orta sunt: & nisi in bonis non sunt: nec fuit prorsus vnde oriretur vlla mali natura, nisi ex angeli & hominis natura bona, vnde primitus orta est voluntas mala.

Epilogum facit, ad alia transiturus.

E X his aperitur, quod primò & secundo supra inuestigandum diximus, scilicet quæ fuerit origo mali, & in qua re sit. Ex bona enim re ortum, & in re bona consistere præmissis testimoniis comprobatur.

Sententia illi qua dictum est bonum esse malum, opponitur de prophetia quæ ait, Væ his qui dicunt bonum malum.

AD hoc autem quod dictum est malum esse quod bonum est, quidam sic opponunt, Si bonum malum esse dicimus, incidimus in illam sententiam propheticam, vbi legitur, Væ his qui dicunt bonum malum, & malum bonum. Igitur si hanc maledictionem vitare volumus, nullatenus dicere debemus bonum esse malum, & e conuerso. Hoc autem Aug. in eodem libro determinat, dicens, Id quod dictum est in prophetia, intelligendum est de ipsis rebus quibus homines mali sunt, non de hominibus. Vnde qui adulterium dicit bonum, in eum cadit illa prophetica detestatio: & in eum qui dicit malum hominem bonum, vel bonum esse iniquum. Qui enim dicit hominem, in quantum homo est, malum esse: & bonitatem esse iniquitatem, opus Dei culpatur, quod est homo: & vitium hominis laudat, quod est iniquitas.

Ibid. c. 15.

Ibid. c. 13.

Esa. 5. c. Determinatio Au. Enchiridij cap. 13. & cap. 19.

B

LIBER II.
 QUID SIT PECCATUM.

Distinct. x x x v.

Posthæc videndum est quid sit peccatum. Peccatum est, ut ait August. omne dictum, vel factum, vel concupitum, quod sit contra legem Dei. Idem in lib. de Duabus Animabus, Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat. In utraque assignatione de actuali peccato agitur & mortali, non veniali. Ex prima descriptione ostenditur peccatum esse voluntas mala, siue locutio & operatio prava, id est, actus malus tam interior quàm exterior: ex altera vero tantum ostenditur esse actus interior. Voluntas enim, ut in superioribus dictum est, motus animi est: actus ergo interior est. Ambr. quoque in lib. de Paradiso: ait, Quid est peccatum, nisi legis diuinæ prauaricatio, & cælestium inobedientia præceptorum? Ergo in prauaricante peccatum est, sed in mandante culpa non est: non enim consisteret peccatum, si interdicitio nõ fuisset. Non consistente autem peccato, non solum malitia, sed etiam virtus fortasse non esset: quæ nisi aliqua malitiæ fuissent semina, vel subsistere, vel eminere non posset. Ecce prauaricationem legis & inobedientiam definit Ambrosius esse peccatum.

Diuersorum sententias de peccato ponit.

Triplex opinio de peccatis.

Ioan. I. a In tom. 9. tract. I. ad cap. 1. Dist. 34. litem v. Quæst. 6. Tom. 4. Cap. 57. Tomo 3.

QUOCIRCA diuersitatis huius verborum occasione, de peccato plurimi diuersa senserunt. Alij enim dicunt voluntatem malam tantum esse peccatum, & non actus exteriores. Alij, voluntatem & actus. Alij neutrum dicentes, omnes actus esse bonos, & à Deo & ex Deo authore esse, malum autem nihil esse, ut ait Augustinus super Ioan. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, id est, peccatum quod nihil est: & nihil sunt homines, cum peccant. Suprà etiam dixit Augustin. quod malum est priuatio boni, vel corruptio boni: qui etiam in lib. 83. quæst. ait Summum malum nullum modum habet: caret enim omni bono. At modus aliquid boni est: non igitur est, quia nulla specie continetur: totumque hoc nomen mali, de speciei priuatione repertum est. Item in Dogmatibus Ecclesiasticis, dicitur malum vel malitiam non esse à Deo creatam: sed à diabolo inuentam, qui & ipse bonus creatus est. Idem etiã in lib. contra

DISTINCT. XXXV.

195

Manichæos, quid sit peccatum ostendit, dicens, Peccare quid aliud est, nisi in veritatis præceptis, vel in ipsa veritate errare? Quod si non voluntate faciunt peccatores iniuste iudicantur. Quid ergo in hac tanta varietate tenendum quidve dicendum?

Qui dicuntur de fide contra Manich. ca. 8. Tomo 6.

Vera sententia de peccato proponitur.

SA N E dici potest & liberè tradi debet, peccatum esse actum malum interiore & exteriori, scilicet malam cogitationem locutionem, & operationem: præcipue tamen in voluntate consistit peccatum, ex qua tanquam ex arbore mala procedunt opera mala tanquam fructus mali.

Mat. 7. c

Traditio quorundam, qui dicunt voluntatem malam.

& actum, in quantum sunt, esse naturas, & ideo bona, in quantum verò mala sunt, esse peccata.

QU I D A M autem diligenter attendentes verba Augustini, quibus suprà & in aliis scripturæ locis vitur, non indocte tradunt voluntatem malam & actus malos in quantum sunt vel in quantum actus sunt, bona esse: in quantum verò mala sunt, peccata esse: qui voluntatem & actum quemcunque bonam Dei naturam esse dicunt, in quantum actus est vel voluntas, ex Deo authore esse, in quantum verò inordinate & contra legem Dei sit, & sine debito caret peccatum est: & ita in quantum peccatum est, nihil est. Nulla enim substantia est, nulla natura est.

Dist. præcedite lib. B. & præsentis libri B.

Authoritatibus probant voluntates & actus omnes esse bonas, in quantum sunt.

QU O D autem voluntas omnis & actio bonum sit, in quantum non est, ex eo probant quod ait August. in lib. 83. Quæstionum. Deus boni tantummodo causa est, quocirca mali author non est: quia omnium quæ sunt author est: quæ in quantum sunt, in quantum bona sunt. Idem probans nihil casu fieri in mundo, ait in eodem, Quicquid casu fit, temerè fit: quicquid temerè fit, non fit prouidentia. Si ergo casu aliqua fiunt in mundo, non prouidentia vniuersus mundus administratur, aliqua natura vel substantia est, quæ ad opus prouidentia non pertinet. Omne autem quod est, in quan-

Quæst. 21. tom. 4. & 1. Retra. ca. 26. ibid. quæst. 27.

eam est: bonum est. Summum enim est illud bonum, cuius participatione sunt cætera bona: & omne quod mutabile est, non per se, sed boni illius participatione, inquantum est, bonum est: quod diuinam etiã prouidentia vocamus. Nihil ergo casu fit in mundo. His testimoniis innituntur ad ostendendum omne quod est, inquantum est, bonum esse. Vnde idem Aug. in 1. lib. de Doct. Christ. ait, ille summè ac primitiuis est, qui omnino incommutabilis est: & cætera quæ sunt, nisi ab illo esse non possunt: & intantum bona sunt, inquantum acceperunt ut sunt.

Cap. 32.
Tomo 3.

Quid ex prædictis colligitur.

EX prædictis colligitur atque inferitur, quia si mala voluntas & mala actio est: inquantum est, bona est. Sed quis est qui diffiteretur malam voluntatem esse, & malam actionem? Mala ergo voluntas siue actio, inquantum est, bonum est, & inquantum voluntas est vel actio, bonum similiter est: sed ex vitio mala est, quod vitium à Deo non est: neque aliquid est. Quod Augustin. notasse videtur in lib. 83. quæst. dicens, Vitium est voluntas quo est homo deterior: quod vitium longè abest à voluntate Dei, ut ratio docet. Ex hoc loco probant voluntatem, inquantum vitiosa est, non esse à Deo; & inquantum vitiosa est, peccatum est. Et peccatum est (ut aiunt) inquantum non habet ordinem nec finem debitum. Ita & actio, inquantum ex malo procedit, & ordinem non habet, & ad malum tendit.

Quæst. 3.
Tomo 4.
De vitio
voluntatis.

Alia probatio quod omnis actus, inquantum est, bonus est.

ITEM & aliter probant omnem actum interiorem vel exteriorem inquantum est, esse bonum: quia non esset actus malus, nisi esset res bona, quia non est aliqua res mala, nisi eadem res bona sit. Vnde August. in Enchir. Omnis natura bonum est: nec res aliqua mala esset, si res ipsa quæ mala est, natura non esset. Non ergo potest esse malum nisi esset aliquid bonum. Quod cum dici videatur absurdè, connexio tamen ratiocinationis nos compellit hoc dicere. Ex præmissis testimoniis asserunt omnes actus inquantum sunt, esse res bonas, nec aliquid esse malum: id est, peccatum nisi idem quoque secundum aliquid bonum sit: & omnium quæ sunt, inquantum sunt, Deum autorem prædicant, & eius

Cap. 13.

Summam
prædicto-
rum per-
stringit.

voluntate omnia esse quæcunque sunt, quæ inquantum sunt naturæ sunt.

Obiectio contra illos, qui dicunt omnes actus, inquantum sunt, esse bonos.

H

QUIBUS opponitur, Si omnia quæ sunt inquantum sunt, bona sunt, & naturæ sunt: ergo adulterium & homicidium & similia inquantum sunt, bona sunt, & naturæ sunt, & Deo volente sunt. Quod si est, tunc illi qui faciunt illa, bona agunt: quod penitus absurdum est. His verò sic illi respondent. Dicunt equidem adulterium, homicidium, & huiusmodi, non simpliciter actus denotare, sed actuum vitia. Actusque ipsos adulterij, & homicidij inquantum sunt, vel inquantum actus sunt, à Deo esse, & bonas naturas esse: sed non inquantum adulterium & homicidium sunt. Et ideo non sequi dicunt, si actus qui homicidia & adulteria sunt, à Deo sunt, quod homicidia & adulteria, à Deo sunt.

Responsio
illorum.

Alia illorum oppositio contra eosdem.

I

ITEM aliter eis opponitur, Si aliquid non est malum, quod non sit natura vel res bona, quomodo ergo peccata sunt non credere in Deum: non ire ad ecclesiam, & huiusmodi. cum ista non sint naturæ, imò omnino non sunt? Non est enim aliquid vel res aliqua non ire ad ecclesiam, vel non credere, & huiusmodi. Ad quod dicunt, His atque huiusmodi, dictionibus, quæ videntur priuationes simpliciter notare, & nihil ponere, quia per negationem dicuntur, verè aliqua poni actusque per eas significari. Non credere enim in Christum, incredulitatem dicunt: & nomine incredulitatis malum in eis actum significari. Ita etiam cum dicitur, Non ire ad ecclesiam malum est: non euntis contemptus significatur. id est, voluntas mala vel propositum: hoc est enim declinare à bono: & ideo malum est, sicut e conuerso declinare à malo, bonum est. Sicut ergo declinatio à malo aliquid ponit, scilicet voluntatem & propositum vitandi malum (non enim potest esse bonum, quod omnino nihil est) ita declinatio à bono quod est significat, scilicet voluntatem & propositum mali. Et secundum hoc vera est & generalis illa peccati mortalis descriptio, quam supra posuit August. scilicet, Peccatum est dictum, &c.

Responsio
vbi tradit
quæ dicitur
per negationem
aliquid ponere, ut
non credere in Deum
huiusmodi.

In principio
distinctionis.

*Virum malus actus in quantum peccatum est, sit
priuatio vel corruptio boni.* X

P O T E S T etiam dari ab eisdem, cum peccatum sit (vt supra dictum est) priuatio vel corruptio boni, & omnis actus malus sit peccatum: verum sit priuatio vel corruptio boni in quantum peccatum est, vel non. Si enim in quantum peccatum est, corruptio boni est, cum corruptio vel priuatio boni pena sit homini in quantum ergo peccatum est, pena est. Quod si est, tunc in quantum peccatum est, bonum esse videtur, & à deo esse. Si autem non in quantum peccatum est corruptio est: queritur ergo secundum quid corruptio sit. Si enim corruptio est, & non in quantum peccatum est, cum non sit nisi bonum, præterquam in eo quod peccatum est: ergo in quantum bonum est, corruptio vel priuatio boni est. Ad quod etiam ipsi dicunt actum malum non in quantum est, neque in quantum bonum est, esse priuationem vel corruptionem boni, sed in quantum peccatum est: non tamen in quantum peccatum est, pena est, vel aliquid quod à deo sit. Vt enim ex verbis præmissis Aug. colligitur, peccatum dicitur corruptio vel priuatio actiue non passiuè. Nam ideo malum vel peccatum dicitur corruptio boni, quia naturam bonam qualicūque priuat bono. Nam si non priuat aliquo bono, non nocet, vt supra Aug. ait, Nocet autem: adimit ergo bonum. Non autem nocet, nisi in quantum peccatum est: ergo in quantum peccatum est, priuat bono. Itaque in quantum peccatum est, priuatio est vel corruptio boni.

*Responsio
quod actus
malus in
quantum
peccatum
est dicitur
esse priua
tio boni,
non tamē
pena.
Idem ha
betur libr.
26. contra
Faustum
cap. 3.
Cap. 2.
Responsio
Aug. per
similitudi
nem.*

*Quomodo in quantum peccatum est, possit corrup
pere bonum, cum nihil sit.* L

S E D cum nihil sit in quantum peccatum est, quomodo potest bonum corrumpere vel adimere? Aug. te hoc docet in lib. de Natura Boni. dicens, Abstinerè à cibo non est aliqua substantia: tamen substantia corporis, si omnino abstineatur à cibo, languescit & frangitur: sic non est substantia peccatum, eo tamen natura animæ corrumpitur.

*Quod peccatum propriè corruptio est animæ,
& quomodo.* M

P E C C A T V M verò, id est, culpa propriè animæ corruptio est. Si autem queritur, in quo possit corrumpi anima:

in parabola illius qui incidit in latrones, qui eum vulnerauerunt & spoliauerunt, clarescit. Incidit enim homo in latrones, quando per peccatum in potestatem diaboli traditur: & tunc per peccatum expoliatur gratuitis bonis, id est, virtutibus: & in naturalibus bonis vulneratur, quæ sunt ratio, intellectus, memoria, & ingenium, & huiusmodi, quæ per peccatum obtenebrantur & vitiantur. Per peccatum etiam priuatur illo bono, cuius participatione cetera bona sunt: quo tanto magis priuatur, quanto magis se ab eo elongat.

*Qualiter homo se elongat à deo, scilicet per dissimilitudinem quam facit, hoc est,
peccatum.* N

A B eo autem se elongat homo per peccatum, non loci distantia, quia vbique totus & præsens est omnibus, & omnia in ipso sunt, vt ait Aug. in lib. 83. q. & ipse locus non est. Locus tamen dei abusuè dicitur templum dei: non quod eo contineatur, sed quod ei præsens sit & inhabitans: id autem anima munda intelligitur. Per peccatum ergo, non secundum locum, aliquis longè fit à deo: & in eo longè fit, quod ab eius similitudine recedit, & tanto longius, quanto fit dissimilior. Illa autem, vt Aug. ait in lib. 83. q. quæ participatione similia sunt deo, recipiunt dissimilitudinem. At ipsa similitudo nullo modo ex aliqua parte potest esse dissimilis. Vnde fit vt cum similitudo patris filius sit, ex nulla parte patri possit esse dissimilis, cuius participatione similia sunt quæcunque deo similia sunt: & illa possunt recipere dissimilitudinem. Nihil est autem quod hominem ad eum deo dissimilem faciat, quem admodum peccatum. Cum autem peccatum sit priuatio vel corruptio boni, quæ est in anima: est etiam priuatio vel corruptio boni corporis. Sicut corpus hominis priuatur beneficio illius immortalitatis & impassibilitatis, quam habuit ante peccatum.

An pena sit priuatio boni. O

Q V Æ R I autè solet, verum & pena sit priuatio vel corruptio boni. Ad quod facile responderi potest, si prædicta ad memoriam reuocentur. Diximus enim supra, priuationem vel corruptionem boni accipi actiue vel passiuè, id est, secundum efficientiam vel effectum. Ideoque priuatio vel corruptio boni dicitur & peccatum & pena: sed peccatum secundum

Luc. 10. f

*quest. 20
Tomo 4.*

*Ibidem.
quest. 23.*

Lib. 8.

dum efficientiam, quia priuat vel corrumpit bonum, poena autem secundum effectum, id est, secundum passionem, quae est effectus peccati. Aliud est enim culpa, aliud poena: alterum est dei, id est, poena: alterum diaboli vel hominis, id est, culpa.

QVOD QVÆDAM SIMVL SVNT
peccata & poena peccati, quædam peccata, & causa peccati: alia verò peccata, & causa & poena peccati.

Distinct. XXXVI.

A

Viri peccatum sit poena peccati in 10. 8. prope fine enarrationis ad illum Psal. Cap. 1. d. Homil. 11. circa illud Sed & si cõuersus. Gen. 15. d. Psal. 68. Osee 4. a Rom. 1. 1. The. 2.

Sciendum est tamen quædam sic esse peccata, vt sint etiam poenæ peccatorum. Vnde August. super illum locum Psal. 57. Supercecidit ignis, & non viderunt solem, ait, Ignis superbiz & concupiscentiz & iræ intelligitur. Ista poenæ pauci vident: ideo eas maxime commemorat Apostolus in epistola ad Romanos, & enumerat multa quæ peccata sunt, & poenæ peccati. Inter primum enim peccatum apostasiz & vltimam poenam ignis æterni, media quæ sunt, & peccata sunt, & poenæ peccati. Greg. quoque super Ezech. ait, Contendenti qui nõ vult poenitere ponit deus offendiculum, vt scilicet grauius impingat. Peccatum, enim, quod per poenitentiam citius non deletur, aut peccatum est & causa peccati: aut peccatum & poenæ peccati: aut peccatum simul & causa & poenæ peccati. Vnde Moyses. Nondum sunt completa peccata Amorrhæorum. Et Dauid inquit, Appone iniquitatem super iniquitatem eorum. Et alius Propheta, Sanguis sanguinem tetigit, id est, peccatum peccato additum est. Paulus quoque ait, Propterea tradidit illos deus in passiones ignominiz, &c. Et item Vt impleant peccata sua semper. Ioanni quoque per angelum dicitur, Qui in sordibus est, sordescat adhuc, Ex his testimoniis colligitur peccatum aliquod & peccatum esse, & poenam peccati.

Ex prædictis quæstio oritur, scilicet an in quantum peccatum est, sit poena peccati.

B

Et ideo merito quæritur, vtrum in quantum peccatum est, sit poena peccati. Quod non videtur, cum omnis poena

peccati iusta sit. Vnde August. in lib. Retractationum, Omnis poena peccati iusta est, & supplicium nominatur. Si ergo peccatum quod est peccatum & poena peccati, in quantum peccatum est, poena peccati est, cum omnis poena de iustitia dei veniat, videtur in quantum peccatum est, iustum esse, & à deo provenire. Ad quod illi respondent, peccatum sic dici poenam peccati, quia per peccatum, in quod merito præcedentis peccati homo labitur deferente deo, corrumpitur bona natura. Sicut ignis æternus dicitur poena malorum, quia ea cruciantur: nec tamen ipse cruciatus malorum ignis est, sed per ignem fit in homine, Ita per peccatum corrumpitur natura, & imminuit bonum naturæ: & est ipsa imminutio & corruptio boni, passio & poena: & non est essentialiter ipsum peccatum, per quod fit: sed ideo peccatum dicitur, vt præmissum est, quia per peccatum illico, vt peccat homo, fit in homine illa corruptio, quæ tamen fit deo auctore. Illa enim poena siue passio, quæ est boni corruptio, à deo est. Illius tamē (vt sic dicam materia & causa est peccatum, quod à deo non est. Quod videtur Augustinus notasse, & iuxta hunc sensum intellexisse, cum ait in lib. de Prædestinatione Sanctorum, Prædestinatione deus ea præciuit quæ fuerat ipse facturus. Sed præciuit deus etiam quæ non est ipse facturus, id est, omnia mala: quia et si sunt quædam, quæ ita peccata sunt, vt etiam poenæ sint peccati, secundum illud Apostoli, Tradidit illos deus in passiones, &c. non tamen peccatum dei est, sed iudicium, scilicet poena. In Scriptura enim sæpè nomine iudicij poena intelligitur. Hic diligenter intendentibus insinuare videtur, ea quæ peccata sunt, & poenæ peccati: non in quantum peccata sunt, sed in quantum poenæ, dei esse. Nam cum dixisset deum non esse facturum mala aliqua, id est, peccata, quia posset ei obici quædam peccata esse etiam poenæ peccati, & poenæ peccati omnis iusta est. & ideo à deo est: quasi determinando secundum quid faciat ea, vel secundum quid non faciat, addidit reliqua. Iuxta verò prædictam intelligentiam peccata sane dicuntur poenæ. Vnde Apostolus appellat eas passiones ignominiz, quia, vt ait autoritas, licet quædam peccata sint, quæ delectant, sunt tamen passiones naturæ non nominandæ: quia per ea corrumpitur natura.

Li. 1. c. 9. Et 3. li. de Lib. Arbi. c. 18. to. 1. Responso illorū, vbi docet ex quo sensu peccatum dicitur poena peccati vel poena.

Cap. 10. Tomo 7.

Rom. 1. d

Ibidem.

B 5

Quod cum omne peccatum possit dici poena, non tamen omne est poena peccati.

ET licet ex hoc sensu omne peccatum mortale possit dici poena, non tamen omne potest dici poena peccati. Poena enim peccati, ut praedictum est, est illud cuius causa est aliud praecedens peccatum. Nam peccatum sic dicitur poena peccati respectu praecedentis, sicut dicitur causa peccati respectu sequentis. Quo fit ut idem peccatum & causa sit, & poena peccati, sed alterius peccati poena, & alterius causa: ut enim Gregorius in Moral. ait, Peccatum quod poenitentia non diluitur, suo pondere mox ad aliud trahit. Vnde fit ut non solum peccatum sit, sed & causa peccati, ex illa quippe culpa subsequens oritur. Peccatum vero quod ex peccato oritur, non solum peccatum, sed poena peccati est: quia iusto iudicio Deus cor peccantis obnubilat, ut praecedens peccati merito etiam in alia cadat. Quem enim liberare noluit, deserendo percutit. Proinde, ut Augustinus ait, praecedentis est haec poena peccati, & tamen etiam ipsa peccatum est. Iudicio enim iustissimi Dei traditi sunt, ut ait Apostolus de quibusdam, siue deserendo, siue alio modo explicabili, siue inexplicabili, in passionibus ignominia: ut crimina criminibus vindicarentur, & supplicia peccantium non tantum sint tormenta, sed & vitiatorum incrementa. Illa ergo peccata quae enumerat Apostolus, quia de superbia sunt, non solum peccata, sed etiam supplicia sunt. Ecce ex his iam fit perspicuum, quaedam peccata etiam poenas & causas peccati esse: & illud peccatum esse poenam peccati, quod causam praecedentem habet peccatum: atque illud peccatum esse causam peccati, quod est meritum sequentis culpa.

Ex praedictis videtur significari ipsa eadem quae peccata sunt, esse & poenas peccati.

SED cum ait crimina criminibus vindicari, videtur innuere ea ipsa quae peccata sunt, essentialiter esse poenas peccati, id est, punitiones peccati. Ad hoc autem, inquit illi, haec & similia dicta esse secundum rationem praedictam: & ideo intelligenda fore secundum praemissam expositionem. Intelligentia enim dictorum ex causis est assumenda dicendi.

Li. 15. ca. 12. circa illud Iob 34. nouit Dominus operam eorum.

Aug. contra Iul. li. 3. cap. 3. tomo 7.

Hilarius li. 4. de trinitate. non id est à modo.

Quod non obuiat veritati, si quis dicat ipsa peccata esse poenas peccati essentialiter.

IN nullo tamen praedictum factum veritati putatur, si quis dicat ipsa eadem quae peccata sunt, essentialiter (ut ita dicam) esse poenas, id est, punitiones peccatorum praecedentium quae iustae sunt, & à Deo sunt. Nec tamen in quantum peccata, à Deo sunt: nec in quantum peccata sunt, poenae peccati sunt, & tamen in quantum peccata sunt, priuationes boni sunt. Sed, ut supra dictum est, causaliter & actiue dicuntur priuationes.

Aperte ostendit peccata quaedam esse poenam peccati, & poenam ipsam iustam esse à Deo.

QVOD autem quaedam peccata poenae sunt, & ipsa poena iusta sit, & à Deo sit, euidenter tradit Augustinus in libro Retractionum primo, dicens quaedam necessitate fieri ab homine quae mala sunt, & eadem iusta poena peccati sunt. Sunt, inquit, quaedam necessitate facta improbanda, ubi homo vult recte facere, & non potest. Vnde & illud Apostoli, Non quod volo facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago. Et illud, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Haec enim inuicem sibi aduersantur, ut non ea quae vultis faciatis: sed haec omnia ex illa mortis damnatione sunt. Nam si non est ista poena hominis, sed natura, nulla ista peccata sunt. Si enim non receditur ab eo modo quo naturaliter factus est homo, cum haec facit, ea utique facit quae debet. Si autem homo, quia ita est, non est bonus, nec habet in potestate ut sit bonus, siue non videndo qualis esse debeat, siue videndo & non valendo esse qualem se esse debere: videt, poenam istam esse, & supplicium nominatur. Si autem iniusta est poena, quoniam poenam esse nemo ambigit, iniusto aliquo dominante homini imposita est. Porro quia de omnipotentia Dei & iustitia dubitare dementis est, iusta est haec poena, & pro peccato aliquo impenditur. Non enim quisquam iniuste dominans, aut surripere hominem potuit velut ignoranti Deo, aut extorquere inuito tanquam inualidiori, ut hominem iniusta poena cruciaret. Relinquitur ergo, ut haec poena iusta de damnatione hominis veniat. His atque aliis pluribus testimoniis

Dist. tra. ca. li. 5.

Cup. 9. de li. de Libe. Arbit. 3. ca. 18. to. I. Roma. 7. d. Galat. 5. c.

Genes. 2. d. in quacunque die comedentis ex eo, &c. Aug. li. de Li. Arb. 3. ca. 18. to. I.

docetur, quædam esse peccata & pœnas peccati essentialiter.

De quibusdam quæ sine dubio peccata sunt & pœnae, ut ira, inuidia.

PRÆTEREA nullatenus ambigendum est, quædam peccata absque vlllo scrupulo pœnas esse, ut inuidia quæ est dolor alieni boni, & ira, quæ etiam non inquantum pœnæ sunt, peccata sunt: ita etiam de cupiditate & timore, & aliis huiusmodi sentiendum est. Vnde Augustinus in libro 83. *Questio-* num ait, Omnis perturbatio, passio: omnis cupiditas, perturbatio. Omnis ergo cupiditas, passio. Omnis verò passio cum est in nobis, ipsa passione patimur. Omnis ergo cupiditas cum est in nobis, ipsa cupiditate patimur: & inquantum cupiditas est, patimur ea. Omnis autem passio inquantum ipsa patimur, non est peccatum: ita & de timore. Non enim consequens est, ut si patimur timorem, ideo non sit peccatum, quia multa sunt peccata quæ patimur, sed non inquantum patimur eis.

Quod verbis Augustini præmissis quædam sententia

Hieronymi obuiare videtur.

ILLVD autem diligenter est annotandum, quòd supra positus verbis Augustini dicentis quædam necessitate facta esse improbanda & mala, videtur obuiare quod Hieronymus ait in explanatione fidei: quòd licet supra sit positum, tamen ut perfectius sciatur, iterare non piget. Excreamur, inquit, eorum blasphemiam, qui dicunt impossibile aliquid homini à Deo esse præceptum, & mandata Dei non à singulis, sed ab omnibus in commune posse seruari, & paulò post, Et tam illos errare dicimus, qui cum Manichæo dicunt hominem peccatum vitare non posse, quàm illos qui cum Ioviniano asserunt hominem non posse peccare. Ecce Hieronymus dicit errorem esse, si quis dicat hominem vitare peccatum non posse. Quia autem dicit quædam necessitate fieri, quædam dicit non posse vitari. Cum ergo id Augustinus dicat, videtur aut erroris esse quod tradit, aut non esse verum quod Hieronymus ait.

Determinatio contrarietatem submouens de Sanctorum medio.

AD quod dici potest, quia Augustinus secundum statum huius miseræ (ad quam pertinet ignorantia & difficultas. ut idem ait in libro de Libero Arbitrio, quæ ex iusta damnatio-

ne descenderunt) illud tradidit, ubi & venialia peccata includit. Hieronymus verò tantum de mortalibus peccatis loquitur, quæ vnusquisque gratia illum inatus vitare valet: vel de homine, secundum statum liberi arbitrij ante peccatum, illud ait.

Epilogum facit ad alia transiturus.

SATIS diligenter eorum posuimus sententiam, qui dicunt omnes actus naturas bonas esse, & inquantum sunt bonos esse. In quo Tractatu quædam interferuimus, quæ non ex eorum tantum persona accipienda sunt, qui ab omnibus catholicè sapientibus absque hæsitacione tenentur: atque auctoritarum testimonij & rationibus eorundem traditionem muniuimus, qui dicunt omnes actus essentia sui, id est, inquantum sunt esse bonos, quosdam verò inquantum inordinate sunt, peccata esse. Addunt quoque quosdam non tantum essentia, sed etiam genere bonos esse, ut reficere esurientem, qui actus est de genere operum misericordiarum: quosdam verò actus absolutè ac perfectè bonos dicunt, quos non solum essentia vel genus, sed etiam causa & finis commendat, ut sunt illi qui ex bona voluntate proueniunt, & bonum finem metiuntur.

ALIORVM PONIT SENTENTIAM
qui dicunt malos actus nullo modo esse à Deo,
nec esse bonos siue in eo quòd sunt,
siue alio modo.

Distinct. XXXVII.

Sunt autem & alij plurimi longè aliter de peccato & de actu sentientes: asserunt enim voluntatem malam & actum malum peccata esse, & nulla ratione bona: nec secundum aliquam rationem ex Deo authore esse, quia sine Deo fiunt. Sine eo nanque (ut ait Euang. lista) factum est nihil, id est, peccatum, quod dicitur esse nihil: non quia non sit actio vel voluntas mala, quæ aliquid est, sed quia à vero esse separat homines, & ad malum trahit: & sic ad non esse deducit. Quia enim à summi boni participatione recedunt, quod solum verè ac propriè est, meritò non esse dicuntur. Ideòque Augustinus

*Vt actio
i. substantia
in qua pec-
cati. omni-
tium sit à
deo, &c.
Ioann. 1. a
Quare pec-
catum di-
citur esse
nihil.*

*Quest. 77
Tomo 4.*

*Tom. 4. ad
Damasum
papam.
Dist. 18. In
iis 2. lit. H*

*3. Ca. 18. et
1. Retr. c. 9
& libr. de
Prædesti-
Sanctorum.
Cap. 11.*

Tomo 9.
Trac. I. ad
I. c. Ioann.

dicat super Ioannem peccatum nihil esse, nihilque fieri cum peccant homines. Hac ergo ratione astruunt peccatum nihil esse, quia à verò esse hominem elongat. Voluntatemque malam atque actionem siue locutionem malum peccatum esse dicunt; quia prævaricatio & inobedientia hæc sunt, & contra legem Dei fiunt, quæ tamen sunt, sed ab homine vel diabolo, non à Deo. Nullatenus enim hæc à Deo esse dicunt, siue in quantum sunt, siue alio modo.

Qualiter determinent verba Aug. præmissa, quibus ait, Omne quod est, in quantum est, bonum est.

Dist. 34.
li. 1. c. 35.
litera G.

ILLA quoque Augustini verba quibus dicit, Omne quod est, in quantum est, bonum esse, & Deum habere authorem, de naturis siue de substantiis tantum accipienda fore tradunt. Substantiæ verò nomine atque naturæ dicunt significari substantias ipsas, & ea quæ naturaliter habent, scilicet quæ concreta sunt eis: sicut anima naturaliter habet intellectum, & ingenium, & voluntatem, & huiusmodi: quod ex verbis Augustini præmissis colligitur, ubi bonum hominem appellat bonam naturam, & malum hominem malam naturam. Secundum hanc ergo assertionem vel acceptionem mali actus non sunt naturæ vel substantiæ, nec etiam boni actus: quod vtiq; videtur Augustinus innuere in libro primo Retractorum, distinguens inter substantias siue naturas, & bonas actiones siue malas. Aperiens enim quomodo intelligendum sit quiddam in libro de Vera Religione ab eo traditum, ait.

Scdm quid actus mali non sunt naturæ vel substantiæ. Ca. 30. lib. 1. qui contra Pelagianos Hyponostico dicitur in fin. 1. 10. 7. Ibidem in princip. 4. Ibidem. Cap. 13.

Hoc de substantiis atque naturis dictum est. Inde enim disputabatur, non de bonis actionibus atque peccatis. Apertè hinc videtur diuidere inter naturas siue substantias, & actiones siue peccata. Ideoque asserunt præfati doctores, actiones interiores vel exteriores non esse naturas vel substantias: quæ si malæ sunt, peccata sunt, neque à Deo sunt. Quod verò mali actus non sint naturæ, Augustinus videtur notare in prima Responione contra Pelagianos ita dicens, Opera diaboli quæ vitia dicuntur, actus sunt, non res. Idem in quarta Responione, Omne malum natura non est, sed actus accidens alicui ex defectu boni. Quamobrem quod natura non est, Deus non fecit: quia natura est omne quod fecit. Item, Omne quod natura bonum est, Deus ex nihilo fecit, non diabolus.

Secundum hoc res aliqua sunt quæ à deo non sunt, quibus homines mali sunt.

EX quo colligitur res aliquas esse, quæ à deo non sunt, esse homines mali sunt. Quod nihilominus & ipsi concedunt, innitentes verbis Aug. superius positis, qui in Ench. determinans illa verba propheta, Vex his qui dicunt bonum malum, dicit de ipsis rebus quibus homines mali sunt, non de hominibus hoc esse intelligendum. Sunt ergo aliqua res quibus homines mali sunt. Id autem quo homo fit deterior à deo non est quia, vt ait August. in lib. 83. q. deo auctore non fit homo deterior. Non est ergo deus auctor rerum quibus homo deterior fit. At sunt aliqua res, vt dictum est, quibus homines mali sunt, quia peccata ipsæ sunt. Ideoque Scriptura in pluribus contestatur locis, deum non esse authorem malorum, id est, eorum quæ peccata sunt.

Ex parte eorum præmissæ opponitur sententia in illo verbo, Deus auctor malorum non est.

IN hoc autem verbo superiorum sententiæ rectè opponitur, qui dicunt deum non esse authorem eorum quæ mala sunt, in quantum mala sunt, sed in quantum sunt: & in quantum mala sunt, dicunt ea nihil esse. Quid ergo mirum, si deus dicitur non esse auctor eorum in quantum nihil sunt, cum nihil nullus auctor existere queat? Ideoque cum dicitur deus esse auctor omnium quæ sunt, bonorum isti subintelligi volunt. Bona autem illa esse dicunt, quæ naturaliter sunt. Ea verò naturaliter esse dicunt, non solum quæ substantiæ sunt vel concreta substantiis, qualiter supra acceperunt: sed & omnia quæ naturam non priuant bono. Et ita secundum eisdem multiplex in Scripturis fit intelligentia, ubi de natura siue de substantia, vel de his quæ naturaliter sunt, sermo occurrit. Sed super illum locum Psalmi. Non est substantia, ita Augustinus de substantia differuit, vt præmissæ sententiæ videatur consentire, dicens, Substantia intelligitur illud quod sumus, quicquid sumus, homo, pecus, terra, sol: omnia ista substantiæ sunt, & eo ipso quo sunt naturæ ipsæ substantiæ dicuntur. Nam quod nulla est substantia, nihil omnino est: substantia ergo est aliquid esse. Deus fecit hominem substantiam, sed per iniquitatem lapsus est homo à substantia, in

Cap. 19.
Esa. 5. c.
Assertio
suam au.
testimoniis
muniunt.
Quest. 3.
Tomo 4.
Genes. 1.
Deut. 32.
Sapient. 1.

Psal. 68
Tomo 8.
Enarratio
ne ad illud
versum,
Et non est
substantia.

qua factus est: iniquitas quippe ipsa non est substantia. Non enim iniquitas est natura quam formavit deus, sed iniquitas est perversio quam fecit homo. Naturæ omnes per ipsum factæ sunt: iniquitas per ipsum non facta est, quia iniquitas non est substantia. In illo hymno trium Puerorum vniuersa creatura laudans deum commemoratur. Laudant enim omnia deum, sed quæ fecit deus. Laudat ibi serpens deum, sed non auaritia. Omnia reptilia ibi nominata sunt, sed non aliqua vitia. Vitia enim ex nobis & ex nostra voluntate habemus, & vitia non sunt substantia. Intendant diligenter his verbis præmissarum assertores sententiarum, & percipere poterunt rationem & causam dictorum. vbi Scriptura de natura vel substantia mentionem facit. Illarum verò sententiarum iudicium prudentis Lectoris, cui vtriusque sententiæ notitiam plenariè dedimus, arbitrio relinquimus, ad ea quæ adhuc nobis supersunt tractanda festinantes.

Quòd de peccato non de pœna intelligitur, cum dicitur, Deus non est author mali.

CVM igitur in hoc omnes consentiant catholici Tractatores, scilicet quòd deus non est author malorum, cauendum est tamen ne malorum nomine pœnas sicut peccata, generaliter includas. Pœnarum enim Deus author est, sicut ipse per Prophetam ait, Non est malum in ciuitate quod Dominus non fecerit. Item alibi ex persona sua ait. Ego sum Deus, creans malum, & faciens bonum. Ecce hic dicitur creasse & fecisse malum: sed mali nomine pœna intelligitur, non peccatum: sicut e conuersò cum dicitur, Deus non esse author malorum, nomine mali peccata intelliguntur. Ideòque Augustinus qui dixerat in libr. 83. q. quòd Deus author mali non sit, in primo libro Retractationum quomodo intelligendum sit, aperit, dicens, Videndum est ne malè intelligatur quod dixi, Deus author mali non est, qui & omnium quæ sunt, author est: quia in quantum sunt, in tantum bona sunt. Et ne hinc putetur non ab illo esse pœnam malorum, quæ vtiq; malum est, his qui puniuntur: sed hoc ita dixi, sicut dictum est, Deus mortem non fecit: cum alibi scriptum sit, Mors & vita à Domino est. Malorum ergo pœna quæ à Deo est, malum est quidem malis: sed in bonis Dei operibus est, quoniam iustura

iustum est, vt mali puniatur: & vtiq; bonum est omne quod iustum est. Si ergo dicitur Deus non fecisse mortem, quia non fecit illud pro quo mors infligitur, id est, peccatum. Audisti Lector causam dictorum: ex qua sana intelligentia firmatur, cum dicitur, Deus non est author mali, & Deus mortem non fecit.

DE VOLUNTATE ET EIVS FINE

ex quo est, & ipsa iudicatur.

Distinct. xxxviii.

Post prædicta de voluntate eiusque fine differendum est. Sciendum ergo est, quòd ex fine suo (vt ait Aug.) voluntas cognoscitur, vtrum recta an praua sit. Finis autem bonæ voluntatis beatitudo est, vita æterna ipse Deus. Mala verò finis est aliud, scilicet mala delectatio, vel aliquid aliud in quo non debet voluntas quiescere. Finem ergo bonum insinuat Propheta, dicens, Omnis consummationis vidi finem, &c. Caritas ergo cuius latum mandatum est, finis omnis consummationis est, id est, omnis bonæ voluntatis & actionis, ad quem omne præceptum referendum est. Vnde August. in Ench. Omnia præcepta diuina referuntur ad charitatem. De qua dicit Apostolus, Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Omnis itaque præcepti finis, charitas est, id est, ad charitatem refertur omne præceptum. Quod verò ita sit vel timore pœnæ, vel aliqua intentione carnali, vt nō referatur ad charitatem, quæ est dilectio Dei & proximi, nondum sit quemadmodum oportet fieri, quanuis fieri videatur. Tunc enim rectè fiunt quæ mandat Deus, & quæ consilio monet, cum referuntur ad dilectionem Dei & proximi. His verbis aperte insinuat, quis sit rectus finis voluntatis siue actionis bonæ, scilicet charitas, quæ & Deus est, vt supra ostendimus.

Quòd Deus est finis omnis bonæ actionis, qui a charitas est, nec tantum spiritus sanctus, sed etiam Christus, & pater: nec hi sunt tres fines, sed vnus.

QVI ergo charitatem sibi ponit finem, Deum sibi ponit finem: vnde & Christum finem legis ad iustitiam dicit Apostolus esse omni credenti. Et rectè dicitur Christus fi-

Quomodo dictū sit, Deus mortem non fecit.

Qualiter in generaliter per a. Et voluntatis peccatum introduci- tur.

Li. de Tri. II. c. 6. 10. 3. Quid sit finis boni. Finis ma- lus.

Psal. 118. Cap. 117. Tomo 3. 1. Tim. 1. 4.

Lib. 1. dist. 17.

Rom. 10.

Cap. 9.
Ibi. c. 206.
nis legis ad iustitiam : quia vt ait Augustinus in libro Sententiarum Prosperi, in Christo lex iustitiæ non consumitur, sed impletur. Omnis enim perfectio ex ipso, & in ipso est : & vltra quem non est, quò spes se extendat. Finis fidelium Christus est, ad quem cum peruenit currentis intentio, non habet quò amplius possit venire, sed habet id in quo debeat permanere. Finis ergo rectus atque supremus. Deus pater est, & filius, & spiritus sanctus: nec hi tres sunt tres fines, sed vnus finis: quia non tres Dij, sed vnus Deus.

Quod omnes bonæ voluntates vnum habent finem: & tamen quædam bonæ diuersos fines sortiuntur. c

Cap. 6.
S E D quæritur, vtrum omnes bonæ voluntates vnum tantum habeant finem. De hoc August. in II. lib. de Trin. ita ait, Aliæ atque aliæ voluntates suos proprios fines habent, qui tamen referuntur ad finem illius voluntatis, qua volumus beatè viuere, & ad eam peruenire vitam, quæ non referatur ad aliud, sed amanti per se ipsam sufficiat: quemadmodum voluntas videndi, finem habet visionem, & voluntas videndi fenestram finem habet fenestræ visionem. Altera verò est voluntas per fenestram videndi transeuntes, cuius item finis est visio transeuntium. Ad quod etiam prædictæ referuntur voluntates. Item rectæ sunt voluntates, & omnes sibi met religatæ, si bonæ est illa ad quam cunctæ referuntur. Si autem praua est, prauæ sunt omnes: & ideo rectarum voluntatum connexio iter quoddam est ascendendum ad beatitudinem, quod certis velut passibus agitur. Pravarum autem & distortarum voluntatum implicatio vinculum est, quo alligabitur qui hoc agit, vt proiciatur in tenebras exteriores. His autoritatum testimoniis euidenter monstratur, plures in fidelibus rectas esse voluntates proprios ac diuersos fines habentes: & tamen vnum eundemque, quia omnes referuntur ad vnum, qui est finis finium, de quo paulò antè diximus: ita econuersò fortè est & in malis.

Quædam huic sententiæ videntur aduersari. d

VERVNTA MEN huic sententiæ, qua dictum est fidelium quædam rectas voluntates diuersos fines sortiri, & tamen ad vnum referri, videtur obuiare quod alibi Aug. admonet, ne scilicet nobis duos fines constituamus, ita in-

quens in lib. de Sermone Domini in monte, Non debemus ideo euangelizare vt manducemus, sed ideo manducare vt euangelizemus: vt cibus non sit bonum quod appetitur, sed necessarium quod adicitur, vt illud impleatur. Querite primum regnum Dei, & hæc omnia adicientur vobis. Non dixit primum quærite regnum Dei, & deinde, quærite ista, quanuis sint necessaria: sed ait, Hæc omnia adicientur vobis, id est, hæc consequentur si illa quæritis: ne cum ista quæritis, illinc auertamini, aut ne duos fines constituatis, vt regnum propter se appetatis, & ista necessaria propter illud. Ergo propter regnum Dei tantum debemus operari omnia. nõ solam vel cù regno Dei mercedem corporalem meditari. Ecce hinc aperte dicit, ne duos fines nobis constituamus, sed vnum tantum, id est, regnum Dei, cum supra dixerit bonas voluntates alias, & alias proprios habere fines.

Hic ostenditur quomodo licet videantur, non repugnent prædicta. e

HÆC autem sibi non repugnare animaduertit, qui verbis præmissis simplici oculo diligenter intendit: qui enim dixit, Ne duos fines nobis constituamus, sed omnia propter regnum Dei faciamus, ipse præmisit quòd debemus manducare, vt euangelizemus. Cum autem hoc ita facimus actionis illius finem Euangelium constituimus: sed & hunc finem ad regnum Dei referimus. Manducamus enim propter Euangelium, & manducamus & euangelizamus propter regnum Dei. Duos igitur fines nobis in manducando constituimus. Sed ita facientes nunquid peccamus? absit. Nam & ipse sic facere suadet, si diligenter eius verba inspiciamus. Cum ergo ait, Ne duos fines nobis constituamus, fines in diuersa tendentes intelligi voluit, scilicet quorū alter ad alterum non referatur: ita & cum dicit, propter regnū Dei tantū omnia agenda, nec cum ipso mercedem temporalem meditadam, ita intelligendū est, vt non appetendo meditemur cū regno mercedem temporalem, ita quòd non propter regnū, sed propter se, vt scilicet regnum propter se appetamus, & ista propter illud, sicut ipse docet. Si enim petimus vitam æternam, petimusque etiā temporalia à Deo: si ea petimus propter vitam

Quomodo intelligendum sit illud, Ne duos fines constituamus nobis.

Luc. 12. d. Mat. 5. a

æternam, non offendimus: neque sinistra tunc scit quid faciat dextera, quia mercedem temporalem non propter se mediamur, sed propter regnum Dei, ut sit læva sub capite, & dextera in amplexu. Alioquin si hæc temporalia propter se quaerimus sicut æterna, miscetur dextræ sinistra. Ideoque cum Dominus dixerit. Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alibi ait, Sic luceant opera vestra bona coram hominibus, ut glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Propter Deum ergo omnia facienda sunt ut omnia quæ facimus, omniumque fines ad eum referamus.

De differentia voluntatis, intentionis, & finis.

QUID SIT **S**OLET etiam quaeri, quid distet inter voluntatem, & intentionem, ac finem. Ad quod dici potest, inter voluntatem & finem certo atque evidenti modo distingui, quia voluntas est qua volumus aliquid. Finis verò voluntatis est, vel illud quod volumus, per quod impletur ipsa voluntas: vel potius aliud propter quod illud volumus. Intentio verò interdum pro voluntate, interdum pro fine voluntatis accipitur: quæ diligens ac pius Lector in Scriptura ubi hæc occurrunt, discernere studeat. Finis verò voluntatis est delectatio bona vel mala, ad quam nititur quisque pervenire. Vnde Aug. super illud locum Psal. Scrutans corda & renes: sic ait, Deus solus scrutatur corda, id est, quid quisque cogitet: & renes, id est, quid quemque delectet: quia finis curæ & cogitationis est delectatio, ad quam cura & cogitatione nititur quisque pervenire. Et paulò post, Opera nostra quæ sunt in dictis & factis, possunt homines videre: sed quo animo fiant, & quò venire cupiant, solus Deus videt: qui cum videt cor esse in cælo, & non delectari nos in carne, sed in Domino. id est, cum bonæ sunt cogitationes & eorum fines dirigit iustum. Idem super alterius Psal. locum illum, scilicet, In laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum: dicit, Pes animæ amor est: qui si prauus est, dicitur cupiditas vel libido: si rectus, dicitur charitas. Eo movetur anima, quasi ad locum quò tendit, id est, ad delectationem bonam vel malam, quò supervenisse per amorem lætatur. Finis ergo voluntatis, ut præmissum est, dicitur & illud quod volumus, & illud propter quod volumus: & intentio ad illud respicit propter quod vo-

Cant. 2. a

Mat. 6. a
Mat. 5. b

Quid sit voluntas.

Intentio quomodo accipitur.

7. in to. 8. in medio enarrationis. ibi.

Aug. in expositione Psal. 9. in to. 8. post medium enarrationis.

Repetit predicta subdens exemplū.

lumus, & voluntas ad illud quod volumus: ut verbi gratia, Si velim esurientem reficere, ut habeam vitam æternam. voluntas est qua volo reficere esurientem, cuius finis est refectio esurientis. Intentio verò est, qua sic ad vitam pervenire volo. Finis verò supremus, est ipsa vita, ad quam & alius finis refertur.

An illa intentio sit voluntas.

SED quaeritur, utrum intentio talis sit voluntas & si voluntas est, an in hoc opere sit una eademque voluntas, qua volo reficere esurientem, & qua volo habere vitam æternam. Videtur nempe talis intentio voluntas esse, ut enim voluntas est qua volo reficere pauperem, ita & voluntas est qua volo habere vitam. Et alia quidem videtur voluntas esse qua volo habere vitam, & alia qua pauperi subvenire volo. Sed ista ad illam refertur. Nam etsi hoc ita placeat, ut in eo cum aliqua delectatione voluntas acquiescat, nondum est tamen illud quò tenditur, sed hoc ad illud refertur, ut illud deputetur, tanquam patria civis, istud verò tanquam refectio vel mansio viatoris. Et sunt istæ voluntates affectus siue motus mentis, quibus quasi gressibus vel passibus tenditur ad patriam. Sicut ergo altera est voluntas videndi fenestras, ut supra docente Aug. didicimus, altera quæ ex ista necitur voluntas, scilicet per fenestras videndi trāscentes: ita nonnullis alia videtur esse voluntas elemosinas dandi pauperi, alia voluntas habendi vitam. Alij autem putant, quòd una sit voluntas & hic & ibi, sed propter subiectorum multipliciter diuersitas memoratur voluntatum. Cæterum quodlibet horum verum sit, illud nulli in ambiguum venit, quin voluntas ex suo fine pensetur utrum recta sit an prava, peccatum an gratia: & quin nomine intentionis aliquando finis, aliquando voluntas intelligatur.

Aug. lib. de Tri. 11. cap. 6.

CVM VOLUNTAS SIT DE HIS QUÆ homo naturaliter habet, quare peccatum fore dicitur, cum nullum aliud naturale peccatum sit.

Distinct. XXXIX.

HIC autem oritur quaestio satis necessaria ex superiori- bus causam trahens. Dictum est enim supra, voluntatem

Quare voluntas magis depravetur in suo actu quam ali- qua alia potentia.

inesse naturaliter homini, sicut intellectus & memoria. Quæ autem homini naturalia sunt, quæcumque vitientur, bona tamen esse non desinunt: quia non valet vitium bonitatem, in qua Deuseam fecit, penitus consumere: ut verbi gratia, Intellectus, vel ratio, & ingenium, ac memoria, etsi vitiis ac peccatis obnubilentur & corrumpantur, bona tamen sunt, nec peccata nominantur: sicut August. de ratione quæ est imago Dei, in qua facti sumus, evidenter ostendit in 15. lib. de Trinit. Hæc est, inquit, imago in qua homines sunt creati, qua cæteris animalibus præfunt: quæ creatura in rebus creatis excellentissima, cum à Deo iustificatur, à deformi forma in formosam mutatur formam. Erat enim etiam inter vitia natura bona. Hæc autem imago ratio est vel intellectus. Cum ergo voluntas de naturalibus sit, quare ipsa non semper bonum est, etsi aliquando vitiis subiaceat? Ad hoc facile respondent, qui dicunt omnia quæ sunt inquantum sunt bona esse: quia & ipsam voluntatem inquantum est vel inquantum voluntas est, ut supra posuimus, bonum esse asserunt: sed inquantum inordinata est, mala est & peccatum. Vbi potest ab eis rationabiliter quæri, Si voluntas inquantum inordinata est, peccatum est: quare ergo intellectus, ratio, & ingenium, & huiusmodi, cum inordinata sunt, peccata non sunt? Inordinata verò sunt sicut voluntas, cum ad rectum finem non tendunt, eorumque actus prævaricationes existunt. Ad quod illi dicunt voluntatis nomine aliquando vim, scilicet naturalem potentiam volendi, aliquando actum ipsius vis significari. Vis autem ipsa naturaliter animæ insita, nunquam peccatum est, sicut nec vis memorandi vel intelligendi: sed actus huius vis qui & voluntas dicitur, tunc peccatum est: quando inordinatus est.

Quare actus voluntatis sit peccatum, si actus aliarum potentiarum non sunt peccata.

SED adhuc quæritur, quare huius naturalis potentie actus peccatum sit, si aliarum potentiarum actus peccata non sunt, scilicet potentie memorandi, cuius actus est memorare: & potentie intelligendi, cuius actus est intelligere. Ad quod & ipsi dicunt, quia alterius generis est actus ille voluntatis, quam actus memorie vel intellectus. Hic enim actus est ad aliquid adipiscendum vel non admittendum:

Cap. 8.

Responsio
secundam
quosdam
Dist. 35.
litera E.

qui non potest esse de malis, quin sit malus. Velle enim malum est, sed intelligere vel memorare mala malum non est. Quamvis eorum quidam etiam hos actus malos esse interdum non improbe asserant. Memorat enim interdum quis malum ut faciat & querit intelligere verum, ut sciat impugmare. Ecce qualiter soluitur præmissa quæstio ab his, qui tradunt omnia esse bona inquantum sunt. Qui verò dicunt voluntates malas peccata esse, & nullo modo bona, brevius respondent, dicentes actum voluntatis non esse de naturalibus: sed vim ipsam & potentiam volendi, quæ semper bonum est, & in omnibus est, etiam in paruulis, in quibus nondum est eius actus.

Quomodo intelligendum sit illud, Et homo etiam qui servus est peccati, naturaliter vult bonum.

PRÆTEREA quæri solet, Quomodo intelligendum sit quod ait Ambr. exponens illud verbum Apostoli, Non enim quod volo, illud ago: sed quod nolo, illud facio. Dicit enim, quod homo subiectus peccato facit, quod non vult, quia naturaliter vult bonum. Sed voluntas hæc semper caret effectu, nisi gratia dei adiuvet & liberet. Si homo subiectus peccato est, vult quidem malum & operatur, quia servus est peccati, & eius voluntatem (sicut supra dixit Aug.) libenter facit, quomodo ergo naturaliter vult bonum? An est eadem voluntas, id est, idem motus, quo libenter peccato servit, & quo naturaliter vult bonum? Si non est eadem voluntas, quæ ergo istarum est, quæ cum homo iustificatur, à servitute peccati liberatur? Ut enim differimus superius, gratia dei voluntatem hominis liberat & adiuvat, quæ voluntatem hominis præparat adiuvandam, & adiuvat præparatam. Sed quæ est illa voluntas: an illa quæ naturaliter vult bonum: an illa quæ libenter servit peccato, si tamen dux sunt voluntates? Proposita est quæstio profunda, quæ varia à diversis dispositione determinatur. Alij enim duos esse motus: unum quo vult bonum naturaliter. Quare naturaliter, & quare naturalis dicitur? Quia talis fuit motus nature humanæ in prima conditione, in qua creati sine vitio sumus, quæ proprie natura dicitur. Fuit enim homo creatus in voluntate rectus. Vnde in libr. de Fide ad Petrum scriptum est, Firmissime tenemus primos homines bonos & rectos esse creatos cum libero

Responsio
secundam
quosdam
alios.

Tomo 4.
ca. 18. com
mentarij
ad 7. cap.
ad Rom.
An eadē
voluntate
vel homo
naturaliter
bonū,
& libenter
peccato
serviat.
Dist. 25.
litera K.
Dist. 26.
Quæst. pro
positam e-
xequitur.
prius secū-
dum illos
qui dicunt
duos esse
motus.
Cap. 15. to
mo 3.

arbitrio, quo possent, si vellet propria voluntate peccare: cōsque non necessitate, sed propria voluntate peccasse. Rectè ergo dicitur homo naturaliter velle bonū, quia in recta & bona voluntate conditus est. Superior enim scintilla rationis, quæ etiam (vt ait Hieron.) in Chain non potuit extingui, bonum semper vult, & malum semper odit. Alium autem dicunt motum esse, quo mens relicta superiorum lege subiicit se peccatis, eisque oblectatur. Iste motus (vt aiunt) antequam addit alicui gratia dominatur & regnat in homine, alteriūque deprimit motum: vterque tamen ex libero arbitrio est. Veniente autem gratia ille malus motus eliditur, & alter naturaliter bonus liberatur, & adiunatur vt efficaciter bonum velit. Ante gratiam verò licet naturaliter homo velit bonum non tamen absolute concedi oportet bonam habere voluntatem, sed potius malam. Alij autem dicunt vnā esse voluntatem, id est, vnum motum, quo naturaliter vult homo bonum, & ex vitio vult homo malum, eoque delectatur: & in quantum vult bonum, naturaliter bonus est, in quantum malum vult, malus est.

AN EX FINE OMNES ACTVS
pensari debeant, vt simpliciter boni vel mali dicantur.

Distinct. XL.

In cōmen.
ad 1. cap.
Exech. super eo lo-
co, Et scintilla quasi aspectus aris candentis.
Tomo 5.
Responsio secundum alios.
Qualiter ex prauitate voluntatis fiat deprauatio in actu exteriori ostendens ex opposito.
Quomodo ex rectitudine intentionis habeat fieri opus bonū.
Li. offic. 1. c. 30. to. 1.
Tomo 8.
prefatio ad illum 2. sal.

Post hæc de actibus adiiciendum videtur, vtrum & ipsi ex fine, sicut voluntas, pensari debeant boni vel mali. Licet enim secundum quosdam, omnes boni sint in quantum naturaliter sunt: non tamen absolute dicendi sunt omnes boni, nec omnes remunerabiles: sed quidam simpliciter mali dicuntur, sicut & alij boni. Nam simpliciter ac verè sunt boni illi actus, qui bonam habent causam & intentionem, id est, qui voluntatem bonam comitantur, & ad bonum finem tendunt. Mali vero simpliciter dici debent, qui peruersam habent causam & intentionem: vnde Ambrosius ait, Affectus tuus operi tuo nomen imponit. Et Augustinus super Psal. 37. Nemo computet bona opera sua ante fidem. Ita enim videtur mihi esse vt magnæ vires, & cursus celerrimus præter viam: quia vbi ipsa fides non erat, bonum opus non erat. Bonum enim opus intentione facit, intentionem fides dirigit. Nō valde credas quid homo faciat, sed quid cum facit, attendat

quò lacertos optimæ gubernationis dirigat. Histestimonii insinuari videtur, ex affectu & fine opera bona esse vel mala. Quibus consonat quod veritas in euangelio ait, Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Nomine arboris nō natura humanæ mentis, sed volūtas intelligitur: quæ si mala fuerit, nō bona, sed mala opera facit: si verò bona fuerit, bona non mala opera facit.

Mat. 7. b

Vtrum omnia opera hominis ex affectu & fine sint bona vel mala.

B

SE D quæritur, vtrum omnia opera hominis ex affectu & fine sint bona vel mala. Quibusdam ita videtur esse, qui dicunt omnes actus esse indifferentes, vt nec boni nec mali per se sint, sed ex intentione bona bonus, & ex mala malus sit omnis actus. Secundum quos quilibet actus potest esse bonus, si bona intentione geratur. Aliis autem videtur quod quidam actus in se mali sint, ita vt non possint esse nisi peccata, etiam si bonam habeant causam: & quidam in se boni, ita vt etsi malam habeant causam, non tamen boni esse desinant. Quod testimonio Aug. confirmant, qui dicit bonum aliquando non bene fieri. Quod enim quis inuitus vel necessitate facit, non bene facit: quia non bona facit intentione, vt ait August. super Ioannem. Seruilis, inquit, timor non est in charitate: in quo quantum credatur deo, non tamen in deū: & si bonum fiat, non tamen bene. Nemo enim inuitus bene facit, etiam si bonum est quod facit. Ecce habes quod aliquis non bene facit illud quod bonū est. Facit ergo quod bonum est, intentione non bona. Ideo asserunt illi quædam opera esse talia, quæ sic bona sunt, quòd mala esse non possunt, quocunque modo fiant: sicut econuersò quædam sic sunt mala, vt nō possint esse bona: quacunque ex causa fiant. Alia autem esse opera, quæ ex fine vel causa bona sunt vel mala, & ad illa referunt Sanctorum testimonia, quibus ex affectu vel intentione iudicium operum pensari dicunt. Tripartitam edunt isti differentiam actuum.

Aliter August. sentire videtur, qui dicit opera hominis esse bona vel mala ex intentione & causa, præter quædam quæ per se peccata sunt.

Opinio quorūdam qui dicunt omnes actus indifferentes.
Aliorū opinio quæ tripartitā dicit differentia a-
ctuum.
De spū et
Lit. c. 14.
Et li. Sen-
ten. Pro-
spe. c. 172.
ac li. 1. cō-
fess. ca. 12.

C 5

Cap. 7. S E D Augustinus evidentissimè docet in libro contra
Tomo 4. Mendacium, omnes actus secundùm intentionem & cau-
sam iudicandos bonos vel malos, præter quosdam: qui ita
sunt mali, vt nunquam possint esse boni: etiam si bonam vi-
deantur habere causam. Interest, inquit, plurimum, qua cau-
sa, quo fine, qua intentione quid fiat. Sed ea quæ constant ef-
se peccata, nullo bonæ causæ obtentu, nullo quasi bono fine,
nulla velut bona intentione faciendâ sunt. Et quippè opera
hominum si causas habuerint bonas vel malas, nunc sunt bo-
na, nunc mala, quæ non sunt per seipsa peccata: sicut victum
præbere pauperibus boni est, si fiat causâ misericordiæ cum
recta fide: & concubitus coniugalis quando fit causâ gene-
randi, si ea fide fiat, vt gignatur regenerandi. Hæc rursus ma-
la sunt, si malas habeant causas: velut si iactantiæ causâ pa-
scitur pauper, aut lasciuix causâ cum vxore concubitur, aut
filij generantur non vt deo, sed vt diabolo nutriantur. Cum
verò opera ipsa per se peccata sunt, vt furta, stupra, blasphemix:
quis dicat causis bonis esse faciendâ, vel peccata non esse:
vel, quod est absurdius, iusta peccata esse? Quis dicat, Fu-
remur diuitibus, vt habeamus quid demus pauperibus? aut
falsa testimonia proferamus, non vt inde innocentes lædatur,
sed potius saluentur? Duo enim bona hic sunt, vt inops ala-
tur, & innocens non puniatur. Aut quis dicat adulterium esse
faciendum, vt per illam cū qua fit homo de morte liberetur?
Testamenta etiam vera cur non supprimimus, & falsa sup-
ponimus, ne hæreditates habeant qui nihil boni agunt, sed
hi potius qui indigentes adiuant? Cur non fiant illa mala
propter hæc bona, si propter hæc bona nec illa sunt mala?
Cur non ab immundis meretricibus, quas ditant stuprator-
es, rapiat diuitias vir bonus, vt indigentibus eas largiatur,
cum nullum malum, malum sit, si pro bono fiat? Quis hoc
dicat, nisi qui res humanas moribusq; conatur & leges subuer-
tere: Quod enim facinus nõ dicatur rectè fieri posse, nec im-
punè rantu, verum etiam gloriosè, vt in eo non timeatur sup-
plicium, sed speretur & præmium, si semel cõfenserimus in
malis actibus non quid fiat, sed quare fiat esse quærendum:
vt quæcunq; pro bonis sunt causis, nec ipsa mala esse iudicè-
tur: At iustitia meritò punir eum, qui dicit se subtraxisse su-
perflua diuiti, vt præberet pauperi: & falsarium qui alienum

Non tan-
tū quare,
sed etiam
quid fiat
attendend-
um est.

Ibidem.

corrumpit testamentū, vt is esset hæres, qui faceret elemo-
synas largas, non ille qui nullas: & eum qui se fecisse adu-
lerium ostendit, vt per illam cum qua fecit, hominem de mor-
te liberaret. Sed dicit aliquis, ergo æquādus est fur qui libet
fari, qui voluntate misericordiæ furatur: quis hoc dixerit? Sed
horum duorum non ideo quisquam est bonus, quia peior est
vnus. Peior enim est qui concupiscendo, quàm qui miseran-
do furatur. Sed si furtum omne, peccatum est, ab omni furto
abstinendum est. Quis enim dicat esse peccandum, etiam si
aliud sit grauius, aliud leuius peccatum? Nunc autem que-
rimus, quis actus peccatum sit, vel non: non, quid grauius sit,
vel leuius. Intendè Lector propositis verbis tota mentis con-
sideratione, quæ non inutilem habent exercitationem: & di-
gnosces quis actus sit peccatum, qui scilicet malam habeat
causam: nec ille tantum, quia sunt nonnulli actus, qui etsi bo-
nam habeant causam: tamen peccata sunt, vt supra positum
est. Ex quo consequi videtur, quia non semper ex fine iudica-
tur voluntas siue actio mala, sicut in illis quæ per se peccata
sunt. Illa enim cum quis gesserit pro aliqua bona causâ, bo-
num videtur habere finem: nec ex fine voluntas est mala, nec
ex voluntate actio sit mala, sed ex actione voluntas fit pra-
ua. In quibus aliqui ponunt actum Iudæorum, qui crucifige-
ndo Christum arbitrabantur se obsequium præstare deo: quia
bonum finem dicunt eos sibi posuisse, scilicet dei obsequium
& tamen voluntatem eorum & actionem peruersam fore
asserunt. De bonis autem nulla sit exceptio in præmissis ver-
bis Augustini quin omnis voluntas bonæ ex fine sit bona: &
ex fine & voluntate omnis actio bona, bona est. Sed non om-
nis mala voluntas ex fine mala est, nec omnis mala actio ex
fine & voluntate mala est: & omnis quæ habet malam cau-
sam mala est, sed non omnis quæ bonam causam habet bo-
na est. Ideoque cum ex affectu dicitur nomen imponi operi,
in bonis operibus generaliter vera est hæc regula, sed in ma-
lis excipiuntur illa quæ per se mala sunt. Omnia ergo homi-
nis opera secundùm intentionem & causam iudicantur bo-
na vel mala, exceptis his quæ per se mala sunt, id est, quæ sine
præuaricatione fieri nequeunt.

Quidam dicunt prædicta non posse fieri
bono fine.

Lib. eodē
Cap. 8.

Intra ea
quæ actus
mali sunt
quidā po-
nunt actū
Iudæorū,
Ioan. 16. a

D

Eccl. 3. 4. d. Quod non fiant bono sine nota- tur ex ver bis Aug. Pro. 21. d.

QUÆ tamen quidam contendunt nunquam habere bonam causam. Qui enim aliena furatur, ut pauperibus tribuar, non pro bono (ut aiunt) furatur. Non enim bonum est aliena pauperibus erogare. Qui enim de rapina sacrificium deo offert, idem facit (ut ait autoritas) ac si filium in conspectu patris victimet, vel sacrificium carnis deo offerat. Abominabilis nempe deo est impiorum oblatio. Ita etiam & hominem per adulterium à morte liberare malum esse dicit. Est enim bonum sit hominem à morte liberare, tamen sic hominem liberare malum esse asserunt. Ideoque Aug. in superioribus dicit temperasse sermonem cautèque locutum, ubi ait, Ea quæ constant esse peccata, nullo quasi bono sine, nulla velut bona intentione facienda. Non enim simpliciter dixit bono sine & bona intentione, sed intentione, quæ videtur bona: & sine, qui putatur bonus, sed non est. Nec ideo accepit August. ista (ut aiunt) quin causas habeant malas: sed quia causas habent quæ videntur bonæ, sunt tamen malæ.

AN OMNIS INTENTIO VEL actio eorum, qui carent fide, sit mala.

Distinct. xli.

Qualiter ex obliquitate intentionis habeat fieri opus malum. Quidam dicunt omnes actiones hominis sine fide esse malas quæ sine fide esse malas quæ in

Cumque intentio (ut supra dictum est) bonum opus faciat & fides intentionem dirigat; non immerito queri potest, utrum omnis intentio omnèque illorum opus malum sit, qui fidem non habent. Si enim fides intentionem dirigat, & intentio bonum opus facit, ubi non est fides, nec intentio bona nec opus bonum esse videtur. Quod à quibusdam non irrationabiliter asseritur, qui dicunt omnes actiones & voluntates hominis sine fide malas esse, quæ sine fide habita bonæ existunt: unde Apostolus ait, Omne quod non est ex fide, peccatum est. Quod exponens August. ait, Omnis infidelium vita peccatum est, & nihil bonum est sine summo bono: ubi deest agnitio æternæ veritatis, falsa virtus est, etiam in optimis moribus. Et Iacobus in epistola canonica ait, Qui offendit in vno, scilicet, charitate, factus est omnium reus. Qui ergo fi-

dem, & charitatem non habet, omnis eius actio peccatum est, quia ad charitatem non refertur. Quod enim ad charitatem non refertur (ut supra meminuit Aug.) non fit quemadmodum fieri oportet, idèque malum est. Non ergo mandata custodit, qui charitate caret, quia sine charitate nullum mandatorum custoditur, unde Aug. super epist. ad Gal. ait. Custoditionem legis dicit Apostolus, non inebriari, non occidere, non mœchari, & alia huiusmodi ad bonos mores pertinentia, quæ sine charitate, fide, & spe, impleri non possunt. Nullum ergo mandatum implet, nullum bonum opus facit, qui fidem charitatemque non habet. Impossibile est enim (ut ait Apostolus) sine fide aliquid placere deo. Quæ ergo sine fide fiunt, bona non sunt: quia omne bonum placet deo.

Que premissa sententia obiicitur ex verbis Augustini.

HIS autem obiicitur quod supra dixit Aug. scilicet quod in seruilis timore, etsi bonum fiat, non tamen bene. Nemo enim inuitus bene facit, etiam si bonum est quod facit. Hic enim dicit bonum fieri, sed non bene, ab illo qui charitatem non habet. Qui enim seruiliter timet, charitate vacuus est: de quo tamen hic dicit, quia bonum facit sed non bene. Qui etiam super illum locum psal. Turtur inuenit sibi nidum ubi reponat pullos suos: dicit quod Iudæi, hæretici, & Pagani opera bona faciunt, quia vestiunt nulos, & pascunt pauperes, & huiusmodi: sed non in nido ecclesiæ, id est, in fide: & ideo conculcantur pulli eorum. Quibus illi respondent, dicentes bona opera appellari huiusmodi quæ sine charitate fiunt, non quia bona sunt quando sic fiunt, quod euidenter supra August. docuit: sed quia bona essent, si aliter fierent: quæ in suo genere sunt bona, sed ex affectu sunt mala.

Aliorum sententia de premissa questione. qua querebatur si omnis actio eorum mala est, qui fidem non habent.

ALII verò qui trifariam distinctionem actuum faciunt, opera cuncta quæ ad naturæ subsidium fiunt, semper bona esse asserunt. Sed quod Aug. mala esse dicit, si malas habeant causas, non ita accipiendum est, quasi ipsa mala sint: sed quia peccant & mali sunt qui ea malo sine agunt. Item illud aliud,

fide bona sunt. Rom. 14. d. In libro Sententia. Prosper. Cap. 105. Iacob. 2. b. Disti. 38. littera A. circa finem. ad Roma. 13. c. Quod sine charitate non custodiuntur mandata. Hebr. 11. b. Li. Confessionum 1. capit. 12. 1. Ioa. 4. d. Psal. 83. Tomo 8. post principium enarrationis. Qualiter ad hæc illi respondeat. Dist. 38. littera A. Determinat prædicta verba. Aug. in præfatio

ad Psal. 31
Tomo 8.
Quibus
modis dica
tur bonū.

scilicet, Bonum opus intentio facit, & intentionem fides dirigit, determinant dicentes tibi bonum vocatum quod remunerabile est ad vitam: non quod illud sit solum bonum opus, imò etiam alia plura, licet non ea ratione qua illud sit sint bona. Bonum enim multipliciter accipitur, scilicet pro vili, pro remunerabili, pro signo boni, pro specie boni, pro licito, & aliis fortè modis. Solàque illa intentio remunerabilis est ad vitam, quam fides dirigit: sed non illa sola bona est, vt aiunt. Nam si quis Iudæus vel malus Christianus necessitatem proximi releauerit naturali pietate ductus, bonum fecit, & bona fuit voluntas, qua illud fecit.

Hic ponuntur quædam Aug. capitula, quæ retractauit, non quasi prauè dicta, sed quo sensu dixerit insinuans.

Ca. 14. to.
1. Retrac.
Aug. ge.
minā cōti
nēs deter
minationē
Li. 1. ca. 13

POST hæc inuestigari oportet, qualiter intelligendum sit quod ait Aug. in lib. de Vera Relig. Vsq̄ eadē, inquit, peccatum voluntarium malum est, vt nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. Huius dicti rationem Aug. aperiens in lib. Retrac. dicit, Potest videri falsa hæc definitio, sed si diligenter discutiatur, inuenitur esse verissima. Peccatum quippe illud cogitandum est: quod tantummodo peccatum est, non quod est etiam pœna peccati: scilicet peccatum primum hominis quod fuit peccatum & causa peccati, sed non pœna. Quauis & illa quæ non voluntaria peccata non immeritò dicuntur, quia vel à nescientibus vel à coactis perpetrantur, non omni modo possunt sine voluntate committi: quoniam & ille qui peccat ignorans, voluntate vtique facit, quod cum faciendum non sit, putat esse faciendum: & ille qui concupiscente aduersus spiritum carne, non ea quæ vult facit, concupiscit quidem nolens, & in eo non facit quod vult: sed si vincitur concupiscentiæ consentit volens, & in eo non facit nisi quod vult: & illud quod in paruulis est originale peccatum (cum adhuc non vtantur voluntatis lib. arb.) non absurde vocatur voluntarium, quia ex prima hominis voluntate mala contractum est. Non itaque falsum est quod dixi, Vsq̄ eadē peccatum voluntarium est, &c. Ecce qualiter accipiendum sit illud, scilicet vel de primo peccato hominis, vel de omnibus generaliter peccatis mortiferis: quorum licet quædam dicantur non voluntaria, quæ scilicet per ignorantiam vel per in-

firmatam sunt: eadem tamen ratione ea possunt dici voluntaria, quia sine voluntate non committuntur.

Aliud capitulum.

ILLIUS etiam intelligentia perquirenda est, quod in lib. de Duabus animabus edidit, inquit, Nusquam nisi in voluntate peccatum est. Quod etiam in lib. Retrac. planè determinat, dicens: Potest putari ista falsa esse sententia, qua diximus nusquam nisi in voluntate esse peccatum, cum Apostolus dicat, Quod nolo, hoc facio, &c. Sed peccatum quod nusquam est nisi in voluntate, illud præcipuè intelligendum est, quod iusta damnatio consecuta est, id est, primum hominis peccatum. In eodem quoque lib. de Duabus Animabus, aliud tradidit consideratione dignum, ait enim, Non nisi voluntate peccatur, ipsamque voluntatem definit, dicens, Voluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid vel non admittendum, vel adipiscendum. Huius dicti causam aperiens, & intelligentiam pandens in lib. Retrac. ait, Hoc propterea dictum est, vt hac definitione volens à nolente discerneretur, & sic ad illos referretur intentio, qui in paradiso fecerunt originem mali, nullo cogente peccando, id est, libera voluntate: quia & scientes contra præceptum fecerunt, & ille tentator iuasit vt hoc fieret, non coegit. Nam qui nesciens peccauit, non incongruenter nolens peccasse dici potest: quamuis & ipse quidem nesciens fecit, volens tamen fecit. Ita nec tale peccatum sine voluntate esse potuit, sed voluntas facti ibi fuit non peccati voluntas, quod tamen factum fuit peccatum: hoc enim factum est, quod fieri non debuit. Quisquis autem sciens peccat, si potest cogenti ad peccatum sine peccato resistere, nec tamen facit, vtique volens peccat: quia qui potest resistere, non cogitur cedere, quapropter peccatum sine voluntate esse non posse verissimum est. Ex his liquet qualiter superiora accipienda sint.

Quod mala voluntas est voluntarium peccatum.

SI autem omne peccatum mortale voluntarium est, cum voluntas mala peccatum sit mortale, constat ipsam esse voluntarium peccatum. Quid enim, vt ait August. tam in voluntate quam ipsa voluntas situm est? Voluntas itaque mala rectè voluntarium dicitur peccatum, quod in voluntate consistit. Voluntas quippe (vt ait Augustin. in eodem) est prima causa

Cap. 10. in
Tomo 6.
Lib. 1. c. 15
Rom. 7. d

Cap. 10.

Lib. 1. c. 15
Ret. Aug.

ignorançia
non est voluntaria
peccato vi
de supra li
bro 2. A 22
li. 1. c. 15

In lib. de
Lib. Arb.
c. 10. fo. 1.
Et li. Retrac.
1. c.

9. c. 22. peccandi: aut nullum peccatum est prima causa peccandi, nec est cui recte imputetur peccatum, nisi peccanti. Non ergo est cui recte imputetur nisi voluntati. Hoc autem de peccato actuali & mortali intelligendum est. Neque his verbis aliud voluit ostendere Aug. ut ipse ait in Retract. nisi quia voluntas est qua peccatur, & qua recte vivitur.

AN VOLUNTAS ET ACTIO MALA

in eodem homine & circa eandem rem sint

vnum peccatum, an plura.

Distinct. XLII.

Descendit ad speciales differentias peccati incommuni.

Opinio contra illos qui dicunt vnum esse peccatum.

Responsio.

et infra

Cum autem voluntas mala & operatio sint peccatum, quæri solet, utrum in eodem homine & circa eandem rem hæc duo vnum sint peccatum, vel diuersa: ut si quis voluntate furatur, voluntatem habuit malam, quæ peccatum est, & actum malum qui item peccatum est. Hæc autem duo diuersa sunt, scilicet, voluntas, & actio. Sed nunquid diuersa sunt peccata, an vnum? Quidam dicunt vnum esse peccatum, alij vero dicunt diuersa esse peccata. Quia cum constet hæc duo esse diuersa, aut diuersa duo peccata dicuntur, aut duo diuersa esse non peccata. Non enim peccata sunt, sed peccatum vnum: quia vna prævaricatio vel inobedientia, in utroque admittitur, siue quando vult, siue quando agit: & vnus est ibi contemptus, sed minor cum in voluntate solum peccatum continetur, maior vero cum voluntati etiam operatio additur: & ideo maius sit peccatum, sed non plura, cum voluntas operi mancipatur.

Alia contra eosdem oppositio.

SED adhuc eisdem obiicitur, si vnum tantum illa duo peccatum sunt, cum quis voluntate mali prius concepta deinde opus patrauerit, non pro aliquo reus est, nisi pro quo ante opus reus erat, cum adhuc in sola voluntate peccatum consistebat. Nullus enim reus est æternæ mortis nisi pro peccato: sed peccatum aliud non est admissum actione, quam prius admissum erat voluntate. Non ergo pro aliquo alio iste fit damnabilis actu peccando, quam ante fuerat, cum sola voluntate delinquebat. Ad hoc etiam & illi respondent, dicentes propter peccatum quidem tantum illum furem reum consistit, & quantis eius voluntas & actio vnum sint peccatum,

pro

pro alio tamen reus factus est actu peccando, quam prius erat sola voluntate delinquendo: quia pro actu, qui est aliud quam voluntas, licet non aliud peccatum.

Alia aduersus eosdem obiectio.

ITEM & adhuc quaestioni instant, dicentes hæc duo ideo diuersa esse peccata, quia diuersorum legis mādatorum prævaricationes sunt. Alio enim mādato legis prohibetur actio furti, scilicet, Non furaberis: alio furandi voluntas, scilicet, Non concupisces rem proximi tui. Cum autem hæc duo diuersa mandata sint, quibus illa duo prohibentur, patet illa duo diuersa esse prævaricationes: diuersa igitur peccata. Ad quod etiam illi dicunt, diuersa quidem esse mandata, quibus illa duo distinctim prohibentur, vt Aug. docet super Exod. Verum tamen in illis non obseruatis vna tantum prævaricatio incurritur, vnumque contrahitur peccatum, licet duo diuersa illis prohibeantur. Sicut e conuerso duo sunt mandata charitatis, quibus duo præcipiuntur diligere: vna tamen in eis nobis commendatur charitas.

Si peccatum ab aliquo admissum in eo sit quousque poeniteat.

PRÆTEREA solet quæri, cum ab aliquo perpetrato voluntate peccato voluntas id agendi & actio transierit, nondum tamen vera habita poenitentia, utrum illud peccatum vsquequò poeniteat, si in eo. Quod non esse videtur: quia voluntas illa quæ prius it, non est, neque actio: quia non vult illud vel agit, quod ante voluit & egit. Sed non est ignorandum peccatum duobus modis dici esse in aliquo, & transire, scilicet actu & reatu. Actus est in aliquo, dum ipsum quod peccatum est, vt actio vel voluntas, in peccante est. Reatu vero, cum pro eo, siue transierit siue absit, mens hominis polluta est & corrupta, tortus; homo supplicii obligatur perpetuis. Nec vnquam est in aliquo peccatum actu, præter originale, quin sit etiam reatu: sed est reatu intelligendum, postquam transit actu.

Quibus modis dicitur in scriptura reatus.

REATVS in Scriptura multipliciter accipitur, scilicet pro culpa, pro poena, pro obligatione poenæ temporalis vel æternæ. Si enim mortale est, obligat nos poenæ æternæ: si veniale, obligat nos poenæ temporali. Duo enim sunt genera

D

Exo. 20. c.

Responsio.
Articulo
71. in to. 4.

Responsio
quaestione
determinans.

Quid sit mortale peccatum. Quid sit veniale peccatum. 1. dist. in to. 8. post mediu enarrationis. Psal. 79. Secunda distin.

Tertia distin.

peccatorum, mortalium scilicet & venialium. Mortale est, per quod homo mortem aeternam meretur. Crimen enim, vt ait Aug. est quod est dignum accusatione & damnatione. Veniale autem quod hominem vsque in reatum perpetuæ mortis non grauat, verum tamen poenam meretur, sed facile indulgetur.

De modis peccatorum, qui multipliciter assignantur.

M O D I autem peccatorum varias in scriptura habet distinctiones: in qua dicitur peccatum duobus modis committi, scilicet cupiditate & timore, vt Aug. tradit super illud locum Psalm. Incensa igni & suffossa. His enim duobus modis dicit omnia peccata mortalia includi. Et incensa igni ea dicit, quæ ex cupiditate male incendente oriuntur. Suffossa verò, quæ ex timore male humiliante proueniunt: quod est, quando quis cupit non cupienda, vel timet non timenda. Alibi verò dicitur peccatum fieri tribus modis, scilicet cogitatu, verbo, & opere, vnde Hieron. super Ezech. Tria generalia delicta sunt, quibus humanum subiacet genus. Aut enim cogitatio, aut sermone, aut opere peccamus. His aliquando etiam additur quartus modus, scilicet consuetudinis: quod in quatruidiano Lazaro significatum est. Dicitur quoque homo peccare in Deum, in se, & in proximum. In Deum, cum de Deo male sentit, vt hereticus: vel quæ Dei sunt vsurpare presumat indignè, participando sacramentis: vel quando nomen Dei peiorado contempnibile facit. In proximum peccat, cum proximum iniuste lædit: in se verò, cum sibi & non alij nocet.

Quomodo differunt delictum & peccatum.

V A R I A M quoque appellationem habet. Dicitur enim peccatum etiam delictum. Et delictum fortasse est (vt ait Aug. in *Questionibus Leuitici*) declinare à bono: peccatum est, facere malum. Aliud est enim declinare à bono, aliud est facere malum. Peccatum ergo est perpetratio mali, delictum desertio boni: quod & ipsum ostendit nomen. Quid enim aliud sonat delictum, nisi derelictum? & qui delinquit, quid derelinquit, nisi bonum? Vel delictum est quod ignoranter fit, peccatum quod scienter committitur. Indifferenter tamen & peccatum nomine delicti, & delictum nomine peccati appellatur.

De septem principalibus vitiis.

P R Æ T E R E A sciendum est septem esse vitia capitalia,

vel principalia, vt Greg. super Exod. ait, scilicet, Inanem gloriam, Irām, Inuidiam, Accidiam, vel Tristitiam, Auaritiā, Gāstrimargiam, Luxuriam: quæ (vt ait Ioan. Chryl.) significata sunt in septem populis, qui terram promissionis Israel promissam tenebāt. De iis quasi septem fontibus cunctæ animarum mortiferæ corruptelæ emanant. Et dicitur hæc capitula, quia ex eis oriuntur omnia mala. Nullum enim malum est, quod etiam non ab aliquo horum originem trahat.

De superbia, quæ est radix omnis mali.

E X superbia tamen omnia mala oriuntur, & hæc, & alia: quia, vt ait Greg. Radix cuncti mali est superbia. De qua dicitur, Initiū omnis peccati est superbia: quæ est amor propriæ excellentiæ. Cuius quatuor sunt species, vt Greg. ait. Prima est, cum bonum quod habet quis, sibi tribuit. Secunda, cum credit à Deo esse datum, sed tamen pro suis meritis. Tertia, cum se iactat habere quod non habet. Quarta, cum cæteris despectis vult singulariter videri. Merito ergo radix omnis mali dicitur superbia. Huic autem videretur obuiare quod Apostolus ait. Radix omnium malorum est cupiditas: quia si radix omnium malorum est cupiditas, ergo superbiæ. Quomodo ergo superbia radix est & initium omnis peccati?

Quo sensu vtrunque radix dicatur omnium malorum,

scilicet & superbia, & cupiditas.

S E D vtrunque rectè dictum esse intelligitur, si genera peccatorum singulorum, non singula generum vtraque locutione includi intelligantur. nullum quippè genus peccati est, quod interdum ex superbia nō proueniat: nullum etiam, quod ex cupiditate aliquando non descendat. Sunt enim nonnulli hominum qui ex cupiditate sunt superbi: & alij qui ex superbia sunt cupidi. Est enim, vt ait August. homo qui non esset amator pecuniæ, nisi per hoc putaret se excellentiorem esse: ideòque vt excellat, diuitias cupit: tali homini ex superbia oboritur cupiditas. Et est aliquis qui nō amat excellere, nisi putaret per hoc diuitias maiores habere. Ideo ergo excellere laborat, quia diuitias habere amat. Huic innascitur superbia, id est, amor excellentiæ ex cupiditate. Patet ergo quod ex superbia aliquando cupiditas, & ex cupiditate aliquando superbia oritur: & ideo de vtraque rectè dicitur, quòd sit radix omnis mali.

Ecc. 10. b De quatuor speciebus superbiae.

Aug. super Gene. lib. 11. c. 14 in tomo 3. r. Timor. vlti. cap.

Ibid. c. 15.

sanctum, quod dicitur etiam peccatum ad mortem.

Distinct. XLIII.

De vno peccato specialius quod est magis graue & abominabile, quod est peccatum in spiritu sanctum.
Luc. 12. b
1. Ioan. 5. c
Quid sit illud peccatum.
Gen. 4. b

EST præterea quoddam peccati genus cæteris grauius & abominabilius, quod dicitur peccatum in Spiritum sanctum, de quo in Euangelio Veritas ait, **Qui peccauerit in Spiritum sanctum, non remittetur ei ne hic, neque in futuro.** Et Ioan. in epistola canonica, **Est peccatum ad mortem, non pro eo dico, vt quis oret. Qui enim peccat in patrem remittetur ei, & qui peccat in filium, remittetur ei: qui autem blasphemauerit in Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque hic, neque in futuro.** Sed queritur quid sit illud peccatum in Spiritum sanctum vel ad mortem. Quidam dicunt illud peccatum esse desperationis vel obstinationis. Obstinatio est indurata mens in malitia pertinacia, per quam homo sit impoenitens. Desperatio est, qua quis diffidit penitus de bonitate Dei, æstimans suam malitiam diuinæ bonitatis magnitudinē excedere: sicut Cain qui dixit: Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear. Vtrunque verò dicitur peccatum in Spiritum sanctum, quia Spiritus sanctus est amor patris & filij, & benignitas qua se inuicem & nos diligunt, quæ tanta est, cuius finis nõ est. Recte ergo in Spiritum sanctum delinquere dicuntur, qui sua malitia Dei bonitatem superare putant, & ideo poenitentiam non assumunt: & qui iniquitati tam pertinaci mente inhærent, vt eam nunquam relinquere proponant, & ad bonitatem Spiritus sancti nunquam redire, patientia Dei abutentes, & de misericordia Dei nimis præsumentes: quibus placet malitia propter se, sicut piis bonitas. Isti nimia pertinacia & præsumptione peccant, autumantes Deum non esse iustum. Illi desperatione. Deum non bonum existimant, tollentes in hoc turbulentissimo iniquitarum mari portum diuinæ indulgentiæ, quò se recipiant fluctuantes. Atque ipsa desperatione addunt peccata peccatis, dicentes misericordiam nullam esse, & quòd super peccatores necessaria damnatio debetur.

Vtrum omnis obstinatio sit peccatum in Spiritum sanctum.

S E D queritur, vtrum omnis obstinatio mentis in ma-

litia obdurata: omnisque desperatio sit peccatum in Spiritum sanctum. Quidam dicunt omnem obstinationem & omnem desperationem esse peccatum in Spiritum sanctum. Quod si est, aliquando illud peccatum remittitur: quia multietiam obstinatissimi & desperatissimi conuertuntur, vt Aug. ait super illum locum Psal. **Conuertam in profundum maris, id est, eos qui erant desperatissimi.** & ibi: **Mittit crystalli suam sicut buccellas, id est, obstinatos facit aliorum doctores.** Taliū conuersio ibi etiam euidenter ostenditur, vbi ait, **Qui edacit vincos in fortitudine: similiter & eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.** Secundum istos illud peccatum dicitur irremissibile, non quia aliquando remittatur, sed quia vix & raro & difficulter dimittitur. Non enim soluitur crystalli, nisi vehemēti spiritus impetu. Alij verò tradunt non quamlibet obstinationem vel desperationem appellari peccatum in Spiritum sanctum, sed illam tantum quam comitatur impoenitentia: qui etiam impoenitentiam dicunt esse peccatum in Spiritum sanctum. Sed quia Aug. dicit impoenitentiam esse peccatum in Spiritum sanctum, cum sic obstinatus est aliquis, vt non poeniteat: discuti oportet an aliud sit obstinatio, aliud impoenitentia sit in eo peccatum, an idem sed diuersis modis commissum. Secundum istos peccatum illud dicitur irremissibile, eo quòd nunquam dimittatur. Vnde Aug. etiam dicit, quòd hoc solum peccatum veniam mereri non potest: & Hier. quòd taliter peccans dignè poenitere non potest. Et ideo rectè Ioannes dicit, vt non pro eo oret quis: quia qui sic peccat, orationibus ecclesiæ hic vel in futuro iuari non potest, habens cor induratum tanquam lapis, sicut de diabolo legitur. Post hanc vitam qui valde mali sunt, meritis ecclesiæ iuari non possunt.

Quòd aliter accipitur peccatum in Spiritum sanctum.

E S T etiam alia huius peccati assignatio. Hoc enim peccatum August. definiens in lib. de Sermonē Domini in monte ait, **Peccatum ad mortem est, cum post agnitionem Dei per gratiam Christi oppugnat aliquis fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam qua reconciliatus est Deo, inuidiæ facibus agitur: quod fortasse est peccare in Spiritum sanctum, quod peccatum dicitur non remitti, non quia non sit ignoscendum peccanti, si poeniteat: sed quia tanta est**

Opin. quorundam.

Psal. 67.

In tomo 8.

post mediu enarrationis.

Psal. 147.

Ibidem in fine enarrationis ad

Psal. 49.

Ab horum sententia.

Super Matth.

In lib. 1. uo

longè à fi.

in tomo 4.

Ibid. paulo

inferius.

Mat. 27.

labes peccati illius, ut deprecandi humilitatem subire non possit: etiam si peccatum suum mala conscientia agnoscere & renūciare cogatur: ut Iudas cum dixit, Peccaui, facilius desperans cūcurrat ad laqueum, quā humilitate veniam peteret: quod propter magnitudinem peccati iam ex damnatione peccati tales habere credendum est. Ecce, quādam assignatio peccati in spiritum sanctum vel ad mortem hīc posita est: qua illud peccatum esse traditur oppugnatio fraternitatis post agnitionem, & inuidia gratiæ post reconciliationem: quod species quādam obstinationis intelligi potest.

Li. i. c. 9.

Illam tamen definitionem Aug. in lib. Retract. rememorans aliquid adiciendum ibi fore, nec asserendo se dixisse aperit, ita dicens, Quod quidem non confirmaui, quoniam hoc putare me dixi: sed tamen addendum fuit, si in hac scelerata mentis peruersitate finierit hanc vitam, quoniā de quocunq; pessimo in hac vita constituto, non est desperandum, nec pro illo imprudenter oratur: de quo non desperatur. His verbis insinuat peccatum præmissa definitione descriptum, tūc solum debere dici ad mortem vel in spiritum sanctum, cum non habet comitem pœnitentiam: nec de aliquo peccatore desperandum est in hac vita, & ideo pro omni esse orandum.

i. Ioan. 5.

Vnde illud Ioan. Non pro eo dico ut quis oret: sic accipiendum videtur, ut pro aliquo peccante ad mortem vel in spiritum sanctum postquam finierit hanc vitam, non oremus.

Sermone
II. post me
dium eius
dem. in to
mo 10.

Dum autem in hac vita est, nec peccatum illius iudicare, nec de illo desperare, sed pro illo orare debemus. Vnde Aug. de Verbis domini, de impœnitentia quæ est blasphemia in spiritum sanctum, sic ait: Ista impœnitentia vel cor impœnitens, quando quisque in hac carne vivit, non potest iudicari. De nullo enim desperandum est, quando ad pœnitentiam patientia dei adducit. Paganus est hodie, iudæus, infidelis est hodie, hæreticus est hodie, schismaticus est hodie: quid si cras amplectatur catholicam fidem, & sequatur catholicam veritatem? Quid si isti, quos in quocunq; genere erroris notas & tanquam desperatissimos damnas antequam finiāt istam vitam agant pœnitentiam, & inueniant veram requiem, & vitam in futuro? Nolite ergo ante tempus iudicare quemquam. Ex his ostenditur pro singulis peccatoribus in hac vita esse orandum, nec de aliquo esse dissidendum, quia conuerti potest

i. Cor. 4.

dum in hac vita est: quia non potest sciri de aliquo vtrum peccauerit ad mortem vel in spiritum sanctum, nisi cum ab hac vita discesserit, nisi forte alicui per spiritum sanctum mirabiliter reuelatum fuerit. Ex prædictis aliquatenus capi potest quomodo accipiatur peccatum in spiritum sanctum, scilicet inuidia gratiæ fraternitatem impœnitentis oppugnans: quæ utique obstinatio esse videtur, & omnis impœnitentis obstinatio atque desperatio. Norandum verò est quod non omnis qui non pœnitet, impœnitens dici potest: quia impœnitentia propriè obstinati est, & (ut quidam volunt) etiam desperati.

Alia assignatio peccati in spiritum sanctum.

DE hoc quoque peccato in spiritum sanctum Ambros. in libro de spiritu sancto differens definitam assignationem tradit dicens, Cur Dominus dixerit, qui blasphemauerit in filium hominis remittetur ei: qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, neque hīc, neque in futuro remittetur ei, diligenter aduerte. Nunquid alia est offensio filij, alia spiritus sancti? Sicut vna dignitas sic vna iniuria. Sed si quis corporis specie deceptus humani remissius aliquid sentit de Christi carne quā dignum est, habet culpam, non est tamen exclusus à venia. Si quis verò sancti spiritus dignitatem, maiestatem & potestatem abneget sempiternam, & putet non in spiritu dei eiici dæmonia, sed in Beelzebub, non potest ibi esse exhortatio veniæ, vbi sacrilegij plenitudo est. Satis hīc apertè explicatur quid sit peccatum in spiritum sanctum. Quod illi Aug. descriptioni congruere videtur, qua illud peccatum dicitur esse inuidia gratiæ oppugnans fraternitatem. Qui enim post cognitionem veritatis sancti spiritus veritatē negat, eiusque opera dicit esse Beelzebub, potestati, bonitati, & gratiæ dei inuidere non dubitatur. Non itaque distinctio illa verborum sic accipienda est, quasi trium personarum diuinitate sint offensa: sed ibi peccatorum genera distincta sunt. Peccatum enim in patrem id intelligitur, quod fit per infirmitatem, quia patri Scriptura frequenter attribuit potentiam. Peccatum in filium, quod fit per ignorantiam, quia sapientia filio attribuitur. Tertium expositum est. Qui ergo peccat per infirmitatem vel per ignorantiam, facile veniam adipiscitur: sed non ille, qui peccat in spiritum sanctum. Cum au-

Li. i. ca. 3.
in fine, in
tomo 2.
Mat. 12.

Mat. 12.
b.

tem vna sit potentia, sapientia, bonitas trium: quare patri potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas sapius assignetur, superius dictum est.

DE POTENTIA PECCANDI, AN sit homini vel diabolo à Deo.

Distinct. XLIIII.

Vnde ha-
beat ortu
potentia
peccandi.
Opus, quo
mundum
quod sit à
Deo, sed
falsa per
simile.
Ratio ad
probandum
quod bona
voluntate
non sit ho-
mini nisi
ex Deo.
Aug. lib.
de Fide ad
Petri ca.
3. ad me-
dium cap.
Aug. lib.
de Natu-
ra boni c.
32. iom. 6.
Rom. 13. a
Iom. 19. b
Sup. Psal.
32. in to-
mo 8. con-
cione 2. e-
narratio-
nis ad
Psal. 32.
Iob 1. c
Prov. 8. a

Post prædicta consideratione dignum occurrit vtrum pec-
candi potentia sit nobis à deo, vel à nobis. Putant qui-
dam potentiam recte agendi nobis esse à deo: potentiam
verò peccandi non à deo, sed à nobis vel à diabolo esse, sicut
mala voluntas non à deo nobis est, sed à nobis & à diabolo:
bona autem à deo tantum nobis est. Bonæ namque voluntatis
& cogitationis initium non homini ex seiplo nasci, sed
diuinitus parari & tribui in eo deus euidenter ostendit, quia
nec diabolus, nec aliquis angelorum eius, ex quo in hanc ca-
lignem sunt detracti, bonam potuit vel poterit resumere vo-
luntatem, quia si possibile foret, vt humana natura postquam
à deo auersa bonitatem perdidit voluntatis, ex seipsa rursus
eam habere potuisset, multò possibilis hoc natura haberet
angelica quæ quantò minùs grauatür terreni corporis pon-
dere, tantò magis hac esset prædita facultate. Non ergo ho-
mo vel angelus à se voluntatem bonam habere potest, sed
malam. Similiter & de potentia inquirunt, per similitudinem
voluntatis de potentia boni vel mali differentes, quod illa
sit à deo non ista.

Authoritatibus astruit potentiam peccandi esse à deo.

SE D pluribus sanctorum testimoniis indubitanter
monstratur, quod potestas mali à deo est: à quo est omnis po-
testas. Ait enim Apostolus. Non est potestas nisi à deo. Quod
non de potestate boni tantum, sed & mali intelligi oportet,
cum Pilato etiam Veritas dicat: Non haberes in me potesta-
tem, nisi datum esset tibi desuper. Malitia nempe hominum
(vt ait Aug.) cupiditatem nocendi per se habet: potestatem
autem si ille non dat, non habet. Ideo que diabolus antequam
aliquid tolleret, Iob dicebat Domino, Mitte manum tuam,
id est, da potestatem: quia etiam nocentium potestas non est
nisi à deo: sicut Sapientia ait, Per me reges regnant, & tyranni
per me terram tenent. Vnde Iob de Domino ait, Qui facit

regnare hypocritam propter peccata populi. Et de populo
Israel dicit deus, Dedi eis regem in ira mea. Nocendi enim
voluntas potest esse ab homine, potestas autem non est nisi à
deo, & hoc abdita aptaque iustitia, nã per potestatem diabo-
lo datã iustos deus facit suos. De hoc etiam Gregor. in Mor-
ait, Tumoris elatio non potestatis ordo in crimine est. Pot-
estatem deus tribuit, elatione verò potestatis malitiæ nostræ me-
tis inuenit. Tollamus ergo quod de nostro est: quia nõ pot-
est iusta, sed actio praua datur. His autoritatibus aliis que
pluribus euidenter ostenditur, quòd non est potestas boni
vel mali cuiuscunque: nisi à deo æquo, et si laeare æquitas.

An aliquando resistendum sit potestati.

HI Coritur questio, non transilienda silentio. Dictum est
suprà, quòd potestas peccandi vel nocendi nõ est homini vel
diabolo, nisi à deo. Apostolus autem dicit quod quì potestati
resistit dei ordinationi resistit. Cùm ergo diaboli sit potestas
mali dei ordinatione, eius potestati non esse resistendum
videtur. Sed sciendũ est Apostolum ibi loqui de seculari po-
testate. scilicet rege, & principe, & huiusmodi: quibus non est
resistendum in his quæ iubet deus eis exhiberi, scilicet in tri-
butis & huiusmodi. Si verò princeps aliquis, vel diabolus ali-
quid iusserit vel suaserit contra deum, tunc resistendum est.
Vnde Aug. determinans quando resistendum sit potestati, in
lib. de Natura bona ait. Si aliquid iubeat potestas quod nõ de-
beas facere, hic sanè contene potestatem, timendo maiorem
potestatem. Ipsos humanarum rerum gradus aduerte. Si quid
iusserit procurator, nunquid faciendum est, si contra procon-
sulem iubeat? Rursus si quid ipse proconsul iubeat, & aliud
iubeat imperator, nunquid dubitatur illo contempto illi ef-
se seruiendũ? Ergo si aliud imperator, aliud iubeat deus, con-
tempto illo obtemperandum est deo. Potestati ergo diaboli
vel hominis tunc resistamus, cùm aliquid contra deum sug-
gesserit in quo dei ordinationi non resistimus, sed obtempe-
ramus. Sic enim deus præcepit, vt in malis nulli potestati
obediamus. Iam nunc his intelligentis atque pertractandis,
quæ ad Verbi incarnati mysterium pertinent, integra metis
consideratione intendamus: vt de ineffabilibus vel modicum
aliquid fari, deo reuelante valeamus.

FINIS SECYNDI LIBRI.

D 3

Iob 34. c.
Ose. 13. d

Rom. 13. c.

Quòd ali-
quòdo re-
sistendum
est potesta-
ti.

INCIPIVNT. R. V.

bricæ tertij Libri.

DISTINCT. I.

DE incarnatione verbi.
217.AQuare filius carnem assump-
sit, non pater, vel spiritus
sanctus. ibid.BVtrum pater vel spiritus S. po-
tuerit incarnari. ibid.CAn filius qui tantum carnem ac-
cepit, aliquid fecerit quod
non pater vel spiritus san-
ctus. 218.D

DISTINCT. II.

Quare totam humanam natu-
ram accepit, & quid nomine
naturæ intelligitur. 218.ADe vnione verbi & carnis me-
diante anima. 219.BQuod simul assumpsit animam
& carnem verbum, nec ca-
ro prius est concepta quam
assumpta. ibid.C

DISTINCT. III.

De carne assumpta qualisan-
te fuerit. 219.AQuod nullus est sine peccato
hic, excepta virgine. 210.BQuare Christus non fuit de-
cimatus in Abraham sicut
Leui. ibid.CQuare caro Christi non dicta
est peccatrix, sed similis.
221.DCarnem Christi non prius conce-
ptam quam assumptam. ib.B

DISTINCT. IIII.

Quare spiritui sancto tribu-
tur incarnatio, cum sit opus
trinitatis, 221.AQuare dicatur Christus conce-
ptus & natus de spiritu
sancto. 222.BAlia ratio, qua dicitur natus
de spiritu sancto. ibid.DQuare Apostolus dicit Chri-
stum factum, quem nos fa-
temur natum. ibid.C

DISTINCT. V.

Si persona vel natura perso-
nam, vel naturam assump-
sit, & si natura Dei sit in-
carnata. 223.A.BAn diuina natura debeat di-
ci caro facta. 224.CQuare non accepit personam
hominis, cum assumpsit ho-
minem, quod quidam proba-
re nituntur. 225.D.B

DISTINCT. VI.

De intelligentia harum locu-
tionum, Deus est homo, Deus
factus est homo, &c. tres
sententias ponit. 225.APrima est eorum qui dicitur in
incarnatione hominem que-
dam ex anima & carne co-
stitutum, & illum hominem
esse factum Deum, & Deum
illum hominem, & autho-
ritates quibus ita esse asse-
runt ponit. 226.B.CSecunda est eorum qui dicitur
hominem illum ex tribus sub-
stantiis, vel duabus naturis
constare, & hunc fatenturnam esse personam ante in-
carnationem simpliciter tantum,
sed in incarnatione compositam:
& autoritates quibus se-
muniunt, proponit. 227.D.BTertia est eorum qui non solum
personam ex naturis compositam
negant, sed etiam aliquem
hominem, vel aliquam substantiam
ibi ex anima & carnecompositam differunt, & sic
duo illa, scilicet carne & animam
verbo vnita dicunt: vt non
ex illis aliqua substantia velpersona componeretur, sed il-
lis duobus velut indumento
Deus vestiretur, vt mortalioculis appareret: qui rati-
onem incarnationis secun-
dum habitum accipiunt. ib.BDeinde autoritates inducit
quibus hæc sententia robo-
ratur. 228.GQuatuor species habitus di-
stinguuntur. ibid.E

DISTINCT. VII.

Deinde quæ singulis senten-
tiis aduersari videntur po-
nit. 229.A.BEx quo sensu dicitur Christus
predestinatus. 230.C.D.E.F.
G.H.I.K.LQuod non debet dici homo
dominicus. 232.M.N

DISTINCT. VIII.

An diuina natura dici debeat
nata de virgine. 232.ADe gemina natiuitate Christi
quibus natus est. ibid.B

DISTINCT. IX.

De adoratione exhibenda hu-
manitati Christi. 232.A.B

DISTINCT. X.

An Christus secundum quod
homo, sit adoptiuus filius.
231.A.B.C.D.EAn persona vel natura præde-
stinata. 235.B

DISTINCT. XI.

Vtrum Christus sit creatus
vel factus. 235.A

De pñda & pœna Arrij. 236.B

DISTINCT. XII.

An homo ille semper fuerit.
236.AAn Deus alium sumere po-
tuerit, vel aliunde quam de
genere Adæ. ibid.BSi homo ille potuerit peccare,
vel non esse deus. 237.C.DSi deus potuerit assumere ho-
minem in sexu muliebri. ib.B

DISTINCT. XIII.

De sapientia & gratia Christi
hominis, an in eis proficere
potuerit. 237.A.B.C.D.E

DISTINCT. XIII.

Si anima Christi habuit sapi-
entiam paræ cum deo, & si omnia
scit quæ Deus. 239.A.BQuare deus non dedit illi ani-
mæ potentiam omnium, vt
scientiam. 240.C.D

DISTINCT. XV.

De hominis defectibus quos
assumpsit Christus. 241.A.B.CDe propensione & passione ti-
moris vel tri. 242.D.E.F

De quibusdam capitulis Hilarij obfcuris, quibus carne Christi dolores passionis submouerunt videntur. 243. G
DISTINCT. XVI.
An in Christo fuerit necessitas patiendo & moriendo, quæ est defectu generalis. 245. A. B
DISTINCT. XVII.
Si omnis Christi oratio vel voluntas impleta fit. 245. A. B
De capitulis quibusdam Ambrosij & Hilarij; vbi de dubitatione & timore Christi agitur. 246. C. D. E
DISTINCT. XVIII.
Si Christus meruit sibi & nobis, & quid sibi, & quid nobis. 247. A
Quod à conceptu meruit sibi, idem quod per passionem. 248. B. C
Si Christus sine omni merito habere valuit quod merito obtinuit. 249. D. E
DISTINCT. XIX.
Qualiter à diabolo & à peccato redemit nos Christus per mortem. 250. A
Cur deus homo & mortuus. 251. B. C. D. E. F
Secundum quam naturam sit mediator. 252. G
DISTINCT. XX.
Quod alio modo potuit liberare, & quare isto modo potuit. 252. A
Qua iustitia sit victus diabo-

lus: ibidem.
De causa inter deum & hominem & diabolum. 253. B. C
Vtrum Christi passio sit opus dei vel Iudæorum. 254. B
DISTINCT. XXI.
Si in Christi morte separata fuit anima vel caro à verbo. 254. A. B. C
Quæ ratione dicitur Christus mortuus vel passus. 255. D
DISTINCT. XXII.
Si Christus in morte fuit homo. 256. A
Si Christus vbicunque est, sit homo. 257. B. C
Si ea quæ dicuntur de deo vel filio dei, possint dici de homine illo, vel de filio hominis. 258. D
DISTINCT. XXIII.
Si Christus habuerit fidem, spem & charitatem. 258. A
Quid sit fides. ibid. B
Quot modis dicitur fides. ibid. C
Quid sit credere deum, vel deo, vel in deum. 259. D
De informi qualitate mentis quæ in malo Christiana est. ibid. E
Quomodo dicatur vna fides, ibid. F. G
Descriptio fidei. 260. H. I
DISTINCT. XXIII.
Quomodo intelligatur quod scriptum est, Cum factum fuerit credatis. 260. A
Si Petrus habuit fidem passionis, quando vidit illum hominem pati. 261. B

si aliqua sciuntur quæ creduntur. ibid. C
DISTINCT. XXV.
De fide antiquorum. 262. A
De fide simplicium. ibid. B
Quæ ante aduentum credere sufficiebant. 263. C
De fide Cornelij. ibid. D. E
DISTINCT. XXVI.
De spe quid sit. 264. A
De quibus sit spes, & quomodo differant fides & spes. ibid. B
Si in Christo fuerit fides vel spes. ibid. C
Si iusti in inferno fidem & spem habuerunt. ibid. E
DISTINCT. XXVII.
De charitate Dei & proximi quæ in Christo & in nobis est. 264. A
Quid sit charitas. 265. B
Si eadem charitate diligitur deus & proximus, & quare dicuntur duo mandata charitatis. ibid. C
De modo diligendi. ibid. D. E
De impletione illius mandati, diliges deum ex toto corde tuo. 266. F. G
Quod alterum mandatum in altero est. ibid. H. I
DISTINCT. XXVIII.
Si iubemur totum proximum diligere & nos totos. 266. A
Quod in dilectione proximi includitur dilectio Angelorum, & quis sit proximus. 267. B. C
DISTINCT. XXIX.
De ordine diligendi, quid prius quid posterius. 268. A
An omnes homines pariter diligendi sint. ibid. B. C. D. E. F. G
De gradibus charitatis. 270. H
DISTINCT. XXX.
Si melius est diligere inimicos quam amicos. 270. A
DISTINCT. XXXI.
Si charitas semel habita amittatur. 271. A. B
Quare fides, spes, & scientia dicuntur euacuari, & non charitas, cum & ipsa sit ex parte. 272. C. D
DISTINCT. XXXII.
De charitate dei. 273. A
Quomodo dicitur deus magis diligere vel minus hunc vel illum. ibid. B. C. D
Si Deus ab æterno dilexit reprobos. 274. B
DISTINCT. XXXIII.
De quatuor virtutibus principalibus, & vtrum hæ virtutes in Christo fuerint, & in angelis sint, & de vrbibus earum. 274. A
DISTINCT. XXXIII.
De septem donis spiritus sancti, & vtrum sint virtutes, & sint in Angelis. 274. A
Vtrum in Christo fuerint. 275. B. C. D. E
De timore casto, & seruilis, & initiali. 276. F. G. H
Quod timor seruilis & initialis dicuntur initium sapien-

tiz. sed differenter. 277. I
 Quomodo castus timor per-
 manet in aeternum. ibid. K
 Si timor poenae qui fuit in
 Christo, seruilis vel initia-
 lis fuerit. 278. L
 DISTINCT. XXXV. De periu-
 rio, & an sit periu-
 riosum, quod non est mendacium.
 278. A
 In quo differat sapientia ab
 intellectu. ibid. B
 Verum intellectus & scientia
 quae inter dona humerantur
 habet illa quae naturaliter
 habet homo. 279. C. D
 DISTINCT. XXXVI. De connexion
 virtutum quae
 non separantur, & an cun-
 ctas virtutes pares sint in
 quocumque sunt. 279. A. B
 Quomodo in charitate tota
 lex pendet. 280. C
 DISTINCT. XXXVII. De decem
 mandatis quae
 continentur in duobus. 281. A
 Quare idolum nihil esse in
 mundo dicitur. ibid. B
 Quare in spiritu sancto pro-
 prie dicitur fieri remissio
 peccatorum. ibid.
 De sensu spirituali & carnalis
 legis. 282. C
 De furto. ibid.
 De mendacio. ibid.
 DISTINCT. XXXVIII. De triplici
 genere mendacij,
 & de octo speciebus men-
 dacij. 283. A
 Quid sit mendacium. ibid. B
 Quid mentiri. ibid. C
 In quibus rebus cum periculo
 erratur, vel non. 284. D
 DISTINCT. XXXIX. De periu-
 riosum, quod non est mendacium.
 284. A
 D triplici modo periu-
 riosum. 285. B
 An iuratio sit malum. ibid. C
 De iuramento quod fit per
 creaturas. 286. D
 Quae iuratio sit grauior, an quae
 fit per Deum, an quae fit per
 creaturas, vel per Euange-
 lium. ibid. E
 Quid sit dicere per Deum. ibi-
 dem. F
 De illis qui iurant per falsos
 deos. ibid. G
 Quod iuramentum vel pro-
 missio contra Deum facta
 non est tenenda. 287. H
 Si est periurus qui non facit
 quod incaute iurat. ibid. I
 De illis qui verborum callidi-
 tate iurant. ibid. K
 De illo qui cogit aliquem iu-
 rare. ibid. L. M
 DISTINCT. XL. Quare lex dicitur
 comprimere
 manum non animum. 287. A
 Quae sit litera occidens. 288. B
 De Legis & Evangelij distan-
 tia. ibid.

F I N I S.

PETRI LOMBARDI

EPISCOPI PARISIENSIS,

SENTENTIARVM

Liber III.

DE INCARNATIONE VERBI,
aliisque ad hoc spectantibus.

Distinct. I.



Mm venit igitur plenitudo temporis,
 (vt ait Apostol.) misit deus filium suum,
 factum de muliere, factum sub lege, vt
 eos qui sub lege erant redimeret, vt in
 adoptionem filiorum dei reciperemur.
 Tempus autem plenitudinis dicitur
 tempus gratiae; quod ab aduentu salua-
 toris exordium sumpsit. Hoc est tempus
 miserendi, & annus benignitatis: in quo gratia, & veritas per
 Iesum Christum facta est. Gratia, quia per charitatem imple-
 tur quod in lege praecipiebatur. Veritas, quia per Christi ad-
 uentum exhibetur atque perficitur humanae redemptionis
 sponso facta ab antiquo. Filij ergo missio est ipsa incarnatio.
 Eo enim missus est, quod in forma hominis mundo visibilis
 apparuit: de quo supra sufficienter dictum est.

Quare filius carnis assumptus, non pater, vel
 spiritus sanctus.

DILIGENTER vero annotandum est: quare filius, non
 pater, vel spiritus sanctus est incarnatus. Solus namque filius
 hominem assumpsit. Quod vtrique congruo ordine, atque al-
 ro dei sapientia fecit consilio: vt deus qui in sapientia sua
 mundum condiderat, secundum illum: Omnia in sapientia fe-
 cisti domine, quae in caelis sunt, & quae in terris: restauraret in
 eadem. Haec est mulier euangelica, quae accendit lucernam, &
 drachmam decimam, quae perditam fuerat, reperit, sapientia,
 scilicet patris, quae restam humanae infirmitatis luminis suae
 diuinitatis accendit, perditumque hominem reparauit, no-
 mine regis & imagine insignitum. Ideo etiam filius missus

De vnice
 nativitate
 in Christo
 ex parte
 persona as-
 sumentis.
 Galat. 4. a
 Esa. 61
 Ioan. 1. b
 Phil. 2. a

Primario.

Psal. 103.
 Ephes. 1. b
 Luc. 15. b

i. dicitur illud
 ut videretur
 reperat. dicitur
 a
 q. dicitur ad hunc fac
 r. d.

Secunda rō. est, & non pater : quia congruētius mitti debebat, qui est ab alio quam qui à nullo est: filius autem à patre est: pater verò à nullo est. Vt enim ait Aug. in libr. de Tri. Non enim habet de quo sit. Sicut ergo pater genuit, filius genitus est : ita congruē pater misit, filius missus est. Ab illo enim conveniēter mittitur dei verbum, cuius est verbum. Ab illo mittitur, de quo natum est. Mittitur quod genitum est. Pater verò qui misit, à nullo est. Ideòque pater missus non est: ne si mitteretur, ab alio esse putaretur. Missus est ergo primò filius, qui à solo patre est: deinde etiam spiritus sanctus, qui est à patre & filio. Sed filius solus in carne missus est, non spiritus sanctus, sicut nec pater. Quod ideo factum est, vt qui erat in diuinitate dei filius, in humanitate fieret hominis filius. Non pater vel spiritus sanctus carnem induit, ne alius in diuinitate esset filius, alius in humanitate: & ne idem esset pater & filius, si deus pater de homine nasceretur. Vnde Aug. in Ecclesiasticis Dogmatibus, Non pater carnem assumpsit, neque spiritus sanctus, sed filius tantum: vt qui erat in diuinitate dei filius: ipse fieret in homine hominis filius, ne filij nomen ad alterum transiret, qui non esset æterna natiuitate filius. Dei ergo filius hominis factus est filius, natus secundum veritatem naturæ ex deo dei filius, & secundum veritatem naturæ ex homine hominis filius: vt Veritas geniti non adoptione, non appellacione, sed in vtraque natiuitate filij nomen nascendò haberet, vt esset verus deus, & verus homo vnus filius. Non ergo duos Christos, neque duos filios, sed deum & hominem vnum filium: quem propterea & vnigenitum dicimus, manentem in duabus substantiis, sicut ei naturæ veritas contulit, non confusis naturis neque immixtis, sicut Thimoriani volunt, sed societate vnitatis. Ecce habes quare filius, non pater vel spiritus sanctus carnem assumpserit.

Li. 4. c. 20
Tomo 3.
2. l. a. de m. m. p.
m. i. q. 2. c. 1. a. b.
duo. l. l. i. a. u. t. a.
nullo m. i. t. r.

Tercia rō.
3. l. a. de m. m. p.
st. a. l. l. i. q. u. u. r. a.
filii d. e. i. s. e. c. e. t.
filii d. e. i. s. e. c. e. t.
idem filius

A. u. m. e. l. i. o. r. e. i.
l. a. p. a. g. g. i. a. t. f. i. l. i. o.
l. e. g. a. p. e. c. c. e. m. i.
l. o. u. f. a. u. r. 3. a. d. u. m.
l. a. p. a. g. g. i. a. t. f. i. l. i. o.
l. e. g. a. p. e. c. c. e. m. i.
l. o. u. f. a. u. r. 3. a. d. u. m.
l. a. p. a. g. g. i. a. t. f. i. l. i. o.
l. e. g. a. p. e. c. c. e. m. i.
l. o. u. f. a. u. r. 3. a. d. u. m.

Verum pater vel spiritus sanctus potuerit incarnari, vel possit. c

SI verò quaeritur, vtrum pater vel spiritus sanctus incarnari potuerit, vel etiam modo possit. Sane responderi possit, & potuisse olim, & posse nunc carnem sumere & hominem fieri: iam patrem, quam spiritum sanctum. Sicut enim filius homo factus est, ita pater vel spiritus sanctus potuit & potest.

AN

An filius qui tantum carnem accepit, aliquid fecerit:
quod non pater vel spiritus sanctus.

SE D forte aliqui dicent, Cum indiuisa sunt opera trinitatis, si filius carnem assumpsit, tunc pater & spiritus sanctus: quia si filius carnem assumpsit, nec hoc fecit pater, vel spiritus sanctus, non omne quod facit filius, facit & pater & spiritus sanctus. At omnia simul pater & filius & amborum spiritus pariter concorditer operantur. Ad quod dicimus, quia nihil operatur filius sine patre & spiritu sancto, sed vna est horum trium operatio indiuisa & indissimilis: & tamen filius, non pater vel spiritus sanctus carnem assumpsit: ipsam tamen carnis assumptionem trinitas operata est, sicut Aug. dicit in lib. de Fide ad Petrum. Reconciliati sumus per solum filium secundum carnem, sed non solum filium secundum deitatem: Trinitas enim nos sibi reconciliauit, per hoc quod solum verbum carnem ipsa trinitas fecit. Trinitas ergo carnis assumptionem fecit, sed verbo, non patri vel spiritui sancto. Si enim pater sibi & filius sibi, vel pater filio, & filius patri carnis assumptionem operatus esset, iam non eadem esset operatio vtriusque, sed diuisa. Sed sicut inseparabilis & indiuisa est vnitatis substantia: trinum, vt ait Aug. in lib. de Trin. ita & operatio: non tamen eandem trinitatem natam de Virgine, crucifixam, & sepultam catholici Tractatores docuerunt: sed tantum modo filium, nec eandem trinitatem in specie columbæ descendisse super Iesum, sed tantum spiritum sanctum, nec eadem dixisse de celo, Tu es filius meus: sed tantum patris vocatus fuisse ad filium factam, quauis pater & filius & spiritus sanctus sicut inseparabiles sunt, ita & inseparabiliter operentur. Hæc & mea fides est, quoniam quidem hæc est catholica fides. Licet ergo solus filius carnem assumpserit, ipsam tamen incarnationem cum patre & spiritu sancto operatus est.

QVARE TOTAM HUMANAM

naturam accepit, & quid nomine humanitatis vel humanæ naturæ intelligendum sit.

Distinct. I. I.

ET quia in homine tota humana natura vitio corrupta erat, tota assumpsit: id est, animam & carnem, vt totam cur-

Aug. de Trin. lib. 3.
cap. 10.
lib. 1. c. 6.
Responsio.
Cap. 2. de Trin. lib. 3.
cap. 4.
Mat. 3. d.
17. a.
Marc. 1. b.

Supponit quod non potest originale manserit
De incarnatione.
A persona siue de vnitatis natura.

Ubi dicitur in p. d. d. p. ad notari qd dicitur fuit galba in p. d. m. in a. fieri autem vnitatis...

turarum
in Christo
ex parte
nature
assumpta.
Ad Dam.
mas. papa
in expla-
natione
symboli.
tom. 4.
Errorum
quorundam
tagit, qui
humani-
tatem male
accipiunt.
Lib. 3. de
Orthodo-
xa fide c.
4. Ibidem.
Cap. 3. in
medio.

raret & sanctificaret. Quod autem humana natura siue hu-
manitatis vocabulo anima & caro intelligi debeant, aperte
docet Hieronymus in expositione Catholice Fidei dicens,
Sic confitemur in Christo vnam filij esse personam, vt dicamus
duas perfectas & integras esse substantias; id est, deitatis &
humanitatis, quae ex anima cõrinetur & corpore. Ecce aper-
te ostendit humanitatis nomine animam & corpus intelligi;
quae duo assumpsisse Dei filius intelligitur, vbi hominem
siue humanitatem vel humanam naturam accepisse legitur.
Errant ergo qui nomine humanitatis non substantiam, sed
proprietaem quandam, à qua homo nominatur, significa-
ri contendunt, vbi cunq;ue humanitas Christi memoratur.
Ait enim Ioannes Damasc. Sciendum quidem est, quod dei-
tatis & humanitatis nomen substantiarum, id est, naturarum
est representatiuum. Natura enim non sic accipitur in Chri-
sto, vt cum dicitur vna natura esse omnium hominum, quod
evidenter idem Ioannes ostendit, differentem rationem dicit
assignas, cum natura humana in Christo nominatur, & cum
vna dicitur natura omnium hominũ. Ait enim, Cum vnam
hominum naturam dicimus, sciendum est, quod non confi-
derantes ad animam, & corporis rationem hoc dicimus. Im-
possibile enim est vnus naturae dicere domini corpus & ani-
mam, adinuicem cõparata. Sed quia plurimae personae homi-
num sunt, omnes autem eandem suscipiunt rationem naturae
(omnes enim ex anima & corpore compositi sunt, & omnes
naturam animae participant, & substantiam corporis possi-
dent) communem speciem plurimarum & differentium per-
sonarum, vnam naturam dicimus, vniuersiuique scilicet perso-
nae duas naturas habetis, & in duabus perfecte naturis ani-
mae scilicet & corporis, existentis. In domino autem Iesu
Christo non est communem speciem accipere, neque enim
factus est, nec est, nec aliquando fiet alius. Sed Christus ex
deitate & humanitate est, in deitateque & humanitate Deus
perfectus est, idem & homo perfectus. Totam ergo homi-
nis naturam, id est, animam & carnem & horum proprie-
tates siue accidentia assumpsit Deus, non carnem sine ani-
ma, nec animam sine ratione, vt haeretici voluerunt; sed
& carnem & animam cum sensibus suis. Vnde Ioannes Da-
mascenus ait, Omnia quae in natura nostra plantauit Deus,

* Alias
carne.
Lib. 3. de
Orthodo.
fide c. 60.

verbum assumpsit, scilicet corpus & animam intellectualem, & horum idiomata. Totus enim totum assumpsit me, vt toti mihi salutem gratificaret. Quod enim in alium potibile est, incurabile est.

De vnione verbi & carnis mediante anima.

A S S V M P S I T ergo Dei filius carnem & animam, sed
carnem mediante anima, vnitum est autem carni per me-
dium intellectum, verbum Dei. Tanta enim subtilitatis at-
que simplicitatis est diuina essentia, vt corpori de limo terre
formato vniri non congruerit, nisi mediante rationali essen-
tia. Illa autem vnio inexplicabilis est, a deo vt etiam Ioannes
ab vtero sanctificatus, se non esse dignum fateatur Iohanne
corrigiam calcementi Iesu: quia illius vnionis modum in-
uestigare, alijque explicare nõ erat sufficiens. Non sunt ergo
audiendi, qui non verum hominem filium Dei suscepisse dicunt,
neque natũ de formina: sed falsam carnem, & imaginem cor-
poris simularam ostendisse videntibus. In quem errore pro-
rumpunt, quia timent quod fieri non possit, scilicet ne huma-
na carne veritas & substantia Dei inquinetur: & tamen pre-
dicant istum visibilem solem radios suos per omnes faeces &
sordes corporum spargere, eos mundos & synceros seruare.
Si ergo visibilia munda visibilibus immundis contingi pos-
sunt & nõ coquinari, quanto magis incommutabilis & inuisi-
bilis Veritas per spiritum animam, & per animam corpus
suscipiens, totum hominem sine sui commutatione assump-
sit, & ab omnibus infirmitatibus liberauit? Ecce hic dicit
Dei sapientiam per spiritum assumpsisse animam, & per ani-
mam corpus. Spiritus enim sanctus pars animae superior, &
maiori similitudine Deo propinquat quam anima, scilicet
ipsa eadem secundum inferiorem partem, & anima magis
quam corpus, & ideo nõ incongrue anima dicitur assumpta
per spiritum, & corpus per animam.

Quod verbum simul assumpsit carnem, & animam, neque
caro prius est concepta quam assumpta.

S I autem quaeritur, vtrum verbum carnem simul & ani-
mam assumpsit, an prius animam quam carnem, vel car-
nem quam animam, & vtrum caro illa prius fuerit in vtero
virginis concepta, & postea assumpta: verissime & absque
vlla ambiguitate dicitur, quia ex quo Deus hominem af-

Dama. li.
3. Ortho.
cap. 6.
Ioan. 1. d.

Aug. lib.
de Ago.
Christia
vni. ca. 8.
Tomo 3.

Hac mate-
ria diffu-
se tracta-
tur ab
Aug. lib.
de Spiritu
& anima
c. 9. & 10.

sumptis, totum assumpsit, simulque sibi univit animam & carnem, nec caro prius fuit concepta, & postmodum assumpta, sed in conceptione assumpta, & in assumptione concepta. Vnde Aug. in lib. de Fide ad Petrum, Firmissime tene, & nullatenus dubites non carnem Christi sine diuinitate conceptam in utero virginis priusquam susciperetur à verbo; sed ipsum verbum Deum suæ carnis acceptione conceptum, ipsamque carnem verbi, incarnatione conceptam. Idem in lib. de Tri. Non esset Dei hominumque mediator, nisi esset idem Deus idem homo in utroque; vnus & verus, quam seruilem formam à solo filio susceptam tota trinitas (cuius vna est voluntas & operatio) fecit. Nō autem in utero virginis prius caro suscepta est, & postmodum diuinitas venit in carnem; sed mox vt verbum venit in uterum, seruata veritate propriæ naturæ factum est caro & perfectus homo, id est, in veritate carnis & animæ natus est. De hoc etiam Grego. in Moralibus ait, Angelo nunciante & spiritu adueniente, mox verbum in utero mox intra uterum verbum caro.

DE CARNE QUAM VERBUM ASS-

sumpsit, qualis ante fuerit, & qualis

assumpta sit.

Distinct. III.

Cap. 18.

1. Tim. 2. b

Li. 1. c. 71.

Et in glos

sa ad Ro-

ma. 1. cir-

ca illud,

Qui factus

est eis, &c.

Li. 18. ca.

18. circa

illud Iob.

28. Non

adequabi-

tur ei to-

paximo.

De Chri-

sti conce-

ptione.

Quod non

sola illa

caro; sed

etiam sacra

Virgo om-

ni peccato

à spiritu

sac̄to fuit

mundata.

Luc. 1. d.

Quæritur etiam de carne verbi, an priusquam conciperetur obligata fuerit peccato, an & talis assumpta fuerit à verbo. Sanè dici potest & credi oportet, iuxta sanctorum attestaciones, conuententiam ipsam prius peccato fuisse obnoxiam, sicut reliqua virginis caro, sed spiritus sancti operatione ira mundatâ, vt ab omni peccati contagione immunis vniretur verbo, poena tantum non necessitate, sed voluntate assumentis remanente. Mariam quoque totâ spiritus sanctus in eâ præueniens, à peccato prorsus purgavit & à fomite peccati etiam liberavit, vel fomitem ipsum penitus euacuando (vt quibusdam placet) vel sic debilitando & extenuando, vt ei postmodum peccati occasio nullatenus extiterit. Potentiam quoque generandi absque viri semine virginî præparauit. Ita enim verba Euangelij docent, vbi angelus virginē alloquens ait, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Cui sacra Virgo respondit. Ecce ancilla Domini fiat

mihî secundum verbum tuum. Quod expones Ioannes Damascenus, ait, Post conuersum autem sanctæ virginis, spiritus sanctus superuenit in eam, secundum verbum Domini quod dixit angelus purgans ipsam & potentiam deitatis verbi receptiuam præparans, simul autem & generatiuam. Et runc obumbravit ipsam Dei altissimi, per se sapientia & virtus existens, id est, filius Dei patri hominibus, id est, consubstantialis sicut diuinum semen. Et copulauit sibi ipsi ex sanctissimis & purissimis ipsius virginis, sanguinibus, nostre antiquæ consperisionis carnem animata, anima rationali & intellectiua non seminans, sed per spiritum sanctum, creans, quare simul caro, simul Dei caro, simul Dei verbi caro animata rationalis & intellectiua. Ex his perspicuum fit quod ante diximus, carnem scilicet verbi simul conceptam & assumptam: eandemque in totam virginem spiritu sancto præueniente ab omni labe peccati castificatam. Cui collata est potentia nouo more generandi, vt sine coitu viri, sine libidine concipientis in utero virginis celebraretur conceptus Dei & hominis. Illa enim caro, quam Deus de virgine sibi vnire dignatus est, sine vitio concepta, sine peccato nara est. Hanc tamen carnem non cælestis, non æriæ, non alterius cuiusque putēs esse naturæ; sed eius, cuius est omnium hominum caro.

Authoritate firmat ex tunc fuisse Virginem immunem à peccato.

QVOD autem sacra Virgo extunc ab omni peccato immunis extiterit, Augustinus euidenter ostendit, in libro de Natura & Gratia, inquit, Excepta sancta virgine Maria, de qua propter honorem Domini, nullam prorsus cum de peccatis agitur, haberi volo quæstionem. Inde enim scimus, quod ei plus sit gratiæ collatum, ad vincendum ex omni parte peccatum, quod concipere ac parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatum. Hac ergo Virgine excepta, si omnes sancti & sanctæ congregari possent, & quæretur ab eis an peccatum haberent, quid responderetur, nisi quod Ioannes ait, Si dixerimus quia peccarum, non habemus, nos ipsos seducimus; Illa autem Virgo singulari gratia præuenta est atque repleta, vt ipsum haberet ventris sui fructum, quem ex initio habuit vniversas dominum: vt illud

Li. de Or. thodoxa fide 3. c. 2.

Aug. 11. de fide ad Petrum ca. 2. in medio cap.

Cap. 36. Tomo 7.

1. Ioan. 1. d. Li. de fide ad Petrum c. 2. de Tri. li. 13. c. 18.

quod nascebatur ex propagine primi hominis, tantummodo generis, non criminis originem duceret.

*Quare non fuit Christus decimatus in Abraham, sicut
Leui, cum caro quam accepit in eo, fuit
peccato obnoxia.*

CVM autem illa caro, cuius excellentia singularis verbis explicari non valet, antequam esset verbo unita, obnoxia fuerit peccato in Maria & in aliis, a quibus propagatione traducta est: non immerito videri potest in Abraham peccato subiaccuisse, cuius vniuersa caro peccato subiacebat. Vnde quaeri solet, quare Leui decimatus dicatur in Abraham & non Christus, cum in lumbis Abraham vterque fuerit secundum materialem rationem, quando Abraham decimatus est, & decimas dedit Melchisedech. Tunc enim Apostolus Leui decimatum dicit in Abraham, tanquam in materiali causa: quia ea decimatione sicut Abraham minor Melchisedech ostenditur, cui personaliter decimas soluit, ita & Leuiticus ordo, qui in Abraham secundum rationem seminalem erat, & ex eo per concupiscentiam carnis descendit, Christus autem non est decimatus: quia licet ibi fuerit secundum carnem, non tamen inde descendit secundum legem communem, scilicet per carnis libidinem, sicut etiam in Adam omnes peccauerunt, sed non Christus. Vnde Aug. super Gen. Sicut in Adam peccante, qui in lumbis eius erant peccauerunt: sic Abraham dante decimas, qui in lumbis eius erat, decimati sunt. Sed hoc non sequitur in Christo, licet in lumbis Adae & Abraham fuerit: quia non secundum concupiscentiam carnis inde descendit. Cum ergo Leui & Christus secundum carnem essent in lumbis Abraham, quando decimatus est: ideo pariter decimati non sunt, quia secundum aliquem modum non erat ibi Christus, quod erat ibi Leui. Secundum rationem quippe illam seminalem ibi fuit Leui, qua ratione per concubitum venturus erat in matrem: secundum quam rationem non erat ibi Christi caro, quanuis secundum ipsam ibi fuerit Mariae caro. Ille ergo decimatus est in Abraham, qui sic fuit in lumbis Abraham: sicut ille fuit in lumbis patris sui, id est, qui sic est natus de patre Abraham: sicut ille de patre suo natus est scilicet per legem carnis, & inuisibilem concupiscentiam.

Gen. 14. d
Hebr. 7. b
Qua intel
ligentia Le
ui decima
tus dica
tur in
Abraham.

Rom. 5. e
Libr. 10.
cap. 9.

Ibid. c. 20.
Secundum
aliquem mo
dum ibi fuit
Leui, quo
non Chri
stus.

*Qua ratione caro Christi dicta est in scriptura non fuisse
peccatrice, sed similis, quo aperitur quare obligata
peccato non fuit in Christo.*

QVOCIRCA primitias nostrae massae recte assumptis se dicitur Christus: quia non carnem peccati, sed similitudinem carnis peccati accepit. Misit enim deus filium suum (ut ait Apostolus) in similitudinem carnis peccati. Assumpsit enim verbum carnis peccatrici similem in poena, & non in culpa: & ideo non peccatricem. Cetera vero homini omnis caro peccati est. Sola illius non est caro peccati quia non eum mater concupiscentia, sed gratia concepit: habet tamen similitudinem carnis peccati per passibilitatem & mortalitatem, quia esuriit, sitit, & huiusmodi. Licet ergo eadem caro sit eius quae & nostra, non tamen ita facta est in utero sicut nostra. Est enim sanctificata in utero, & nata sine peccato, & nec ipse in illa unquam peccauit. In poena ergo similis est nostrae, non in qualitate peccati, quia pollutione, quae ex concupiscentiae motu concepta est, omnino non habuit, nec ex carnali delectatione nata est. Venit ergo & corpus in maculam, quod praeter libidinis concupiscentiam fuit conceptum: nec illud in se habuit vitium, quod in aliis est causa peccati, nec in eo peccauit. Ideoque vere dicitur verbi caro non fuisse in Christo obligata peccato.

*Quidam videntur aduersari illi sententiae, qua dictum
est carnem Christi non prius conceptam
quam assumptam.*

ILLY autem sententiae qua supra diximus, carnem verbi non ante fuisse conceptam quam assumptam, videtur obuiare quod Aug. ait super Ioannem ubi legitur, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudaei, Quadraginta & sex annis edificatum est hoc templum, & tu tribus diebus excitabis illud? Ille inquit, numerus perfectioni dominici corporis couenit: quia (ut dicunt Physici) tot diebus forma humani corporis perficitur. Horum occasione verborum quidam dicere praesumpserunt, dominici corporis formam tot diebus ad modum aliorum corporum perfectam, & membrorum lineamentis distinctam: & mox verbum dicitur sibi venisse carnem & animam: & hoc

Ex Da
maseno
libr. 3. de
Orthod. fi
de cap. 2.
Rom. 8. a.

Mat. 4. a
Ioan. 19.

Tomo 9.
Tract. 10.
Ioan. 2. d
Aug. li.
de tria. c. 5
Tomo 3. c.
libr. 83.
quaest. 56.

modo dicunt illum numerum perfectioni dominici corporis convenire. Sed alia ratio illius dicti extitit, ex qua san-
oxit intelligencia verbi. Non enim ideo illud dixit. Augu-
quia mox ut caro illa opere spiritus sancti sanctificata & a reli-
quas separata fuit, verbo dei cum anima uniretur, ut perfectus
& verus deus esset perfectus & verus homo, sed quia mem-
brorum illius dominici corporis distinctio in ipso momento
conceptionis & unionis dei & hominis adeo tenuis erat
& parva, ut humano visui vix posset subiici, diebus autem il-
lis quos August. memorat perfecta est, & notabilis facta. In-
carnatum est ergo verbum, ut ait Ioan. Damas. & a propria
in corporalitate non excessit, & totum incarnatum est, & totum
est incircumscripsum. Minoratur corporaliter & contrahitur
& diuine est incircumscripsum, non coextensa carne
eiuscum incircumscripsum diuinitate. In omnibus igitur qui
super omnia erat, & in vero sanctae genericis exiitebat, sed
in ipsa per actum incarnationis.

Lib. de ortho-
doxa fi-
de 3. ca. 7.
in fine.

Ibidem in
initio.

QVARE IN SCRIPTURA SAEPIVS
tribuatur incarnatio, quae est opus trinitatis,
spiritui sancto, & de ipso etiam con-
ceptus & natus dicatur.

Distinct. IIII.

Qualiter
caro Chri-
sti fuerit
per spiritum
sanctum
cepta, Di-
stin. 1. li-
tera d

Ioan. 1. b
Ad Phi.
2. u
Solutio.
In Ench.
cap. 38.
Tom. 3.

CV M. vero incarnatio verbi, sicut in superioribus tracta-
tum est operatio vere sit patris & filij & spiritus sancti,
inuestigatione dignum nobis videtur, quare in Scriptura
spiritui sancto hoc opus saepius tribuatur, & de ipso Christus
conceptus & natus memoretur. Non enim ideo operatio in-
carnationis spiritui sancto saepius tribuitur, quod eam ipse
solus sine patre ac filio fecerit: sed quia spiritus sanctus est
charitas & donum patris & filij; & ineffabili dei charitate
verbum caro factum est, & ineffabili dei dono filius dei sibi
uniuit formam serui. Non ergo frequens denominatio spiri-
tus sancti ab illo opere patrem vel filium secludit: sed potius
vno nominato tres intelliguntur, sicut fit saepe in aliis operi-
bus. Vnde Aug. super hoc mouens quaestionem, in hunc mo-
dum eandem determinat in Enchir. in quibus, cum illam
creaturam quam Virgo concepit & peperit, quauis ad solam
personam filij pertinentem tota trinitas fecerit (neque enim

separabilia sunt opera trinitatis) erit in ea facienda spiritus san-
ctus solus nominatus est? An etiam quia solo vnus trium in ali-
quo opere nominatur, vniuersa operatio trinitatis intelligitur
ita vere est, & exemplis doceri potest. Audistis propositam
quaestionem, eiusdemque solutionem vel expositionem.

Quo sensu dicatur Christus conceptus & natus de spiritu sancto. S-
ED non est in hoc diuicius immorandum. Illud ante
mouet, quomodo dictus est Christus natus de spiritu sancto,
cum filius nullo modo sit spiritus sancti. Nunquid dicatur su-
mus patrem hominis Christi esse spiritum sanctum, ut Deus
pater verbum genuerit, spiritus sanctus hominem; ex qua
vtraque substantia Christus vnus esset, & Dei patris filius se-
cundum verbum, & spiritus sancti filius secundum hominem,
quod eum spiritus sanctus, tanquam pater eius, de matre vir-
gine genuisset. Quis hoc dicere audebit, cum hoc ita sit ab-
surdum, ut nulla fidelium aures id valeant sustinere? Proin-
de cum faceretur Christum natum de spiritu sancto ex Ma-
ria virgine, quomodo non sit filius spiritus sancti, & sit filius
Virginis, cum & de illo & de illa sit natus, explicare difficile
est. Proculdubio non sic de illo, ut de patre: sic autem de illa,
ut de matre natus est. Non est autem concedendum quic-
quid de aliqua re nascitur, continuo eiusdem rei filium nunc-
cipandum. Vt enim omittam aliter de homine nasci filium
aliter capillum, aliter pediculum, & lambticum, quorum
nihil est filius. Vt ergo haec omittam, quoniam tanta rei de-
formiter comparantur, certe qui nascuntur ex aqua & spiri-
tus sancto, non aquae filios eos recte quispiam dixerit: sed dicun-
tur filij Dei patris, & matris ecclesiae. Sic ergo de spiritu san-
cto natus est Christus: nec tamen filius est spiritus sancti. Si-
cut e converso non omnes qui dicuntur alicuius filij, conse-
quens est ut de illo etiam nati esse dicantur: ut illi qui adop-
tantur. Dicuntur etiam filij gehennae, non ex illa nati, sed in
illam preparati. Cum itaque de aliquo nascatur aliquid, &
non ita ut sit filius: nec rursus omnis qui dicitur filius, de il-
lo sit natus, cuius dicitur filius: profecto modus iste quo na-
tus est Christus de Maria sicut filius, & de spiritu sancto non
sicut filius, insinuat nobis gratiam Dei, quae homo nullis me-
ritis precedentibus in ipso exordio naturae suae, quo esse coe-
pit, verbo Dei copularetur in tantam personae unitatem, ut

Lib. 6. o.
eisdem.
Mat. 1. c.
Quod non
quicquid
de aliqua
renasci-
tur eum su-
um dicitur.
Ibidem.

Ibid. c. 39.
No omnes
qui dicun-
tur alicui-
us filij, de
illo nati
sunt.
Ioan. 3. a
Ista. 23. b
Ibi. c. 40.

circumst. incarnat. Que plures ipse incarnat. s. qd. tali tempore
opera spui s. h. annuntiatim angelis et signum v. s. q. d. g. u. s. h. t. a. n. t. e. r. e. s. n. e.
habebant eam, ipse est. Quomodo nec ut primum meriti, ut qui sunt prius ipse
incarnat. n. o. b. i. t. a. t. m. s. colata. Paroch. ante incarn. et. e. r. a. g. m. s.

idem esse filius Dei, qui filius hominis, & filius hominis, quod filius Dei: & sic in naturæ humanæ susceptione, fieret quodam modo ipsa gratia illi homini naturalis, qua nullum possit admittere peccatum. Quæ gratia ideo per spiritum sanctum est significata, quia ipse propriè sic est Deus, ut sic etiam Dei donum. Per hoc ergo quod de spiritu sancto esse natiuitas Christi dicitur, quid aliud quam ipsa gratia Dei demonstratur; qua mirabili & ineffabili modo verbo Dei est adiunctus atque connexus, & diuina gratia corporaliter repletus.

Alia ratio, qua dicitur natus de spiritu sancto.

P O T E S T etiam dici Christus secundum hominem ideo natus de spiritu sancto, quia eum fecit. In quantum enim homo est, & ipse factus est, ut ait Apostolus. Conceptus ergo & natus de spiritu sancto esse dicitur, non quod spiritus sanctus fuerit Virgini pro semine: non enim de substantia spiritus sancti semetipsum partus accepit: sed quia per gratiam Dei & operationem spiritus sancti de carne Virginis est assumptum, quod verbo est unitum. Et in Euangelio, secundum hanc intelligentiam legitur de Maria, quod inuenta est in utero habens de spiritu sancto. Cuius dicti rationem Ambrosius insinuans in secundo libro de spiritu sancto, ait, Quod ex aliquo est, aut ex substantia, aut ex potestate eius est. Ex substantia, sicut filius qui à patre vel ex patre: & spiritus sanctus, qui à patre & filio procedit. Ex potestate autem, sicut ex Deo omnia. Quomodo ergo in utero habuit Maria, ex spiritu sancto? Si quasi ex substantia, ergo spiritus in carnem & ossa conuersus est. Non utique. Si vero quasi ex operatione & potestate eius Virgo concepit, quis neget spiritum sanctum dominicæ incarnationis authorem?

Quare Apostolus dicat Christum factum, cum nos eum esse fateamur natum.

S E D quæri potest, cum nos saluatorem natum profiteamur, cur Apostolus eum factum dicat ex semine Dauid: alio loco factum ex muliere: cum aliud sit fieri, aliud nasci. Aliquid ergo significauit hoc dicto. Quia enim non humano semine concreta est caro Domini in utero Virginis, & corpus effecta, sed effecta & virtute spiritus sancti: ideo Apostolus dicit factum, non natum. Aliud est enim semine admix-

Ibid. c. 37. cap. 4.

Colos. 2. b.

Verba sunt An. ca. 38. Enchir. Gal. 4. e. Hiero. ad Damas. sum papam in explanation. symboli. Matthe. Cap. 5. Tomo 2.

Glossa super cap. 6. Rom. 1. a. Gal. 4. d.

to, & sanguine coagulato generare, aliud est non permixtione, sed virtute procreare: possunt enim homines generare filios, sed non facere. Ecce quare dicit Apostolus factum, & non natum: ne eius scilicet natiuitas, quæ fuit sine virili semine, nostræ similis putaretur, quæ cõsistit in seminum commixtione. Ideo autem cum factum diceret Apostolus, addidit, Ex semine Dauid: quia etsi nõ intercessit semen hominis in conceptione Virginis, tamẽ quia ex ea carne Christus formatus est, quæ cõsistat ex semine, rectè dicitur, quia factus est.

Glossa ibi.

SI PERSONA VEL NATURA PERSONAM VEL NATURAM ASSUMPSIT, & SI NATURA DEI INCARNATA SIT.

Distinct. v.

P Ræterea inquiri oportet, cum ex præmissis constet verbum Dei carnem & animam simul assumpsisse in vnitatem personæ, quid horum potius concedendum sit: scilicet quod persona personam, vel natura naturam, vel persona naturam, vel natura personam assumpsit. Et an ita conueniat dici diuinam naturam esse incarnatam, sicut Deus incarnatus, & verbum incarnatum sanè dicitur. Hæc inquisitio, siue querendi ratio, iuxta sacrarum authoritatum testimonia partim implicita atque perplexa, partim verò explicita est & aperta. Certum est enim & sine ambiguitate verum, quod non natura personam, nec persona personam, sed persona naturam assumpsit: quod sanctorum subditis comprobatur testimoniis, & astringitur documentis. Ait enim Augustinus in libro de Fide ad Petrum, Deus vnigenitus dum conciperetur, veritatem carnis accepit ex Virgine: & cum nasceretur, integritatem virginitatis seruaui in matre, & paulò post, Sic Deus humanam naturam in vnitatem personæ suscepit, quod se humilians per misericordiam incorruptæ Virginis, vterum ex ea nasciturus impleuit. Formam ergo serui, id est, naturam serui in suâ accepit ille deus personam, item deus verbum non accepit personam hominis, sed naturam. Item Dei filius vnigenitus, ut carnem hominis animam que mundaret, susceptione carnis animæque rationalis incarnatus est. His aliisque pluribus authoritatibus euidenter ostenditur, non

Ibid. n. 1. Vero n. Dei incarnata? signat n. in qua vnitus inuenit n. vultus n. formam n. in verbo incarnato.

De modo vnitatis diuinam & humanam naturam in Christo.

Ca. 2. post medium. Ibidem paulo post. Phil. 2. a. Ibid. 17. Eod. libr. cap. 2.

De parte
quæst. per-
plexæ.

Cap. 1.
Ioan. 1. b

De Tole-
rano concilio
hic per-
nit ea, qui
bus innui
videatur
naturam
non accep-
pisse na-
turam.

Ad Phil.
2. 4
Ca. 2. ante
mediū ca.
Ioan. 1. d

Id est, Li.
1. Sentent.
distinct. 5.
Lib. 1. de
Tri. Ca. 1.
ante me-
diū.

naturam personam, nec personam personam, sed personam naturam recepisse. De quarto verò quæstionis articulo, verum scilicet natura naturam assumpserit, scrupulosa etiam inter doctos quæstio est. Quia & in hoc plurimum differre videntur, qui auctoritate præclari aliique doctiores in sacra Pagina extiterunt: nec tantum alij ab alijs, verum etiam iidem à seipsis dissonare videntur, sicut subiecta capitula docent. Legitur enim in concilio Toletano 6. traditum sic: Solum verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Et cum tota trinitas operata sit formationem suscepti hominis, quoniam inseparabilia sunt opera trinitatis: solus tamen filius accepit hominem in singularitatem personæ, non in unitatem diuinæ nature, id est, quod est proprium filij, non quod commune est trinitati. Idem in concilio Toletano, Vnus substantiæ credimus deum patrem, & filium, & spiritum sanctum: non tamen dicimus ut huius trinitatis unitatem Maria virgo genuerit, sed tantum filium, qui solus naturam nostram in unitatem personæ suæ assumpsit. Incarnationem quoque huius filij Dei tota trinitas operata esse credenda est. Solus tamen filius formam serui accepit in singularitatem personæ. His insinuari videtur, quod persona tantum naturam, non natura naturam assumpserit. Si enim quod commune est trinitati, non accepit hominem: ergo non natura diuina, quæ communis est tribus personis. Cui videtur obuiare quod Aug. ait in lib. de Fide ad Petrum, Nec diuinitas, inquit, Christi aliena est à natura patris: secundum illud. In principio erat verbum: nec humanitas eius aliena est à natura matris, secundum id quod Verbum caro factum est. Illa enim natura, quæ semper genita manet ex patre, naturam nostram sine peccato suscepit, ut nasceretur ex Virgine. Hac auctoritate videtur tradi, quod diuina natura humanam suscepit: vbi vehementer moueri possumus, quod eam genitam æternaliter ex patre dicit, nisi fortè natura pro persona hic accipiatur: alioquin si dixerimus naturam tribus personis communem genitam esse, occurrunt nobis ex aduerso quæ in Tractatu de trinitate discernimus, vbi diximus non naturam naturam, sed personam personam genuisse. Quia si natura genuisset naturam, cum vna eadem que sit natura trinitatis, eadem res seipsam genuisset. Quod Augustinus fieri posse negat. Sed alibi certum re-

petimus documentum, quo natura naturam assumpserit monstratur. Ait enim August. in primo libro de Trinitate. Etiam seipso Christus factus est minor formam serui accipiens. Neque enim sic accepit formam serui, ut amitteret formam Dei, in qua erat æqualis patri, ut in forma serui, & in forma Dei idem ipse sit vnigenitus filius patris: quia forma Dei accepit formam serui, si autem forma Dei formam serui accepit, sine dubio natura naturam accepit. Formæ enim nomine natura significatur, ut Aug. euidenter docet in libro de fide ad Petrum. Cum, inquit, de Christo audis quia in forma Dei erat, oportet agnoscere firmissimè que tenere, in illo formæ nomine naturalem plenitudinem debere intelligi. In forma Dei ergo erat, quia in natura Dei patris semper erat, de qua natus erat. Hilarius quoque in 2. libro de Trinitate ita ait, Esse in forma Dei non alia intelligentia est, quam in Dei manere natura. Didiisti nomine formæ intelligentiam fieri naturæ, at audisti quod forma Dei formam serui suscepit. Vnde consequens est, quod natura diuina, naturam humanam suscepit. Quod etiam Hieronymus in explanatione fidei euidenter insinuat, inquit, Passus est filius Dei, non putatiuè, sed verè: secundum illud, Passus est quod pati poterat, id est, non secundum illam substantiam quæ assumpsit, sed secundum illam quæ assumpta est. Ex quo apparet diuinam substantiam assumpserit humanam. Ex verbis autem Augustini superius positis, adhibita diligentia innui videtur solum verbum carnem factum, & naturam solum suscepisse humanam: & diuinam naturam eandem accepisse. Ait enim Trinitas nos sibi reconciliauit per hoc, quod solum verbum carnem ipsa trinitas fecit. In quo sic veritas incommutabilis manet diuinæ humanæque naturæ, ut sicut vera semper est eius diuinitas, quam de patre habet: ita verè semper & incommutabilis eius sit humanitas, quam sibi unitam summa diuinitas gerit. Ecce & solum verbum dixit carnem factum, & humanitatem diuinitati unitam. Idem quoque superius dixit seruilem formam à solo filio susceptam, quam tota trinitas fecit. Iam facile est agnoscere, quam diuersa & multiplicia super quæstione proposita auctores tradiderunt. Ideoque posteriores ea legentes, varias atque contrarias, ex prædictis occasionem sumentes, promunt sententias.

Ca. 7. et 11.

Quid forme
nominem
intelligatur.
Ca. 2. post
mediū ca.

Nō loq̄r à
principio.

Tom. 4. in
explanati-
one symbo-
li ad dam.
di. 1. di. D.

Aug. de
Fide ad pe-
trum, cap.
2. in fine.

Di. 2. li. C.

Quid de hoc tenendum sit.

NOS autem omnis mendacij & contradictionis notam à sacris Paginis secludere cupientes, orthodoxis Patribus atque catholicis Doctoribus nulla prauæ intelligentiæ suspitione notatis, consentimus dicentes, & personam filij assumptisse naturam humanam, & naturam diuinam humanam naturæ eius filio vnitam, eamque sibi vnisse vel assumptisse. Vnde & verè incarnata dicitur. Quod verò dicitur solus filius formam serui accepisse, per hoc non excluditur diuina natura ab acceptione seruilis formæ: sed aliæ duæ personæ: pater scilicet, & spiritus sanctus: Item & illud aliud, scilicet id quod est proprium filij, non quod commune est trinitati, hominem accepit, sic oportet intelligi, id est, propriè in hypostasi filij, non in tribus communiter personis, diuina natura, humanam naturam sibi vniuit. Qui sensus ex verbis Ioannis Damasci confirmatur, qui totam diuinam naturam in vna in hypostasi incarnatam esse euidenter asserit, dicens, In humanatione Dei verbi animus omnem & perfectam naturam deitatis in vnam hypostaseon incarnatam esse, id est, vnitam humanæ naturæ, & non partem parti. Omni enim humanæ naturæ animus esse vnitam omnem deitatis naturam vel substantiam. Item, Eadem est natura in singula hypostaseon, id est, personarum. & quando dicimus naturam verbi incarnatam esse, secundum beatos scilicet, secundum Athanasium, & Cyrillum, deitatem dicimus esse vnitam carni, & vnam naturam Dei verbi incarnatam confitemur. Verbum autem & quod commune est substantiæ possidet, & quod proprietatis est habens hypostaseos id est, personæ. Et ex his manifestè ostenditur, quod natura diuina incarnata est. Vnde & eadem verè dicitur suscepisse humanam naturam.

An diuina natura debeat dici caro facta.

SED queritur, verum eadem diuina natura debeat dici caro facta, sicut verbum dicitur caro factum. Si enim idem est incarnari quod est carnem fieri, videri potest ita debere dici, quod sit caro facta, sicut dicitur incarnata. Ad quod dicimus, quia si illud dictum in Sacra Scriptura reperiretur, ex eadem intelligentia acciperetur, quia cum dicitur incarnata. Sed quia illud auctoritas subtrahit, atque locutionis modus nuntiam videtur facere expressionem, si natura diuina dicere-

*Determinatio au-
thoritatium.**Li. de Or-
thodoxa
Fi. 3. ca. 6.**Li. 8. cap.
v. de pau-
lo inferius
errursum.
cap. 7.**Ioann. 1. b**Responso.*

tur caro facta, melius silere hoc puto vel negare, quam temere asserere, ne si illud dicatur, conuertibilitas naturæ in naturam significari poterit. Ex præmissis indubitabiliter constat, quod persona verbi siue natura, hominis naturam, scilicet carnem & animam assumpsit, sed non personam hominis. Si autem natura diuina naturam hominis accepit, quare non dicitur facta homo vel esse homo sicut verbum dei? Ad quod dici potest, quod dei filius dicitur factus homo vel esse homo, non solum quia hominem assumpsit, sed quia ipsum in vnitatem & singularitatem sui & personæ accepit. Natura autem diuina hominem quidem accepit, id est, hominis formam sibi vniuit, sed non in singularitatem & vnitatem sui. Seruata enim proprietate ac diuersitate duarum naturarum, personæ singularitas extitit. Ideoque non sic dicitur diuina natura esse homo vel facta homo, sicut dei filius. Quidam tamen indifferenter vtrunque concedunt.

Quare non accepit personam hominis, cum hominem accepit?

IDEO verò non personam hominis assumpsit, quia caro illa & anima illa non erat vnita in vnam personam, quam assumpsit: quia non ex illa constabat persona, quando illis vnitum verbum est. Nam sibi inuicem vnita sunt simul cum verbo. Altera tamen vnione inuicem vnita sunt illa duo, scilicet, anima & caro: alia vnione verbo vnita sunt. Quia alia est vnio animæ illius ad carnem, & alia est vnio verbi ad animam illam & ad carnem. Non ergo accepit verbum dei personam hominis, sed naturam: quia non erat ex carne illa & anima illa vna composita persona, quam verbum accepit, sed accipiendo vniuit, & vniendo accepit.

Contra hoc oppositio, qua probare quidam volunt personam accepisse personam.

HIC à quibusdam opponitur, quod persona assumpsit personam. Persona enim est substantia rationalis indiuiduæ naturæ, hoc autem est anima. Ergo si animam assumpsit, & personam, quod ideo non sequitur: quia anima non est persona, quando alij rei vnita est personaliter, sed quando per

*Responso.**Ex Boetio
lib. contra
Euthysem
& Nesto-
riū de diu*

*hinc natu-
ra in una
persona
Christi.
Alia pro-
batio.
De pre-
desti. San-
ctoria libr.
1. cap. 15.*

*Psal. 54.
Responsio
determi-
nans prae-
missas lo-
cutiones.*

*pot. moveri qd ce-
rum
Veru' in sac. 19
ut pot. moveri a la-
s. v. m. i. s. v. p. i. d. i. c. t. p. o. n. t. i.*

*De modo
vniendi
diuinam
& huma-*

se est, absoluta enim à corpore persona est, sicuti angelus. Illa autem anima nunquam fuit, quin esset alij rei coniuncta. Ideoque non ea assumpta, persona est assumpta. Aliter quoque nituntur probare verbum Dei assumpsisse personam, quia assumpsit aliquem hominem. Assumpsit enim hominem Iesum Christum, ergo aliquem hominem. Quod autem hominem Iesum Christum assumpsit, Aug. in Expositione Symboli sub anathemate tradit, dicens, Si quis dixerit atque crediderit hominem Iesum Christum à filio Dei assumptum non fuisse, anathema sit, qui etiam in pluribus Scripturæ locis huiusmodi videtur locutionibus, Ille homo à verbo est assumptus. Ille homo factus est Christus. Et Propheta de homine Christo loquens Deo ait, Beatus quem elegisti & assumpsisti, &c. Ex quibus consequi videtur quod aliquis homo assumptus sit à verbo: & ita persona à persona sit assumpta. Sed quia hoc nephas est dicere aut sentire, præmissæ locutiones eiusque similes secundum hanc intelligentiam sanè accipi debent, ut homo Christus, siue homo ille, siue quidam homo dicatur assumptus à verbo siue vnitus verbo, non quia hominis persona sit assumpta vel vnita verbo, sed quia illa anima & caro ita assumpta sunt & vnita verbo, in quibus subsistit persona Dei & hominis: ut ad hominis naturam non ad personam respicias, cum assumptum vel vnitum, vel quendam vel aliquem in huiusmodi locutionibus Scriptura commemorat. Quocirca cum queritur sine proposita autoritate, an aliquis vel quidam sit assumptus à verbo, vel vnitus verbo: sine distinctione intelligentiæ non est hic reddenda responsio, quoniam multiplex præmissa est questio: sed instantiam querentis ita determinato. Si de hominis persona queris, respondeo, non: si de hominis natura, dico, Est.

DE INTELLIGENTIA HARVM LOCUTIONUM, Deus factus est homo, Deus est homo: an his locutionibus dicatur Deus factus esse aliquid vel esse aliquid vel non esse aliquid.

EX præmissis autem emergit questio plurimum contentens veilitatis, sed nimium difficultatis atque perplexitatis. Cum enim coniect ex prædictis & aliis pluribus testimoniis

simonius omnesque Catholici vnanimiter fateantur Deum factum esse hominem, & Christum verum Deum esse & verum hominem: queritur an his locutionibus, Deus factus est homo, & homo est Deus, dicatur Deus factus esse aliquid, vel esse aliquid, vel aliquid dicatur esse Deus: & an ita conueniat dici. Homo factus est Deus, & Filius hominis factus est filius Dei, sicut econuerso dicitur: & si ex his locutionibus non dicitur Deus factus esse aliquid, vel esse aliquid, quæ sit intelligentia harum locutionum & similibum. In huius profunditatis referentione, & scrupulosa questionis expositione plurimum differre inueniuntur sapientes.

Quorundam sententiam refert.

A L I I enim dicunt in ipsa verbi incarnatione hominem quendam ex anima rationali & humana carne constitutum: ex quibus duobus omnis verus homo constituitur, & ille homo coepit esse Deus: non quidem natura Dei, sed persona verbi: & Deus coepit esse homo ille. Concedunt etiam hominem illum assumptum à verbo & vnitum verbo, & tamen esse verbum, & ea ratione tradunt dictum esse Deum factum hominem, vel esse hominem: quia Deus factus est, id est, coepit esse quædam substantia ex anima rationali, & humana carne subsistens: & illa substantia facta est, id est, coepit esse Deus, non tamen demigratione naturæ in naturam, sed vtriusque naturæ seruata proprietate factum est, ut Deus esset illa substantia, & illa substantia esset Deus. Vnde verè dicitur, Deus factus est homo, & Homo factus est Deus: & Deus est homo, & Homo Deus: & Filius Dei filius hominis, & econuerso. Cumque dicant illum hominem ex anima rationali & humana carne subsistere, non tamen fateantur ex duabus naturis esse compositum, diuina scilicet & humana, nec illius partes esse duas naturas, sed animam tantum & carnem.

Autoritates ponit quibus muniunt suam sententiam.

E T ne de suo sensu tantum loqui putentur, hanc sententiam pluribus muniunt testimoniis. Ait enim Aug. in lib. de Trin. Cum legitur, Verbum caro factum est, in verbo intelligo verum Dei filium, in carne agnosco verum hominis filium,

*nam natura
scundum varias
opiniones.*

B

C

F

13. cap. 10.

& vtrunque simul vnam personam, deum & hominem ineffabilis gratiæ largitate coniunctum. Idem in Ench. Christus Iesus deus de deo est: homo autem natus est de spiritu sancto ex Maria virgine. Vtraque substantia, diuina & humana, filius est vnicus dei patris omnipotentis, de quo procedit spiritus sanctus, vtrunque vnus: sed aliud propter verbum, & aliud propter hominem: non duo filij deus & homo, sed vnus dei filius. Deus sine initio, homo à certo initio. Idem in eodem, Quid natura humana in Christo homine meruit, vt in vnitatem personæ vnici filij dei singulariter assumpta esset? **Q**uæ bona voluntas, quæ bona opera præcesserunt, quibus mereretur iste homo vna fieri persona cū deo? Nunquid antea fuit homo, & hoc ei singulare beneficium præstitum est, vt singulariter promereretur deum? Nempe ex quo homo esse cœpit, non aliud cœpit esse homo quam dei filius; & hic vnicus: & propterea dei verbum, quia est ab illo suscepta caro, facta est vtrique deus: vt quemadmodum vna est persona quilibet homo, anima scilicet rationalis & caro: ita fit Christus vna persona verbum & homo. Idem super Ioan. Agnoscimus geminam substantiam Christi, diuinam, scilicet, quæ æqualis est patri: & humanam, quæ minor est patre: vtrique autem simul non duo, sed vnus est Christus, ne sit quaternitas non trinitas deus. Ac per hoc Christus est deus, anima rationalis, & caro. Idem quoque in libro de Prædestinatione Sanctorum, Ille homo, vt à verbo patri cœterno in vnitatem personæ assumptus, filius dei vnigenitus esset, vnde hoc meruit? quod bonum eius præcessit, vt ad hanc ineffabilem excellentiam perueniret? Faciente ac suscipiente deo verbo, ipse homo ex quo esse cœpit, filius dei vnicus esse cœpit. Item homo quicumque ita gratia fit Christianus, sicut gratia homo ille ab initio factus est Christus. Idem in lib. 13. de Trinit. Gratia dei nobis in homine Christo commendatur. Quia nec ipse vt tanta vnitatem deo vero coniunctus, vna cum illo persona filius dei fieret. vllis est præcedentibus meritis affectus: sed ex quo homo esse cœpit, ex illo est & deus. Vnde dictum est. Verbum caro factum est. Hilarius quoque in ro. lib. de Trinit. ait. Christum non ambigimus esse deum verbum, neque rursus filium hominis ex anima & corpore constituisse ignoramus. His aliisque autoritatibus vtuntur,

Cap. 38.
Ibidem. Cap. 35.
Ibidem. Cap. 36.

Tomo 9. Trac. 78. circa illud Ioan. 15. Pater maior me est. Cap. 15. Tomo 7.

Lib. 8. c. eisdem. Cap. 17.

Ioan. 1. b. Multo post mediu libri.

qui hominem quendam ex anima rationali & carne compositum dicunt deum factum, sed gratia, non natura. Sola enim gratia habuit ille homo. non meritis vel natura, vt esset deus, siue dei filius, vt haberet omnem scientiam & potentiam, quam habet verbum cum quo est vna persona. Nec tamen in superioribus legitur, quod homo ille sit vna persona cum verbo, & sit ipsum verbum: sed etiã quod anima rationalis & caro eadem persona sit, & Christus sit & deus.

Aliorum sententia.

D S V N T autem & alij qui istis in parte consentiunt, sed dicunt hominem illum non ex anima rationali & carne tantum, sed ex humana & diuina natura, id est, ex tribus substantiis diuinitate, carne, & anima constare: & hunc Iesum Christum fatentur, & vnam personam tantum esse: ante incarnationem verò solummodo simplicem, sed in incarnatione factam compositam ex diuinitate & humanitate. Nec est ideo alia persona quam prius, sed cum prius esset dei tantum persona, in incarnatione facta est etiam hominis persona: non vt duæ essent personæ, sed vt vna & eadem esset persona dei & hominis. Persona ergo quæ prius erat simplex, & in vna tantum natura existens, in duabus & ex duabus subsistit naturis: & persona quæ tantum deus erat, facta est etiam verus homo subsistens non tantum ex anima & carne, sed etiam ex diuinitate: nec tamen persona illa debet dici facta persona, quãuis dicatur facta persona hominis. Facta est igitur illa persona (vt quibusdam placet) quiddam subsistens ex anima & carne, sed non est facta persona vel substantia vel natura: & in quantum est illa subsistens composita est: in quantum autem verbum est, simplex est.

Autoritates etiam ponit quæ hanc probant sententiam.

E DE hoc Augustin. in lib. Sententiarum Prosperi, ait, Modis omnibus approbare contendimus sacrificium ecclesiæ duobus constare, & duobus confici, visibili elementorum specie, & inuisibili domini nostri Iesu Christi carne & sanguine, sacramento & re sacramenti, id est, corpore Christi: sicut Christi persona constat & conficitur ex deo & homine, cum ipse Christus verus sit deus & verus homo. Quia

Allegatur de consec. dist. 2. ca. hoc est quod dicimus.

*Li. de Or-
thod. Fide
cap. 5.
Ibid. 6. 7.*

omnis res illarum rerum naturam & veritatem in se continet, ex quibus conficitur. De hoc eodem Ioan. Damas. In domino nostro Iesu Christo duas quidem naturas cognoscimus. vnam autem hypostasim ex vtriusque compositam. Incarnatus est ergo Christus, ex Virgine assumens primitias nostræ massæ, vt ipsa extiterit in carne hypostasis, quæ Dei verbi hypostasis composita & facta fuerit, quæ prius simplex erat verbi hypostasis. Composita verò ex duabus perfectis naturis, deitate & humanitate: & fecerat ipsa diuinæ verbi Dei filiationis characteristicum & determinatiuum idioma: secundum quod diuina à patre & spiritu sancto, & carnis characteristica & determinatiua idiomatica, secundum quæ differat à matre & reliquis hominibus. Item, vna hypostasim filij Dei consistemur in duabus naturis perfecte se habentibus, deitatis & humanitatis, & incarnatam esse eandem hypostasim: & has duas naturas custodiri & manere in ipso post vnionem non seorsum & secundum partes ponentes singulam, sed vnitas in vicem in vnam compositam hypostasim. Substantialem enim inquit vnionem, scilicet veram, & non secundum phantasiam: substantialem autem, non duabus naturis perfectis alteram, scilicet vnam compositam naturam, sed vnitas in vicem in vnam hypostasim compositam filij Dei: & manere eandem substantialem differentiam determinamus. Quod creabile mansit creabile, & quod increabile increabile, & mortale mortale, & immortale immortale, & circumscribibile circumscribibile, & incircumscribibile incircumscribibile: & hoc quidem refulget miraculis. De hoc etiam

*Ca. 7. quod
ad sententiam,
sed in forma
Serm. 194
de tempore
qui est
3. de Trin.
cap. 17.*

Aug. in lib. 1. de Trin. ait, Quemadmodum secundum deitatem vna est patris filijque natura, ita etiam iuxta humanitatem eadem est matris & filij vna natura. Ex vtraque ergo substantia & diuinitatis & humanitatis vnus atque idem est Deus, Dei & hominis filius Iesus Christus, vt verus Deus, ita etiam homo verus. Idem etiam in lib. 13. de Trin. Sic Deo coniungi potuit humana natura vt ex duabus substantiis fieret vna persona. Ac per hoc iam est ex tribus, Deo, anima, & carne. His aliisque pluribus autoritatibus se muniunt, qui dicunt personam Christi compositam esse vel factam siue constantem ex duabus naturis, siue ex tribus substantiis.

Tertia aliorum sententia.

F

SVNT etiam alij, qui in incarnatione verbi non solum personam ex naturis compositam negant, verum etiam hominem aliquem, siue etiam aliquam substantiam ibi ex anima & carne compositam vel factam diffinunt. Sed sic illa duo, scilicet animam & carnem verbi personæ vel naturæ vnità esse aiunt, vt non ex illis duobus vel ex his tribus aliqua natura vel persona fieret siue componeretur: sed illis duobus velut indumento verbum Dei vestiretur, vt mortalium oculis congruenter appareret. Qui ideo dicitur verus factus homo, quia veritatem carnis & animæ accepit. Quæ duo etiam in singularitate vel vnitate suæ personæ accepisse legitur: non quia illa duo, vel aliqua res ex illis composita sit vna persona cum verbo, vel sit verbum: sed quia illis duobus accedentibus verbo, non est personarum numerus auctus, vt fieret quaternitas in Trinitate: & quia ipsa persona verbi, quæ prius erat sine indumento, assumptione indumenti non est diuisa vel mutata, sed vna eademque immutata permansit. Quæ secundum habitum Deum hominem factam dicunt. Accipiendo enim hominem dictus est Deus, factus est homo: & propter acceptum hominem dicitur Deus verè esse homo, & propter assumptum Deum dicitur homo esse Deus. Nam si essentialiter, inquit illi, Deus esset homo, vel homo esse Deus intelligeretur: tunc si Deus assumpisset hominem in sexu muliebri, & mulier essentialiter Deus esset, & econuerso. At potuit Deus assumpisse hominem in sexu muliebri: potuit ergo mulier esse Deus, & econuerso.

Autoritates inducit quibus hæc sententia roboratur.

NE autem & isti de suo sensu iactuere videantur, testimoniis in medium productis quod dicunt, confirmant. Ait enim Aug. in lib. de Gratia noui Testamenti, Sicut non augetur numerus personarum, cum caro accedit animæ, vt sit vnus homo: sic non augetur numerus personarum, cum homo accedit verbo, vt sit vnus homo Christus. Legitur itaque Deus homo, vt intelligamus huius personæ singularitatem, non vt suspicemur in carnem mutatam diuinitatem. Idem quoque tractans illud verbum Apostoli, Habitu inuenus est vt homo: manifestè ostendit Deum dici factum esse hominem, vel esse hominem secundum habitum, in libr. 83. Quæstionum, ita inquit, Multis modis ha-

*Grego. super
Exec.
Homil. 8.
post medium.*

*Epist. ad
Honoriu
non longe
à principio
epistola
qua est
12. c. 4.
Tomo 2.
Phil. 2.
Quæst. 83.
Tomo 4.*

F 3

bitum dicimus: vel habitum animi sicut disciplinae perceptionem vsu firmatam: vel habitum corporis, sicut dicimus alium alio validiorem: vel habitum eorum quæ membris accommodantur extrinsecus, vt cum dicimus aliquem vestitum vel calceatum, & huiusmodi. In quibus omnibus generibus manifestum est in ea re dici habitum, quæ accidit vel accedit alicui, ita vt eam possit etiam non habere. Hoc autem nomen ductum est ab illo verbo quod est habere. Habitus ergo in ea re dicitur, quæ nobis vt habeatur vel accidit vel accedit. Verum tamen hoc interest, quia quædam eorum quæ accidunt, vel accedunt, vt habitum faciant non mutantur, sed ipsa nos mutant in se integra & incoccussa manentia: sicut sapientia accedens homini, non ipsa mutatur, sed hominem mutat, quem de stulto sapientem facit. Quædam verò sic accedunt vel accidunt, vt mutant & mutantur: vt cibus qui amittens speciem suam in corpus vertitur, & nos cibo refecti ab exilitate atque langore in robur atque valentiam mutamur. Tertium genus est, cum ea quæ accidunt vel accedunt, nec mutant ea quibus accidunt, nec ab eis ipsa mutantur, sicut annulus positus in digito: quod genus rarissimum reperitur. Quartum genus est, cum ea quæ accidunt vel accedunt, mutantur non à sua natura, sed aliam speciem & formam accipiunt: vt est vestis, quæ deiecta atque deposita non habet eam formam quam sumit induta. Induta enim membris accipit formam, quam non habebat exuta: quod genus congruit huic comparationi Deus enim filius semetipsum exinanivit, non formam suam mutans, sed formam serui accipiens, neque conuersus aut transmutatus in hominem amissa incommutabili stabilitate, sed in similitudinem hominum factus est ipse susceptor. Verum hominem suscipiendo habitu inuentus est vt homo, id est, habendo hominem inuentus est vt homo, non sibi, sed eis quibus in homine apparuit. Quod autem dicit vt homo veritatem exprimit. Nomine ergo habitus satis significauit Apostolus, qualiter dixerit in similitudinem hominum factus: quia non transfiguratione in hominem, sed habitu factus est, cum indutus est hominem, quem sibi vnies quodam modo, atque conformans immortalitati æternitatisque sociaret. Non ergo oportet intelligi mutatum esse verbum susceptione hominis, sicut nec membra veste induta mutantur:

Ibidem.
Prima species habitus.

Secunda.

Tertia.

Quarta species congruit huic comparationi.

Phil. 2. & Ibidem, sed inferius.

etur: quantuis illa susceptio ineffabiliter susceptum suscipienti copularet. His verbis aperte innuere videtur August. Deum dici factum hominem secundum habitum. Qui etiam ipse incarnationis modum volens exprimere, quærentibus in 4. lib. de Trinit. ait, Si quæritur incarnatio quomodo facta sit, ipsum verbum Dei dico carnem factum, id est, hominem factum, non tamen in hoc quod factum est, conuersum atque mutatum: sed carne, vt carnalibus congruenter appareret indutum. Ita sanè factum, vt ibi sit non tantum verbum Dei & hominis caro, sed etiam rationalis hominis anima. Atque hoc totum & Deus dicatur propter Deum, & homo propter hominem. Quod si difficile intelligitur, mens fide purgetur à peccatis abstinendo, & bona operando: difficilia enim sunt hæc. Idem in lib. de Fide ad Pet. Dei filius cum sit Deus æternus & verus, pro nobis factus est homo verus & plenus. In eo verus quia veram habet Deus ille humanam naturam: in eo verè plenus, quia & carnem humanam suscepit & animam rationalem. Item, Non aliud fuit illa Dei summi susceptio vel exinanitio, nisi formæ seruilis, id est, naturæ humanæ susceptio: vtraque ergo est in Christo forma: quia vtraque vera & plena est in Christo substantia diuina, scilicet & humana natura. Idem in libr. 2. contra Maximinum, Cum esset per seipsum inuisibilis, visibilis in homine apparuit, quem de cœcina suscipere dignatus est. Item in eodem, Nos Christum Dominum verum hominem suscepisse credimus, & in ipso visibiliter inuisibilem hominibus apparuisse: in ipso inter homines conuersatum fuisse, in ipso ab hominibus humana pertulisse, in ipso homines docuisse. Hilarius quoque in decimo lib. de Trin. ait, Quomodo Dei filius natus est ex Maria, nisi quod verbum caro factum est, scilicet quod filius Dei cum in forma Dei esset, formam serui accepit: Vnum tamen eundemque non Dei defectione, sed hominis assumptione profitemur: & in forma Dei propter naturam diuinam, & in forma serui ex conceptione spiritus sancti secundum hominis habitum repertum fuisse. Non fuit habitus ille tantum hominis, sed vt hominis: neque caro illa caro peccati, sed in similitudine carnis peccati. Audistis tres secundum diuersos positas sententias, & pro singulis inducta testimonia.

De modo incarnationis, cap. 21. sive vltimo.

Cap. 2. nō loq̄e à principio.
Ibid. penè ad finem.
Cap. 2.

Cap. 19. quoad sententiæ sententiæ in fine lib. de Fide contra Maximianum.
Cap. 22.
Cap. 26. Baruc. 3. Ante me dium lib. decimi.
Ibid. paulo inferius Ad Roman. 8. a

Lib. de Or
tho. fide 3.
ca. 3. in ini
tio capituli.

Ioan Damaf. Inconuersè & inalterabiliter vitæ sunt adin
uicem naturæ: neque diuina distante à propria simplicitate,
neque humana aut conuersa in deitatis naturam, aut in noni
existentiam mutata: neque ex duabus vna facta composita
natura. Composita enim natura neutri earum, ex quibus cõ
ponitur naturis, homouisa, id est, consubstantialis esse potest,
ex alteris perficiens alteram: vt corpus ex quatuor elementis
compositum, nec ignis nominatur, nec aër, nec terra, nec
aqua, nec horum alicui homouision dicitur. Si ergo secundum
hæreticos Christus vnus compositæ naturæ post vnionem
extitit, ex simplici natura conuersus est in compositam: &
neque patris simplicis naturæ existenti, neque matri est ho
mouisios: & neque deus neq; homo denominabitur, sed Cri
stus solum: & erit hoc nomen, scilicet Christus, non personæ
ipsum natura, sed vnus secundum ipsos compositæ naturæ
nos autè Christum non vnus compositæ naturæ dogmatiza
mus: & hoc nomen, scilicet Christus, personæ dicimus non
monotropos, id est, vno modo dictum: sed duarum natura
rum esse significatiuum, scilicet deitatis & humanitatis. Ex
deitate autem & humanitate deum perfectum, & hominem
perfectum eundem & esse & dici ex duabus & in duabus na
turis confremur. Sic ergo dicitur aliud esse filius dei, aliud
filius hominis: quia alterius est substantiæ vel naturæ inquan
tùm est filius dei, & alterius inquantùm est filius hominis:
non quod ipse filius dei & hominis sit duo illa diuersa, id est,
duæ diuersæ naturæ.

Nestorius
& Euthy
sem.

Authority confirmat determinationem.

G

In medio
9. libri.

A P E R T E enim Hilarius in nono lib. de Trin. ait. Cùm
non aliud sit filius hominis, neque aliud filius dei, verbum
enim caro factum est: & cùm ille qui filius dei est, ipse & ho
minis sit filius, requiro quis in hoc filio hominis glorificatus
sit. Euidenter dicit non aliud esse filium dei & aliud filium
hominis. Ex quo præmissa roboratur & approbatur deter
minatio.

Alia etiam verba auctoritatum annotat, vt determinet.

H

Q U O D etiam dictum est, vtrunque Christus est, &
vna persona mouere potest Lectorem: sicut & illud quod

Ca. quod dicitur ad in uicem substantiæ et vnum de eis alterius et qd dicitur de no foris de 80
alio congruo qd dicitur de no foris de 80
dicitur ea quæ accidentari aut alteri n. p. de no foris de 80
n. p. de no foris de 80
dicitur ea quæ accidentari aut alteri n. p. de no foris de 80
n. p. de no foris de 80
dicitur ea quæ accidentari aut alteri n. p. de no foris de 80
n. p. de no foris de 80

Cap. 7.

Aug. dicit in 1. lib. de Tri. Quia forma dei formam serui ac
cepit, vtrunque deus, vtrunque homo. Sed vtrunque deus pro
pter accipientem deum, & vtrunque homo propter acceptum
hominem. Et illud quod idem ait in lib. de Bono Perseueran
tia, Qui fidelis est, in eo veram naturam humanam credit
fufcipiente deo verbo ita sublimatam, vt qui suscepit & quod
suscepit vna esset in trinitate persona, assumptione illa ineffa
biliter faciente personæ vnus in deo & in homine veritatem.
Si autem qui suscepit & quod suscepit vna est persona: ergo
natura humana cum verbo est vna persona. Sed hæc omnia
ex tali sensu dicta fore tradunt, vt vtrunque dicatur esse Cri
stus & vna persona: quia in vtroque vnus Christus & vna per
sona subsistit. Ita etiam susceptum cum fufcipiente dicitur
vna persona, quia susceptum fufcipiente est sociatum in vni
tate personæ, id est, ita quod vnitas personæ permansit, non
ita vt caro & anima sint vnus deus: quia vt ait Hieronymus,
verbum est deus, non caro assumpra. Et Amb. in lib. 3. de Spiri
tu sancto ait, Aliud est quod assumpfit, & aliud quod assum
ptum est.

Ca. 24. si
ue 71. 50. 7

Et hęc au
thoritate
vritur, vt
confirmet
determina
tionem
Ser. de as
sumptione
Mariæ
post mediū
Ca. 6. in fi.

*Hęc quandam ponit auctoritatem, quæ multum videtur
huius sententiæ opposita.*

I
Rom. 1.
Cap. 10.

E S T autem & aliud quod huic sententiæ plurimum videtur
obuiare. Ait enim Aug. in libr. 1. contra Maximinum,
Christus vna persona est, geminæ substantiæ, quia & deus est
& homo est: nec tamen deus vel homo pars huius personæ di
ci potest, alioquin filius dei deus, antequam fufcipere for
mam serui, non erat totus, & creuit cùm homo diuinitati e
ius accessit. Ecce deum dicit non esse partem illius personæ.
Vnde videtur illa persona non constare ex deo & homine,
Ad quod etiam illi dicunt, illam personam non ita constare
ex deo & homine, quasi totum ex partibus. Ita enim par
tes alicuius totius conueniunt, vt ex illis quod non erat con
stituarur. Non autem sic humana & diuina natura in Chri
sto vniuntur. Inexplicabilis enim est istius naturæ, quæ non
est partium ratio. Quidam tamen nomine dei ibi personam
significari putant, quia de tribus agebat personis, quarum
nullam trinitatis partem esse dicebat, sicut pars istius per
sonæ non est deus. Quod si de persona intelligatur, mani
festum est, quia persona non est pars personæ. Posita est di

Responso
eorum cum
determina
tione.

Sunt corrupti et veniens et ita vnum de aliis dicitur in qd vnum de aliis dicitur et ad acciden
taliu deo n. p. de no foris de 80
dicitur ea quæ accidentari aut alteri n. p. de no foris de 80
dicitur ea quæ accidentari aut alteri n. p. de no foris de 80
dicitur ea quæ accidentari aut alteri n. p. de no foris de 80
dicitur ea quæ accidentari aut alteri n. p. de no foris de 80
dicitur ea quæ accidentari aut alteri n. p. de no foris de 80

ligerter sententia secunda, & eius explanatio cui in nullo vel in modico obuiant authoritates in tertia sententia inductæ, quæ iam consideranda est.

Tertia sententia, quæ sit præmissarum propositionum intelligentia.

IN hac ergo sententia sic dicitur, Deus factus est homo, quia hominem accepit: sic dicitur esse homo, quia hominem habet, vel quia est habens hominem: & homo factus deus, quia assumptus est à deo, & homo esse deus, quia habens hominem est deus. Cum ergo dicitur, deus est homo, vel habitus prædicatur: vel persona, sed humanata. Et quod persona humanata prædicetur, Cassiodorus ostendere videtur, dicens, Factus est, vt ita dixerim, humanatus deus, qui etiam in assumptione carnis deus esse non desinit, quod tamen variè accipi potest, vt dicatur deus factus humanatus, vel Christus factus deus humanatus, vtrumque enim sanè dici potest. Cum ergo dicitur factus est deus homo multiplex secundùm istos sit intelligentia: vt naturam humanam accepisse, vel humanatum verbum esse incepisse intelligatur. Nec tamen si incepit esse humanatum verbum, ideo sequitur quod incepit esse verbum: nec si deus factus est humanatum verbum, sequitur quod factus sit verbum: sicut de aliquo dicitur, Hodie iste cepit esse bonus homo, vel factus est bonus homo: nec tamen hodie cepit esse homo, vel factus est homo.

Quo sensu secundùm istos dicatur prædestinatus Christus.

SECUNDVM istos dicitur Christus, secundùm quod homo, prædestinatus esse filius dei, quia est prædestinatum à deo ab æterno, & in tempore collarum est ei per gratiam, vt ipse ens homo sit filius dei: hoc enim non semper habuit, sed in tempore per gratiam accepit. Quod videtur Aug. notasse in lib. ad Prosperum & Hilar. dicens, Prædestinatus est Iesus, vt qui futurus erat secundùm carnem filius Dauid, esset in virtute filius dei. Hi etiam, cum dicitur Christus minor patre secundùm quod homo, secundùm habitum hoc intelligunt dictum, id est, in quantum habet sibi hominem unitum. Vnde August. in 1. lib. de Trin. Deus filius deo patri natura est æqualis, habitu minor. In forma enim serui minor est patre, in forma dei æqualis est patri: & quia secundùm habitum accipienda est incarnationis ratio, ideo deum humanatum, non

hominem deificatum dici tradunt. Vnde Ioan. Dam. non hominem deificatum dicimus, sed deum hominem factum.

Quod non debet dici homo Dominicus.

ET licet dicatur homo deus, non tamen congruè dicitur homo Dominicus. Vnde Aug. in lib. Retrac. Non video vtrum rectè dicatur homo Dominicus, qui est mediator dei & hominum Christus Iesus, cum sit vtrique dominus: & hoc quidem vt dicerem, apud quosdam legi catholicos Tractatores. Sed vbi cunque hoc dixi, dixisse me nollem. Postea quippè vidi non esse dicendum quauis nonnulla à me posset idem ratione defendi. Secundùm istos etiam dicitur persona filij in duabus & ex duabus existere naturis, secundùm adhærentiam vel inhærentiam. Altera enim inhæret ei, altera inest.

Quod prædicta non sufficiunt ad cognoscendam hanc quæestionem.

SATIS diligenter iuxta diuersorum sententiam supra positam absque assertione & præiudicio tractauimus quæestionem. Veruntamen nolo in tanta re tamque ad cognoscendum difficili putare Lectorem istam sibi nostram debere sufficere disputationem: sed legat & alia fortè melius considerata atque tractata: & ea quæ hic mouere possunt, vigilantiore atque intelligentiore, si potest, mente discutat: hoc firmiter tenens, quod deus hominem assumpsit, homo in deum transiit, non naturæ versibilibitate, sed dei dignatione: vt nec deus mutaretur in humanam substantiam assumendo hominem, nec homo in diuinam glorificatus in deum: quia mutatio vel versibilitas naturæ diminutionem & abolitionem substantiæ facit.

AN DIVINA NATURA DEBEAT dici nata de Virgine.

Distinct. VIII.

POST prædicta inquiri debet, vtrum de natura diuina procedendum sit, quod de Virgine sit nata: sicut dicitur in Virgine incarnata. Et videtur vtrique non debere dici nata de Virgine, cum non sit nata de patre. Quæ enim res non est de patre genita non videtur de matre nata: ne res aliqua filiationis nomen habeat in humanitate, quæ illud non teneat in diuinitate. Videtur tamen posse probari, quod sit nata de Virgine: quia si hoc est nasci deum de Virgine, scilicet, hominem assumere in utero Virginis, cum natura diuina superius dicta

1. cap. 19. circa finē. 1. Tim. 2. b

Aug. de Ecclesiasticis Dogmatibus ca. 2.

Qualiter per vnionē diuersarū naturarū in Christo fiat communicatio idiomati et proprietatum respiciētium naturam.

In lib. qui àliis dicitur de Prædestinatione Sctōrū. Cap. 15. C. 7. to 3. Li. de Orthodoxa Fide, 3. ca. 2. circa finem.

*Non est in solo ut caro Vna & de vna deo & de vno deo
nati & ex Albano. n. na n. vnum filium vna quæ adorat a h. quæ
ad vno deo. Vn. abant Karera vnum factum suggestio n.*

Ca. 2. ante
medium.

sit hominem assumpsisse, videtur debere dici nata. De hoc Aug. in lib. de Fide ad Petrum sic ait: Natura æterna atque diuina non posset temporaliter concipi & nasci ex natura humana nisi secundum susceptionem veritatis humanæ veram temporaliter conceptionem & natiuitatem ineffabilis in se diuinitas accepisset. Sic est deus æternus veraciter secundum tempus & conceptus & natus ex virgine. Ista autoritate videtur insinuari quod natura diuina sit nata, & concepta de Virgine. Sed si diligenter notentur verba potius de persona agi intelligitur: quæ sine dubitatione & de patre & de matre nata esse dici debet.

De gemina Christi natiuitate, qua bis natus est. B

Cap. 2. non
logè ab ini-
tio capitis.

QVÆRI autem solet, vtrum debeat dici Christus bis genitus, vt dicitur dei & hominis filius. Ad quod dici potest Christum bis natum esse: duâsq; natiuitates habuisse. Vnde Aug. in libr. de Fide ad Petrum, Pater deus de sua natura genuit filium deum sibi coæqualem & coæternum. Idem quoque vnigenitus deus secundo natus est, ex patre semel, ex matre semel. Natus est enim de patre dei verbum: natus est de matre verbum caro factum. Vnus ergo atque idem dei filius natus est ante secula, & natus in seculo: & vtraque natiuitas vnus est filij dei, diuina scilicet & humana. De hoc etiam Ioan. Damasc. ait: Duas ergo Christi natiuitates veneramus: vnâ ex patre ante secula, quæ est super causam & rationem & tempus & naturam: & vnâ, quæ in vltimis temporibus propter nos & secundum nos & super nos. Propter nos, quia propter nostram salutem: secundum nos, quia natus est homo ex muliere, & tempore conceptionis, scilicet, nouem mensium: super nos, quia non ex semine, sed ex spiritu sancto & sancta Virgine supra legem conceptionis. Ex his manifestè apparet Christi duas esse natiuitates, eundemque bis natum fore.

Lib. 3. c. 7.
in medio
sapiu.

DE ADORATIONE HUMANITATIS

Christi, an eadem sit adoratio humanitati & deitati exhibenda.

Distinct. IX. A

Vtrum ca-
ro Christi sit
adoranda

PRætereâ inuestigari oportet, vtrum caro Christi & anima vnâ eademque cum verbo debeat adoratione adorari, illa scilicet quæ latria dicitur. Si enim animæ vel carni exhibetur

latria, quæ intelligitur seruirus siue cultus soli creatori debitus: cum anima Christi vel caro creatura tantum sit, creaturæ exhibetur quod soli creatori debetur: quod facienti in idololatriam deputatur. Ideo quibusdam videtur non illa adoratione, quæ latria est: carnem Christi vel animam esse adorandam: sed illa quæ est dulia, cuius duas species vel modos esse dicunt. Est enim cuiusdam modi dulia, quæ creaturæ cui libet exhiberi potest: & est quædam soli humanitati Christi exhibenda, non alij creaturæ: quia Christi humanitas super omnem creaturam est veneranda & diligenda. Non tamen adeo vt cultus diuinitati debitus ei exhibeatur, qui cultus in dilectione & sacrificij exhibitione atque reuerentia consistit: qui Latine dicitur Pietas, Græcè autem Theosebia, id est, dei cultus, vel Eusebia, id est, bonus cultus.

*adoratio-
ne latria
quod est
proprietas
diuine na-
ture.
Quidam di-
cunt non
illius adora-
tione ado-
randū esse.
De specie-
bus dulia.*

*Aliorum sententia, qui vnâ adorationem vtrique
exhibendam tradunt.* B

ALIIS autem placet Christi humanitatem vnâ adoratione cum verbo esse adorandam non propter se, sed propter illum cuius scabellum est, cui est vnita. Neque ipsa humanitas sola vel nuda, sed cum verbo cui est vnita: nec propter se, sed propter illum cui est vnita, est adoranda. Nec qui hoc facit, idololatriæ reus iudicari potest: quia nec soli creaturæ, nec propter ipsam, sed creatori cum humanitate & in humanitate sua seruit. De hoc Ioan. Damascen. ita ait, Dux sunt naturæ Christi ratione & modo differentes, vnitæ verò secundum hypostasim. Vnus ergo Christus est deus perfectus, & homo perfectus: quem adoramus cum patre & spiritu vnâ adoratione cum incontaminata carne eius. Non in adorabilem carnem dicentes. Adoratur enim in vnâ verbi hypostasi: quæ hypostasis generata est. Non creaturæ venerationem præbentes. Non ergo vt nudam carnem adoramus, sed vt vnitam deitati in vnâ hypostasim dei verbi duabus reductis naturis. Timeo carbonem tangere propter ligno copulatum ignem. Adoro Christi dei mei simul vtranque naturam propter carnem vnitam deitatem. Non enim quartam appono personam in Trinitate: sed vnâ personam confiteor verbi & carnis eius. His verbis insinuari videtur Christi

*Li. de Or-
tha, Fide. 3
Cap. 8.*

Sermo. 58.
de Verbis
Domini
in fine.
Rom. 1. c

humanitatem vna adoratione cum verbo esse adorandam. De hoc etiam Aug. ait ex Sermo. Domini, vbi dicit, Non turbetur cor vestrum, ita dicit, Dicunt hæretici filium non naturam esse deum sed creatum. Quibus respondendum est, quia si filius non est deus natura, sed creatura, nec colendus est omnino, nec vt deus adorandus: dicente Apostolo, Coluerunt & seruiuerunt potius creaturæ quam creatori. Sed illi ad hoc replicabunt, & dicent, Quid est quod carnem eius, quam creaturam esse non negas, simul cum diuinitate adoras: & ei non minus quam diuinitati deseruis? Ego dominicam carnem imò perfectam in Christo humanitatem ideo adoro, quod à diuinitate suscepta & deitati vnita est: vt non alium & alium sed vnum eundemque deum & hominem filium dei esse confitear. Denique si hominem separaueris à deo, illi nunquam credo nec seruiro: velut si quis purpuram vel diademam regale iacens inueniat, nunquid ea conabitur adorare? Cùm verò eis rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit, si ea cum rege adorare quis contempserit. Ita & in Christo Domino humanitatem non solam vel nudam, sed diuinitati vnitam, scilicet vnum filium deum verum & hominem verum si quis adorare contempserit, aternaliter morietur. Idem super Psalm. xcviij. vbi dicitur: Adorate scabellum pedum eius. quoniam sanctum est. Sciendum quia in Christo terra est, id est, caro, quæ sine impietate adoratur. Suscepit enim de terra terram: quia caro de terra est, & de carne Mariæ carnem accepit, hæc sine impietate à verbo dei assumpta adoratur à nobis: quia nemo carnem eius manducat, nisi prius adoret: sed qui adorat, non terram intuetur: sed illum potius, cuius scabellum est propter quem adorat. His autoritatibus præmissæ inuestigationis absolutio explicatur.

AN CHRISTVS SECVNDVM QVOD
homo sit persona vel aliquid.

Distinct. X.

De communicatione
idiomatū
et proprietatū
respective

Soleat etiam à quibusdam inquiri, Vtrum Christus secundum quod homo, sit persona, vel etiam sit aliquid. Ex vtraque parte huius questionis argumenta concurrunt. Quod enim persona sit, his edisserunt rationibus. Si secundum quod homo aliquid est: vel persona, vel substantia, vel aliud est.

Sed

Sed aliud non, ergo persona vel substantia, si substantia est, vel rationalis, vel irrationalis: sed non est irrationalis substantia, ergo rationalis. Si verò secundum quod homo est rationalis substantia, ergo persona: quia hæc est definitio personæ substantia rationalis indiuiduæ naturæ. Si ergo secundum quod homo est aliquid: & secundum quod homo persona est. Sed e conuerso, si secundum quod homo persona est vel tertia in trinitate, vel alia: sed alia non, ergo tertia in trinitate persona. At si secundum quod homo persona est tertia in trinitate, ergo Dens. Propter hæc inconuenientia & alia quidam dicunt Christum secundum hominem non esse personam, nec aliquid: nisi forte secundum sit expressum vnitatis personæ. Secundum enim habet multiplicem rationem. Aliquando enim exprimit conditionem vel proprietatem diuinæ naturæ vel humanæ, aliquando vnitatem personæ, aliquando notat habitum, aliquando causam. Cuius distinctionis rationem diligenter Lector animaduertat, atque in sinu memoriæ recõdat, nec eius confundantur sensus, cum de Christo sermo occurrerit.

Esti. Christus secundum quod homo dicatur substantia rationalis, non inde tamen sequitur quod persona sit secundum quod homo.

ILLVD tamen non sequitur quod in argumentatione superiori inductum est, quod si Christus secundum quod homo est substantia rationalis, ergo persona. Nam & modo anima Christi est substantia rationalis, non tamen persona: quia non est per se sonans, imò alij rei coniuncta. Illa tamen personæ descriptio non est data pro illis tribus personis.

Alia probatio quod Christus sit persona secundum quod homo.

SED adhuc aliter nituntur probare Christum secundum hominem esse personam, quia Christus secundum quod homo, prædestinatus est vt sit Dei filius: sed id est quod vt sit, prædestinatus est: ergo si prædestinatus est secundum quod homo vt sit filius Dei, & secundum quod homo est filius Dei. Ad quod dici potest Christum esse id, quod vt sit, prædestinatus est. Est enim prædestinatus vt sit filius Dei, & ipse vere est.

G

sona prout
sonant in
nobilitatē,
scilicet de
personali
conditione
& finali
adoptione.
Argumento de
vtraque
parte
quasi.

B

C

Rom. 1. a

filii Dei, sed secundum hominem prædestinatus est, ut sit filius Dei, quia per gratiam habet hoc secundum hominem: nec tamen secundum hominem est filius Dei, nisi forte secundum unitatis personæ sit expressivum: ut sit sensus, Ipse qui est homo, est Dei filius: ut autem ipse eos homo sit Dei filius, per gratiam habet: sed si causa noveretur, falsum est. Non enim quo homo est, eo Dei filius est.

An Christus sit adoptivus filius secundum quod homo vel alio modo.

SI verò queritur, an Christus sit adoptivus filius secundum quod homo, siue alio modo: respondemus Christum non esse adoptivum filium aliquo modo, sed tantum naturalem: quia natura filius Dei est, non adoptionis gratia. Non autem sic dicitur filius natura, ut dicitur Deus natura. Non enim eo filius est quo Deus est, quia proprietate natiuitatis filius, natura diuinitatis Deus est: & tamen dicitur natura vel naturæ filius, quia naturaliter est filius, eandem scilicet habens naturam, quam ille qui genuit. Adoptivus autem filius non est, quia prius non fuit, & postmodum adoptatus est in filium, sicut nos dicimur adoptivi filij: quia cum nati fuerimus iræ filij, per gratiam facti sumus filij Dei. Christus verò nunquam fuit non filius Dei: & ideo non est adoptivus filius.

Oppositio quod sit adoptivus filius.

SED ad hoc opponitur sic, Christus filius hominis est, id est, virginis, aut gratia, aut natura, vel utroque modo. Si verò natura, aut diuina, aut humana: sed diuina non, ergo aut humana natura, aut non natura est filius hominis. Si non natura, ergo gratia tantum: & si etiam natura humana, non ideo minus per gratiam. Si ergo gratia filius hominis est, adoptivus filius esse videtur: ut idem sit naturalis filius patris, & adoptivus filius Virginis. Ad quod dici potest Christum filium Virginis esse & natura vel naturaliter & gratia, nec tamen adoptivus filius Virginis est: quia non per adoptionem, sed per unionem filius Virginis esse dicitur. Filius enim Virginis dicitur, eo quod in Virgine hominem accepit in unitatem personæ, & hoc fuit gratiæ & non naturæ. Vnde Aug. super Ioannem ait, quod vnigenitus est æqualis patri, non est gratiæ sed naturæ. Quod autem in unitate

Quare nõ sit adoptivus si inus. Ephes. 1. a

Solutio.

Tract. 74 circa finem.

personæ vnigeniti assumptus est homo, gratiæ est non naturæ. Christus ergo nec Dei nec hominis est adoptivus filius: sed Dei naturaliter, & hominis naturaliter, & gratia est filius. Quod verò naturaliter sit hominis filius Aug. ostendit in lib. de Fide ad Petrum. Ille scilicet Deus factus est naturaliter hominis filius, qui est naturaliter filius vnigenitus Dei patris. Quod autem non sit adoptivus filius, & tamen gratia sit filius, ex subditis probatur testimoniis. Hierony. super epistolam ad Ephes. ait, De Christo Iesu scriptum est, quia semper cum patre fuit, & nunquam eum ut esset voluntas paternæ præcessit: & ille quidem natura filius est, nos verò adoptione. Ille nunquam non fuit filius; nos antequam essemus prædestinati sumus, & tunc spiritum adoptionis accepimus, quando credidimus in filium Dei. Hilarius quoque in lib. 3. de Trin. ait, Dominus dicens, Clarifica filium tuum, non solo nomine contestatus est se esse filium Dei, sed etiam proprietate. Nos sumus filij Dei, sed nõ talis hic filius. Hic enim verus & proprius est filius origine, non adoptione: veritate, non nuncupatione: natiuitate, non creatione. Aug. etiam super Ioannem ait, Nos sumus filij gratia, non natura: vnigenitus autem natura, non gratia: an hoc etiam in ipso filio ad hominem referendum est? Ita sanè Ambros. quoque in primo libro de Fide ait, Christus filius est non per adoptionem, sed per naturam: per adoptionem nos filij dicimur, ille per veritatem naturæ est. Ex his evidenter ostenditur, quod Christus non sit filius gratia adoptionis. Illa enim gratia intelligitur: cum Augustinus eum non esse gratia filium asserit: gratia enim, sed non adoptionis, imò Vnionis filius Dei est filius hominis, & econuerso.

Utrum persona vel natura prædestinata sit.

DEINDE si queritur, utrum prædestinatio illa, quam commemorat Apostolus, sit de persona an de natura. Sanè dici potest & personam filij, quæ semper fuit esse prædestinatam secundum hominem assumptum: ut ipsa scilicet ens homo esset Dei filius, & naturam humanam esse prædestinatam, ut verbo patris personaliter vniretur.

Ca. 2. non logè à n. e. dio cap.

Comēt. li.

1. ad 1. ca.

epistol. ad

Ephes. su.

per coloco.

In charit.

te præde-

stinans.

Co. 1. 9.

longè post

principiū.

Ioan. 17.

Hom. 82.

cap. 9.

Co.

16.

Rom. 1. a

De communi-
catione
idiomati
improprie
tati respec-
tuum
personam
prout so-
nat inde-
fectibili-
tatem, vt
predesti-
natio, crea-
tio, ince-
ptio, ca. 13.
Cap. 6. cir-
ca finem.

Circa finem.

Quaest. 67
Tomo 4.

Cap. 6. in
principio
In tom. 1.
Mar. vlti-
mo d.

Rom. 6. d.

Solet etiam quæri, vtrum debeat simpliciter dici atque concedi Christum esse factum vel creatum vel creaturam. Ad quod dici potest, hoc simpliciter & absque determinatione minus congruenter dici. Et si quandoque breuitatis causa simpliciter denunciatur: nunquam tamen simpliciter debet intelligi. Quia, vt Aug. in lib. de Trin. ait, Cū de Christo loquimur quid, secundum quid, & propter quid dicatur, prudens & diligens ac pius Lector intelligere debet. Qui Christum vel Dei filium non esse factum vel creaturam, in 1. lib. de Trin. ostendit, ita inquit: In principio erat verbum: & verbum caro factum est: & omnia per ipsum facta sunt. Neque dicit omnia, nisi ea quæ facta sunt. id est, omnem creaturam. Vnde liquidè apparet ipsum factum non esse, per quem omnia facta sunt: & si factus non est, creatura non est. Si autem creatura non est, eiusdem cum patre substantiæ est. Omnis enim substantia, quæ Deus non est, creatura est: & quæ creatura non est, Deus est. Sed si filius non est eiusdem substantiæ cuius pater, ergo facta substantia est: & si facta substantia est, non omnia per ipsum facta sunt. At omnia per ipsum facta sunt, facta ergo substantia non est, sed vna cum patre infecta substantia est. Item in eodem, Si vel filium fecit pater, quem non fecit ipse filius, non omnia per filium facta sunt. At omnia per filium facta sunt: ipse ergo factus non est, vt cum patre faceret omnia quæ facta sunt. Idem in lib. 83. q. dicitur creatura quicquid fecit Deus pater per filium: qui non potest appellari creatura, quoniā per ipsum facta sunt omnia. Ambrosius in 1. lib. de Fide, Probemus, inquit, creaturam non esse Dei filium. Audiuius enim in Euangelio Dominum mandasse Discipulis, Prædicatè Euangelium vniuersæ creaturæ. Qui vniuersam creaturam dicit, nullam excipit, & vbi sunt qui creaturam Christum appellant? Nam si creatura esset, sibi mandaret Euangelium prædicari, & subiectus esset vanitati: quia testatè Apostolo, Omnis creatura vanitati subiecta est. Non ergo Christus creatura est, sed creator, qui docendæ creaturæ Discipulis mandat officium.

De perfidia & piana Arrii.

A R R I I hæc fuisse perfidia legitur, vt Christum creaturam faceret. Ideo effusa sunt Arrii viscera, atque crepuit medius, prostratus in faciem, ea quibus Christum negauerat foeda ora pollutus. His aliisque pluribus testimoniis instrui non debere fateri simpliciter Christum esse factum vel creaturam: sed addita determinatione rectè dici potest, vt si dicatur factus secundum carnem vel secundum hominem, vt factura humanitati, non Deo, attribuatur. Vt enim ait Ambrosius in 1. lib. de Fide, Non Deus factus est, sed Deus Dei filius natus est: postea verò secundum carnem homo factus ex Maria est. Misit enim Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege: filium, inquit, suum, scilicet non vnum de multis. Cū dicit Suum, generationis æternæ proprietatem signauit. Postea factum ex muliere asseruit, vt factura non diuinitati, sed assumptioni corporis adscriberetur. Factum ergo ex muliere dicit, propter carnis susceptionem: sub lege, propter obseruantiam legis. Generatio generationi non præiudicat, nec caro diuinitati. Deus enim æternus incarnationis sacramentum suscepit, non diuiduus sed vnus, & in vtroque vnus, scilicet diuinitate & corpore. Non enim alter ex patre, alter ex Virgine: sed idem aliter ex patre, aliter ex Virgine: sed qui factus est secundum nostræ susceptionem naturæ, non secundum æternæ substantiam vitæ: quem legimus primogenitum. Primogenitum, quia nemo ante ipsum. Vnigenitum, quia nemo post ipsum. Ex his euidenter traditur, qua intelligentia accipiendum sit, cū dicitur Christus factus, vel simpliciter, vel cū additamento: vt factura scilicet creatura non ad assumptam Deum, sed ad assumptum hominem referatur. In Deo enim creatura esse non potest, vt Ambrosius ait in 1. lib. de Fide. Nunquid dicto factus est Christus? Nunquid mandato creatus est Christus? Quomodo autem creatura esse in Deo potest? Etenim Deus naturæ simplicis est, nõ coniunctæ atque compositæ: cui nihil accidat, sed solum quod diuinum est in natura habeat sua. Et si ergo Christus secundum hominem dicitur creatura, non tamen simpliciter prædicandus est creatura. Nec ex eo quod Christus secundum hominem dicitur esse creatura, potest quis progredi sic argumentando: Si secundum quod homo Christus est creatura,

Ambr. li.
de Fide 1.
cap. 9. sive
vltim. in
principio.

Cap. 6. in
fine.
Gal. 4. 4

Idè de in-
carnatione
ver. c. 5
paulo post
principiū.

Ex lib. de
Fide 1. c. 6

Cap. 7. in
medio ca.

vel rationalis vel non: vel quæ est deus, vel non: nitens per hoc probare Christum esse aliquid non diuinum: quia quod ipse est secundum hominem, ipse est. Et ideo si secundum hominem est aliqua substantia non diuina, est utique aliquid non diuinum. Sed ex tropicis locutionibus non est recta argumentationis processio, illa autem locutio tropica est qua Christus dicitur creatura, vel simpliciter, vel cū adiunctione.

Quomodo
verbi seu
Christi in
carnatio

ordinatur
ad nostrā
redemptio
nem quan
tum ad ge
nus natu
re assum
pta. Trac.
106. circa
medium.
Trac. 107.
circa finē.
2. tim. 2. b
80. in me
dio Enar
rationis
ad eūdem
tom. 8.
Matt. 2.
Iou. 8. d
& glossa
Homil. 1.
& 105.
super Iou.
Responsio.
Li. de Tri.
13. cap. 19.
in medio.

AN HOMO ILLE SEMPER

fuerit vel cœperit esse.

Distinct. XII.

Post prædicta quæritur, vtrum homo ille cœperit esse vel semper fuerit: sicut simpliciter enunciamus Christum vel deifilium semper fuisse, nec cœpisse. De hoc Aug. ita inquit super Ioan. Habuit aliquando dei filius, quod nondum habuit idem ipse homo dei filius: quia nondum erat homo. Item idem in eodem, Priusquam mundus esset, nec nos eramus, nec ipse mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Idem super Psalm. Christus noster et si forte homo recens est, tamen est æternus deus. Alibi verò legitur, quod puer ille creauit stellas. Et Christus dicit se esse principium, & esse ante Abraham. His ergo aliisque autoritatibus in nullo resultat, dicimus hominē illum in quantum homo est, cœpisse: in quantum verbū est, semper fuisse. Hic enim absque distinctione non est ferēda responsio. Nam & ipse Aug. huiusmodi vtrius distinctione in pluribus locis dicens per Christum omnia esse facta, in quantum verbum est. Secundum illud verò quod homo est, ipsum esse factum & glorificatum. Si ergo ad personam respicias, confidenter dic hominem illum semper fuisse: si verò ad naturam hominis, concede eum cœpisse.

Si deus alium hominem assumere potuit vel aliunde
quàm de genere Ade.

SOLET etiam quæri, vtrum alium hominem vel aliunde quàm de genere illius Adam deus assumere poterit. Ad quod sanè dici potest, ipsum & aliam animam & aliam carnem potuisse assumere: quia gratia tantum assumpta est anima illa & caro à verbo dei. Vt enim ait Aug. In rebus per tepus ortis illa summa gratia est, quod homo in vnitatem per-

sonæ coniunctus est deo, potuit ergo deus aliam animam & aliam carnem assumere: & carnem vtrique aliunde quàm de genere Adam. Vnde Aug. in libr. 13. de Trinit. Potuit itaque deus hominem aliunde suscipere, in quo esset mediator dei & hominum, non de genere illius Adam, qui peccato suo obligauit genus humanum, sicut ipsum quem primò creauit, non de genere alicuius creauit. Poterat ergo vel sic vel alio quo veller modo creare vnum alium, de quo vinceretur victor prioris. Sed melius iudicauit & de ipso quod victum fuerat genere assumere hominem, per quem hominis vinceret inimicum. Et tamen ex Virgine, cuius conceptum spiritus non caro, fides non libido præuenit, nec interfuit carnis concupiscentia, qua cæteri concipiuntur, qui originale trahunt peccatum: sed credendo, non concubendo facta est fecundata virginitas. Ex his aperte ostenditur & alium & aliunde hominem deum assumere potuisse.

Cap. 18. in
principio.

Matt. 1. d
Luca 1. c

Si homo ille potuit peccare, vel non
esse deus.

IDEO non immeritò quæritur, vtrum homo ille poterit peccare vel non esse deus. Si enim potuit peccare, & potuit damnari, Si potuit damnari, potuit non esse deus, ergo si potuit peccare, potuit non esse deus: quia esse deum, & posse velle iniquitatem, simul esse nequeunt. Hic distinctione opus est, vtrum de persona, an de natura agatur. Si enim de persona agitur: manifestum est quia peccare non potuit, nec deus non esse potuit. Si verò de natura, discutiendum est vtrum agat de ea vt verbo vnita, an de ea tanquam non vnita verbo, & tamen enti, id est, an de ea secundum quod fuit vnita verbo, an de ea secundum quod esse potuit, & non vnita verbo. Non est enim ambiguum animam illam entem vnitam verbo peccare non posse: & est sine ambiguitate verum eandem, si esset & non vnita verbo, posse peccare.

Psal. 5.

Quorundam oppositio quod poterit etiam
vnita peccare.

QUIDAM tamen probare conantur etiam eam vnitam verbo posse peccare: quia liberum arbitrium habet, & ita potest flecti in vtranque partem, quod friuolum est: cum & angeli liberum arbitrium habeant, & tamen gra-

De hoc li. 2. dist. 7. Ioan. 3. d. Eccl. 31. b. tia à deo sunt confirmati vt peccare nequeant. Quanto magis ergo ille homo, cui spiritus est datus sine mensura? Inducant quoque auctoritatem ad probandum idem. Scriptum est enim in lib. Sapient. Qui potuit transgredi, & non est transgressus: facere malum, & non fecit. Sed accipiendum est secundum membra, vel partim de capite, partim de membris, De capite, non est transgressus, & non fecit malum. De membris, potuit transgredi, & facere malum.

Si deus potuerit assumere hominem in sexu muliebri.

S O L E F etiam queri, quanuis curiosè à nonnullis, si deus humanam naturam potuit assumere secundum muliebrem sexum. Quidam arbitrantur eum potuisse assumere hominem in scemineo sexu, vt assumpsit in virili. Sed opportunius atque conuenientius factum est, vt de scemina nasceretur, & virum assumeret: vt ita vtriusque sexus liberatio ostenderetur. Vnde August. in lib. 83. *Quæst.* Hominis liberatio in vtroque sexu debuit apparere, ergo quia virum oportebat suscipere, qui sexus honorabilior est, consequens erat & sceminei sexus liberatio. Hinc apparet quia ille vir de scemina natus est. Sapientia ergo dei quæ dicitur vnigenitus filius, homine suscepto in vtero & de vtero Virginis, liberationem hominis indicauit.

S I C H R I S T V S S E C V N D V M N A T U R A M hominis in sapientia & gratia proficere potuit & profecit.

Distinct. XIII.

Quomodo verbi seu Christi in carnatio ordinatur ad nostram redemptio- nem quæ- rim ad plenitudi- nē gratiæ & sapien-

P Reterea sciendum est Christum secundum hominem ab ipsa conceptione, gratiæ plenitudinem recepisse: cui spiritus datus est non ad mensuram, in quo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Ita verò habitat, vt ait Augustinus ad Dardanum, quod omni gratia plenus est. Non ita habitat in Sanctis. Vt in nostro corpore inest sensus singulis membris, sed non quantum in capite (ibi enim & visus est, & auditus, & olfactus, & gustus, & tactus: in cæteris autem solus est tactus, (ita in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis: quia ille est caput: in quo sunt omnes sensus. In Sanctis verò

quasi solus est tactus: quibus datus est spiritus ad mensuram, cum de illius plenitudine acceperunt. Acceperunt autem de illius plenitudine non secundum essentiam, sed secundum similem acceperunt gratiam. Puer ergo ille plenus sapientia & gratia fuit ab ipsa conceptione. Vnde Hier. rectè dicit. Nouum faciet Dominus super terram: mulier circumdabit virum, quia in vtero Virginis perfectus vir extitit, non solum propter animam & carnem, sed etiam propter sapientiam & gratiam, qua plenus erat.

Auctoritatem ponit quæ videtur obuiare.

H V I C autem sententiæ videtur obuiare quod in Luca Evangelio legitur, Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud deum & homines. Si enim proficiebat sapientia & gratia: non videtur à cōceptione habuisse plenitudinem gratiæ sine mensura. Ad quod sanè dici potest, ipsum secundum hominem tantam à conceptione accepisse sapientiæ & gratiæ plenitudinem, vt ei plenius conferre non potuerit: & tamen verè dicitur profecisse sapientia & gratia, non quidem in se, sed in aliis qui de eius sapientia & gratia proficiebant, dum eis sapientiæ & gratiæ munera secundum processum ætatis magis ac magis patefaciebat. Vnde Gregorius in quadam Homil. ait, Iuxta hominis naturam proficiebat sapientia: non quod ipse sapientior esset ex tempore, qui à prima conceptionis hora spiritu sapientiæ plenus permanebat: sed eandem, qua plenus erat, sapientiam ceteris ex tempore paulatim demonstrabat. Iuxta hominis naturam proficiebat ætate ab infantia ad iuuentutem. Iuxta hominis naturam proficiebat gratia, non ipse quod non habebat per accessum temporis accipiendo, sed pandendo donum gratiæ quod habebat. Apud deum & homines proficiebat: quia quantum proficiente ætate patefaciebat hominibus dona gratiæ, quæ sibi inerant, & sapientiæ, tantum eos ad laudem dei excitabat, & sic deo patri ad laudem dei, & hominibus ad salutem proficiebat. In aliis ergo nõ in se proficiebat sapientia & gratia. Vnde in eodem Evangelio puer ille sapientia plenus & gratia perhibetur. Sic ergo dicitur profecisse sapientia & gratia, vt aliquis rector ecclesiasticus dicitur proficere in cura fi-

via simul. Ad Colo. 2. b. In epi. ad Dardanum in fine 57. Tomo 2. Ioan. 1. b. Hier. 31. d. Luca 2. 8. Determinatio auctoritatis. In glo. citatur nomine Gregor. sed est Beda. Homil. II. super Lucã circa illud Luc. 2. Iesus proficiebat ætate & sapientia. Ioan. 1. b.

bi tradita: cum per eius industriam alij proficiunt.

Prædictū videtur aduersari quod Ambrosius ait.

*Cap. 7. me
dioc. 10. 2.
Colof. 2.
Ioan. 12.
et 13.
Luc. 2. 2*

ALIBI tamen scriptum reperitur, quod secundum sensum hominis profecerit, sicut ætate hominis profecit. Ait enim Ambrosius in libro de Incarnationis Dominicæ Sacramento sic: Deus perfectionem naturæ suscepit humanæ. Suscepit sensum hominis: sed non sensu carnis fuit inflatus. Sensu hominis animam dixit conturbatam: sensu hominis esuriuit & rogauit: sensu hominis profecit. sicut scriptum est, Iesus proficiebat ætate & sapientia & gratia. Quomodo proficiebat sapientia Dei? profectus ætatis & profectus sapientiæ non diuinæ, sed humanæ naturæ est. Ideo ætatem commemorauit: ut secundum hominem crederes dictum. Ætas enim non diuinitatis, sed corporis est. Ergo si proficiebat ætate hominis, proficiebat sapientia hominis. Sensus autem hominis profecit: & quia sensus, ideo sapientia. Quis sensus proficiebat? Si humanus, ergo ipse per incrementum susceptus est. Si diuinus, ergo mutabilis per profectum. Quod enim proficit, mutatur in melius: sed quod diuinum est, non muratur. Quod ergo mutatur, non est diuinum. Sensus ergo proficiebat humanus. Sensus ergo suscepit humanum. Nec poterat confortari virtus Dei, nec crescere Deus, nec altitudo sapientiæ Dei impleri. Quæ ergo implebatur, erat non Dei, sed nostra sapientia. Nam quomodo implebatur, qui ut omnia implet descendit? Per quem autem sensum dixit Esaias, quod patrem nesciebat puer aut matrem? Scriptum est enim, Priusquam sciat puer vocare patrem aut matrem, accipiet spolia Samaritæ. Sapientiam enim Dei futura & occulta non fallunt. Expers autem agnitionis infantia per humanam utique imprudentiam quod adhuc non didicit, ignorat. Sed verendum est, inquam, ne si duos principales sensus aut geminam sapientiam Christo tribuamus, Christum diuidamus. Nunquid cum & diuinitatem eius & carnem adoramus, Christum diuidimus? Nunquid cum in eo imaginem Dei crucemque veneramus, diuidimus eum? Apostolus certe qui de eo dixit, Quoniam etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, viuit tamen ex virtute Dei: ipse dixit quia non diuinus

De duobus sensibus Christi, seu gemina sapientia.

Esai. 8. 2

2. Co. 13. 14

est Christus. Nunquid etiam cum dicimus, quia animam rationalem & intellectus nostri suscepit capacem, diuidimus eum? Non enim ipse Deus verbum pro anima rationali & intellectus capaci in carne sua fuit: sed animam rationalem & intellectus nostri capacem, & ipsam humanam & eiusdem substantiæ, cuius nostræ sunt animæ, & carnem nostræ similem eiusdemque, cuius caro est nostra, substantiæ suscipiens, perfectus etiam homo fuit.

De intelligentia præmissorum verborum.

HÆC verba Ambrosij pia diligentia inspicienda sunt: quæ ex parte hominis ignorantiam instrunt & illuminant, ex parte errandi fomitem malè intellecta ministrant. His etenim euidenter traditur, duos in Christo esse principales sensus, siue geminam sapientiam. Neque ideo vnitas & singularitas personæ diuiditur: sed iuxta duas naturas duas habet sapientias: vnā non creatam, sed genitam, quæ ipse est: alteram non genitam, sed creatam: & per gratiam ei collatam. Nam Esaias de eo protestatur, Requiescit super eum spiritus sapientiæ & intellectus. Spiritus ergo sapientiæ & intellectus, id est, sapientia & intelligentia per spiritum sanctum gratis data, Christus erat sapiens secundum animam. Secundum Deum verò sapiens erat sapientia æterna, quæ Deus est. Et sicut in quantum est Deus, bonus est bonitate naturali, quæ ipse est, & iustus iustitia naturali, quæ ipse est: ita sapiens sapientia naturali, quæ ipse est. Anima verò eius sicut bona est & iusta bonitate vel iustitia gratis data, quæ ipse vel ipsa non est: ita est sapiens sapientia gratis data, quæ ipsa non est. Et licet gemina in Christo sit sapientia, vna tamen eademque persona est: quæ in quantum Deus est, & in quantum natura diuina est, sapiens est sapientia ingenita, scilicet sapientia æterna, quæ est pater: & sapientia, quæ non est ingenita, quæ communis est tribus personis, non tamen gemina sapientia, quia non est alia & alia sapientia, sapientia ingenita, quæ tantum pater est: & sapientia, quæ communiter pater est & filius & spiritus sanctus. In quantum verò eadem persona est homo id est, secundum hominem acceptum, vel in quantum est subsistens ex anima & carne, sapiens est sapientia gratuita. Sapiens ergo est humano sensu & diuino.

1. Cor. 1.

De gemina Christo sapientia genita scilicet & creatâ.

Esai. 11. 2

Quomodo intelligendum sit illud, sensus proficiebat humanus.
SED ex qua causa illius dicti intelligentia scilicet, sensus proficiebat humanus, assumenda est? Apertè enim videtur Ambrosius innuere, quòd secundum humanum sensum Christus profecerit, & quòd infantia eius expers cognitionis fuerit, & patrem & matrem ignorauerit: quòd nec ecclesia recipit, nec præmissæ autoritates patiuntur sic intelligi. Sed ita sanè potest accipi, vt quantum ad visum hominum & sui sensus ostensionem Christus profecisse dicatur. Proficiebat ergo humanus sensus in eo secundum ostensionem, & aliorum hominum opinionem. Ita etiam patrem & matrem dicitur ignorasse in infantia: quia ita se habebat & gerebat, ac si agnitionis expers esset.

SI ANIMA CHRISTI HABVERIT
 sapientiam parem cum Deo: & si omnia
 scit quæ Deus.

Distinct. XIII.

A.

*Quo verbi
 seu Christi
 incarnatio ordina-
 tur ad no-
 stram redem-
 ptionem quæ
 tunc ad ple-
 nitudinẽ
 sciẽtiæ spiri-
 ritualiter.
 Opinio
 quorundam.
 Psal. 138.
 Comment.
 super illi
 versiculũ
 Psalm.
 1. Cor. 2.c*

HIC quæri opus est, cum anima Christi esset sapiens sapientia gratuita, vtrum habuerit sapientiam æqualem Deo, siue omnium rerum scientiam habuerit vel habeat, id est, vtrum omnia sciat quæ Deus scit. Quibusdam placet, quòd nec parem cum Deo habeat scientiam, nec omnia sciat quæ Deus: quia in nullo creatura æquatur creatori. Cum ergo anima illa creatura sit, in nullo æquatur creatori: ergo nec in sapientia. Non ergo habet æqualem cum Deo sapientiam, nec scit omnia quæ Deus. Item, si anima illa æqualem habet cum Deo sapientiam, non ergo Deus in omni bono maiorem habet sufficientiam, quam eius creatura. Inducunt etiam autoritates ad idem probandum. Air enim Propheta ex persona hominis assumpti, Mirabilis facta est scientia tua ex me, & non potero ad eam. Quod exponens Cassiodo. ait, Veritas humane conditionis ostenditur: quia assumptus homo diuinæ substantiæ non potest æquari vel in scientia, vel in alio. Apostolus etiam ait, Nemo nouit quæ sunt Dei, nisi spiritus Dei, qui solus scrutatur omnia, etiam profunda Dei. His aliisque pluribus rationibus & autoritatibus nectuntur

qui animam Christi asserunt nec parem cum Deo habere scientiam, nec omnia scire quæ Deus scit. Quia si omnia scit quæ Deus scit ergo creare mundum: scit etiam creare seipsam.

Responsio quæstionis, de finitiam continens sententiã. A

QVIBVS respondentes, dicimus animam Christi per sapientiam sibi gratis datam in verbo Dei, cui vnica est: vnde etiam perfecte intelligit, omnia scire quæ Deus scit: sed non omnia posse quæ potest Deus, nec ita clarè & perspicuè omnia capit vt Deus: & ideo non equatur creatori suo in scientia, et si omnia sciat quæ & ipse, nec est eius sapientia æqualis sapientie Dei, quia illa multo est dignior, dignitiusque & perfectius omnia capit, quam illius animæ sapientia. Ergo & in scientia maiorem habet sufficientiam Deus, quam illa anima quæ dignior est omni creatura. Illud verò à postoli quod inducunt, Nemo nouit quæ Dei sunt, nisi spiritus Dei, qui solus scrutatur omnia: pro nobis facit. Mox enim addit Apostolus, Nos autem spiritum Dei habemus: vt per spiritum quem habebat, Dei profunda se scire ostenderet. Sed anima illa præ omnibus spiritum Dei habuit, cui spiritus non est datus ad mensuram, vt ait Ioannes Euangelista. Dona ergo spiritus sancti sine mensura habuit, ergo & sapientiam. Omnia ergo sciuit anima illa. Si enim quædam sciuit, quædam non: tunc non sine mensura scientiam habuit. Sed sine mensura scientiam habuit, scit ergo omnia. Fulgentius etiam in Sermone quodam multa inducit, quibus asserit animam illam rerum omnium scientiam habere: vtens autoritate Apostoli dicentis, In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Quod etiam ratione potest probari sic: Nihil scit aliquis quod eius anima ignorat. sed Christus secundum omnium concessionem omnia scit: ergo anima eius omnia scit. Ad id verò quod dicunt, Si omnia scit: ergo scit creare mundum vel seipsam. respondemus, quòd scientiam habet mundum creandi, sed non potentiam, & creandi animam: & scit quomodo Deus seipsam creauerit. Habet ergo scientiam sui creatæ, sed non sui creandæ: quia non est creanda, sed creata.

Quare Deus non dedit ei potentiam omnium, vt scientiam. B

SI verò quæritur, quare Deus non dederit ei potentiam faciendi omnia, vt scientiam. Responderi potest, quia natu-

1. Cor. 2.c

Ioann. 3.d

Coloss. 2.a

raliter capax est scientiæ: & ideo id congruè ei datum est sine mensura, cuius ipsa naturaliter capax est. Non est autem ei datum posse omnia facere quæ Deus facit, ne omnipotens, & per hoc Deus putaretur. Veruntamen fortè nec potentiam facienti omnia ei Deus præstare potuit, etsi potentiam faciendi aliqua ei dederit quæ non facere potest. Scit ergo anima Christi omnia quæ Deus scit in verbo Dei: quod liquidius & præsentius omni creatura contemplatur, ut ei vnita: in quo etiam angeli & quæ Dei sunt, & quæ futura sunt, cognoscunt.

Quomodo intelligenda sint quedam verba Ambrosij, super Lucam.

** alias Be-
da circa il-
lud, Luc. 1
Hic erit
magnus,
& est Ho-
mil. 2, su-
per Lucam.
in glossa
tamen ci-
tatur sub
nomine
Ambrosij
& Bedæ.*

SED si illa anima non habet tantam potentiam, quantum & Deus, nec homo assumptus tantam potentiam, quantum & Deus: quomodo ergo intelligitur illud Ambrosij super Lucam, ubi angelus de nascituro filio Virginis ait, Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur. Non ideo, inquit, erit magnus, quod ante partum Virginis magnus non fuerit: sed quia potentiam, quam Dei filius naturaliter habet, homo erat ex tempore accepturus, ut vna sit persona homo & Deus. Ecce aperte dicit, quod homo erat accepturus ex tempore potentiam, quam Dei filius habuit naturaliter. Sed si homo accepturus erat illam potentiam: ergo vel persona, vel natura hominis. Sed persona non, quia semper habuit & habet: ergo natura. Si natura: ergo anima. Nam de carne constat quod accipere non posset. Ad quod dicimus, illud esse accipiendum de persona, sed non in quantum est Dei, imò in quantum est persona hominis. Vna est enim persona Dei & hominis, filij Dei & filij hominis: quæ in quantum Dei persona est, semper & naturaliter omnipotentiam habuit: sed in quantum est hominis, non semper fuit. Illa ergo persona, quæ semper fuerat Dei, futura erat hominis persona: & secundum hoc quod futura erat hominis persona, acceptura erat ex tempore potentiam, quam naturaliter & semper habuerat, in quantum Dei persona. Secundum hanc distinctionem illud & similia sanè possunt accipi. Quæ distinctio in pluribus questionum articulis est necessaria aduersus quorundam perplexam verborum tem. Sed cum de rebus constat, in verbis frustra habetur conuersionis.

DE HOMINIS DEFECTIBVS
quos assumpsit Christus in huma-
na natura.

Distinct. xv.

Illud quoque prætermittendum non est, quod dei filius naturam hominis accepit passibilem, animam passibilem, & carnem passibilem & mortalem. Ut enim probaretur verum corpus habere, suscepit defectus corporis, famem, sitim & huiusmodi. Et ut veram animam probaretur habere, suscepit defectus animæ, scilicet tristitiam, timorem, dolorem, & huiusmodi. Omnis autem sensus animæ est. Non enim caro sentit, sed anima utens corpore vel instrumento. Vnde Augustinus super Gen. in lib. 12. Non corpus sentit, sed anima per corpus: quo velut nuncio utitur ad confirmandum in seipsa, quod extrinsecus nunciatur. Sicut ergo anima quod fortis est per corpus tanquam per instrumentum videt vel audit: ita etiam per corpus quædam sentit mala, quæ sine corpore non sentiret, ut famem, & sitim, & huiusmodi. Vnde non immerito defectus corporis dicuntur. Quædam autem non per corpus, imò etiam sine corpore sentit, ut est timor, & huiusmodi. Sentit ergo anima dolores, sed quosdam per instrumentum corporis, quosdam vero non. Suscepit autem Christus sicut veram naturam hominis, ita & veros defectus hominis, sed non omnes. Assumpsit enim defectus poenæ, sed non culpæ: nec tamen omnes defectus poenæ, sed eos omnes, quos homini eum assumere expediebat, & suæ dignitati non derogabat. Sicut enim propter hominem homo factus est, ita propter eum hominis defectus suscepit. Suscepit enim de nostro, ut de suo nobis tribueret, ut nostrum tolleret defectum. Suscepit enim nostram vetustatem, ut suam nobis infunderet nouitatem. Similam ille accepit vetustatem, id est, poenæ, ut nostram duplam consumeret, id est, poenæ & culpæ.

Qualiter accipiendum sit illud quod ait Leo papa

TRADIT authoritas, quod Dominus noster in se suscepit omnia infirmitatis nostræ præter peccatum, quod nisi accipiatur de illis tantum, quæ eum sumere pro nobis oportuit nec dedecuit, falsum esse probatur. Non enim assumpsit ignorantiam aliquam: cum sit ignorantia quædam, quæ defe-

*Quomodo
verbi in-
carnatio
ordinatur
ad nostram
redemptio-
nem quan-
tum ad de-
fectus pas-
sibilitatis
in genera-
li, cap. 24.
Tomo 3.*

*Hebr. 2.
& 4.
Leo papa
in epist. ad
Flavianum
episcopum
quæ est no-
mero 10.
& in Ser-
mone de
natiuitate.*

re domini, qui inci-
pit, Exul-
temus in
Domino.
& Dama-
scenus lib.
4. Ortho.
Fidei cap.
14. & ad
verbum Glos-
Ja interli-
nearis cir-
ca illud Io-
an. 4. Ie-
sus autem
fuit gatus,
Etc.
Ca. 18. &
lib. Retrac.
1. cap. 9. in
fine to. 1.
& lib. de
Bono Per-
seuerantia.
c. 11. to. 7.
& de Na-
tura &
Gratia cō-
tra Pela.
cap. 67.
Primoca.
9. in fine
& lib. de
Lib. Ar.
3. c. 20. &
21. & lib.
de Bono
Perseuerā

ctus est, nec peccatum est, scilicet ignorantia inuincibilis: nam vincibilis peccatum est, si tamen de his est quæ nobis expedit scire. Sunt enim quædam, quorum scientia non affert, vel ignorantia non impedit salutem, & forte talium re- sum ignorantia defectus non est. Constat autem in nobis esse ignorantiam atque difficultatem volendi vel faciendi bonum, quæ ad miseriam nostram pertinent. Vnde Aug. in lib. 3. de Lib. Arbit. Approbare, inquit, falsa pro veris, vt erret inuitus, & resistente atque torquente dolore carnalis vinculi non posse à libidinosis operibus temperare, non est natura instituti hominis, sed pœna damnati. Ex qua miseria peccantibus iustissimè inflicta liberat dei gratia: quia sponte homo libero arbitrio cadere potuit, non etiam surgere, ad quam miseriam pertinet ignorantia & difficultas, quam patitur omnis homo ab exordio natiuitatis suæ: nec ab isto malo quisquam, nisi gratia dei liberatur. Ecce euidenter dicit hic Aug. ignorantiam, qua quis inuitus falsa pro veris approbat, & difficultatem, qua non potest se temperare à malo, ad miseriam nostram pertinere, & pœnam esse hominis. Hæc autem Christus non habuit. Non ergo accepit omnes defectus nostræ infirmitatis præter peccatum.

Quod ignorantia talis & difficultas non sit peccatum. c

SED forte aliquis dicit illa esse peccatum. Cui obuiat illud quod Augustinus tradere videtur, hoc scilicet deum inculpabiliter ante peccatum in exordio conditionis homini poruisse induere, vt essent ei naturalia: ira in libr. Retractar. inquit, Ignorantia & difficultas, etiam si essent hominis primordia naturalia, nec sic esset culpandus deus, sed laudandus. Sed si hæc homo in primordio naturaliter habuisset, nunquid essent in eo defectus & pœna? si defectus vel pœna ei indita fuisset ante peccatum, iniuste cum eo agi videretur, si ante culpam sentiret pœnam. Ob hoc sanè dicimus illa non fuisse defectus vel pœnas, si naturaliter homini inuisissent: sicut non fuit homini ante peccatum nondum gratiam adeptio defectus sine pœna, non posse proficere. Sed postquam gratiam recepit, per quam proficere potuit, & ad tempus profecit: eamque culpam suam post amisit, simulque proficiendi facultatem perdidit, defectus fuit ei & pœna

& pœna non posse proficere, scilicet malum declinare & bonum facere. Omnes ergo defectus nostros suscepit Christus præter peccatum, quosei conueniebat suscipere, & nobis expedit. Sunt enim plura ægritudinum genera & corporis vitia: à quibus omninò immunis exiit. Quos enim defectus habuit, vel ad ostensionem veræ humanitatis, vt timorem & tristitiam: vel ad impletionem operis ad quod venerat, vt passibilitatem & mortalitatem: vel ab immortalitatis desperatione spem nostram erigendam, vt mortem, suscepit. Hos autem defectus non conditionis suæ necessitate, sed miserationis voluntate suscepit. Veros quidem habuit defectus, sicut & nos, sed non ex eadem causa. Nos enim ex peccato originali hos defectus contrahimus, sicut Apostolus insinuat dicens, Corpus quidem propter peccatum mortuum est, id est, necessitatem moriendi habet in se. Christus autem non ex peccato huiusmodi habuit defectus, quia sine peccato est conceptus & natus, & in terris cōuersatus. Sed ex sola miserationis voluntate de nostro in se transtulit veram infirmitatem, sicut accepit veram carnem: quam sine omni infirmitate assumere potuit, sicut absque culpa eandem suscepit.

Authoritatibus probat Christum secundum hominem verè dolores sensisse & timuisse, contra quosdam hoc negantes.

SED quia nonnulli de sensu in passione humanitatis Christi malè sensisse inueniuntur, asserentes similitudinem atque imaginem passionis & doloris Christum hominem pertulisse, sed nullum omninò dolorem vel passionem sensisse: autoritatum testimoniis eos conuincentes, indubitabile faciamus quod supra diximus. Propheta Esa. dicit, Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et Veritas ipsa in Euangelio ait, Tristis est anima mea vsque ad mortem: vbi etiam legitur, Cœpit Iesus parere & tædere. Propheta etiam ex persona Christi ait, Repleta est malis anima mea. Quod exponens August. inquit, Non vitiis & peccatis: sed humanis malis, id est, doloribus repleta fuit anima Christi, quibus ipsa compatitur carni. Non enim dolor corporis potest esse sine anima. Dolere autem anima, etiā non dolente corpore, potest. Hos autem hu-

sta. c. 11. et
12. tom. 7.

Quod, ola voluntate hos defectus suscepit non necessitate conditionis.
Rom. 8. b.
Bar. 3. d

Cerdonia- ni, de quibus Aug. li. de Hæres. par. 21. & Nestich. de quibus ibi.
Para. 49.
Esa. 53. b
Mat. 26. d
Mar. 14. d
Psal. 87.
Tomo 8.
enarratio ne ad eum ad versu.

Ca. 3. to. 2.
Mat. 26. d
Ioan. 13. d
Ioan. 11. d

Ca. 3. in fi.

Ca. 1. pau-
do superius
& super
illud Luc.
22. pater si
possibile
est.
Ad Dam.
in medio.
tom. 4.

manæ infirmitatis affectus, sicut ipsam carnem ac mortem, non humana conditionis necessitate, sed miserationis voluntate suscepit. Ambr. etiam in lib. 2. de Fide, ait, Scripsum est. Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Timet ergo Christus: & dum Petrus non timet, Christus timet. Petrus dixit, Animam meam pono pro te: Christus dicit, Anima mea turbatur. Vt unumque verum est & rationis plenum quod & ille qui est inferior non timet, & ille qui superior est gerit timentis affectum. Idem in eodem, Vt homo turbatur, vt homo flet, vt homo crucifigitur per naturam hominis & cædiavit & resurrexit. Non turbatur eius virtus, non turbatur eius diuinitas: sed turbatur anima secundum humanam fragilitatis assumptionem. Nam qui suscepit animam, suscepit etiam animam passionem. Non enim eò quod Deus erat, aut turbari aut mori posset. Idem in eodem, Suscepit tristitiam meam & confidenter tristitiam nomino, qui crucem prædico. Vt homo habuit tristitiam, quam meo suscepit affectu: mihi compatitur, mihi tristis est, mihi dolet. Ergo pro me & in me doluit, qui pro se nihil habuit quod doleret. Doles igitur Domine Iesu, vulnera mea, non tua: quia tu non pro te, sed pro me doles. Hieronymus quoque in Explanacione fidei ait, Nos ita dicimus hominem passibilem à Dei filio susceptum, vel deitas impassibilis permaneret. Passus est enim filius Dei non putatiue, sed verè, omnia quæ de illo Scriptura testatur, sed secundum illud quod pati poterat, scilicet secundum substantiam assumptam. Licet ergo persona filij suscepit passibilem hominem, ita tamen eius habitatione secundum substantiam suam nil passa est, vt tota trinitas, quam impassibilem necesse est confiteri. His aliisque auctoritatibus perspicuum fit Christum verè passibilem assumpsisse hominem, atque in eo defectus & affectus nostræ infirmitatis suscepisse: sed voluntate, non necessitatis conditione.

Hic ponit quæ prædictis aduersari videntur.

Expositio-
ne 2. ad.
Psal. 21.
tom. 8.
1. Pet. 2. d.

QVÆ DAM tamen reperiuntur in Sanctorum tractatibus, quæ præmissis aduersari videntur. Nam super illum locum Psal. Clamabo, & non exaudies. August. tradere videtur Christum nec verè timuisse, nec verè tristatum esse, dicens sic, Quomodo hoc dicit, qui peccatum non fecit, nec in-

uentus est dolus in ore eius? sed nobis de corpore suo hoc dicit. Corporis enim sui, id est, ecclesie gerebat personam: sicut & alibi cum dicit, Transeat à me calix iste, pro nobis loquitur nisi fortè pateretur timuisse mori, sed non verè timebat Dominus pati, tertio die resurrecturus, cum arderet Paulus dissolui, & esse cum Christo. Non enim fortior est miles quam Imperator. Miles enim coronandus gaudet mori, & dominus coronaturus timet mortem? Sed infirmitatem nostram representans, pro suis infirmis qui timent mori, hæc dixit. Vox illorum erat non capitis. Hierony. etiam ait, Erubescant qui putant saluatorem timuisse mortem, & passionis pauore dixisse, Transeat à me calix iste.

Determinatio auctoritatum.



NE autem in sanctis literis aliqua aduersa diuersitas esse putetur, harum auctoritatum verba in hunc modum accipienda dicimus: vt non veritatem timoris & tristitiæ vel passionem, sed timoris & tristitiæ necessitatem & passionem à Christo remouisse intelligantur. Habuit enim Christus verum timorē & tristitiam in natura hominis: sed nō sicut nos qui sumus membra eius. Non enim causa peccati nostris his defectibus necessariò subiaccemus: & in nobis sunt isti defectus secundum propassionē & passionem: sed in Christo non nisi secundum propassionem. Sicut enim in peccatis gradus quidam notantur propassio & passio, ita & in prenatalibus affectibus. Afficitur enim quis interdum timore vel tristitia, ita vt mētis intellectus nō inde moueatur à rectitudine vel Dei cōtemplatione: & tunc propassio est. Aliquando verò mouetur & turbatur: & tunc passio est. Christus verò non fuit ita turbatus in anima timore vel tristitia, vt à rectitudine vel à Dei cōtemplatione aliquatenus declinaret: secundum quem modum intelligitur, cum dicitur vel timuisse vel tristis fuisse. Vnde Hieron. super Matth. vbi legitur, Cœpit contristari & cœctus esse. Vt veritatem, inquit, probaret assumpti hominis, verè contristatus est: sed non passio eius dominanti animo, verum propassio est. Vnde ait, Cœpit contristari. Aliud est enim cōtristari, aliud incipere cōtristari: quod est, aliter cōtristatur quis per propassionē, aliter per passionem. Ideoque secundum hanc distinctionem aliquando dicitur

Psal. 35.
Mat. 26.

Phil. 1. d

Super E-
uangelij
Mat. in
initio Com-
mentarij
26. cap.
Tomo 8.

Matth.
26. d

De passio-
ne & pro-
passione ri-
moris &
tristitiæ.
Supra lib.
2. dist. 33.
licera 21.

Matth.
26. d

Comenta-
rio ad 26.
ca. penè in
medio Co-
mentarij
circailud,
Capit cen-
tristari.

*Enarratione in
Psal. 93.
post mediū
108.
Mat. 26.d
Philip. 1.d*

Mat. 14.d

Christus non verè timuisse, aliquando verè timuisse, quia verum timorem habuit & tristitiam, sed nō secundum passionem, neque ex necessitate cōditionis, vnde Aug. ex his causis volens assumi dīctorum intelligentiam, dicit Christum non verè timuisse vel tristitiam esse, & incontinenti veram tristitiam habuisse. His verbis infirmos in se præsigans Dominus ait, *Pater, si fieri potest trāseat a me calix iste.* Non enim verè timebat Dominus pari, tertia die resurrecturus, cum arderet Paulus dissolui & esse cum Christo. Ille gaudet coronandus, & tristis est Dominus coronaturus? Ecce hic videtur tristitiam & timorem à Christo remouere. Cōtinuò autem subiunxit. Sed tristitiā sic assumpsit quomodo carnem. Fuit enim tristis, sicut Evangelium dicit. Si enim tristis non fuit, cum Evangelista dicat, *Tristis est anima mea,* &c. ergo & quando dicit, *Dormiuit Iesus, non dormiuit:* vel quādo dicit manducasse, non māducauit: & ita nihil sanum relinquitur, vt dicatur etiam, *Corpus non erat verum.* Quicquid ergo de illo scriptum est, verū est, & factum est. Ergo tristis fuit: sed voluntate tristitiam suscepit veram, quomodo voluntate carnem veram. A perrè noscis eundem sibi in his verbis contradicere, nisi varias dīctorum discerneret causas: ex quibus intelligentia verborum assumenda est. Si enim discernatur intelligentiæ causa prædīctorum verborum, nihil occurrit cōtradictionis.

De quibusdam Hilarij capitulis valde obscuris, que videntur communi sententiæ obuiare.

VERVENTAMEN magis mouent ac difficiliorem afferunt quæstionem verba Hilarij, quibus videtur tradere ictus & vulnera & huiusmodi sic in Christum incidisse, vt passionis dolorem non incurerent: sicut telum tractum per aquam vel ignem vel aëra, ea facit quæ & cum trahitur per corpora animata, quia perforat & compungit; non tamen dolorem ingerit, quia non sunt illæ res doloris capaces. Ita & corpus Christi sine sensu pœnæ, vim pœnæ excepisse dicit: quia sicut corpus nostrum non habet talem naturam, vt valeat calcare vndas: ita corpus Christi dicit non habuisse, naturam nostri doloris, quia non habuit naturam ad dolendū. Ait enim sic in 10. lib. de Tri. Vnigenitus Deus hominē

Lōgè satis

vrūm secundum similitudinem nostri hominis, non deficiens à se Deo assumpsit. In quo quauis aut ictus incideret, aut vulnus descenderet, aut nodi concurrerēt, aut suspensio eleuaret, afferrent quidem hæc impetum passionis, non tamen passionis dolorem inferrent: vt telum aliquid aquam perforans, vel ignem compungens, vel aëra vulnerans, omnes quidem has passiones naturæ suæ infert, vt perforet, vt compungat, vt vulneret: sed naturam suam in hæc passio illata non retinet, dum in natura non est vel aquam forari vel pungi ignem, vel aëra vulnerari: quāuis natura teli sit & vulnerare, & compungere & forare. Passus quidem Christus est dum cæditur, dum suspenditur, dum moritur: sed in corpus irruens passio, nec non fuit passio, non tamen naturam passionis exercuit: dum & pœnali ministerio pœna defecuit, & virtus corporis sine sensu pœnæ vim pœnæ in se defecuentis excepit. Habuit sanè illud Dominicum corpus doloris nostri naturam, si corpus nostrum id naturæ habet, vt calcet vndas, & fluctus desuper eat, nec clauis domus obstaculis arceatur. At verò si Domini corporis solum ista natura sit, vt feratur in humidis, & sistat in liquidis, & structa transcurrat: quid per naturam humani corporis carnem ex spiritu sancto conceptam iudicamus? Caro illa de cælis est, & homo ille de Deo est, habens ad patiendum corpus: & passus est, sed naturam non habens ad dolendum. Idem in eodem, Videamus an ille passionis ordo infirmitatem in Domino doloris permittat intelligi. Dilatis enim causis, ex quibus metum Domino hæresis ascribit, res ipsas vt gestæ sunt conferamus. Nec enim fieri potest, vt timor eius significetur in verbis cuius fiducia continuatur in factis. Timuisse ergo hæreticō passionem videtur. Sed ob ignorantia huius errorem Petrus & Satanas & scandalum est. An ne timuit mori, qui armatis obuius prodiit? & in corpore eius infirmitas fuit, ad cuius occursum consternata persequentium agmina supinatis corporibus conciderunt? Quam ergo infirmitatem dominatam huius corporis credis, cuius tantam habuit natura virtutem? Sed fortè dolorem vulnerum timuit. Quem, rogo, o tu Domine infirmitatis asseritor, penetrantis carnem clauis habuit terrorem, qui excisam aurem solo restituit tactu? Produçens hæc aurem manus, clauum do-

*ab initio
lib. sed an
te mediū.
Hilarij.*

*Ibid. pau-
lo inferri?*

*Mat. 16.d
Ioan. 18. a*

*Eod. li. 10
paulo in se
rius.*

let, & sentit vulnus, qui alteri dolorem vulneris non reliquit? Pungendæ carnis metu tristis est. cuius in actu caro post cædem sanatur? Idem, Collatis ergo dictorum gestorumque virtutibus demonstrari non est ambiguum, in natura corporis eius infirmitatem corporeæ naturæ non fuisse: & passionem illam licet corpori illata sit, non tamen naturam dolendi corpori intulisse: quia licet forma corporis nostri esset in Domino, non tamen vitiosæ infirmitatis nostræ forma erat in corpore, quod ex conceptu spiritus sancti Virgo progeniuit. Audisti Lector verba Hilarij, quibus dolorem excludere videtur. Sed si excussa sensus & impietatis hebetudine, præmissis diligenter intendas, atque ipsius scripturæ circumstantiam inspicias, dictorū rationem atque virtutem percipere utrunque poteris: & intelligentiam arguere non attētabis. Intelligentur enim ea ratione dixisse dolorem passionis in Christum non incidisse, & virtutem corporis Christi sibi excepisse vim pœnæ sine sensu pœnæ: quia doloris causam & meritum in se non habuit. Quod videtur notasse vbi ait, Non habens naturam ad dolendum. Et ideo non iudicanda est caro illius secundum naturam nostri corporis, nec in eo etiam dominium habuit passio: ita etiam non habuit naturam ad timendum vel tristandum, quia nō habuit talem naturā, in qua esset causa timoris vel tristitiæ. Itaque necessitas timēdi non fuit in eo sicut est in nobis. Nec natura doloris fuit in eo, sicut est in nobis. Tristitia tamen in eo fuisse consequenter asserit, sed causam eius extitisse, nō suam mortem, sed defectum Petri & aliorum Apostolorum. Dicit enim Christum non propter mortem, sed vsque ad mortem tristem fuisse, his verbis, Interrogo quid sit Christum tristem esse vsque ad mortem, & tristem esse propter mortem? non enim eiusdem significationis est, tristem esse propter mortem, & vsque ad mortem: quia vbi propter mortem tristitia est, illic mors causa tristitiæ est, vbi verò tristitia vsque ad mortem est, mors non tristitiæ est causa, sed finis. Ad eam autem non propter mortem suscepta est tristitia, ut sit destituta per mortem. Non ergo sibi tristis est, sed illis qui in scādalo per infirmitatem carnis erant futuri: quos monet orare, ne inducantur in tentationem, qui antē polliciti erant se non scandalizari.

De tristitia Christi. & eius causa secundum eundem. L. 10. paulo inferi ad præcedentia.

Ibid. paulo inferi.

AN IN CHRISTO FVERIT NECESSITAS PATIENDI & MORIENDI, QUÆ EST DEFECTUS GENERALIS.

Distin. XVI.

HIC oritur quæstio ex prædictis ducens originem. Dictum est enim supra, quod Christus in se nostros defectus suscepit præter peccatum. Est autem hominis quidam generalis defectus, qui peccatum non est, scilicet necessitas patiendi vel moriendi. Vnde corpus nostrum nō tantum mortale, sed etiam mortuum dicitur: quia non tantum aptitudinem moriendi, sed etiam necessitatem habet, Ideo quæritur, utrum necessitas talis in Christi carne fuerit. De aptitudine enim moriendi, quod in eo fuerit, ambiguum non est: quæ etiam ante peccatum in homine fuit, quando aliquis in eo non fuit defectus, nec ergo mortalitas illa tunc in eo fuit defectus, quia natura ei erat. Vnde etiam quidam talē mortalitatem in nobis non esse defectum non improbè tradunt, sed necessitatem moriendi vel patiendi: quæ etiam mortalitas dicitur vel passibilitas. Dicitur enim homo nunc passibilis vel mortalis, non modò propter aptitudinem, sed etiam propter necessitatem. Sed nunquid hic defectus fuit in Christi carne? Anima quoque eius cum passibilis extiterit ante mortem, nunquid necessitatem patiendi habuit? Si enim necessitas patiendi vel moriendi fuit in Christo, non videtur sola voluntate miserationis defectus nostros accepisse. Ad quod dici potest, Christum voluntate non necessitate suæ naturæ hos defectus sicut alios suscepisse, scilicet necessitate patiendi in anima, simul autem patiendi & moriendi in carne. Verum hanc necessitatem non habuit ex necessitate suæ conditionis, quia à peccato immunis: sed ex sola voluntate accipit, de nostra infirmitate ponens tabernaculum suum in sole, scilicet sub temporali mutabilitate & labore. Vnde super epistolam ad Hebræos authoritas dicit, quod sicut hominibus aliis & iure & lege naturæ statutum est semel mori: ita & Christus eadem necessitate & iure naturæ semel oblatuſ est, & non sapè. Nec ideo dicitur iure naturæ, quod ex natura suæ conditionis hunc defectum traxerit: qui etiam non provenit nobis ex natura secundum quod prius est instituta, sed ex ea peccato vitata: & ideo dicitur hic defectus natura-

Quomodo verbi seu Christi in carnatio ordinatur ad nostrā redemptionem quantum ad passionem doloris in speciali.

Rom. 8. b. Quod mortalitas ante peccatū nō fuit in homine defestus.

An anima Christi habuit necessitatem patiendi.

Psal. 18.

Glossa super illud cap. 9. ad Heb. Sta-

tantum est
omnibus
mori.

lis, quia quasi pro natura inoleuit in omnibus diffusus.

*De statibus hominis, & quid de singulis
Christus accepit.*

ET est hic notandum Christum de omni statu hominis aliquid accepisse, qui omnes venit saluare. Sunt enim quatuor status hominis. Primus ante peccatum: Secundus post peccatum, & ante gratiam: Tertius sub gratia: Quartus in gloria. De primo statu accepit immunitatem peccati. Vnde Aug. illud Ioannis euangelistæ exponens. Qui de sursum venit super omnes est: dicit Christum venisse de sursum, id est, de altitudine humanæ naturæ ante peccatum: quia de illa altitudine sumpsit verbum dei humanam naturam, dum non assumpsit ipsam culpam, cuius assumpsit poenam. Sed poenam assumpsit de statu secundo, & alios defectus. De tertio verò gratiæ plenitudinem. De quarto non posse peccare, & dei perfectam contemplationem. Habuit enim simul bona Viæ quædam, & bona Patriæ, sicut & quædam mala Viæ.

SI OMNIS CHRISTI ORATIO

vel voluntas expleta sit.

Distinct. XVII.

Quo Christi
sicut carnatio
ordinatur
ad nostram
reformationem
quæ
ad virtutum
preferentiam
de voluntate
& oratione.
Ma. 2.6.d

POST prædicta considerare oportet, vtrum Christus aliquid voluerit vel orauerit quod factum non sit: Hoc enim existimari potest per hoc quod ipse ait. Pater, si possibile est, transeat à me calix iste, Veruntamen non quod ego volo, sed quod tu vis. Hic nanque voluntatem suam à patris voluntate discernere videtur.

De voluntatibus Christi secundum duas naturas.

QUOCIRCA ambigendum non est diuersas in Christo fuisse voluntates iuxta duas naturas, diuinam scilicet voluntatem & humanam. Humana voluntas est affectus rationis vel affectus sensualitatis: & alius est affectus animæ secundum rationem, alius secundum sensualitatem: vterque tamen dicitur humana voluntas. Affectu autem rationis id volebat, quod voluntate diuina, scilicet pati & mori: sed affectu sensualitatis non volebat, imò refugiebat, nec tamen in eo carere contra spiritum vel deum concupiscebat: quia vt ait

Aug. nonnullum est vitium cum caro concupiscit aduersus spiritum. Caro autem dicta est concupiscere, quia hoc secundum ipsam agit animam, sicut anima per aurem audit, & per oculum videt. Caro enim nihil nisi per animam concupiscit. Sed concupiscere dicitur, cum anima carnali concupiscentia spiritui reluctatur, habens carnalem delectationem de carne & à carne aduersus delectationem, quæ spiritus habet. Ipsi autem carnalis concupiscentiæ causa non est in anima sola, nec in carne sola: ex vtroque enim fit, quia sine vtroque delectatio talis non sentitur. Talis ergo rixa talisque concertatio in anima Christi nullatenus esse potuit, quia carnalis concupiscentia ibi esse nequiuit. Dei etiam voluntas erat, & rationi placebat, vt illud secundum carnem veller, quatenus veritas humanitatis in eo probaretur. Nā qui hominis naturam suscepit, quæ ipsius sunt subire debuit. Ideoque sicut in nobis duplex est affectus, mentis, scilicet & sensualitatis: ita & in eo debuit esse geminus affectus, vt mentis affectu vellet mori, & sensualitatis affectu noller: sicut in viris sanctis fit. Petro enim ipsa Veritas dicit, Cum senueris, extends manus tuas, & alius præcinget te, & ducet te quod non vis, scilicet ad mortem. Quod exponens August. dicit quod Petrus ad illam molestiam nolens est ductus, nolens ad eam venit: sed volens eam vicit: & reliquit affectum infirmitatis, quo nemo vult mori, qui ad eum est naturalis, vt eum Petro nec senectus abstulerit. Vnde etiam Dominus ait, Transeat à me calix iste, sed vicit eum vis amoris. Ergo & in Christo secundum humanitatem, & in membris eius geminus est affectus: vnus rationis charitate informatus, quo propter deum quis mori vult: alter sensualitatis, carnis infirmitati propinquus & ei coniunctus, quo mors refugitur. Vt enim Aug. ait, Paulus mentis ratione cupit dissolui & esse cum Christo, sensu autem carnis refugit & recusat. Hoc habet humanus affectus, quoniam qui diligit vitam, odit mortem. Secundum istum affectum Christus mori noluit, nec obtinuit quod secundum istum affectum petiit.

*Authoritatibus probat diuersas in
Christo voluntates.*

EX affectu ergo humano, quem de Virgine traxit, volebat non mori, & calicem transire orabat. Vnde Beda Orat

H 5

Lib. 19. de
ciu. dei. c.
4. libr. de
Ge. ad lib.
10. cap. 12.
Ad Ga.
5. cap.

10. vbi. f
To. 9. tra-
ctat. 123.
in fine.

Ma. 2.6.d
Au. epi.
120. quæ
est de gra-
tia noni
test. ad Ho.
noratum
ca. 6.
Ad Phr.
lip. 1.6.

Mat. 26. transire calicem, quia homo erat, dicens, Pater, transeat à me
 Ioan. 6. d. calix iste. Ecce habet voluntatem humanam expressam. Vi-
 Glossa alle de iam rectum cor: Sed non quod ego volo, sed quod tu vis.
 gat sub no Unde alibi, Non veni facere voluntatem meam, quam scilicet
 mine Hic cet temporaliter sumpsi ex Virgine: sed voluntatem eius qui
 ron. Super misit me, quam scilicet æternius habui cum patre, Hic aperte
 Mar. 14. dicit duas in Christo fuisse voluntates, secundum quas diuer-
 sed re ve sa voluit. Hieronymus quoque super illum locum: Spiritus
 ra sunt promptus est, caro autem infirma: dans intelligi hic duas vo-
 Bede com luntates exprimi, ita ait, Hoc contra Euthicianos, qui dicunt
 men. super in Christo vnam tantum voluntatem. Hic autem ostendit
 li. 4. circa humanam, quæ propter infirmitatem carnis recusât passio-
 hunc loc. nem: & diuinam quæ prompta est perficere dispensationem.
 Mar. 14. Augustinus etiam duas in Christo asserit voluntates dicens,
 Concione Quantum distat Deus ab homine, tantum voluntas Dei à
 prima e- voluntate hominis. Vel hominem Christus gerens ostendit
 narrationis priuatam voluntatem quandam hominis, in qua & suam & no-
 in Psal. 31. stram figurauit qui caput nostrum est, & ad eum sicut mem-
 super eo lo bra pertinemus. Pater, inquit, si fieri potest, transeat à me ca-
 co, Restos lix iste. Hæc humana voluntas erat proprium aliquid, & tan-
 decet col- quam priuatum volens. Sed quia rectum vult esse hominem,
 landario. & ad Deum dirigi, subdit, Non quod ego volo, sed quod tu
 tomo 8. vis. Ac si diceret, Vide te in me: quia potes aliquid proprium
 Ma. 26. d. velle, vt Deus aliud velit. Conceditur hoc humanæ fragilitati.
 Super Ps. Idem alibi, Christus in passione duas expressit voluntates
 93. post me in se secundum duas naturas. Ait enim, Pater si fieri potest,
 diu enar- transeat à me calix iste. Ecce habes hominis voluntatem, quam
 rationis cir ad diuinam continuo dirigens ait, Verumtamen non sicut ego
 ca illud. volo, sed sicut tu. Ambrosius ita etiam in lib. 11. de fide: Scri-
 Quousque prum est, Pater si fieri potest, transfer à me calicem hunc.
 iust. cõne. Verba Christi sunt, sed quomodo & in qua forma dicantur,
 in iudic. aduerte. Hominis substantiam gerit, hominis assumpsit affec-
 Ca. 3. cõsa- ctum. Non ergo quasi Deus, sed quasi homo loquitur. Suscep-
 sè per totu- pit quidem voluntatem meam. Mea est voluntas, quam suam
 cap. 20. 2. dixit, cum ait, Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Cum au-
 Mar. 14. tem dixit, Omnia quæ habet Pater, mea sunt, quia nihil ex-
 Ioan. 16. b. cipitur sine dubio quam pater habet, eandem & filius habet
 Or 17. a voluntatem. Eadem est Christi voluntas, quæ paterna. Vna
 ergo voluntas est patris & filij. Sed alia est voluntas hominis,

alia Dei: vt scias vitam in voluntate esse hominis passio-
 nem autem Christi in voluntate diuina, vt pateretur pro
 nobis. His testimoniis euidenter docetur in Christo duas
 fuisse voluntates: quod quia negauit Macharius archiepiscopus,
 in constantinopolitana Synodo condemnatus est. Et ex
 affectu humano sensualitatis quidem, non rationis, illud vo-
 luit & petiit, quod non impetrauit. Nec ideo petiit vt impe-
 trarer, quia sciebat Deum non esse facturum illud nec illud
 fieri volebat affectu rationis, vel voluntate diuinitatis. Ad
 quid ergo petiit? Vt membris formam præberet imminente
 turbatione clamandi ad Dominum; & subiciendi volunta-
 tem suam diuinæ voluntati: vt si pulsante molesta tristite-
 tur, pro eiusdem amotione orent. Sed si nequeunt vitare,
 dicant quòd ipse Christus. Non ergo ad insipientiam fuit,
 quòd Christus clamans non exauditur ad salutem corpora-
 lem. Bonum quidem petiit, scilicet vt non moreretur: sed
 melius erat vt moreretur, quòd & factum est.

*De eo quòd Ambrosius dicit Christum dubitasse
 affectu humano.*

CÆTERVM non parum nos mouent verba Ambro-
 sij, quibus significare videtur Christum secundum humanum
 affectum de patris potentia dubitasse: sic dicens in libro se-
 cundo de fide, De quo dubitat, de se, an de patre? De eo uti-
 que cui dixit, Transfer, dubitat hominis affectu. Nam Deus
 nõ de patre dubitat, nec de morte formidat. Propheta etiam
 non dubitat, qui nihil Deo esse impossibile asserit: Omnia
 quæcunque voluit fecit. Num infra homines constitus
 Deum? Propheta non dubitat, & filium dubitare tu credis? Vt
 homo ergo dubitat, vt homo locutus est. His verbis innui vi-
 detur, quòd Christus, non in quantum Deus est, vel Dei filius,
 sed in quantum homo, dubitauerit affectu humano. Quod
 ea ratione dictum accipi potest, non quia ipse dubitauerit,
 sed quia modum gessit dubitantis, & hominibus dubitare
 videbatur.

*Verba Hilarij longè diuersam exprimentia sen-
 tentiam à præmissa.*

ILLVD etiam ignorandum non est, quòd Hilarius

Cap. 3.
 Mar. 14.
 Psal. 134.

8

Lib. 10. de Tri. longè suis ab initio lib. sed ante medium. Ioan. 13. d. Mar. 14. d.

asserere videtur Christum non sibi, sed suis orasse, cum dixit: Transfer à me calicem hunc: sicut nec sibi, sed suis timuit. Nec cum voluisse, ut sibi non esset passio, sed ut à suis transfret calix passionis: ita inquit, Si passio honorificatura eum erat, sicut Iuda exente ait, Nunc honorificatus est filius hominis: quomodo tristem eum metus passionis effecerat: nisi forte tam irrationabilis fuerit, ut pati mortem timuerit, quæ patientem se glorificatura esset? sed forte timuisse vsque cõexistimabitur, ut transferri à se calicem deprecatur sit, dicens, Pater, transfer calicem hunc à me. Quomodo enim per patiendi metum transferri deprecatur à se, quod per dispensationis studium festinaret implere? Non enim conuenit ut pati nolit, qui pati venit: & cum pati eum velle cognosceres, religiosius fuerat hoc confiteri, quam ad id impie stultitiæ prorumpere, ut eum assereres ne pateretur orasse, quem pati velle cognosceres. Non ergo sibi tristis fuit, neque sibi orat transfere calicem, sed Discipulis, ne in eo calix passionis incumberet, quem à se transfere orat, ne in his scilicet maneat. Non enim rogat ne secum sit, sed ut à se transeat. Deinde ait, Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Humanæ in se sollicitudinis significans consortium, sed non discernens sententiam sibi communis cum patre voluntatis. Pro hominibus ergo vult transfere calicem, per quem omnes Discipuli erant tentandi: & ideo pro Petro rogat, ne deficiat fides eius. Sciens ergo hæc omnia post mortem suam desitura, vsque ad mortem tristis est: & sic hunc calicem non posse transfere, nisi biberit, ideo ait, Pater mi, si non potest transfere calix iste nisi bibam illum, fiat voluntas tua: sciens in se consummata passione metum calicis transfurum, qui nisi eum bibisset, transfere non posset: nec finis terroris nisi consummata passione, terrori succederet, quia post mortem eius per virtutum gloriam apostolicæ infirmitatis scandalum pelleretur. Intende Lector his verbis pia diligentia, ne sint tibi vasa mortis.

SI CHRISTVS MERUIT SIBI ET
nobis, & quid sibi, & quid nobis.

Distinct. XVIII.

Quomodo verbi seu **D**E merito etiam Christi prætermittendum non est, de quo quidam dicere solent, quod non sibi, sed membris

tantum meruerit. Meruit quidem membris redemptionem à diabolo, à peccato à poena, & regni referationem, ut a mota ignea romphca libere pateret introitus: sed & sibi meruit impassibilitatis & immortalitatis gloriam, sicut ait Apostolus, Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum & dedit illi nomen quod est super omne nomen. Apertè dicit Apostolus Christum propterea exaltatum per impassibilitatis gloriam: quia est humiliatus per passionis obedientiam. Humilitas ergo passionis, meritum fuit exaltationis: & exaltatio præmium humilitatis. Vnde Augustinus exponens præmissum capit. ait, Ut Christus resurrectione glorificaretur, prius humiliatus est passione. Humilitas claritatis est meritum: claritas humilitatis est præmium. Sed hoc totum factum est in forma serui. In forma enim Dei semper fuit, & erit claritas. Item Ambrosius idem cap. tractans, ait, Quid & quantum humilitas mercatur, hic ostenditur. His testimoniis euidentis sit, quod Christus per humilitatem & obedientiam passionis meruit clarificationem corporis: nec id solum, sed etiam impassibilitatem animæ. Anima enim ipsius ante mortem erat passibilis, sicut caro mortalis: sed post mortem merito humilitatis & anima impassibilis facta est, & caro immortalis. Vtrum autem anima sit facta impassibilis, quando caro facta est immortalis, scilicet ipso resurrectionis momento, de autoritate nobis certum non est. Sed vel mox post carnis separationem anima impassibilitate donata est: aut in resurrectione, quando caro resoruit.

Quod à conceptu meruit sibi Christus hoc quod per passionem.

B NEC solum hoc meruit Christus quando patri obediens crucem subiit: sed etiam ab ipsa conceptione ex quo homo factus est, per charitatem & iustitiam, & alias virtutes, in quarum plenitudine fuit secundum hominem conditus, sibi tantum meruit, quantum post per martyrij tolerantiam. Tanta enim plenitudo spiritualium charismatum in eo fuit, quod in eis proficere non potuit: & ideo melior ipsius anima fieri non potuit, quam ab initio suæ conditionis extitit, quia proficere in meritis non valuit. Vnde Gregorius ait, Non habuit

Christi carnatio ordinatur ad nostram redemptionem, quantum ad voluntatis prout respicit exercitium merendi. Ad Ph. 2. Tra. 10. 4. super Ioa. circa illud Ioan. 17. Clarifica filiū tuū. Expositio ne ad illud. 2. ad Phi. Propter quod & Deus illū super exaltauit, to. 4. Quod anima Christi sit facta impassibilis. Super Ezech. lib. 1. Ho. 6. paulo post principis, ubi exponit mysticè il-

Iud. Ex. 25. omnino Christus iuxta animæ meritum, quo potuisset proficere, in membris autem quæ nos sumus quotidie proficit. *Facies & candelas & duos filios.* Non ergo plus meruit sibi per crucis patibulum, quam à conceptione meruit per gratiam virtutum. Non ergo profecit secundum animæ meritum, quantum ad virtutem: meriti profecit tamen quantum ad numerum meritorum. Plura enim habuit merita in passione, quam in conceptione: sed maioris virtutis non extiterunt in merendo plura, quam autè fuerant pauciora. Meruit ergo à conceptione non modo gloriam impassibilitatis & immortalitatis corporis: sed etiam impassibilitatem animæ. Per quid? Per obedientiam & voluntatem perfectam, quam non tunc primò habuit, nec maiorem cum pati cœpit & mori. Obediens enim, perfectus & bonus extitit secundum hominem, ex quo fuit homo. Habuit ergo anima illa aliquod bonum in se post mortem, quod non habuit antè. Num ergo beator vel melior fuit quam antè? Absit quòd melior fuerit: quia nec sanctior, nec gratia cumulatior. Nec etiam beator fuit in Dei contemplatione, in quo præcipue beatitudo consistit. Potest tamen dici in hoc beator fuisse, quia ab omni miseria immunis. Ex quo nequit inferri simpliciter, quòd beator fuerit.

Ad Phil. lip. 2. b
In li. 2. contra Max. ca. 5. & li. 3. Cap. 2.
Fide in Glo. Ord. ad illud ad Phil. 2
Et donavit illi nomen.
Quod nomen illi datum est homini & non deo.
Distinct. 6. lib. D.

De eo quod scriptum est, Donavit illi nomen quod est super omne nomen.

NEC tantum gloriam impassibilitatis & immortalitatis meruit, sed etiam meruit donari sibi nomen quod est super omne nomen, scilicet honorificentiam, quòd vocatur Deus: hoc tamen nomen ante mortem habuit. Habuit enim hoc nomen Dei filius, in quantum Deus est, ab æterno per naturam: in quantum vero homo factus est: habuit ex tempore per gratiam. Veruntamen Aug. dicit homini donatum esse illud nomen, non Deo: quia illud nomen habuit, cum in forma Dei tantum erat. Sed cum dicitur, Propter quod illum exaltavit, & donavit illi nomen quod est super omne nomen: satis apparet propter quid exaltaverit, id est, propter obedientiam, & in qua forma exaltatus sit. In qua enim forma crucifixus est, in ea exaltatus est, & in ea donatum est ei nomen: ut cum ipsa forma serui nominetur vnigenitus filius Dei, hoc illi donatum est ut homini, quod iam habebat idem ipse Deus.

Hoc ergo per gratiam accepit, ut ipse ens homo, vel subsistens in forma serui, id est, in anima & carne nominetur & sit Deus. Sed nunquid hoc tunc meruit? supra enim dictum est, quia hoc tantum bonum homo ille non meruit. Quomodo ergo hic dicitur. Propter obedientiam donatum est ei hoc nomen? Secundum tropum illum in Scriptura creberrimum hoc capiendum est, quo dicitur res fieri quando innoscit. Post resurrectionem verò quod antè erat in evidenti positum est, ut scirent homines & dæmones. Manifestationem ergo illius nominis donavit ei deus post resurrectionem: sed illam meruit per obedientiam passionis, qui eò quòd obediuit patiendo, exaltatus est resurgendo; & per hoc manifestatum est nomen. Hoc eodem tropo vsus est etiam Dominus post resurrectionem dicens, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra: nam quòd tunc primò acceperit, sed quam antè habebat, tunc manifestata est potestas. Cæterum Ambr. dicit nomen illud donatum esse deo, non homini: & videtur secundum verborum superficiem, oppositus Aug. sed intelligentia non obuiat, licet diuersum sapiat. Nam Ambros. de naturali donatione id dictum intelligit, qua æternaliter pater generando dedit filio nomen quod est super omne nomen, scilicet esse Deum per naturam: quia genuit ab æterno filium plenum & sibi æqualem deum. Quod tamen nomen Apostolus propter passionis obedientiam Christo donatum dicit. Sed præmissio locutionis modo accipiendum est.

Si Christus sine omni merito illa habere potuit.

SI verò queritur, utrum Christus illam immortalitatis & impassibilitatis gloriam, & nominis dei manifestationem sine omni merito habere potuerit: sanè dici potest, quia humanam naturam ita gloriosam suscipere potuit, sicut in resurrectione extitit. Nomenque suum etiam aliter hominibus manifestare potuit: sed homo passibilis esse non potuit, sicut fuit, & ad illam gloriam sine merito peruenire. Potuit quidem peruenire ad illam sine merito passionis, quia potuit consumpta mortalitate immortalitatis gloria vestiri: sed non sine merito iustitiæ & charitatis, aliarumque virtutum. Non enim Christus homo esse potuit, in quo plenitudo virtutum & gratiæ non fuerit. Nec virtutes ei inesse potuerunt cæcilio

Mat. 2. 8. b

Ambros. quod datum fuit deo et non homini
In Comenta- rio ad cap. 2. ad Phil. in medio Comenta- rij, in to. 4. & citatur in Glossa Ordin. ad eundem locum Pauli.

mortalitatis induto: quin per eas mereretur. Habens ergo has virtutes secundum hominem passibilem ac mortalem non potuit non mereri gloriam immortalitatis. Non ergo potuit factus mortalis, sine merito gloriam impassibilitatis & immortalitatis ac manifestationem Dei nominis consequi. Potuit tamen hoc assequi sine merito passionis: quia per passionem nil sibi meruit, quod non antè per virtutes meruerit.

De causa mortis & passionis Christi.

Mat. 11. d AD quid ergo voluit pati & mori, si ei virtutes ad merendum illa sufficiebant? Pro te, non pro se. *Ioann. 8. d* Quomodo pro me? *Phil. 2. b* Ut ipse passio & mors tibi esset forma & causa. *ad He. 5. c* Forma virtutis & humilitatis: causa gloriæ & libertatis. *Qualiter* vsque ad mortem obediendi: & causa tuæ liberationis ac beatitudinis. Meruit enim nobis per mortis ac passionis tolerantiam, quod per præcedentia non meruerat, scilicet aditum paradisi, & redemptionem à peccato, à pœna, à diabolo: & per mortem eius hæc nos adepti sumus, scilicet, redemptionem, & filiorum gloriæ adoptionem. Ipse enim moriendo factus est hostia nostræ liberationis. Sed quomodo per mortem nos à diabolo & à peccato redemit, & aditum gloriæ aperuit? Deceuerat Deus in mysterio, ut ait

In comen. Ambrosius, propter primum peccatum non intramitti hominem in paradysum, id est, ad Dei contemplationem non admitti, nisi in vno homine tanta existeret humilitas, quæ omnibus suis proficere posset: sicut in primo homine tanta fuit superbia, quæ omnibus suis nocuit. Non est autem inuentus inter homines aliquis quo id posset impleri, nisi leo de tribu Iuda, qui aperuit librum, & soluit signacula eius, implendo in se omnem iustitiam, id est, consummatissimam humilitatem, qua maior esse non potest. Nam omnes alij homines debitores erant, & vix vnicuique sua virtus sufficiebat & humilitas. Nullus ergo eorum hostiam poterat offerre sufficientem reconciliationi nostræ. Sed Christus homo sufficiens & perfecta fuit hostia: qui multo amplius est humiliatus, amaritudinem mortis gustando, quam ille Adam superbiit per esum ligni vetiti noxia delectatione perfruendo. Si ergo illius superbia omnium extirpit ruina, ipsum de paradiso mittens foras, aliisque occludens ianuam, multo magis Christi humilit

humilitas, qua mortem gustauit, ingressum regni caelestis omnibus suis impleto Dei decreto aperire valuit, atque decreti delere chirographum. Vt enim ait Ambr. Tantum fuit peccatum nostrum, vt saluari non possemus, nisi vnigenitus Dei filius pro nobis moreretur, debitoribus mortis: sed sic dignos nos fecit testamenti & promissæ hæreditatis. Quod non ita est intelligendum, quasi non alio modo saluare nos potuerit, quam per mortem suam: sed quia per aliã hostiam non potuit nobis aperiri regni aditus, & fieri salus, nisi per mortem vnigeniti, cuius tanta fuit (vt dictum est) humilitas & patietia, vt eius merito pateret credentibus in eum aditus regni. Magna ergo in morte vnigeniti præstita sunt nobis, vt liceat nobis redire in patriã: sicut olim in morte summi Pontificis, his qui ad ciuitatem refugij confugerant, securè ad propria remeare. Ecce aliquatenus ostensum est, qualiter per Christi mortem aditus regni sit nobis paratus.

HIC QUÆRITVR, QUALITER
à diabolo & à peccato nos redemit
per mortem.

Distinct. XIX.

NVnc ergo quæramus, quomodo per mortem ipseus à diabolo, & à peccato, & à pœna redemptus sumus. A diabolo ergo & à peccato per Christi mortem liberati sumus: quia, vt ait Apostolus, in sanguine ipsius iustificati sumus, & in eo quod sumus iustificati, id est, à peccatis soluti, à diabolo sumus liberati, qui nos vinculis peccatorum tenebat. Sed quomodo à peccatis per eius mortem soluti sumus? Quia per eius mortem, vt ait Apostolus, commendatur nobis charitas Dei, id est, apparet eximia & commendabilis charitas Dei erga nos in hoc, quod filium suum tradidit in mortem pro nobis peccatoribus. Exhibita autem tantæ erga nos dilectionis arra, & nos mouemur, accendimurq; ad diligendum Deum, qui pro nobis tanta fecit: & per hoc iustificamur, id est, soluti à peccatis, iusti efficiamur. Mors ergo Christi nos iustificat, dñ per eã charitas excitatur in cordib; nostris. Dicimur quoq; & aliter p mortẽ Christi iustificari, quia per fidẽ mortis eius à peccatis mundamur. Vnde Apostolus, Iustitia Dei est per fidem Iesu Christi. Et itẽ, Quem Deus proposuit pro-

Ad Col. 2. c. in Gloss. ordinaria super 9. c. epistol. ad Hebr. circa illud, Ideo noui Testam. Nu. 35. d & Iosue 20. a. b

A *De redemptione nobis facta per passionẽ Christi quantum ad efficaciam & vtilitatẽ. Ro. 3. d. et Rom. 5. b ad Ro. 8. f Act. 15. b Rom. 3. c Ibid. d Num. 2. c*

pitiatorem per fidem in sanguine ipsius, id est, per fidem passionis, ut olim aspicientes in serpentem æneum in ligno creatum, à moribus serpentum sanabantur. Si ergo rectè fidei intuitu in illum respicimus, qui pro nobis pendit in ligno, à vinculis diaboli solvimur, id est, à peccatis; & ita à diabolo liberamur, ut nec post hanc vitam in nobis inueniat quod puniat. Morte quippè sua vno verissimo sacrificio, quicquid culparum erat, vnde nos diabolus ad luenda supplicia detinebat, Christus extinxit, ut in hac vita tentando nobis non praualeat. Licet enim nos tentet post Christi mortem quibus modis antè tentabat: non tamen vincere potest, sicut antè vincebat. Nam Petrus, qui ante Christi mortem voce ancillæ territus negavit, post mortem antè reges & præfides ductus non cessit. Quare? quia fortior, id est, Christus veniens in domum fortis, id est, in corda nostra, vbi diabolus habitabat, alligauit fortem, id est, à seductione compescuit fidelium: ut tentationem quæ ei adhuc permittitur, non sequatur seductio. Itaque in Christi sanguine, qui soluit quæ non rapuit redempti sumus à peccato, & per hoc à diabolo. Nam vt ait Aug. in ipso vincuntur inimicæ nobis inuisibiles potestates, vbi vincuntur inuisibiles cupiditates. Fuso enim sanguine sine culpa omnium culparum circographa delera sunt, quibus debitores qui in eum credunt, à diabolo antè tenebantur. Vnde, Qui pro multis effundetur. Per illum ergo redempti sumus, in quo princeps mundi nihil inuenit. Vnde Aug. causam & modum nostræ redemptionis insinuans, ait, Nihil inuenit diabolus in Christo vt moreretur: sed pro voluntate patris mori Christus voluit, non habens mortis causam de peccato, sed de obedientia & iustitia mortem gustauit, per quam nos redemit à seruitute diaboli. Incideramus enim in principè huius seculi, qui seduxit Adam, & seruum fecit, corpitque nos quasi vernaculos possidere: sed venit redemptor, & victus est deceptor. Et quid fecit redemptor captiuatori nostro? Tetendit ei musculi pulsam crucem suam: posuit ibi quasi escam, sanguinem suum. Ille autem sanguinem suum fudit, non debitoris, per quod recessit à debitoribus. Ille quippè ad hoc sanguinem suum fudit, ut peccata nostra deleteret. Vnde ergo nos diabolus tenebat, delerum est sanguine redemptoris. Non enim tenebat nos nisi vinculis

Aug. lib. 4. de Tri. Luc. 22. f. Ath. 4. Luc. 11. c. Psal. 68. In lib. de Agone Christiano cap. 2. in tomo 3. Aug. lib. de Baptismo Paruulorum 2. qui alias dicitur de Peccatorum Meritis et Remissione cap. 30. tomo 7. Ibid. cap. 31. & lib. 13. de Tri. cap. 15. Beda quoque super illud ad Heb. 2. Vt per mortem destrueret & Glossa ibidem. Mat. 12. c. Mar. 3. d

peccatorum nostrorum: istæ erant catenæ captiuorum. Venit ille, alligauit fortem vinculis passionis suæ: inrauit in domum eius, id est, in corda eorum vbi ipse habitabat, & vasa eius, scilicet nos, eripuit, quæ ille impleuerat amaritudine sua. Deus autem noster vasa eius eripiens & sua faciens, fudit amaritudinem, & impleuit dulcedine per mortem suam à peccatis redimens, & adoptionem gloriæ filiorum largiens.

Cur Deus homo & mortuus.

FACTVS est ergo homo mortalis, vt moriendo diabolus vinceret. Nisi enim homo esset qui diabolus vinceret, non iuste sed violenter homo ei tolli videretur, qui se illi sponte subiecit. Sed si eum homo vicit iure manifesto hominem perdidit: & vt homo vincat, necesse est vt Deus in eo sit, qui eum à peccatis immunem faciat. Si enim per se homo esset, vel angelus in homine, facile peccaret, cum vtrunque naturam per se constet cecidisse. Ideo Dei filius hominem passibilem sumpsit, in quo & mortem gustauit, quo cælum nobis aperuit: & à seruitute diaboli, id est, à peccato (seruitus enim diaboli peccatum est) & à pœna redemit.

Quomodo & à qua pœna Christus nos redemit per mortem.

A qua pœna? temporali, & æterna. Ab æterna quidem, relaxando debitum: à temporali verò penitus nos liberabit in futuro, quando nouissima mors inimica destruetur. Adhuc enim expectamus redemptionem corporis: secundum animas verò iam redempti sumus ex parte, non ex toto, à culpa non à pœna, nec omnino culpa. Non enim ab ea sic redempti sumus, vt non sit, sed vt non dominetur.

Quomodo pœnam nostram portauit.

PECCATA quoque nostra, id est, pœnam peccatorum nostrorum dicitur in corpore suo super lignum portare: quia per ipsius pœnam quam in cruce tulit, omnis pœna temporalis, quæ pro peccato conuersis debetur, in baptismo penitus relaxatur, vt nulla à baptizato exigatur, & in poenitentia minoratur. Non enim sufficeret illa pœna, qua poenitentes ligat ecclesia, nisi pœna Christi cooperaretur, qui

Rom. 8. c. Ephes. 1. a

Coloss. 3.

1. Cor. 15. d. Rom. 6. b

1. Pet. 2. d. Esa. 53. d

Rom. 3. d

pro nobis soluit. Vnde peccata iustorum, qui fuerunt ante aduentum, in sustentatione Dei fuisse vsque ad Christi mortem, dicit Apostolus, ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore. Ecce aperte expositum est, quomodo & quid Christus per mortem nobis meruit & impetrauit.

si solus Christus debet dici redemptor, vt solus dicitur mediator.

1. Tim. 2. b
Galat. 3. c
Esa. 41. d

V N D E ipse verè dicitur mundi redemptor, & Dei hominumque mediator. Sed mediator in scriptura dicitur solus filius: Redemptor verò aliquando etiam pater vel spiritus sanctus. Sed hoc propter vsum potestatis, non propter exhibitionem humilitatis & obedientiae. Nam secundum potestatis simul & obedientiae vsum, filius proprie dicitur redemptor: quia in se expleuit per quae iustificati sumus: & ipsam iustificationem est operatus potentia deitatis cum patre & spiritu sancto. Est ergo redemptor, in quantum est Deus, potestatis vsum: in quantum homo, humilitatis effectus. Et sepius dicitur redemptor secundum humanitatem, quia secundum eam & in ea suscepit & impleuit illa sacramenta, quae sunt causa nostrae redemptionis. Proprie ergo filius dicitur redemptor.

De mediatore.

Aug. sup. per Psal. 103. conuisione 4. circa illud Draco iste 1. Tim. 2. b Iob 31. b Rom. 5. b Aug. sup. tract. 11. circa illud Ioan. 17. Et dilexisti eos. Sup. 1. d Aug. ii. de ri. 13. c. 16

Q V I solus dicitur mediator, non pater vel spiritus sanctus. De quo Apostolus. Vnus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, id est per hominem quasi in medio arbiter est ad componendam pacem, id est, ad reconciliandum homines Deo. Hic est arbiter quem Iob desiderat, Vtinam esset nobis arbiter. Reconciliati enim sumus Deo (vt ait Apostolus) per mortem Christi. Quod non sic intelligendum est, quasi nos ei sic reconciliauerit Christus, vt inciperet amare quos oderat, sicut reconciliatur inimicus inimico, vt deinde sint amici qui ante se oderant: sed iam nos diligenti Deo reconciliati sumus. Non enim ex quo ei reconciliati sumus per sanguinem filij, nos coepit diligere: sed ante mundum, priusquam nos aliquid essemus. Quomodo ergo nos diligenti Deo sumus reconciliati? Propter peccatum cum eo habebamus inimicitias, qui habebat erga nos charitatem, etiam cum inimicitias exercebamus aduersus eum, operando iniquitatem. Ita ergo inimici eramus Deo, sicut

iustitiae sunt inimica peccata: & ideo dimissis peccatis tales inimicitiae finiuntur, & reconciliantur iusto, quos ipse iustificat. Christus ergo dicitur mediator, eo quod melius inter Deum & homines ipsos reconciliat Deo. Reconciliat autem dum offendicula hominum tollit ab oculis Dei, id est, dum peccata delet, quibus Deus offendebatur, & nos inimici eius eramus. Sed cum peccata deleat non solus filius, sed & pater & spiritus sanctus, quorum deletio est nostra ad Deum reconciliatio, quare solus filius dicitur mediator? Nam de patre legitur, quod reconciliauerit sibi mundum. Ait enim Apostolus, Deus enim erat in Christo, mundum sibi reconcilians. Cum ergo reconciliat, quare non dicitur mediator? Quia nec medius est inter Deum & homines, nec in se habuit illa sacramenta, quorum fide & imitatione iustificamur, id est, reconciliamur Deo. Reconciliauit ergo nos tota Trinitas virtutis vsum, scilicet dum peccata delet: sed filius solus impleione obedientiae, in quo patrata sunt secundum humanam naturam ea, per quae credentes & imitantes iustificantur.

Questio.

2. Cor. 5. d
Responsio.

Secundum quam naturam sit mediator.

V N D E & mediator dicitur secundum humanitatem, non secundum diuinitatem: non enim est mediator inter Deum & Deum, quia tantum vnus est Deus, sed inter Deum & hominem, quasi inter duo extrema: quia medius esse non potest nisi inter aliqua. Mediator est ergo, in quantum homo. Nam in quantum Deus, non mediator, sed aequalis patri est, hoc idem quod pater, cum patre vnus Deus. Medias ergo inter homines & Deum trinitatem, secundum hominis naturam, in qua suscepit illa per quae reconciliamur Deo trinitati: & secundum eandem habet aliquid simile Deo, & aliquid simile hominibus, quod mediatori congruebat: ne per omnia similis hominibus longe esset à Deo, aut per omnia Deo similis longe esset ab hominibus, & ita mediator non esset. Verus ergo mediator Christus inter mortales peccatores & immortalem iustum apparuit mortalis cum hominibus, iustus cum Deo, per inhumanitatem propinquans nobis, per iustitiam Deo. Recte ergo mediator dicitur, quia inter Deum immortalem & hominem mor-

Aug. in expositioe 3. cap. ad Gala. post med. & in Clus. circa illud 1. ti. 2. Mediator Dei et homin. Aug. in lib. C. 8. 10. ca. 24. tom. 1. Ibid. c. 4. & li. 1. de Consensu Euangel. cap. 35.

talem est Deus & homo, reconcilians hominem Deo intantum mediator, in quantum est homo. In quantum autem verbum non est medius, quia vnus eū parte Deus. Si ergo Christus secundum vos o heretici, vnam tantum habet naturam, vnde medius erit? & nisi ita sit medius, vt Deus sit propter diuinitatis naturam, & homo propter humanitatis naturam: quomodo humana in eo reconciliantur diuinis? Nā ipse veniens prius in se humana sociavit diuinis per vtriusque naturae coniunctionem in vna persona. Deinde omnes fideles per mortem reconciliauit Deo, dum sanati sunt ab impietate, quicunque, humilitatem Christi credendo dilexerunt, & diligendo imitati sunt. Ecce hic aliquatenus insinuat, quare Christus solus mediator Dei dicitur & hominum: & secundum quam naturam mediet, scilicet humanam, & cui mediet, scilicet Deo Trinitati. Trinitati enim nos reconciliauit per mortem, per quam etiam nos redemit à seruitute diaboli. Nam, vt Petrus ait, non corruptibilibus auro & argento redempti sumus, sed precioso sanguine agni immaculati.

*Summam
intelligen-
tie promissae
perstrinxit.*

i. Pet. 1. d

QUOD ALIO MODO POTUIT
liberare hominem & quare
potius isto.

Distinct. XX.

De redemptione nostra facta per passionem Christi quantum ad congruentiam & necessitatem.

Aug. lib. 13. de Trinitate. ca. 10. Responso quare isto modo.

Aug. lib. praedicti ca. 11. in fi.

SI verò quaeritur, vtrum alio modo posset deus hominem liberare quam per mortem Christi? Dicimus & alium modum fuisse possibilem Deo, cuius potestati cuncta subiacent: sed nostrae miseriae sanandae convenientiorem modum alium non fuisse, nec esse oportuisse. Quid enim mentes nostras tantum erigit, & ab immortalitatis desperatione liberat, quam quod tanti nos fecit Deus, vt Dei filius immutabiliter bonus, in se manens, quod erat, & à nobis accipiens, quod non erat, dignatus nostrum inire consortium, mala nostra moriendo perferret? Est & alia ratio quare isto potius modo quam alio liberare voluit, quia sic & iustitia superatur diabolus non potentia. Et quomodo id factum sit explicabo vt potero. Quadam iustitia Dei in potestate diaboli traditum est genus humanum peccato primi hominis in omnes originaliter transeunte, & illius debito omnes obligante. Vnde omnes homines ab origine sunt sub principe

diabolo. Vnde Apostolus, Eramus natura filij irae: natura, scilicet, vt est deprauata peccato, non vt est recta creata ab initio. Modus autem ille, quo traditus est homo in diaboli potestate, non ita debet intelligi, tanquam deus hoc fecerit aut fieri iusserit, sed quod tantum permisit, iuste tamen. Illo enim deferente peccantem, peccati auctor illicò inuasit: nec tamen Deus contuitur in ira sua miserationes suas nec hominem à lege suae potestatis amisit, cum in diaboli potestate esse permisit: quia nec diabolus à potestate Dei est alienus, sicut nec bonitate. Nam quaecumque vita diabolus vel homo non subsisteret, nisi per eum qui viuificat omnia. Non ergo Deus hominem deseruit, vt non se illi exhiberet Deum: sed inter mala poenalia etiam malis multa praestitit bona, & tandem hominem, quem commissio peccatorum diabolo subdidit, remissio peccatorum per sanguinem Christi data à diabolo eruit, vt sic iustitia vinceretur diabolus, non potentia. Sed qua iustitia? Iesu Christi. Et quomodo victus est ea? Quia in eo nihil dignum morte inueniens, occidit eum tamen. Et vtique iustum est vt debitores quos tenebat, liberi dimittantur, in eum credentes, quem sine vilo debito occidit. Ideo autem potentia vincere noluit, quia diabolus vitio peruersitatis suae amator est potentiae, & defector oppugnatoreque iustitiae: in quo homines magis eum imitantur, qui neglecta vel etiam perosa iustitia, potentiae magis student, eiusque vel adeptione laetantur, & cupiditate inflammantur. Ideoque placuit Deo, vt non potentia sed iustitia vincens, hominē erueret, in quo homo eum imitari disceret. Post vero in resurrectione secuta est potentia, quia renixit mortuus, nunquam postea moriturus. Sed nonne iure aequissimo vinceretur diabolus, si potentia tantum Christus cum illo agere voluisset? vtique: sed postposuit Christus quod potuit, vt prius ageret quod oportuit. Iustitia ergo humilitatis hominem liberauit, quem sola potentia aequissime liberare potuit.

*De causa inter Deum & hominem
& diabolum.*

SI enim tres illi in causam venirent, scilicet Deus, diabolus, & homo: diabolus & homo quid aduersus Deum dicerent, non haberent. Diabolus enim de iniuria dei conuincere-

Et 12. in initio.

Eph. 2. a

1b. d. c. 12.

Psal. 76.

Quod diabolus non

est alienus

à potestate

dei.

Hebr. 2. d

Ibid. c. 13.

Ibid. c. 14.

Qua iustitia sit

virtus

diabolus.

Ibid. c. 13.

Ibid. c. 14.

Rom. 6. b

tur: quia seruum eius scilicet hominem, & fraudulenter abduxit, & violenter tenuit. Homo etiam iniurius deo conuinceretur: quia præcepta eius contempsit, & se alieno dominio mancipauit. De hominis etiam iniuria conuinceretur diabolus: quia & illum prius fallaci promissione decepit, & post mala inferendo læsit. Iniuste ergo diabolus, quantum ad se, tenebat hominem: sed homo iuste tenebatur: quia diabolus nunquam meruit potestatem habere super hominem, sed homo meruit per culpam pati diaboli tyrannidem. Si ergo deus qui vtrique præerat, potentia hominem liberare vellet, sola iustionis virtute hominem potuit rectissime liberare: sed ob causam præmissam iustitia humilitatis vti voluit. Qui dum in carne mortali crucifixus est, iustificati sumus, id est, per remissionem peccatorum eruti de potestate diaboli: & ita à Christo iustitia diabolus victus est, non potentia. Quomodo autem in eius sanguine nobis peccata sunt dimissa, supra expositum est.

*Distinct.
precep. li.
te. A.*

*De traditione Christi, que facta dicitur à patre
& à filio, à Iuda & à Iudæis.*

Psa. 109. CHRISTVS ergo est sacerdos, idemque hostia & precium nostræ reconciliationis: qui se in ara crucis non diabolo, sed deo trinitati obrulit pro omnibus, quantum ad pretij sufficientiam: sed pro electis tantum, quantum ad efficaciam, quia predestinatis tantum salutem effecit. De quo & legitur, quod sit traditus à patre, & quod seipsum tradidit, & quod Iudæum tradidit, & Iudæi. Ipse se tradidit, quia sponte ad passionem accessit. Et pater eum tradidit, quia voluntate patris, imò totius trinitatis passus est. Iudas tradidit prodendo, & Iudæi instigando, & fuit actus Iudæ & Iudæorum malus, & actus Christi vel patris bonus, opus Christi & patris bonum, quia bona patris & filij voluntas: malum fuit opus Iudæ & Iudæorum, quia mala fuit intentio. Diuersa fuerunt ibi facta siue opera, id est, diuersi actus, & vna res siue factum. Scilicet passio ipsa. Ideoque Doctores aliquando vniunt in facto illo patrem, filium, Iudam: Iudæos aliquando disungunt. Respicientes enim ad passionem, vnum opus illorum dicunt: attendentes intentiones & actus, facta diuersa discernunt. Vnde Aug. Facta est, inquit, traditio à patre, facta est traditio à

*Super epi-
sol. 1.*

filio, facta est traditio à Iuda: vna res facta est. Quid ergo discernit inter eos? Quia hoc fecit pater & filius in charitate, Iudas verò in prodicione. Videtis quia nō quid faciat homo, sed qua voluntate, considerandum est. In eodem facto inuenimus deum: quo Iudam: deum benedicimus, Iudam detestamur: quia deus cogitauit salutem nostram, Iudas cogitauit precium quo vendidit Dominum, filius precium quod dedit pro nobis. Diuersa ergo intentio diuersa facta facit, cum tamen sit vna res ex diuersis intentionibus. Ecce vnam rem dicit ibi fuisse, & diuersa facta: quia vna ibi fuit passio, sed diuersi actus. Et actus quidem Iudæ ac Iudæorum mali, quibus operati sunt Christi passionem, quæ bonum est, & opus dei est.

Quod Christi passio dicitur opus dei & Iudæorum, & quomodo.

PASSIO ergo Christi & opus dicitur Iudæorum, quia ex actibus eorum provenit & opus dei, quia eo authore, id est, eo volente fuit. Vnde Aug. Nemo aufert animam Christi ab eo, quia potestatem habet ponendi, & sumendi eam, Ecce habes authorem operis. Ponet animam. Ecce habes opus authoris. Et vt generaliter concludam, quoties in carne Christus aliquid patitur, opus authoris est: quia enim sua voluntate, non alio cogente perpetitur, ipse auctor est operis. Cum autem passio Christi opus dei sit, & ideo bonum, eam que operati sunt Iudas & Iudæi, queritur an concedendū sit eos operatos ibi esse bonum. Hic distinguendum est. Potest enim dici, quod operati sunt boni, quia ex actibus eorum bonum provenit, id est, passio Christi: & item quod operati non sunt bonum, sed malum quia actio eorum non fuit bona, sed mala.

SI IN CHRISTO DIVISIO

in morte fuit animæ vel
carnis à verbo.

Distinctio XXI.

Post prædicta considerandum est, vtrum in morte Christi à verbo sit separata anima vel caro. Quidam putauerunt tunc carnem sicut ab anima, ita à diuinitate in morte fuisse diuisam. Si enim, inquiunt, anima media diuinitas sibi

*Ioā. ho. 7.
circa illud
c. 4. Quia
filius sumus
vniuersi-
tatis.*

*In libr. de
vniuers. Tri-
ad opus
contra Feli-
cianū. ca.
14. tom. 6.
Ioan. 10. d
si Iudæi
sunt ope-
rati bonū.*

*A De morte
qua cōse-
cuta est
passionem
Christi.*

Distin. 2. licta B. Opt. quod rādā a sse- rētiē car- nē à deita te diui- sam. Su- per Psal. 48. Cōcio- ne 2. super eo versu. Sicut oves in inferno posita, in to 8. Com- ment. ad c. Luc. 23. super colo- co, Pater in manus tuas com- mendo spi- ritū meū. Tomo 4. Ma. 27. e Responso.

carnem vniuit, sicut superius prætaxarum est: ergo quando diuisa est caro ab anima, diuisa est etiam à diuinitate: quia nō potuit ab anima sciungi, per quam verbo erat vnita, quin à verbo diuideretur. Fuit autem diuisa ab anima in morte, alioquin vera mors ibi non fuisset: quia vt ait August. Mors quam timent homines, separatio est animæ à carne. Mors autem quam non timent, separatio est animæ à Deo. Vtra- que verò diaboli suasu homini propinata est. Si ergo in Chri- sto homine vera mors fuit, diuisa est ibi anima à carne, ac per hoc diuinitas à carne. Huic suæ probabilitati addunt au- thoritatis testimonium: Ambros. enim tractans de Christi derelictione, qui in cruce voce magna clamans, dixit Deus. Deus meus, vt quid me dereliquisti? ait, Clamat homo separa- tione diuinitatis moriturus. Nam cum diuinitas mortis li- bera sit, vtique mors ibi esse non poterat, nisi vita discederet: quia vita diuinitas est. Hic videtur tradi, quod diuinitas sepa- rata sit in morte ab homine: quæ nisi discessisset, homo ille mori non posset. Quod illi ad carnem referunt, quam dicūt à Deo separatam. Quibus respondemus illam separationem sic esse accipiendā, sicut intelligitur derelictio, quæ illis ver- bis significatur, Vt quid me dereliquisti? Quomodo ergo Christus derelictus erat à patre, cum in cruce derelictum se- clamabat? Non recesserat Deus ab homine, ita quod esset so- luta vnio Dei & hominis. Alioquin fuit quoddam tempus, quando Christus adhuc viuus homo erat, & non Deus: quia adhuc viuus se derelictum clamabat, non derelinquendum. Si ergo illa derelictio vnionis intelligatur solutio, antè facta fuit solutio Dei & hominis, quam Christus mortuus esset. Sed quis hoc dicat? Fateamur ergo Deum quodammodo il- lum hominem in morte deseruisse, quia potestate persequē- tium eum exposuit ad tempus, non suam potentiam exer- cendo illum defendit vt non moreretur. Separauit se diuini- tas, quia subtraxit protectionem, sed non soluit vnionem. Separauit se foris, vt non adesset ad defensionem, sed non in- tus desinit ad vnionem. Si non ibi cohibuisset potentiam, sed exercuisset, non moreretur Christus. Mortuus est Christus diuinitate recedente, id est; effectum potentia defendendo, non exhibente. Hic est hircus apompaioi, qui a altero hircō immolato in solitudinem mittebatur, vt legitur in Leuitico

Leu. 16. d

Duo enim hirci, humanitas & diuinitas Christi intelligen- tur. Humanitate ergo immolata diuinitas Christi in solitu- dinem abiit, id est, in cælum. Vnde Esichius, In solitudinem, id est, in cælum tempore passionis diuinitas abiisse dicitur, non locum mutans, sed quodam modo virtutem cohibens, vt posset in impij consummare passionem. Abiit ergo, id est, vir- tutem cohibuit, & portauit iniquitates nostras, non vt habe- ret, sed vt consumeret: deus enim ignis consumens est. Ex his satis ostenditur, præmissa verba Ambrosij sic esse accipiendā, vt prædiximus.

Aliam ad idem inducunt auctoritatem.

A L T I quoque auctoritati innituntur, qui asserunt diu- nitatem in morte recessisse ab homine secundum carnem. Ait enim Athanasius, Maledictus qui totum hominem, quem assumptus dei filius, denuò assumptum, tertia die à mortuis resurrexisset non confitetur. Fiat, fiat. Si, inquit, denuò as- sumptus est homo in resurrectione, quem assumpserat in in- carnatione, deposuit ergo eum in morte: separata ergo fuit di- uinitas in morte ab humanitate. Quibus respondemus, quod si in his verbis assumptio talis intelligatur quæ sit secundum vnionem, non carnem tantum, sed totum hominem, id est, animam & carnem denuò sibi vniuit in resurrectione: quia non simpliciter hominem, sed totum hominem assumptum dicit. Totum ergo hominem in morte deposuit, id est, ani- mam & carnem. Sed quis, nisi hostis veritatis, dicat animam à verbo depositam? Et tamen nisi hoc fateantur, quod totus homo sit assumptus, non pro eis facit illa auctoritas, quæ to- tum dicit assumptum. Sciendum est ergo Athanasium id dixisse contra illorum perfidiam, qui resurrectionem Christi negabant, putantes morte detineri eum, qui solus inter mor- tuos liber est. Ideo illum maledicit, qui non confitetur to- tum hominem denuò assumptum resurrexisse, id est, Chri- stum animam denuò corpori coniunxisse, & * illis duobus denuò coniunctis in resurrectione, verè secundum hominem vixisse sicut ante mortem. Nam in morte separata est anima à carne: vnde verè dicitur Christus mortuus: sed neutrum sepa- ratum est à verbo dei.

Auctoritatibus astringit, à verbo carnem in morte non esse diuisam.

Super Le- ui. cap. 16. & glo. ibi. Esa. 53. b 1. Pet. 2. d Deut. 4. d Hebr. 12. a

Lib. 6. quò de Beati- tudine Fi- lij Dei dicitur ad Theophilus Responso.

Determi- natio au- thoritatū.

Psal. 87

** alijs in illis.*

c

Ad cap. Ioan. 10. Trac. 47. post mediū Tom. 9. Ibidē paulo inferius Et in Glos. sa circa eundem passum.

SICUT Aug. super Ioannem docet, tractans illud Domini verbum, Ego pono animam meam, vt iterum sumam eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam: à me ipso potestatem habeo ponendi eam, & iterum sumendi eam: hic animam dicit emissam. A quo emissam est? A se ipsa non est emissam, quia se ipsam non posuit; nec verbum animam posuit, nec carnem. Caro ergo animam posuit, sed potestate in se manentis deitatis. Potentia ergo deitatis anima diuisa est à carne, sed neutrum à verbo dei. Vnde Aug. Verbum ex quo suscepit hominem, id est, carnem & animam, nunquam deposuit animam vt esset anima à verbo separata: sed caro posuit animam quādo expirauit, qua redeunte resurrexit. Mors ergo ad tempus carnem & animam separauit, sed neutrum à verbo dei. Caro ergo ponit & sumit animam, non potestate sua, sed potestate inhabitantis carnem deitatis. Hic euidenter traditur, nec animam nec carnem à verbo dei in morte esse diuisam, vt aliquo modo soluta fuerit vnio: vnde Aug. contra Felicianum, Absit vt Christus sic senserit mortem, vt quantum in se est, vita vitam perdidit: si enim hoc ita esset, vitæ fons aruifset. Sensit ergo mortem participatione humani affectus, quem sponte susceperat: non naturæ suæ perdidit potentiam, per quam cuncta viuificat. Sic in sepulchro Christus carnem suam commoriendo non deseruit, sicut in vtero Virginis conuascendo formauit. Mortuus est ergo non discedente vita, sicut passus est non pereunte potentia. Nemo tollit animam eius ab eo, quia potestatem habet ponendi & sumendi. Ecce & hic habes Christum non deseruisse carnem in morte, & vitam non discessisse à mortuo: & quod sponte tradidit spiritum, non alius extorsit. Vnde Ambr. Emisit Christus spiritum; & tamen quasi arbiter exuendi suscipiendique corporis. emisit spiritum, non amisit: pendebat in cruce, & omnia commouebat. Sed vnde emisit? Ex carne. Quo emisit? Ad patrem.

Qua ratione Christus dicitur mortuus & passus.

RECEDENTE verò anima mortua est Christi caro: & quia caro mortua est, mortuus est Christus. Sicut enim mortuus dicitur deus, quando mortuus est homo: ita mortuus homo dicitur, quando mortua est caro. Separatio animæ mors carnis fuit. Propter carnem ergo vnitam verbo, quæ mortua

est, dicitur deus mortuus: & propter carnem & animam quæ vtraque dolorem sensit, dicitur deus passus, cum diuinitas omnis doloris exors existeret. Vnde Augustinus, Verbum caro factum est, vt per carnem panis cælestis ad infantes transferret, & secundum hoc ipsum verbum crucifixum est, sed non est mutatum in hominem: homo in illo mutatus est, vt melior fieret quàm erat. Per illud ergo quod homo erat, mortuus est deus, & per illud quod deuserat homo excitatus est & resurrexit. Quicquid passus est homo, non potest dici non passus deus: quoniam deuserat homo. Quomodo non potes dicere te passum iniuriam, si vestis tua conscindatur, quantum vestis tua non sit tu? multo magis ergo quicquid patitur caro vnita verbo, debet dici deus pati: licet verbum nec mori, nec corrumpi, nec mutari potuerit. Sed quicquid horum passus est, in carne passus est. De hoc etiam Amb. in libr. de Incarnationis Dominicæ Sacramento ait, Quod verbi caro patiebatur, manens in carne verbum in se pro corporis assumptione referebat, vt pari diceretur, quia caro patiebatur: sicut scriptum est, Christo in carne passus. Hic docetur, quia ratione deus vel dei filius passus vel mortuus dicitur: non quia mortem senserit in quantum deus est, sed quia caro ei vnita mortua est. Secundum quàm rationem dicit Augustinus, Si quis dixerit atque crediderit filium dei deum passum, anathema sit. Cuius dicti causam ex qua intelligentia sumenda sit, aperiens in eodem subdit: Si quis dixerit quod in passione dolorum sentiebat filius dei deus, & non caro tantum cum anima, quam sibi acceperat, anathema sit. Sanè ergo dici potest, quod mortuus est deus, & non mortuus: passus est dei filius, & non passus: passa est tertia persona, & non passa, crucifixum est verbum, & non crucifixum: sed secundum alteram naturam passus est: secundum alteram impassibilis. Vnde Ambr. Generalis ista est fides, quia Christus est dei filius, & natus ex Virgine: quem quasi gigantem propheta describit, eò quod biformis geminæque naturæ vnus sit, confors diuinitatis & corporis. Idem ergo patiebatur & non patiebatur, moriebatur & non moriebatur, sepeliebatur & non sepeliebatur, resurgebat & non resurgebat. Resurgebat secundum carnem, quæ mortua fuerat, non secundum verbum, quod apud deum semper manebat.

Super psal.

130. circa

illud, Si-

cut abla-

tatus est

& quò ad

principiū

authorita-

ris, lib. Sen-

tètiarum

Prosperi.

Cap. 262.

Ca. 5. in fi.

1. Pet. 4. 4

In sermo-

ne de fide

& est, 3. in

ser. 5. con.

Domini.

In libr. de

Incarnat.

Dominicæ

Sacramen-

to cap. 5. in

principio.

Psalm. 118.

Ibidē paulo

inferius

De consequentibus mortem Christi. Opinio quorundam. Responsio qua confirmatur quod homo & quia liter. Libr. 1. de Fide ca. 5. in si. to. 2. Libr. 1. de Tri. ca. 13.

HIC quaeritur, vtrum in illo triduo mortis Christus fuerit homo. Quod non videtur quibusdam: quia mortuus erat, & homo mortuus non est homo. Addunt etiam, quod si tunc erat homo, vel mortalis, vel immortalis. Sed mortalis non, quia mortuus: nec immortalis, quia tantum post resurrectionem. Quibus respondemus, quia licet homo mortuus fuerit, erat tamen in morte deus homo, nec mortalis quidem nec immortalis: & tamen verè erat homo. Illæ enim & huiusmodi argutiae in creaturis locum habent, sed fidei sacramentum à philosophicis argumentis est liberum. Vnde Ambrosius, Aufer argumenta, vbi fides quaeritur. In ipsis gymnasiis suis iam Dialectica taceat: Piscatoribus creditur, non Dialecticis. Dicimus ergo in morte Christi deum verè fuisse hominem, & tamen mortuum. Et hominem quidem nec in mortalem nec immortalem: quia vnitus erat animæ & carni iunctis. Alia enim ratione dicitur deus homo vel homo deus, quàm Martinus vel Ioannes. Homo enim dicitur deus, & e converso, propter susceptionem hominis id est, animæ & carnis. Vnde Aug. Talis erat susceptio illa quæ deum hominem faceret, & hominem deum. Cum ergo illa susceptio per mortem non defecerit, sed deus homini, & homo deo sicut antè vnitus erat verè, & tunc deus erat homo, & e converso, quia vnitus animæ & carni: & homo mortuus erat quia anima à carne diuisa erat. Propter separationem animæ à carne mortuus, sed propter vtriusque semper secum vnionem homo. Non autem sic erat homo, vt ex anima & carne simul iunctis subsisteret. Ex qua ratione dicitur aliquis alius homo. & ipse fortè ante mortem, hoc etiam modo erat homo. & post resurrectionem fuit. In morte verò homo erat tantum propter animæ & carnis secum vnionem, & mortuus propter inter illa duo diuisionem.

Si Christus in morte erat homo alicubi, & si vbiunque sit, homo sit.

HIC quaeritur, si Christus in morte alicubi erat homo: & si vbiunque est, homo sit. Ad quod dicimus, quia non vbiunque erat, homo erat, nec modo vbiunque est, homo est: quia vbiunque est secundum deitatem nec vbiunque homo, quia non vbiunque homini vnitus: sed vbiunque est secundum hominem ibi homo est. Tempore autem mortis & vbiunque erat secundum deum, & in sepulchro secundum hominem, & in inferno secundum hominem: sed in inferno secundum animam tantum, & in sepulchro secundum carnem tantum. In sepulchro ergo erat homo, quia humanitati vnitus erat et si non toti, quia carni tantum, & in inferno erat homo, quia humanitati vnitus, sed non toti, quia animæ tantum. Sed si in inferno animæ tantum, & in sepulchro carni tantum vnitus erat: ergo nec in inferno vnitus erat animæ & carni, nec in sepulchro. Quomodo ergo ibi vel hic homo esse dicitur? Quæ est ratio dicti? Quia vna eademque vnione vnitus erat animæ in inferno, & carni in sepulchro. Et sic erat illis duobus tunc separatis vnitus, sicut ante separationem, id est, ante mortem. Ad hoc autem opponitur: Si Christus animam tantum vel carnem tantum assumpsisset, non fuisset verus homo: sed propter vtriusque assumptionem verus homo fuit. Sic ergo vbi carnem & animam sibi vnitam non habebat, verus homo ibi non erat. Sed tempore mortis nusquam illa duo verè vnita habebat: quia nec in sepulchro, nec in inferno, nec alibi, nusquam ergo erat homo. Ad quod dicimus, quia Christus vtrique verus homo non fuisset, si carnem & animam non assumpsisset. Sed tamen, quia ex quo assumpsisset, neutrum deposuit: sed cum vtroque eandem vnionem indefinenter tenuit, quam assumendo contraxit: ideo non incongruè vbiunque animæ vel carni vel vtrique vnitus est, ibi homo esse dicitur, quia ibi humanatus est. Ergo & in sepulchro erat homo, & in inferno erat homo: quia vtrobique humanatus erat Christus, & vnam eandemque cum anima & carne, licet separatis, habebat vnionem: & vno eodemque tempore in sepulchro iacuit Christus, & ad infernum descendit, sed in sepulchro iacuit secundum solam carnem, & in infernum descendit secundum solam animam. Vnde Augustinus, Quis non est derelictus in inferno? Christus: sed in anima sola, Quis iacuit in sepulchro? Christus: sed in carne sola, quia in his singulis

Aug. de Praef. dei ad Dardanium & est epist. 57. non longe à principio.

Oppositio.

Oppositio.

Responsio.

Aug. lib. de Fide ad Petri. c. 2. non longe à principio. Super Ios. Tract. 78. in fin. to. 9

Psalm. 13. Christusest. Christum in his omnibus confitemur, & in singulis. Ex his euidenter ostenditur, quod carni iacenti in sepulchro vnitus erat Christus, sicut animæ in inferno. Alioquin si carni mortuæ non esset vnitus, non in ea diceretur iacuisse in sepulchro. Anima ergo ad infernum descendit, caro in sepulchro iacuit. sapientia cum vtroque permansit, quæ in inferno positis (vt ait Ambrosius) lumen vitæ fundebat æternæ. Radiabat illic lux vera sapientiæ illuminabat infernum, sed in inferno non claudebatur. Quis enim locus est sapientiæ? de qua scriptum est, Nescit homo vias eius nec inuenta est inter homines. De qua abyssus dicit, Non est in me: mare dicit, Non est mecum, ergo nec in tempore, nec in loco sapientia est: cui nec mors tribuenda est. In ligno enim caro, non illa operatrix omnium substantia diuina pendebat. Confitemur ramen Christum pependisse in ligno, & iacuisse in sepulchro, sed in carne sola: & fuisse in inferno, sed in anima sola.

Quod Christus vbique totus est, sed non totum: vt totus est homo vel deus, sed non totum.

ET vbique totus eodem tempore erat in inferno, in cælo totus, vbique totus. Persona enim illa æterna non maior erat vbi carnem & animam simul vnitam sibi habebat, quam vbi alterum tantum: nec maior erat vbi vtrunque simul vel alterum tantum vnitum habebat, quam vbi erat neutrum habens vnitum. Totus ergo Christus & perfectus vbique erat. Vnde Augustinus, Non dimisit patrem Christus cum venit in Virginem, vbique totus, vbique perfectus. Vno ergo eodemque tempore totus erat in inferno, totus in cælo. Erat apud inferos resurrectio mortuorum, erat super cælos vita viuentium, verè mortuus, verè viuus: in quo & mortem suscipio mortalitatis excepit, & vitam diuinitas non perdidit. Mortem ergo dei filius & in anima non perulit, & in maiestate non sensit: sed tamen participatione infirmitatis rex gloriæ crucifixus est. Ex his apparet quod Christus eodem tempore totus erat in sepulchro, totus in inferno, totus vbique, sicut & modo totus est vbicumque est, sed non totum. Nec in sepulchro, nec in inferno totum erat, etsi totus: sicut Christus totus est

Aug. contra Felicianum, de vnitæ Trinitatis ad Optatum. c. 14. Tom. 6. Ibid. c. 16

est Deus totus homo, sed non totum: quia non solum est Deus vel homo, sed Deus & homo. Totum enim ad naturam refertur, totus autem ad hypostasim: sicut aliud & aliquid ad naturam, alius verò & aliquis ad personam referuntur. Vnde Ioannes Damascenus. Totus Christus est Deus perfectus, non autem totum Deus est. Non enim solum Deus est, sed & homo: & totus homo perfectus. Non autem totum homo: non solum enim homo, sed & Deus. Totum enim naturæ est representatiuum. Totus autem hypostaseos: sicut aliud quidem est naturæ, aliud hypostaseos: sic & huiusmodi.

Si ea quæ dicuntur de Deo vel de Filio Dei possunt dici de homine illo vel de filio hominis.

SOLET etiam quæri, si congruenter dici possit filius hominis, vel ille homo descendisse de cælo, vel vbique esse, sicut dicitur filius Dei vel Deus de cælo venisse, & vbique esse. Ad quod dicimus, si ad vnitatem personæ referatur dicti intelligentia, sanè dici potest: si verò ad distinctionem naturarum, nullatenus concedendum est. Vnde Augustinus, Vna persona est Christus Deus & homo. Ideo dicitur, Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, &c. Si ergo attendas distinctionem substantiarum, filius Dei descendit, & filius hominis crucifixus est. Si verò vnitatem personæ, & filius hominis descendit, & filius Dei est crucifixus. Propter hanc vnitatem personæ, non solum filium hominis descendisse de cælo, sed etiam dixit esse in cælo, cum loqueretur in terra. Propter hanc eandem dicitur Deus gloriæ crucifixus, qui tamen ex forma serui tantum crucifixus est. Non tamen secundum hoc quod Deus gloriæ est, & secundum quod glorificat suos: & tamen dicitur Deus gloriæ crucifixus. Rectè quidem non ex virtute diuinitatis, sed ex infirmitate carnis. Quid ergo propter quid, & quid secundum quid dicatur, prudens & diligens & pius Lector intelligat. Hæc de corrigia calceamenti Domini dicta sufficiant, ne ossa regis Idumææ consumantur vsque in cinerem.

Lib. de Fide 3. ca. 7. in fine.

Ioan. 3. b

li. de Pref. Dei ad

Dardanum

& lib. 3.

cõtra Maximinum

cap. 20.

Ioan. 3. b

Lib. 1. de

Tri. ca. 13.

in initio

capituli.

1. Cor. 2. b

Ioan. 1. d

Amos 2. e

Dist. 13.
& 18.

De virtu-
tibus theo-
logicis, &
primo de
fide quan-
tu ad eius
essentiam.

Rom. 12. a
Aug. lib.
2. quest.
encl. c. 39.
In ench.
Cap. 9.

Li. de Tri.
13. cap. 2.

In symbo-
lo Atha-
nasi.
Super epi-
ad Rom.
Gala. 3. b
1. Cor. 3. c
De Fide
& Operi-
bus. c. 14.
& 16.
Ephes. 3. d

CVM verò supra perhibitum sit, Christum plenum gra-
tia fuisse. non est superuacuum inquirere, vtrum fidem
& spem sicut charitatem habuerit. Si enim his caruit, nõ vi-
detur plenitudinem gratiarũ habuisse. Vt autem hæc qua-
stio valeat apertius explicari, de his singulis aliqua in me-
dium proferenda sunt: & primùm de fide, secundùm mensu-
ram, cuius præcepit Apostolus vnicuique sapere.

Quid sit fides.

F I D E S est virtus, qua creduntur, quæ non videntur.
Quod tamen non de omnibus quæ non videntur, accipien-
dum est: sed de his tantùm, quæ credere (vt ait Aug.) ad reli-
gionẽ pertinent. Multa enim sunt quæ si Christianus igno-
ret, nihil metucndum est: quia non ideo à religione deuiat.

Quot modis dicatur fides.

A C C I P I T V R autem fides tribus modis, scilicet pro
eo quo creditur, & est virtus: & pro eo quod creditur, & non
est virtus: & pro eo in quod creditur, quod aliud est ab eo
quo creditur. Vnde Augustinus inquit, Aliud sunt ea quæ
creduntur, aliud fides qua creditur. Illa enim in rebus sunt
quæ vel esse, vel fuisse, vel futura esse creduntur: hæc au-
tem in animo credentis est, ei tantùm conspicua cuius est:
& tamen nomine fidei censetur vtrunque, & illud scilicet
quod creditur, & id quo creditur. Id quod creditur, dicitur
fides: sicut ibi, Hæc est fides catholica, quam nisi quisque
firmiter fideliterque crediderit, saluus esse non poterit. Fi-
des autem qua creditur, si cum charitate sit, virtus est: quia
charitas (vt ait Ambros.) mater est omnium virtutum: quæ
omnes informat, sine qua nulla vera virtus est. Fides ergo
operans per dilectionem virtus est, qua non visa creduntur.
Hæc est fundamentum quod mutari non potest, vt ait Apo-
stolus, quæ posita in fundamento neminem perire sinit.
Vnde Aug. Fundamentum est Christus Iesus, id est, Christi
fides, scilicet. quæ per dilectionem operatur. per quam Chri-
stus habitat in cordibus, quæ neminẽ perire sinit. Alia verò
non est fundamentum. Fides enim sine dilectione inanis est.

Fides cum dilectione Christiani est: alia dæmonis est. Nam
& dæmones credunt, & contremiscunt. Sed multum inter-
est vtrum quis credat Christũ, vel Christo, vel in Christum.
Nam Iesum esse Christum dæmones crediderũt, nec tamen
in Christum crediderunt.

Quid sit credere in Deum, vel Deo, vel Deum.

A L I V D est enim credere in Deum, aliud credere Deo,
aliud credere Deum. Credere Deo, est credere vera esse quæ
loquitur, quod & mali faciunt: & nos credimus homini, sed
non in hominem. Credere Deum, est credere quod ipse sit
Deus: quod etiam mali faciunt. Credere in Deum, est cre-
dendo amare, credendo in eum ire, credendo ei adhærere, &
eius membris incorporari. Per hanc fidem iustificatur imp-
pius, vt deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari. Ea
enim sola bona opera dicenda sunt, quæ fiunt per dilectio-
nem Dei. Ipsa enim dilectio opus fidei dicitur. Fides ergo,
quam dæmones & falsi Christiani habent qualitas mentis
est, sed informis, quia sine charitate est. Nam & malos fidem
habere, cum tamen charitate careant, Apostolus ostendit di-
cens, Si habuero omnem fidem, charitatem autem non ha-
beam, &c. Quæ fides etiam donum Dei dici potest: quia &
malis quædam Dei dona sunt.

An illa informis qualitas mentis que in malo Christiano
est, fiat virtus cum sit bonus.

S I verò queritur, vtrum illa informis qualitas qua ma-
lus Christianus vniuersa credit, quæ bonus Christianus,
accedente charitate remaneat & fiat virtus, an ipsa elimi-
netur, & alia qualitas succedat, quæ virtus sit. Vtrumli-
bet sine periculo dici potest. Mihi tamen videtur, quod
illa qualitas quæ prius erat, remaneat, & accessu charitatis
virtus fiat.

Ex quo sensu dicatur vna fides.

C V M Q V E diuersis modis dicatur fides, fatendum
est tamen vnã esse fidem, vt ait Apostolus, Vnus Dominus,
vna fides. Siue enim fides accipiatur pro eo quod creditur,
siue pro eo quo creditur, rectè dicitur fides vna. Si enim
pro eo quod creditur accipiatur, ex hac intelligentia di-
citur vna fides, quia idem iubemur credere, & vnũ idẽm

Serm. 1. de
vigilia
Penteco.

cap. 1.
Iacob. 2. d

Aug. de
Verbis Do-
mini, ser-
mone 61.

to. 10. Tra-
cta. 29. su-
per Ioan.

circa illud
si quis vo-
luerit vo-
luntatem.

August.
Enarra-
tione

Psal. 77.
Tom. 8. ad

Galat. 3. b
Tract. 10.

super epist.
Ioan. 8.
1. Cor. 13.

Ephes. 4.

que est quod creditur à cunctis fidelibus. Vnde fides catholica dicitur, id est, vniuersalis. Si verò accipiatur fides pro eo quo creditur, ea ratione vna dicitur esse fides, nō quia sit vna numero in omnibus, sed genere, id est, similitudine. Vnde Aug. lib. 13. de Trin. Fides (quam qui habent, fideles vocantur: & qui non habent, infideles) communis est omnibus fidelibus: sicut pluribus hominibus facies communis esse dicitur, cum tamen singuli suas habeant. Non enim fides numero est vna, sed genere: quæ cum sit in vno, & in aliis, non ipsa, sed similis; & propter similitudinem magis vnam dicitur esse, quam multas. Sicut idem volentium dicitur vna voluntas, cum tamen cuique sit sua voluntas: & duorum similiborum dicitur facies vna.

Quòd fides est de his quæ non videntur propriè, quæ tamen videntur ab eo in quo est.

In homil. Super euā. 26. circa mediū. & li. 4. Dial. cap. 5. Ios. 10. 8. In lib. 3. de Trin. c. 1.

NOTANDVM quoque est, quòd fides propriè de non apparentibus tantum est. Vnde Gregor. Apparentia non habent fidem, sed agnitionem. Idem, Cum Paulus dicat, Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium: hoc veraciter dicitur credi quod nō valet videri. Nam credi iam nō potest, quod videri potest. Thomas aliud vidit, & aliud credidit: hominem vidit, & Deum confessus est dicens, Dominus meus & Deus meus. De hoc etiam Aug. ait, Fidem ipsam videt quisq; in corde suo esse, si credit: vel non esse, si non credit. Non sicut corpora, quæ videmus oculis corporeis, & per ipsorum imagines quas memoria tenemus, etiā absentia cogitamus: nec sicut ea quæ non videmus, & ex his quæ videmus, cogitationem vtrunque formamus, & memoriæ commendamus. Nec sicut hominem, cuius animam et si non videmus, ex nostra coniectimus, & ex motibus corporis hominē, sicut vidēdo didicimus, intuemur etiā cogitando. Non sic videtur fides in corde in quo est, ab eo cuius est, sed eam tenet certissima scientia. Cum ergo ideo credere iubeamur, quia id quod credere iubemur videre nō possumus, ipsam tamen fidem quando est in nobis, videmus in nobis, quia & rerum absentium præsens est fides, & rerum quæ foris sunt, intus est fides, & rerum quæ non videntur, videtur

Ibidem,

fides: & ipsa temporaliter fit in cordibus hominum, & si ex fidelibus infideles fiant, perit ab eis. His verbis euidenter traditur, fidem ipsam in corde hominis ab ipso homine videri non corporaliter, non imaginariè, sed intellectualiter: & ipsam tamen absentium & eorum quæ non videntur esse. Vt enim Aug. alibi ait; Credimus vt cognoscamus, non cognoscimus vt credamus. Quid enim est fides, nisi credere quod non vides? Fides ergo est quod non vides credere, veritas quod credidisti videre. Vnde rectè fides dicitur argumentum vel conuictio rerum non apparentium: quia si fides est, ex eo conuincitur & probatur aliqua esse non apparentia, cum fides non sit nisi de non apparentibus.

Descriptio fidei.

A I T enim Apostolus. Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum vel conuictio non apparentium, quia per fidem subsistunt in nobis etiam modò speranda, & subsistunt in futuro per experientiam. Et ipsa est probatio & conuictio non apparentium, quia si quis de his dubitet, per fidem probantur: vt adhuc probatur futura resurrectio, quia ita crediderunt Patriarchæ & alij Sancti. Vel probatio est & certitudo quòd sint aliqua non apparentia, vt suprā dictum est. Propriè tamen fides dicitur substantia rerum sperandarum, quia sperandi substat: & quia fundamentum est bonorum, quod nemo mutare potest.

Si illa descriptio spei conueniat.

S I verò queritur, an hæc descriptio spei conueniat: sanè concedi potest vtrumlibet. Si autem dicatur conuenire, sunt & alia plura quibus differunt fides & spes: sed non improbè dici potest soli fidei conuenire: non spei, quia fides sola fundamentum dicitur, non quia fides virtus possit esse sine spe & charitate. Vnde Augustin. Fides operans per dilectionem vtrique sine spe esse non potest: nec amor sine spe: nec sine amore spes, nec vtrunque sine fide, & fides sine amore nihil prodest, potest tamen credi aliquid, quod non speratur, nihil autem potest sperari, quod non creditur. Ideoque Credere, quod est actus fidei, naturaliter præcedit Sperare, quod est actus spei, quia nisi aliquid credatur, non potest sperari. Creditur enim aliquid, quod non speratur.

K 3

Super Ioannē 27. Trac. 30. 9. circa illud cap. 6. & nos credimus & cognosco. & expressus Trac. 40. Hebr. 11. 6.

In Enchir. c. 8. in fin. 1. Cor. 13. 4.

Quare dicitur sola fides fundamentum. Tract. de Lau. Cha. in principi. Li. i. Sententiarum distin. 17. Aug. ibi dem inmediate super preallegata tomo 9. Homi. 16. ante mediam. Super epi. ad Hebr. ho. 21. in fine circa illud c. 11. Fides est sperand. De fide quantum ad eius obiectum siue materia.

Ioan. 14. Aug. super Ioan. in Tract. 79. in initio.

Inde est quod in Scriptura plerumque reperitur, quod fides præcedit spem, & spes sequitur fidem non quod virtus fidei præcedat virtutem spei tempore vel causa, sed quia actus fidei naturaliter præcedit actum spei quod etiam quidam cõcedunt de ipsa virtute fidei, vt naturaliter præcedat spem, non tempore. Vnde & recte ea sola dicitur fundamentum omnium virtutum & bonorum operum, non autem fundamentum est charitatis quia non ipsa charitatis, sed charitas ipsius virtutis fidei causa est. Charitas enim causa est & mater omnium virtutum: quæ si desit, frustra habentur cetera, si autem adsit, habentur omnia. Charitas enim spiritus sanctus est, vt in superioribus prætaxatum est. Ipsa est ergo causa omnium virtutum, nõ ipsius aliqua virtutum causa est: quia omnia munera excellit. Vnde Aug. Respice ad munera ecclesie, & vniuersis excellentius charitatis munus cognosces: quæ, vt oleum, non potest premi in imo, sed superexiit. Non ergo eius causa vel fundamentum fides est. Gregorius tamen super Ezech. dicit, quia nisi prius fides teneatur, nullatenus ad spiritualem amorem attingitur. Non enim charitas fidem, sed fides charitatem præcedit: quia nemo potest amare quod non crediderit, sicut nec sperare. Sed hoc accipi potest esse dictum de fide, quæ virtus non est. Ipsa enim spes & charitatem frequenter præcedit: vel de actu fidei, qui fortè naturaliter actum charitatis præcedit, sicut actum spei, quod verba præmissa diligenter notata innuunt, & ea etiam quæ addit dicens, Nisi ea, inquit, quæ audis credideris, ad amandum ea quæ audis non inflamaberis: quæ tantum de non visis est, vt antè diximus. Vnde Chryso. Fides in anima nostra facit subsistere ea quæ non videntur: de quibus proprie fides est, de visis enim non est fides, sed agnitio.

QVOMODO INTELLIGITVR
quod scriptum est, Vt cum factum fuerit credatis.

Distinctio XXIII.

HIC queritur, si fides tantum de non visis est, quomodo Veritas Apostolis ait, Nunc dico vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit credatis: vbi innui videtur, quod fides illis fuerit de factis & visis. Super quo Augustinus mouet questionem & absoluit, ita inquit, Quid sibi vult, Vt cum

factum fuerit credatis. Hæc est laus fidei, si quod creditur nõ videtur. Nam & Thomas, cui dictum est, Quia vidisti me, credidisti: non hoc credidit, quod vidit. Cernebat enim & rangebat carnem viventem, quam viderat morientem, & credebat deum in carne ipsa latentem. Credebat ergo mente quod non videbat, per hoc quod sensibus corporis apparebat. Si verò dicuntur credi quæ videntur, sicut dixit vnusquisque oculis suis credidisse: non ipsa est quæ in nobis ædificatur fides, sed ex rebus quæ videntur, agitur in nobis vt ea credatur, quæ non videtur. Ex his aperte intelligitur, quod proprie fides non apparentium est. Nec illa est fides qua in Christo ædificamur, qua dicimus vsitata locutione, nos ea credere quæ videmus. Alibi tamen dicit Aug. fidem esse de rebus presentibus: quod erit in futuro, cum per speciem deum presentem contemplabimur: quæ tamen non proprie dicitur fides sed veritas. Est, inquit, fides qua creduntur ea quæ non videntur. Sed tamen est etiam fides rerum, quando non verbis, sed rebus ipsis presentibus creditur, quod erit, cum per speciem manifestam se contemplandam Sanctis præbebit dei sapientia. Sed non proprie hæc dicitur fides, imò fidei merces ad quam credendo peruenietur: vt ex fide verborum transeat iustus in fidem rerum.

Si Petrus habuit fidem passionis, quando vidit hominem illum pati.

SI verò queritur, vtrum Petrus fidem passionis habuerit, cum hominem Christum oculis pati cernebat. Dicimus eum fidem passionis habuisse, non in eo quod credebat hominem pati, quia hoc videbat, sed in eo quod credebat deum esse, qui patiebatur. Non enim virrus fidei erat, quod credebatur homo pati & mori, quod Iudæus cernens credebat: sed quod credebatur deus esse, qui patiebatur. Vnde Aug. super illum Psalmi locum, Respondit ei in via virtutis suæ: Laus fidei est, non quia credit hominem illum mortuum, quod & Paganus credit: sed quia credit eum glorificatum & verum deum. Credit ergo fides deum mortuum, & hominem glorificatum. Non ergo fuit Petro fides credere hominem illum mori, quod oculis cernebat: sed credere deum esse, qui moriebatur. Nec nobis etiam fides in hoc meretur.

K 4

Tomo 9.
Ioh. 20. 8

Quod etiam de rebus presentibus dicitur fides sed improprie. Aug. li. 2. Quest. Evangel. c. 39. Tom. 4.

Enarratione in Psalm. 101. cõcione. Tomo 8.

quòd credimus hominem illum mortuum, & quòd Iudæus credit: sed quia credimus hominem deum mortuum esse.

Si aliqua sciuntur que non creduntur.

*Quòd si-
des nullo
capitur
sensu.*

*Ad Rom.
10. d*

*In 13. de
Tri. ca. 2.*

Esai. 7. b

*iuxta 70.
interpre-
tes.*

*Aug. su-
per Psal.*

*118. Ser-
mone 18.*

9. Cap. 1.

*Super
Psal. 118.*

*Sermone
10. circa*

*illam ver-
sum, agno-
vi Domi-
ne quia.*

Act. 15.

*In 8. de
Tri. ca. 4.*

POST hoc quæri solet, cum fides sit de non apparentibus & non visis, utrum etiam sit de incognitis tantum. Si enim de incognitis tantum est, de his videtur esse tantum quæ ignoratur. Sed sciendum est, quòd cum visio alia sit interior, alia exterior, non est fides de subiectis exteriori visioni: est tamen de his quæ visu interiori utcumque capiuntur. Et quædam sic capiuntur, ut intelligantur, etsi non ut in futuro. quædam autem non: quia cum fides sit ex auditu non modo exteriori sed etiã interiori, non potest esse de eo quod omnino ignoratur, quæ ipsa ad sensum corporis non pertinet, ut ait Aug. dicens, Quævis ex auditu fides in nobis sit, non tamen ad eum sensum corporis pertinet, qui dicitur auditus, quia non est sonus: nec ad vllum sensum corporis, quoniam cordis est res ista, non corporis. Quædam ergo fide creduntur, quæ intelliguntur naturali ratione: quædam verò, quæ non intelliguntur. Vnde Prophetæ, Nisi credideritis, non intelligetis. Quod Aug. aperte distinguit. Alia sunt, inquit, quæ nisi intelligamus, non credimus: alia, quæ nisi credamus, non intelligemus. Nemo tamen potest credere in deum, nisi aliquid intelligat, cum fides sit ex auditu prædicationis. Idem in lib. de Trin. Certa fides utcumque inchoat cognitione: cognitio verò certa non perficitur, nisi post hanc vitam. Ambr. quoque ait, Vbi fides, non statim cognitio: vbi cognitio est, fides præcedit. Ex his apparet aliqua credi, quæ non intelliguntur vel sciuntur, nisi prius credantur: quædam verò intelligi aliquando etiam antequàm credantur. Nec tamẽ sic intelliguntur modò, ut in futuro sciantur: & nunc etiam per fidem qua mundantur corda, amplius intelliguntur: quia nisi per fidem diligatur deus, non mundatur cor ad sciendum eum. Vnde Aug. Quid est deum scire nisi eum mente conspiceret, sumẽque percipere? Sed & prius quàm valeamus percipere & percipere deum, sicut percipitur à mundis cordibus, nisi per fidem diligatur, non poterit cor mundari, quo, id est, ut ad eum videndum sit apertum. Ecce hic aperte habes, quia non potest sciri deus, nisi prius credendo diligatur. Suprà autem dictum est, quòd nemo potest credere in Deum, nisi aliqui id

intelligatur. Vnde colligitur non posse sciri & intelligi credenda quædam, nisi prius credantur: & quædam non credi, nisi prius intelligantur, & ipsa per fidem amplius intelligi: nec ea, quæ prius creduntur, quàm intelligatur, penitus ignorantur, cum fides sit ex auditu. Ignorantur tamen ex parte: quia non sciuntur. Creditur ergo quod ignoratur, sed non penitus, sicut etiam amatur quod ignoratur. Vnde Augustinus, Sciri aliquid, & non diligere potest. Diligere verò quod nescitur, quæro utrum possit. Si non potest, nemo diligit Deum antequàm sciat. Vbi autem sunt illa tria, fides, spes, charitas, nisi in animo credente quod nondum scit, & sperante & amante quod credit? Amatur ergo & quod ignoratur, sed tamen creditur.

*Quòd cre-
ditur &
amatur
quæ igno-
rantur.*

*Ibid. eodẽ
4. cap.*

DE FIDE ANTIQVORVM.

Distinct. xxv.

P Rædictis adiiciendum est de sufficientia fidei ad salutem. Illis enim qui præcesserunt aduentum Christi, & qui sequuntur, videtur profecisse fides secundum temporis processum, sicut profecit cognitio. Fides quippè magna dicitur cognitione, & articulorum quantitate, vel constantia, & deuotione. Est autem quædam fidei mensura, sine qua nunquam potuit esse salus. Vnde Apostolus, Oportet accedentem credere quia Deus est, & quòd remunerator est sperantium in se. Sed quæritur, utrum hoc credere ante aduentum & ante legem ad salutem suffecerit? Nam tempore gratiæ constat certissimè hoc non sufficere: oportet enim vniuersa credi, quæ in Symbolis continentur. Sed nec ante aduentum, nec ante legem videtur hoc suffecisse: quia sine fide Mediatoris nullum hominem vel antè, vel post fuisse saluum sanctorum auctoritates contestantur. Vnde Augustinus ad Opratum, Illa fides sana est, qua credimus nullum hominem siue maioris siue minoris ætatis liberari à cõtagione mortis & obligatione peccati, quod prima nariuitate contraxit, nisi per vnum Mediatorem Dei & hominum Iesum Christum, cuius hominis eiusdemque Dei saluberrima fide etiam illi iusti facti sunt, qui priusquàm veniret in carne, crediderunt in carnem venturum. Eadem enim fides est, & illorum, & nostra. Proinde cum omnes iusti siue ante incarnationem si-

*A De suffi-
cientia fi-
dei.*

*Quòd sine
fide media-
toris num-
quàm fuerit
salus.*

Hebr. 11. b

Epist. 57.

*1o. 2. 1. ad
Tim. 2. b*

*Ibid. paulò
inferius.*

ue post, nec vixerint, nec viuant, nisi ex fide incarnationis Christi: profecto quod scriptum est, Non esse aliud nomen sub caelo, in quo oporteat saluari nos: ex illo tempore valet ad saluandum genus humanum, ex quo in Adam vitiatum est. Idem, Nemo liberatur a damnatione quae per Adam facta est, nisi per fidem Iesu Christi. Idem Eadem fides Mediatoris quae nos saluat, saluos iustos faciebat antiquos, pusillos cum magnis: quia sicut credimus Christum in carne venisse, ita illi venturum: & sicut nos mortuum, ita illi moriturum: & sicut nos resurrexisse, ita illi resurrecturum: & nos & illi ad iudicium viuorum & mortuorum venturum. Gregor. super Ezech. Et qui praebant, & qui sequebantur, clamabant dicentes, Osanna filio David: quia omnes electi, qui in Iudea esse potuerunt siue qui nunc in ecclesia sunt in mediatorem Dei & hominum crediderunt & credunt. His aliisque pluribus testimoniis perspicue docetur, nulli inquam salutem esse factam, nisi per fidem Mediatoris. Oportet ergo accedentem credere quae supra dixit Apostolus: sed non sufficit.

De fide simplicium.

QVID ergo dicitur de illis simplicibus, quibus non erat reuelatum mysterium incarnationis, qui pie credebant quod eis traditum fuit? Dicit potest, nullum fuisse iustum vel sapientem, cui non esset facta reuelatio vel distincta, vel velata, vel in aperto, vel in mysterio. Distincta, ut Abraham & Moysi aliisque maioribus, qui distinctionem articulorum fidei habebant: velata: ut simplicibus, quibus reuelatum erat ea esse credenda, quae credebant illi maiores & docebant. sed eorum distinctionem apertam non habebant, sicut & in Ecclesia aliqui minus capaces sunt, qui articulos Symboli distinguere & assignare non valent, omnia tamen credunt quae in Symbolo continentur. Credunt enim quae ignorant, habentes fidem velatam in mysterio: ita & nunc minus capaces ex reuelatione sibi facta maioribus credendo inhaerebant, quibus fidem suam quasi committebant. Vnde Iob, Boves arabant, & asinae pascebantur iuxta eos. Simplices & minores sunt asinae pascentes iuxta boves: quia humilitate maioribus adherendo, in mysterio credebant, quae & illi in mysterio docebant: qualis forte fuit vidua Sareptana.

Altus 4.
Li. de cor-
reptione &
gratia ca.
7. in prin-
cip. tom. 7.
Aug. lib.
eo. de sup.
& Cocup.
cap. 12.
Homil. 17
pari post
principiu.
Mat. 11. b
Hebr. 11. b

Iob 1. c

3. Re. 17. b

Quae ante aduentum Christi de Mediatore credere sufficiebat.

SE D quaeritur, cum sine fide Mediatoris Antiquis non fuerit salus, sicut nec Modernis: utrum oportuerit illos credere omnia illa de Mediatore, quae nunc credimus. Quibusdam videtur, quod suffecerit illis quatuor tantum credere, scilicet natiuitatem, mortem, resurrectionem, aduentum ad iudicium, quod ex praemissis verbis Augustini colligunt, ubi ista quatuor posuit. Aliis autem videtur habita fide trinitatis, id est mysterio incarnationis fidei sufficisse, ut Dei filius crederetur nasciturus de homine, & iudicaturus, qui de Ioanne Baptista documentum huius rei assumunt, qui de morte Christi & descensu ad inferos in Euangelio dubitasse videtur secundum expositionem Gregorij, quando interrogauit per Discipulos, Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Quasi diceret, Es tu per te ipsum descensurus ad infernum, an alium ad haec sacramenta missurus es? Quidam tamen dicunt eum non dubitasse de ignorantia, sed de pietate, id est, dubitare se ostendisse: non quia ignorauerit, sed pietatis affectu compassum esse Christo, & eius humilitatem admirando insinuasse.

De fide Cornelij.

SOLE T etiam quaeri, de Cornelio, utrum fidem incarnationis habuerit, cum dictum est ei per angelum, Acceperat elemosynam tuam, & exaudita sunt orationes tuae. Si enim fidem incarnationis non habebat, tunc ergo sine fide incarnationis erat ei iustitia: quia de illo scriptum est, quod iustus erat & timens Deum. Si vero fidem incarnationis habebat, ad quid ergo missus est ad eum Petrus? Sanè dici potest, eum sicut fidem vnitatis, ita & incarnationis habuisse Dei reuelatione, sed incarnatum iam esse Dei filium ignorasse: & ideo missus est ad eum Petrus, ut iam natum Dei filium ei annuntiaret, & sacramentum regenerationis ei conferret. Habebat ergo fidem incarnationis, sed an facta, vel futura esset, non nouerat: & ita per fidem venit ad opera, & per opera amplius solidatus est in fide. Per fidem enim, ut ait Gregor. venit ad opera. Cornelius etiam per fidem venit ad opera. Deum enim vnum credebat, sed filium eius nesciebat incarnatum. Per fidem placuerunt Deo

Homil.
super Exe-
chi. & Ho-
mil. 6. su-
per Eua.
Matt. 11.
Luce 7. c
Act. 10. a

Ibidem.

Homil. 19
super Exe-
chie ante
medium.

Ad Heb. II. 4. Lib. 1. de predest. sanctuarii. Cap. 7. Ad Rom. 10. c.

opera eius. Sine fide enim impossibile est aliquem placere Deo. Augustinus verò dicit Cornelio dictum esse per angelum, Acceptæ sunt elemosynæ tuæ & orationes tuæ, antequam in Christum crederet: nec tamen sine aliqua fide donabat & orabat. Nam quomodo inuocabat in quem non credebatur? sed si posset sine fide Christi esse salus, non ad eum mitteretur architectus ecclesiæ Petrus. Attende quid ait, sine fide Christi non posse esse salutem: & tamen Cornelium exauditum antequam crederet in Christum. Quod ita potest intelligi, scilicet antequam sciret Christum incarnatum, in quem credebatur in mysterio.

De æqualitate fidei, spei, charitatis & operis, quæ secundum aliquid sunt æqualia.

Super E. x. c. homi. vlti. circa illud, & mensus est ar. long.

ILLVD etiam non est præmittendum, quòd fides, spes, charitas & operatio secundum aliquid æqualia sunt in præsentia. Vnde Gregorius, Fidem, spem, charitatem atque operationem dum in hac vita viuimus, æquales sibi esse apud nos inuenimus: quia quantum credimus, tantum amamus, & quantum amamus, tantum de spe præsumimus. Quisque enim fidelis tantum credit, quantum sperat & amat: & tantum operatur, quantum credit & amat, & sperat. Sed tamen maior spe & fide charitas dicitur, quia cum ad Dei speciem peruenitur, spes & fides transit, sed charitas permanet: & quia charitas mater est omnium virtutum, quæ non ideo post fidem & spem ponitur, quòd ex eis oriatur, sed quia post illa remanebit aucta. Charitas enim nunquam excidit. Præmissa autem æqualitas proprie secundum interiorum actuum intentionem consideranda est. Huic verò quod hic & superius dictum est, scilicet quòd charitas non est ex fide, spe, sed e conuerso, videri obuiare quod ait Apostolus. Finis præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta. Quod exponens Augustinus, Cor accipit pro intellectu, & conscientiam pro spe. Qualis, inquit, charitas est finis præcepti procedens de corde puro, id est, de puro intellectu, vt nihil nisi Deus diligatur: & conscientia, id est, de spe bona, & fide non ficta, id est, non simulata. Non ergo charitas fidem & spem, sed fides & spes charitatem præcedere videntur. Hoc ergo ea ratione traditum intellige, non quòd fides & spes causa vel tempore charitatem omnium bonorum matrem præce-

dant: sed quia charitas sine illis in aliquo esse non potest, sed illa sine charitate possunt esse: quanuis non sit pia fides vel spes sine charitate. Ideo ergo ex fide & spe procedere dicitur charitas, quia nulli prouenit sine istis.

DE SPE, QUID SIT.

Distinct. xxvi.

A

Est autem spes virtus, qua spiritualia & æterna bona sperantur, id est, cum fiducia expectantur. Est enim spes certa expectatio futuræ beatitudinis, veniens ex Dei gratia & meritis præcedentibus, vel ipsam spem, quam natura præcitat charitas, vel rem speratam, id est, beatitudinē æternam. Sine meritis enim aliquid sperare, non spes, sed præsumptio dici potest.

De quibus sit spes.

De spe.

B

ET sicut fides, ita & spes est de inuisibilibus. Vnde Augustinus fidem appellamus earum rerum quæ non videntur. De spe quoque dicitur, Spes quæ videri non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Quod attinet ad non videre vel quæ creduntur, vel quæ sperantur, fidei speique commune est. Distinguitur tamen fides à spe, sicut vocabulo, ita etiam rationabili differentia. Est enim fides malarum rerum & bonarum: quia & bona creduntur & mala, & hoc fide bona, non mala. Est etiam fides & præteritarum rerum, & præsentium, & futurarum. Credimus enim mortem Christi, quæ iam præterit: credimus sessionem, quæ nunc est. Credimus venturum ad iudicandum, quod futurum est. Item fides & futurarum rerum est, & alienarum. Nam & se quisque credit esse coepisse, nec fuisse vtique sempiternum: & alia atque alia non modò de aliis hominibus multa, quæ ad religionem pertinent, verum etiam de angelis credimus. Spes autem non nisi bonarum rerum est, nec nisi futurarum, & ad eum pertinentiam, quæ earum spem gerere perhibentur.

In enchir. Cap. 8. Rom. 8. c. Quo differunt fides & spes.

Ibidè dist. præallegata.

Redit ad præmissam quæstionem, scilicet an fides & spes in Christo fuerint.

POST hoc superest inuestigare, vtrum fides & spes in Christo fuerint: vnde Tractatus iste sumpsit exordium. Qui-

4. dist. 23. **bu**sdam non indocte videtur fidem, virtutem & spem in eo non fuisse, sicut in Sanctis iam beatificatis, vel in angelis non sunt, & tamen Sancti credunt & sperant resurrectionem futuram, & angeli eandem credunt: nec tamen in eis fides vel spes virtus est: quia & Deo per speciem contemplando fruuntur, & in Dei verbo resurrectionem futuram siue iudicium, non per speculum in ænigmate, sed præclarissime inspiciunt.

x. Cor. 13. d. Si enim quia credunt resurrectionem futuram, ideo verum est eos fidem habere: ergo ea consummata post iudicium similiter & fidem habere dicentur, qui credent eam præteritam. Sed sicut tunc credent, nec tamen fidem quæ fideles facit habebunt: quia non credent absque scientia, quæ non erit ænigmatica, sed per speciem: ita & modo credunt & sperant resurrectionem, nec tamen fidem habent, quia credendo cognoscunt. Venit enim eis quod perfectum est, & euacuatum est quod ex parte est. Venit enim cognitio, & euacuata est fides. Venit species, & desit spes. Ita & Christus, in quo fuerunt bona Patris, credidit quidem & speravit resurrectionem tertia die futuram, pro qua & patrem oravit: nec tamen fidem, virtutem & spem habuit, quia non enigmaticam & specularem, sed clarissimam de ea cognitionem habuit: quia non perfectius eam cognouit præteritam, quam intellexit futuram. Speravit tamen Christus, sicut in Psal. ait, In te Domine speravi: nec tamen fidem vel spem virtutem habuit, quia per speciem videbat ea quæ credebat. De antiquis vero Patribus, qui apud inferos usque ad passionem tenebantur, non incongruè dici potest quod fidem & spem virtutem habuerunt: quia credebant & sperabant se visuros Deum per speciem, qualiter eum tunc non videbant: quia non patuit eis cognitio Dei per speciem ante passionem Christi: qua consummata à fide transferunt ad speciem.

De charitate quam tu ad eum essentiam & definitiorem.

DE CHARITATE, QVA DILIGITVR
Deus & proximus, quæ in Christo &

in nobis est.
de dilectione vi de v. g. ad 7. quædam
Distinct. X X V I I.

Cum autem Christus fidem & spem non habuerit, dilectionem tamen habuit in quantum homo tantam, qua

maior esse non valet: qui ex charitate eximia animam posuit pro amicis & inimicis. Habuit enim in corde charitatem, quam opere nobis exhibuit, vt exhibitionis forma nos ad diligendum instrueret. Hic aliquid dicendum est de charitate, & modo, & ordine diligendi deum & proximum.

Quid sit charitas.

CHARITAS est dilectio, qua diligitur deus propter se, & proximus propter deum, vel in deo. Hæc habet duo mandata: vnum pertinens ad dilectionem dei, quod est maximum in lege mandatum: & alterum pertinens ad diligendum proximum, illi simile. Primum est, Diliges deum ex toto corde ex tota mente, & ex tota anima: quod scriptum est in Deut. Secundum est, Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet, & Propheta. Finis præcepti est dilectio: & ea est gemina, id est, dei & proximi.

Si eadem charitate diligitur deus & proximus.

HIC queritur, si ex ea ipsa dilectione diligitur deus, qua diligitur proximus: an alia sit dilectio dei, & alia proximi. Eadem sanè dilectio est, qua diligitur deus & proximus: quæ spiritus sanctus est, vt supra dictum est, quia deus charitas est. Vnde Augustinus, Ioannes ait, Non potest deum diligere quem non videt, qui fratrem quem videt, non diligit. Sed si cum quem videt humano visu, spirituali charitate diligeret, videret deum (qui est ipsa charitas) visu interiori, que videri potest. Qui ergo fratrem quem videt, non diligit, deum qui est dilectio, qua caret qui fratrem non diligit: quomodo potest diligeret? Ex vna enim eadem que charitate deum proximumque diligimus: sed deum propter deum, nos verò & proximum propter deum. Si verò vna eademque charitas est dei & proximi, quare dicitur gemina? Propter duo dilecta, id est, deum & proximum. Est enim vna fit charitas, duo tamen diuersa ea diliguntur, scilicet deus & homo vel angelus. Pro quo etiam duo sunt mandata: quia cum eadem charitas utroque commendetur, diuersa tamen diligi præcipiuntur. Vnde Augustinus. Arbitror ideo spiritum sanctum bis datum, semel in terra, & iterum de celo, vt commendarentur nobis duo præcepta charitatis, scilicet dei & proximi. Vna est charitas, & duo præcepta, vnus spiritus,

De charitate qua diligitur Deus & proximus, qm in Christo & in nobis est. De duobus mandatis charitatis. Deut. 6. a. Mat. 22. 1. Tim. 1. a. Dist. 17. primi Sententia. c. 2. Lib. 8. de Tri. cap. 8. 1. Io. 4. d. In Sermone de ascensione, qui incipit, de solennitate huiusmodi. In nonnullis anti-quis exemplaribus peritur. Est eadem sententia ho. super Io. 7. a. post mediu & apud Be. dam ad Re. 5. li. 1



de Doctr.
Christ. ca.
22. tom. 3.
de Trin. 8.
ca. 6. in fi.

& duo data: quia alia charitas non diligit proximum, nisi illa quæ diligit deum. Qua ergo charitate proximum diligimus, eadem deum diligimus. Sed quia aliud est deus, aliud proximus, etsi vna charitate diliguntur: ideo fortè duo præcepta dicuntur & alterum maius, & alterum minus: vel propter duos morus qui in mente geruntur, dum deus diligitur & proximus. Mouetur enim mens ad diligendum deum, mouetur & ad diligendum proximum: & multo magis erga deum, quam erga proximum.

De modo diligendi.

Aug. lib.
de doct.
Christ. 1.
Cap. 17.
Cap. 14.

CONSEQUENTER modum vtriusque dilectionis aduertamus. Hæc regula, vt ait Aug dilectionis diuinitus constituta est, vt deum propter se ex toto corde, & proximum diligas sicut teipsum, id est, ad quod, & propter quod teipsum diligere debes. In bono enim & propter deum diligere debes. In bono ergo diligendus est proximus non in malo, & propter deum. Proximum verò omnem hominem oportet intelligi: quia nemo est cum quo sit operandum male. Qui ergo amat homines, vel quia iusti sunt, vel vt iusti sint amare debet, hoc est, in deo, vel propter deum. Sic enim & seipsum amare debet, scilicet in deo vel propter deum, id est, quia iustus est, vel vt iustus sit. Qui enim aliter se diligit, iniuste se diligit: quia ad hoc se diligit, vt fit iustus, ad hoc ergo vt fit malus: non ergo iam se diligit. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Modus ergo diligendi præcipiendus est homini, id est, quomodo se diligat, vt prosit sibi. Quin autem se diligat, & prodesse sibi velit, dubitare dementis est. Modus autem præcipitur cum ait, Sicut teipsum, vt proximum diligas ad quod teipsum. Si ergo te non propter te diligere debes, sed propter illum vbi dilectionis tuæ rectissimus finis est: non succenseat alius aliquis homo, si & ipsum propter deum diligis. Huius dilectionis modum Veritas insinuat, dicens, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos, id est, ad quod dilexi vos, scilicet vt filij sitis, vt vitam habeatis.

Aug. Ho.
mi. 65. su.
per Io. an.
te modum.

De modo diligendi deum.

DILECTIONIS autem dei modus insinuat cum dicitur, Ex toto corde, id est, ex toto intellectu: ex tota anima

ma, id est, ex tota voluntate: ex tota mente, id est, memoria: vt omnes cogitationes, & omnem vitam, & omnem intellectum in illum conferas à quo habes ea quæ confers illi. Hæc dicens, nullam partem vitæ nostræ reliquit, quæ vacare debeat: sed quicquid venerit in animum, illuc rapiatur quò dilectionis impetus currit. Et diligere Deum propter se modus est diligendi Deum: & sunt isti duo modi diligendi Deum, vt quibusdam placet.

Aug. li.
de Doc.
Christ. ca.
22.

De impletione illius mandati.

ILLVD autem præceptum non penitus impletur ab homine in hac mortali vita, sed ex parte, non ex toto: quia ex parte diligimus, sicut ex parte cognoscimus. In futuro autem impletur ex toto. Vnde Aug. Cum adhuc est aliquid carnalis concupiscentiæ, non omni modo ex tota anima diligitur Deus. Caro autem non dicitur concupiscere, nisi quia anima carnaliter concupiscit. Cum autem venerit quod perfectum est, vt destruat quod ex parte est, id est, vt iam non ex parte sit, sed ex toto, charitas non auferetur, sed augebitur & implebitur. In qua plenitudine illud præceptum charitatis implebitur, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Tunc erit iustus sine peccato: quia nulla erit lex repugnans menti. Tunc prorsus toto corde, tota anima, tota mente diliges Deum: quod est summum præceptum.

1. Cor. 13. e
Aug. li.
de Perfe.
ctio. hu.
mana. in.
stria con.
tra Cale.
stium post
restitutionē
ad 16. ra.
tiocinatio.
nem Cale.
stij, tom. 7.

Quæstio de præcepti ratione.

SED cur præcipitur homini ista perfectio, cum in hac vita eam nemo habeat? Quia non rectè queritur, si quò currendum est, nesciatur. Quomodo autem sciretur, si nullis præceptis ostenderetur? Ecce habes cur illud præceptum est, quod hinc penitus impleri non potest. Impletur tamen ex parte, scilicet secundum perfectionem viæ. Alia est enim perfectio currentis, alia peruenientis. Facit hoc mandatum vt cursor, qui Deum ante omnia & præ omnibus diligit, nec tamen omninò perficit.

Ibid. paulo
super.
Ibidem la.
co prior.
Aug. in
eod. paulo
inferius.

Quòd alterum mandatum in altero est.

CVM autem duo sunt præcepta charitatis, pro vtroque sæpe vnum ponitur, nec immeritò: quia nec Deus sine proximo, nec proximus sine Deo diligi potest. Vnde Apostolus omne mandatū legis dicit instaurari, id est, contineri

Aug. li. 8.
de Trin.
cap. 7.

Rom. 13. c
et Gal. 5. b
August.
Tract. su-
per illud
Ioan. 13.
Mālatū
uouū, & c.
Tomo 9.

& impleri in hoc verbo, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et Christus dilectionem proximi specialius commemorat, dicens, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Vbi illud maius mandatum dilectionis Dei videtur prætermisum: sed bene intelligentibus vtrūque inuenitur in singulis, quia qui diligit Deum, non potest eum contemnere, quem Deus præcepit diligi: & qui diligit proximum, quid in eo diligit nisi Deum? ipsa est dilectio ab omni mundana dilectione discreta: quam distinguēs Dominus ait, Sicut dilexi vos. Quid enim nisi Deum dilexerit in nobis, non quem habebamus: sed vt haberemus? sicut medicus ægrotos: & quid in eis diligit, nisi salutem quam cupit reuocare non morbum quem venit expellere? Sic & nos inuicem diligamus, vt quantum possumus, inuicem ad habendum in nobis Deum ex dilectione attrahamus.

Quæ charitate diligenda sunt.

In li. 1. de
doct. Chri-
stia. c. 23.
in princi-
pio.

SED quæ hac dilectione diligenda sint iam inquiramus. Non enim omnia, vt ait Aug. quibus vtrūque, diligēda sunt: sed ea sola, quæ vel nobiscum societate quadam referuntur in Deum, sicut est homo vel angelus: vel ad nos relata, beneficio Dei per nos indigent, vt corpus quod ita præcipiendum est diligi, vt ei inordinate prudenterque consulatur.

SI ILLO PRÆCEPTO IVBEMVR
diligere totum proximum
& nos totos.

Distinct. XXVIII.

De chari-
tate quan-
tum ad di-
ligibilem
numerum
& distin.
In lib. de
doct. Chri-
stia. c. 23, 24.
& 26.
Eph. 5. f

HIC potest quæri, vtrum in illo mandato dilectionis proximi totum proximum, id est, animam & corpus, nosque ipsos totos diligere præcipiamur. Ad quod dicimus, omne genus diligendarum rerum in illis duobus mandatis contineri. Quatuor enim diligenda sunt, vt ait Augustinus, Vnum quod supra nos est, scilicet Deus: alterum, quod nos sumus: tertium, quod iuxta nos est, scilicet proximus: quartum, quod infra nos est, scilicet corpus. De secundo & quarto nulla præcepta danda erant, scilicet vt diligeremus nos vel corpus nostrum: præcipitur autem Deus diligi & proximus. Vt autē quilibet se diligit, præcepto non est opus. Quantu-
liber enim homo excidat à veritate, remanet illi dilectio

sui, & dilectio corporis sui: quia nemo vnquam carnē suam odio habuit. Nam viri iusti, qui corpus suū cruciant, nō corpus, sed corruptiones eius & pōdus oderūt. Hic videtur Aug. tradere, quōd ex præcepto non teneamur diligere nosmetipsos vel corpus nostrum: quod si est, non omne genus diligendarum rerum illis duobus præceptis cōtinetur, quia cūm & nos ipsos & corpus nostrum diligere debeamus, ad quid necessarium est præceptum, cūm scriptum sit, Qui diligit iniquitatem, odit animam suam? Sed speciale de hoc præcepto non erat dandum, nec speciali præcepto opus erat id tradi, vt quisque se vel corpus suum diligeret, quia hoc in illo præcepto cōtinetur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ibi enim & proximum totum, & te totum intelligere debes. Vnde Augustin. in eodem, Si te totum diligas, id est, animam & corpus, & proximum tuum, id est, animam & corpus (homo enim ex anima constat & corpore) nullum rerum diligendarum genus in his duobus præceptis prætermisum est. Cūm enim præcurrat dilectio Dei eiusque dilectionis modus prescriptus appareat, & sequatur dilectio proximi: de tua dilectione nihil dictum videtur. sed cūm dictū est, Diliges proximum tuum sicut teipsum, simul & tui abs te dilectio prætermisā non est. Ecce hic aperte dicit, in illo præcepto non tantum modō proximi: sed & tui dilectionem contineri, & totius proximi totiusque tui. Ex quo apparet quod dictum est de secundo & quarto, id est, de dilectione nostri, & corporis nostri, nulla præcepta danda, ita esse intelligendum, scilicet specialia & diuisa, quia in illo vno tantūm continetur: & quia id quod sumus, & quod infra nos est, ad nos tamen pertinens, naturæ lege diligimus, quæ in bestiis etiā est. Ideoque & de illo quod supra nos est, & de illo quod iuxta nos est diuisa præcepta sumpsimus. In quorum altero, eius quod sumus, & illius quod infra nos est dilectio continetur. Si condita est mens humana, vt nunquam sui non meminerit, nunquam se non intelligat, nunquam se non diligit, sed quoniam qui odit aliquem, nocere illi studet: non immerito & mens hominis quando sibi nocet, se odisse dicitur. Nesciens enim sibi vult malē, dum non putat sibi obesse quod vult: sed tamen malē sibi vult, quando illud vult quod obest sibi: secundū illud, Qui diligit iniquitatem,

Psal. 1. c.

*De Doct.
Chri. li. 1.
cap. 26.*

Psal. 10.

odit animam suam. Qui ergo diligere se nouit, Deum diligit. Qui uero nō diligit Deum, etiam se non diligit, quod ei naturaliter inditum est: tamen non incongruē se odisse dicitur, cum id agit quod sibi aduersatur, & seipsum tanquam suus inimicus insequitur.

Si in illo precepto continetur dilectio angelorum, B

Aug. li. 1.
de Doctr.
Chri. c. 30.
Luc. 17. 8
Quis sit p-
ximus.

Luc. 6.
Aug. de
Doc. Chri.
lib. 8. ca.
p. 11. 12.
Quod an-
geli in illo
precepto
continentur.
Psal. 34.
Quod etiam
Christus
proximus
noſter est
secundum
quod ho-
mo.

O R I T V R autem hic de angelis quæstio, utrum ad illud præceptum dilectionis proximi etiam dilectio pertineat angelorum. Nam quod nullum hominē exceperit qui præcepit proximum diligere, Dominus in Parabola seminiui relictus ostendit, eum dicens proximum, qui erga illum extitit misericors: Deinde subdit, Vade, & tu fac similiter. Ut eum proximum intelligamus, cui vel exhibendum est officium misericordiae, si indiget, vel exhibendum esset, si indigeret. Nullum uero exceptum esse, cui misericordiae negandum sit officium, quis non videat, cum usque ad inimicos etiam porrectum sit, Domino dicente, diligite inimicos vestros, & benefacite his qui oderunt vos? Manifestum est ergo omnem hominem proximum esse reputandum. Proximi uero nomen ad aliquid est; nec quisquam esse proximus, nisi proximo potest. Vnde consequens est, & cui præbendum, & a quo præbendum est officium misericordiae, rectè proximum dici. Manifestum est ergo præcepto dilectionis & proximi etiam sanctos angelos contineri: à quibus tanta nobis misericordiae impenduntur officia. Ex quo & Dominus proximum se nostrum dici uoluit, ut in parabola saucij ostēdit: & in Propheta, Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum sic complacebam. Sed quia excellentior ac supra nostram naturam est diuina substantia, præceptum dilectionis Dei à proximi dilectione distinctum est. Ideoque licet nobis Deus omnia impendat beneficia, nō tamen nomine proximi includitur in illo præcepto: quem non sicut nos diligere debemus, sed plusquam nos, toto corde & anima. Christum uero in quantum homo est, sicut nos diligere debemus eiusque secundum hominem dilectio illo continetur mandato: quem & secundum hominem, magis quam nos, sed non quantum Deum, debemus diligere: quia in quantum est homo, minor est Deo.

Quibus modis dicitur proximus, C

H I C notandum est proximum dici diuersis modis, sci-

licet conditione primæ natiuitatis, spe conuersionis, propinquitate cognationis, & ratione beneficij exhibitionis.

DE ORDINE DILIGENDI, QUID
prius, quid posterius.

Distinct. XXIX.

P O S T prædicta de ordine charitatis agendum est: quia dicit sponsa, Introduxit me rex in cellam uinariam, & ordinauit in me charitatem. Videamus ergo ordinem, quid prius, quid posterius esse debeat: peccat enim qui præpostere agit. Nam scire quid facias, & nescire ordinem faciendi, non est perfectæ cognitionis. Ordinis namque ignorantia conturbat meritorum formam. Ordinem autem diligendi Augustinus insinuat dicens, ipse est qui ordinatam habet dilectionem, ne aut diligit quod non est diligendum, aut nō diligit quod diligendum est: aut æquè diligit quod minus vel amplius diligendum est, aut minus vel amplius quod æquè diligendum est. Omnis peccator, in quantum peccator est, non est diligendus: & omnis homo, in quantum est homo, diligendus est propter Deum, Deus uero propter seipsum: & Deus propter se omni homine amplius diligendus est, & amplius quisque debet Deum diligere quam seipsum. Item, amplius alius homo diligendus est, quam corpus nostrum: quia propter Deum omnia ista diligenda sunt, & potest nobiscum Deo homo perfrui, quod non potest corpus nostrum: quia corpus per animam uiuit, qua fruimur Deo. Audisti aliqua de ordine charitatis: ubi expressum est nos amplius debere diligere Deum, quam omnes homines, vel nos ipsos: & amplius animam alicuius hominis quam corpus nostrum. In enumeratione etiam quatuor diligendorum superius posita, prius ponitur quod supra nos est: secundo, quod nos sumus: tertio, quod iuxta nos est: quarto, quod infra nos est, ubi ordo diligendi insinuari uideatur ex ratione enumerationis. Non est autem apertum utrum omnes homines pariter diligere debeamus, & tantum quantum nos, vel minus.

An omnes homines pariter diligendi sunt, B

V N D E etiam super hoc sæpè mouetur quæstio, quam perplexam faciunt Sanctorum uerba uariè prolata. Quidam

6. o. super
illud.
Psal. 11.
Vana locu-
ti sunt. &
Aug. ser-
mone 3.
post Pen-
tecost.
De chari-
tate qui-
tū ad dili-
gendi or-
dinem.
Cant. 2. a
libro de
Doc. Chri.
cap. 27.

Ibidem.

*Dist. præ-
cedente li-
tera A.
Nota or-
dinē char-
ritatis.*

*Li. de Do
ctri. Chri.
I. cap. 28.
Antheri
rates ponit
que videtur
dicere
omnes ha-
riter dili-
gēdos esse.
In effectu
differen-
tiam esse.
Galat. 6. c
In exp. 6. c.
circa fi-
nem, to. 4.
Mat. 23.
Deut. 5. d*

*Li. 13. cir-
ca illud.
c. 44. Et
sabb. mea
sanctific.
Verba ha-
bentur in
glossa Cau-
tic. 2. et
apud Ori-
gen. ibid.
Hom. 2. in
Cant. que
ponitur in
ult. tom.
epif. Hier.*

enim tradere videntur, quòd pari affectu omnes diligendi sint: sed in effectu, id est, in exhibitione obsequij distinctio obseruanda sit. Vnde Augustin. Omnes homines æque diligendi sunt: sed cum omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendum est, qui pro locorum & temporum vel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi, quasi quadam sorte iunguntur. Pro sorte enim habendum est quo quisque tibi temporaliter colligatus adheret: ex quo eligis potius illis dandum esse. Item super epistolam ad Gal. Operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei, id est, ad Christianos. Omnibus enim pari dilectione vita æterna opranda est, etsi non omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis officia: quæ fratribus maximè sunt exhibenda, quia sunt sibi inuicem membra, qui habent eundem patrem, scilicet Deum. His aliisque testimoniis innituntur, qui dicunt omnes homines pariter diligendos esse charitatis affectu, sed in operis exhibitione differentiam.

Que hi repugnare videntur.

QVIBUS obuiat illud præceptum legis de diligendis parentibus, Honora patrem tuum & matrem, vt sis longæuus super terram. Vt quid enim specialiter illud præcipere tur de parentibus, nisi maiori dilectione forent diligendi? Sed hoc illi referendum dicunt ad exteriorem exhibitionem, in qua præponendi sunt parentes. Vnde Honora, dixit, non Dilige. Obuiat etiam illud quod Hieron. super Ezech. ait, scilicet vt ordine charitatis, sicut scriptum est: Ordinauit in me charitatem: post omnium patrem Deum, carnis quoque pater diligatur, & mater, & filius, & filia, frater, & soror. Ambros. quoque diligendi exprimens ordinem super illud Cantorum. capitulo secundo, Ordinauit in me charitatem, ait, Multorum charitas inordinata est: quod in primo est ponunt tertium vel quartum. Primò, Deus diligendus est, secundò, parentes, inde filij, post domestici: qui si boni sunt, malis filiis præponendi sunt. Secundùm hoc in Euan-gelio ad cuiusque dilectionem proprium ponit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo & ex omnibus viribus tuis: & proximum tuum sicut teipsum: & inimicos non ex tota virtute, nec sicut teipsum, sed simpliciter. Sufficit

enim quòd eos diligimus, & non odio habemus. Ecce ex præmissis aperte insinuat, quæ in affectu charitatis distinctio sit habenda, vt differenti affectu, non pari homines diligamus: & ante omnia deum: secundò nos ipsos, tertio parentes, inde filios & fratres, post domesticos, demùm inimicos diligamus, sed iniqui illi, quæ de ordine dilectionis supra dicuntur, esse referenda ad operum exhibitionem, quæ differenter proximis exhibenda sunt. Primò parentibus, inde filiis, post domesticis, demùm inimicis. Deum verò tam affectu quàm obsequij exhibitione ante omnia diligendum.

Quòd aliquid eorundem tantum proximos quantum nos debere diligere tradunt.

QVORVM etiam nonnulli tradunt affectu charitatis tantum proximos esse diligendos, quantum nos ipsos diligimus: quod confirmant autoritate Aug. qui ait, Nec illa iam quæstio moueat, quantum charitatis fratri debeamus impendere, quantum deo. Incomparabiliter plus deo quàm nobis, fratri verò quantum nobis. Nos autem tantò magis diligimus, quantum magis diligimus deum. Ex hoc & præmissis testimoniis August. afferunt omnes homines pariter esse diligendos à nobis, & tantum quantum nos, deum autem plusquam nos, corpus verò nostrum minus quàm nos vel proximos. Nec in enumeratione præmissa diligendorum ordinem diligendi assignari dicunt, sed tantum quæ sunt diligenda.

Secundùm alios non pari affectu omnes diligendi sunt.

VERVM quia præmissa verba Ambrosij ordinem diligendi secundum affectum magis, quàm secundum effectum diligenter intuentibus explicare videntur, non indoctè alij dicunt non modò in exhibitione operis, sed etiam in affectu charitatis ordinem differentem esse statutum: vt ante omnia diligamus deum, secundò nos, tertio parentes, quarto filios vel fratres, & huiusmodi, postea domesticos, demùm inimicos. Quòd verò August. dicit pariter omnes esse diligendos, & pari dilectione omnibus vitam oprandam, ita accipi potest, vt paritas non ad affectum referatur, sed ad bonum quod eis optatur: quia charitate omnibus optare debemus, vt paria bona mereantur, sicut Apostolus dicit, Volo

*Ma. 22. d
Ordo dili-
gendi hic
ostēditur.*

*In 8. li. de
Trin. c. 8.
in fine.*

*Determi-
natio au-
thoritatiū
que videtur
aduer-
sari.*

2. Cor. 7.

omnes homines esse sicut me. Optanda est enim minoribus perfectio maiorum, ut ipsi fiant perfecti, & sic parem mereantur beatitudinem. Vel pari dilectione, id est, eadem dilectione omnes diligendi sunt. Item quod ait, *Ut tantum diligamus fratres quantum nos*, ita intelligi potest, id est, ad tantum bonum diligamus fratres, ad quantum nos; ut tantum bonum eis optemus in eternitate, quantum nobis, etsi non tanto affectu. Vel ibi *Quantum similitudinis est, non quantitatis.*

Questio de parentibus bonis & malis, quomodo diligendi sunt.

SOLET etiam queri, si parentes nostri sunt mali, vel filii, vel fratres, an magis vel minus diligendi sint aliis bonis, hac ratione nobis non copulatis. Videtur quod magis sint diligendi boni, qui nobis carne non sunt coniuncti, quam mali carne coniuncti: qui nobis sunt coniuncti corde glutino charitatis. Sanctior est enim copula cordium quam corporum. Vnde Beda de illis Verbis Domini, *Mater mea & fratres mei hi sunt*, qui Verbum dei faciunt: ait, Non iniuriose negligit matrem, nec mater negatur, quæ etiam de cruce agnoscitur: sed religiosiores monstrantur copulæ mentium quam corporum. Veruntamen latebrosa questio est hæc, nec à nobis plenè absolucanda, propterantibus ad alia. Monemur enim ex verbis illis, quibus inimicos non ex tota virtute, non sicut teipsum iubet diligere, sed simpliciter. Sufficit enim quod diligimus, & non odio habemus. Quod non ita accipiendum est, quasi sufficiat tibi diligere inimicum & non sicut teipsum: quia omnes & amicos & inimicos, sicut teipsum diligere debes. Sed ad ostendendum gradus diligendi deum & proximum & inimicum, qui tamen proximus est, propria Dominus ponit cum ait, *Dilige deum ex tota virtute tua*, & proximum sicut teipsum non ait. Ex tota virtute, ut ostendat proximum diligendum minus quam deum. Dicit etiam, *Dilige inimicos: nec addit, Ex tota virtute, nec sicut teipsum, sed simpliciter.* Sufficit enim quod diligamus, & non odio habeamus, id est, sufficit dicere, ut diligamus & odio non habeamus: non quin eos diligere debeamus sicut nos, quia proximi sunt, sed sufficit si eos minus diligimus quam alios proximos, quod locutionis genus innuit.

Mat. 12. d
Luca 8. d
Mat. 3. d
Ioan. 19. e

Matth.
22. d

Luca 6. e

Questio Augustini in libro Retractionum.

QUÆRI etiam solet, cur Dominus præceperit diligere inimicos, cum alibi præcipiat odio habere parentes & filios. Ad quod dicendum est duo esse diligenda in homine, naturam & virtutem: vitium verò & peccatum odiendum. Et paratus ergo in quantum mali sunt, odiendi sunt: & inimici diligendi, in quantum homines. Diligamus ergo inimicos lucrandos regno dei, & odiamus propinquos si impediunt nos à regno dei: & in omnibus communiter naturam diligamus, quam deus fecit.

De gradibus charitatis.

SCIENDVM quoque est diuersos esse gradus charitatis. Est enim charitas incipiens, proficiens, perfecta, perfectior perfectissima. Vnde Aug. Perfecta charitas hæc est, ut quis paratus sit pro fratribus etiam mori. Sed nunquid mox ut nascitur, iam prorsus perfecta est: imò ut perficiatur, nascitur, cum fuerit nata nutritur, cum fuerit nutrita roboratur: cum fuerit roborata perficitur, cum ad perfectionem venerit: dicit, Cupio dissolui, &c. Hic aperte progressus & perfectio charitatis insinuat, quam perfectionem etiam Veritas commendat, dicens, Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Quod uti que dictum est de opere dilectionis: quia maior dilectionis effectus non est, quam ponere animam pro aliis. Nec te moueat quod ait, Pro amicis: qui enim ponit animam pro amicis, ponit & pro inimicis, ad hoc ut ipsi fiant amici.

SI MELIUS EST DILIGERE

amicos quam inimicos,
vel econuersò.

Distinctio xxx.

HIC solet queri, quid potius sit plurisque meriti, diligere amicos, an diligere inimicos. Sed hæc comparatio implicita est. Si enim conferatur dilectio amicorum tantum dilectioni amicorum & etiam inimicorum, perspicua est absolutio. Sed si in aliquo vno homine, qui diligit simul amicum & inimicum, quid horum potius sit queratur, obsecra-

Luca 14.
Aug. li.
Retract. 1
cap. 10. in
medio.

Aug. super
Ioan. epi. cano-
nica
Tracta. 5.
paulo ante
medio,
Philip. 1. c.
Ioan. 15. b.

De charitate
quæritur ad
meriti
perfecti-
onem.

est responsio: quia de motu mentis agitur, de quo non est nobis facile iudicium, an vnus & idem motus sit erga amicum & inimicum, sed erga amicum intensior: an duo, vnus erga inimicum qui dicitur difficilior, alter erga amicum qui videtur feruentior: nec incongruè putatur melior qui est feruentior. Vel si vnus idemque est, idem potior vbi est ardentior, non improbè existimatur. August. tamen sentire videtur, maius esse diligere inimicum quàm amicum: quia perfectiorum esse dicit diligere inimicos, & benefacere eis, neque hoc à tanta multitudine impleri, quanta exauditur in oratione Dominica, cum dicitur, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Illa enim sponsonem dicit à multis impleri, qui nondum diligunt inimicos. Ait enim sic, Magnum est erga eum qui tibi nihil mali fecerit esse beneuolum & beneficium: illud multò grandius & magnificentiissimæ bonitatis est, vt tuum quoque inimicum diligas, & ei qui tibi malum vult, & si potest facit, tu semper bonum velis, faciásque quod possis, audiens dicentem Iesum, Diligite inimicos vestros, & benefacite his qui odiunt vos: & orate pro persecutibus & calumnantibus vos. Sed quoniam perfectiorum filiorum Dei est istud, quo quidem se debet omnis fidelis extendere, & humanum animum ad hunc affectum orando Deum, lectumque agendo luctandoque perducere: tamen quia hoc tam magnū bonum tantæ multitudinis non est, quantum credimus exaudiri cum dicitur in oratione: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: proculdubio verba sponsonis huius implentur, si homo qui nondum ita profecit, vt etiam diligat inimicum, tamen quando rogatur ab homine qui peccauit in eum vt ei dimittat, dimittit ex corde: qui etiam sibi roganti vult dimitti, cum orat & dicit, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quicumque verò rogat hominem in quem peccauit, si peccato suo mouetur vt roget, non est adhuc depurandus inimicus: vt eum diligere sit difficile, sicut erat quando inimicitias exercebat. Quisquis verò roganti & poenitenti non dimittit, non existimet à Domino sua peccata dimitti, quia mentiri Veritas non potest: quæ cum docuisset orationem, hanc in ea positam sententiam commendauit dicens, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pa-

*Mat. 6. b**In Enchi.
capite 73.
Matth. 5. f
Luca. 6. e**Matth. 6.**Ibi. c. 74.**Mat. 6. b*

ter vester. Si verò non dimiseritis, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra. Ecce hic haberi videtur, quod & prætaxauimus, scilicet maioris virtutis esse diligere inimicum, & benefacere ei, quàm illum qui nihil mali fecit nobis, vel amicum. Quod si quis concedere simpliciter noluerit, dicens, Intensius diligitur amicus quàm inimicus, & ideo illud potius isto determinet ista secundum præmissam intelligentiam, dicens sibi comparisonem factam inter dilectionem qua diligitur tantum amicus: & illam, qua amicus & inimicus diligitur. Illud verò quod sequitur, magis nos mouet, quod scilicet dicit non esse tantæ multitudinis diligere inimicos, quanta exauditur cum dicitur, Dimitte nobis debita nostra, &c. vbi dat intelligi, quòd alicui à Deo dimittuntur peccata non diligenti inimicum, si tamen fratri roganti qui in se peccauit, dimittit. Sed cum peccata non dimittantur alicui adulto, nisi charitatem habeat, sequitur vt charitatem habeat qui non diligit inimicum. Quomodo ergo nomine proximi omnis homo intelligitur in illo mandato, Diliges proximum tuum sicut teipsum? Si enim omnis homo proximus est, tunc & inimicus: præcipimur ergo & inimicos diligere. Et quia illud præceptum generale est omnibus præcipitur omnes homines diligere, etiam inimicos. Quidam quod hic dicitur simpliciter tenere volentes, illud præceptum determinant dicentes, illic perfectis dari in præceptum diligere omnem hominem, etiam inimicum: minoribus verò in consilium. In præceptum verò eos diligere, qui nihil mali fecerunt eis, & inimicos non odire. Sed melius est vt intelligatur omnibus illo mandato præcipi cunctos diligere, etiam inimicos: cui sensui attestantur superius posite autoritates, & aliarum multarum. Illud verò Augustini nouissimè positum de perfecta charitate dictum intelligitur, quæ tantum est perfectorum: qui non solum amicos, sed etiam inimicos perfecte diligunt, eisque benefaciunt. Quæ perfectio dilectionis non est tantæ multitudinis, quanta exauditur in narratione Dominica, & hoc re vera grande est, & eximie bonitatis, scilicet perfecte diligere inimicum. Ita & cum dicit impleri verba illius sponsonis ab homine, qui non ita profecit, vt diligat inimicum, de dilectione perfecta accipiendum est.

*Matth. 6. b**Matth.
22. d
Deut. 6. a**dist. 28. b.
B. c. 29.*

SI CHARITAS SEMEL HABITA
amittatur.

Distinct. XXXI.

De chari-
tate quan-
tū ad du-
rationemEt habet
rota hac
dist. de poe-
nit. dist. 2.Aug. ad
Iulianum
comitemqua erat
i antiquis
exemplari-
bus in exē-plari 11.
parū post
principiū.Aug. su-
per illud
Psal. 103.Qui regis
aquas, in
i. Cōcione.Mat. 7. d
Prou. 5. d
Ioan. 4. bTomo 9.
Tracta. 8.
post me-
diū. Bedaca. 1. circa
illud super
quē vide-riū. 1. Ho-
mi. 5. super
Exe. circamedium.
Idem Mo

Illud quoque non est pretereundum, quod quidam asserunt charitatem semel habitam ab aliquo non posse excidere: nullūque damnandum hanc aliquando habere: qui hanc traditionem subditis muniūt testimoniis. Apostolus ait, Charitas nunquam excidit. Augustinus etiam inquit, Charitas quæ deserit potest, nunquam vera fuit. Item, Charitas est fons proprius & singularis bonorum, cui non communicat alienus. Alieni sunt omnes qui audituri sunt, Non noui vos: De hoc fonte Scriptura ait, Fons aquæ viuæ sit tibi proprius, & nemo alienus comunicet tibi. Si autem alieni sunt, qui audituri sunt illam vocem: non ergo huic fonti comunicant damnandi. Item Augustinus super Epistolam Ioannis, Radicata est charitas, securus esto: nihil mali procedere potest. Item Gregorius in Moralibus, Valida est vt mors dilectio: virtuti enim mortis dilectio comparatur, quia nimirum mentem quam semel cœperit, à dilectione mundi funditus occidit. Item Augustinus super epistolam Ioannis, Vnctio inuisibilis charitas est: quæ in quocunque fuerit, radix illi erit: quæ ardente sole arescere non potest: nutritur calore Solis, non arescit. Item, Beda super Ioannem, Quærendum est quomodo speciale filij Dei agnoscendi signum fuerit, quod super eum descenderit & manserit spiritus. Quid magni est filio Dei, quod in ipso manere spiritus astruatur? Notandum quod semper in domino manserit spiritus: in sanctis verò quamdiu mortale corpus gestauerint, partim semper maneat, partim rediturus secedat. Manet autem apud eos, vt bonis insistant actibus: recedit verò ad tempus, ne semper infirmos curandi, mortuos suscitandi, dæmones eiciendi, vel etiam prophetizandi habeant facultatem. Manet ergo semper, vt possint habere virtutes. vt mirabiliter ipsi uiuant. Venit ad tempus, vt etiam aliis per miraculorum signa quales sint intus effulgeant. Item Gregorius, In Sanctorum cordibus secundum quosdam virtutes semper manet spiritus, secundum quosdam recessurus venit: & venturus recedit. In his virtutibus, sine quibus ad vitam non peruenitur, in electorum suorum cor-

dibus permanet. In his verò per quas sanctitatis virtus ostenditur, vt in exhibitione miraculorum aliquando adest, aliquando se subtrahit. Item Ambrosius: Ficta charitas est, quæ in aduersitate deserit. Hæc innuere videntur, quod charitas semel habitata non amittatur. Ideo quidam in prætaxatam profilerunt audaciam, dicentes charitatem à damnandis non haberi, nec à quoquam habitam posse amitti: quos ratio vincit & autoritas. Quidam enim ad tempus sunt boni, qui postea fiunt mali, & econuersò. Vnde quorundam nomina Christus dicit scripta in Libro Vitæ, qui tamen postea abierunt retrò. Sed scripta dicit non secundum præscientiam, sed secundum præsentem iustitiam cui deseruiebant: quia digni erant tunc illo bono, quod habituri sunt præscripti secundum præscientiam. Vnde Ambrosius: Quibusdam gratia data est in xsum, vt Sauli & Iudæ, & illis Discipulis quibus Dominus dixit, Ecce nomina vestra scripta sunt in cælis: & post abierunt retrò. Sed hoc dixit propter iustitiam cui deseruiebant, quia boni erant. Frequenter enim antè sunt mali, qui futuri sunt boni: & aliquoties prius sunt boni, qui futuri sunt & permansuri mali, propter quod dicuntur scribi in Libro Vitæ & deleri.

Determinatio autoritatum predictarum.

QVOD verò Apostolus ait, Charitas nunquam excidit, nullatenus pro illis facit. Dignitatem enim charitatis ostendens, dicit eam non excidere, quia hic & in futuro erit: sed fides & spes euacuabuntur, & scientia. Item quod dicitur charitas nunquam fuisse vera quæ deserit potest, non ad essentiam charitatis refertur, sed ad efficientiam: quia non efficit charitas quæ deseritur, hominem verè beatum, nec perducit ad verum bonum. Huic etiam fonti alieni, id est, damnandi non communicant, scilicet in fine, quia non perseverant. Potest tamen hoc & cætera quæ de charitate dicta sunt, de perfecta intelligi, quam soli perfecti habent: quæ semel habitata non amittitur. Exordia verò charitatis aliquando crescunt, aliquando deficiunt. Sunt enim virtutis exordia, & profectus, & proeectio: quos gradus ille discernit, qui Parabolam illam intelligit, Sic est regnum Dei, quemadmodum si iacter homo semē in terram, & dormiat, & exurgat semen, & germinet, & crescat, &c. Si ergo perfecta charitas sic radicata est, vt amitti

ra. lib. 2. c.
41. & 42.
Super ca.
6. epist. 2.
Corin. 1.Lucæ 10. c
Ioan. 6. g1. Re. 11. b
Luc. 10. c
Amb. su-
per 9. c. adRo. ad cū
locum,Quia ma-
ior seruiet
minor.10. 4.
1. Cor. 13. cDe pami-
ten. dist. 2.
cap. Hæc
quæ de cha-
ritate.Marc. 4. c
Gre. hom.
15. superExe. Li.
50. Homi.
8. in prin-
cipio.

nequeat, incipiens tamen & prouecta amitti potest & sæpè amittitur: sed dum habetur, non finit habentem criminaliter peccare. Quod Augustinus ostendit inquit, Quia radix omnium malorum est cupiditas: & radix omnium bonorum est charitas, sicut ambæ esse non possunt, nisi vna radicibus euulsa fuerit, alia plantari non potest. Sine causa conatur aliquis ramos incidere, si radicem non contendit euellere.

Quare fides & spes & scientia dicuntur euacuari, & non charitas, cum & ea ex parte sit.

1. Corin. 13
Li. 1. ca. 2

ADVERTENDVM etiam est, quomodo fides, spes, & scientia dicantur euacuari, quia ex parte sunt, & non charitas, cum & ipsa ex parte sit. Ex parte enim, id est, imperfectè, diligimus: sicut ex parte scimus, ut ait Elichius super Leuiticum. Cum ergo omne quod ex parte est, euacuatur: cur charitas excipitur, quæ dicitur nunquam excidere? Charitas quidem etiam ex parte est, ut sæpè Sancti docent, quia ex parte diligimus nunc: & ideo ipsa euacuabitur in quantum ex parte est, quia tollitur imperfectio, & addetur perfectio. Remanebitque ipsa aucta, & actus eius, & modus diligendi, ut diligas Deum propter se ex toto corde, & proximum tuum sicut te ipsum: sed imperfectiois modus eliminabitur. Fides verò & spes penitus euacuabuntur. Scientia verò secundum actum & modum suum, qui nunc est, non secundum sui essentiam tollitur. Ipsa enim virtus scientiæ remanebit: sed alium tenebit usum & modum.

Si Christus ordinem charitatis præscriptum habuerit.

1. Tim. 2. b

NVNC iam superest inuestigare, si Christus secundum quod homo, ordinem diligendi præscriptum seruauerit. Quod si est, omnem hominem sicut seipsum dilexit. Omnibus ergo vitam optauit, omnesque saluos fieri voluit: sed non omnes salui fiunt, & ita non est factum quod optauit. Sed non est ignorandum in eo fuisse charitatem iuxta modum Patriæ, non Viæ: eumque ordinem diligendi implese, qui seruatur in Patria, non in Via. Qui enim in Patria sunt, id est, iam beatificati sunt, ad eod iustitiæ Dei addicti sunt. ut nihil eis placeat, nisi quod Deo placeat: ac per hoc illorum tantum salutem diligunt & volunt quos Deus saluari vult, eosque solos sicut se diligunt: ita & Christus electos tantum sicut se dilexit, eorumque salutem optauit.

Distinct. XXXII.

A

PRAMISSI adiciendum est de dilectione Dei, qua ipse diligit nos: quæ non est alia quam illa qua diligimus eum. Dilectio autem Dei diuina ousa est: eademque dilectione pater & filius & spiritus sanctus se diligunt & nos, ut supra distulerimus. Cumque eius dilectio sit immutabilis & æterna alium tamen magis, alium minus diligit. Vnde Augustinus, Incomprehensibilis est dilectio Dei atque immutabilis, quia Deus in vnoquoque nostrum amat quod fecit, sicut & odit quod fecimus. Miro ergo & diuino modo etiam quando odit diligit nos. Et hoc quidem in omnibus intelligi potest. Quis ergo dignè potest eloqui quantum diligit membra vnigeniti sui, & quanto amplius vnigenitum ipsam? De ipso etiam dictum est. Nihil odisti eorum quæ fecisti. Ex his percipitur, quod Deus omnes creaturas suas diligit: quia scriptum est, Nihil odisti eorum quæ fecisti. Et item, Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Si omnia quæ fecit bona sunt, & omne bonum diligit: omnia ergo diligit quæ fecit, & inter ea magis diligit rationales creaturas, & de illis eas amplius, quæ sunt membra vnigeniti sui, & multo magis ipsum vnigenitum.

De charitate quantum ad diuinam dilectionem.

Distinct. 17. lib. 1.

August.

Hom. 110.

super Ioannem.

Quod alium magis alium minus diligit Deus.

Sap. 12. d.

Gen. 1. d.

Ex qua intelligentia dicitur magis vel minus diligere hac vel illa.

B

CVM autem dilectio Dei immutabilis sit, & ideo non intenditur vel remittitur, si queritur quæ sit ratio dicti cum dicitur magis vel minus diligere hoc quam illud, & cum dicitur Deus omnia diligere. Dicimus dilectionem Dei sicut pacem exuperare omnem sensum humanum, ut ad tantæ altitudinis intelligentiam vix aliquatenus aspiret humanus sensus. Potest tamè intelligi, ea ratione dici omnia diligere Deo quæ fecit, quia omnia placent ei, & omnia approbat in quantum opera eius sunt: nec tunc vel prius vel amplius placuerunt ei cum facta sunt, scilicet antequam fierent, imò ab æterno omnia placuerunt ei, non minus quam postquam esse cœperant.

Phil. 4. b.

Ex quo sensu omnia quæ fecit Deus diligere dicitur.

Quomodo alios magis, alios minus diligere dicitur.
 Quod verò rationales creaturas, id est homines vel angelos alios magis, alios minus diligere dicitur, non mutabilitatem charitatis eius significat: sed quòd alios ad maiora bona, alios ad minora dilexit, alios ad meliores vsus, alios ad minus bonos. Omnia enim bona nostra ex eius dilectione nobis proveniunt. Electorum ergo alios magis, alios minus dilexit ab æterno. & diligit etiam nunc: quia aliis maiora, aliis minora ex dilectione sua preparavit bona: aliisque maiora, & aliis minora bona confert ex tempore. Vnde magis vel minus dicitur hos vel illos diligere.

Iacob. 1. c.

Quod duobus modis inspicenda est dilectio Dei.

CONSIDERATUR enim duobus modis dilectio Dei, secundum essentiam, & secundum efficientiam. Non recipit magis vel minus secundum essentiam, sed tantum secundum efficientiam: ut magis dilecti dicantur, quibus ex dilectione ab æterno maius bonum preparavit & in tempore tribuit: & minus dilecti, quibus non tantum. Inde etiam est, quòd aliqui quando conuertuntur & iustificantur dicuntur tunc incipere diligi à Deo, non quòd Deus noua dilectione quenquam possit diligere, imò sempiterna dilectione dilexit ante mundi constitutionem quoscunque diligit. Sed tunc dicuntur incipere diligi ab eo, cum æternæ Dei dilectionis sortiuntur effectum, scilicet gratiam vel gloriam. Vnde August. Absit ut Deo temporaliter aliquem diligar quasi noua dilectione, quæ in ipso antè non erat, apud quem nec præterita transierunt, & futura iam facta sunt. Itaque omnes Sanctos suos ante mundi constitutionem dilexit, sicut prædestinavit. Sed cum conuertuntur & inveniunt illum, tunc incipere ab eo diligi dicuntur: ut eo modo dicatur, quo potest humano affectu capi quod dicitur. Sic etiam cum iratus malis dicitur & placidus bonis, illi mutantur & non ipse: ut lux in firmis oculis aspera, firmis lenis est, ipsorum scilicet mutatione, non sua. Ita cum aliquis per iustificationem incipit esse amicus Dei, ipse mutatur, non Deus.

Si quis magis vel minus diligatur à Deo vno tempore quàm alio.

SI verò queritur de aliquo, utrum magis diligatur à Deo vno tempore, quàm alio, distinguenda est dilectionis intelligentia. Si enim referatur ad dilectionis effectum

Ad Ephe.

1. a.

Libr. 5. de

tri. ca. 16.

& vltim.

in fine.

Ibidè im-

mediate

ante præ-

allegata.

atum, concessibile est: si verò ad dilectionis essentiam, inestimabile est.

Si Deus ab æterno dilexit reprobos.

DE reprobis verò, qui preparati nõ sunt ad vitam sed ad mortẽ, si queritur utrum debeat concedi quòd Deus ab æterno dilexit eos? Dicimus de electis solis simpliciter hoc esse concedendum, quòd Deus ab æterno eos dilexit, quos ad iustitiam & coronam preparavit. De nõ electis verò simpliciter est cõcedendum quòd odio habuit, id est reprobavit: sicut legitur, Iacob dilexi. Esau odio habui. Sed nõ est simpliciter dicendum quòd dilexit, ne prædestinati intelligantur: sed cum adiectione cõcedatur. Dilexit eos, in quantum opus eius futuri erant, id est, quos & quales factururus eos erat.

Mala 1. a
Rem. 9. c.

DE QUATVOR VIRTVTIBVS

principalibus.

Distinct. XXXIII.

Post prædicta de quatuor virtutibus, quæ principales vel cardinales vocantur, differendum est: quæ sunt Iustitia, Fortitudo, Prudentia, Temperantia. De quibus Augustinus ait, Iustitia est in subueniendo miseris: Prudentia in præcauendis insidiis: Fortitudo in perferendis molestiis: Temperantia in coercendis delectationibus prauis. De his dicitur in libr. Sapientia. Sobrietatem & prudentiam docet. iustitiam & veritatem. Sobrietatem vocat temperantiam, & virtutem vocat fortitudinem. Hæ virtutes cardinales dicuntur, ut ait Hiero. quibus in hac mortalitate benè viuatur, & post ad æternam vitam peruenitur: quæ in Christo plenissime fuerunt & sunt, de cuius plenitudine nos accepimus. In quo habuerunt vsus eosdẽ, quos in patria habent: & quosdam etiam viæ. Veruntamen an hæ virtutes, cum & ipse in animo esse incipiant, qui cum sine illis prius esset, tamen animus erat, desinant esse: cum ad æterna perduxerint, nonnulla quæstio est. Quibusdam visum est eas esse desituras: & de tribus quidem prudentia, scilicet fortitudine, & temperantia cum hoc dicitur, non nihil dici videtur. Iustitia enim immortalis est: & magis tunc perficietur in nobis, quàm esse cessabit, cum beatè viuemus cõtemplatione naturæ diuinæ, quæ creauit omnes cæterásque instituit naturas: qua nihil melius &

A
De virtutibus cardinalibus.
lib. de Tri.
14. cap. 9.
Sap. 8. b.
Lib. 12. de Tri. ca. 14.
Quod hæ virtutes in Christo fuerunt.
Ioan. 1. b.
De vsibus earum in futuro.
Aug. 14. de Tri. c. 9.
in princ. c.
Ibid. passim.

amabilius est. Cui regenti subditum esse iustitiæ est. Et ideo im mortalis est omnino iustitia, nec in illa beatitudine esse desinet: sed talis ac tanta erit, ut perfectior & maior esse non possit. Fortassis & aliæ tres virtutes prudentia sine vlllo iam periculo erroris, fortitudo sine molestia tollerandorum malorum, temperantia sine repugnatione libidinum erunt in illa felicitate: ut prudentiæ ibi sit, nullum bonum Deo præponere vel æquare fortitudinis, ei firmissimè coherere: temperantiæ nullo defectu noxio delectari. Quod verò nunc agit iustitia in subuenièdo miseris, quod prudentia in præcauendis insidiis, quod fortitudo in perferendis molestiis, quod temperantia in coercendis delectationibus præuis, non erit ibi omninò vbi nihil mali erit. Ista ergo virtutù opera huic mortali vitæ necessaria, sicut fides ad quam referèda sunt in præteritis habebuntur. Ecce apertè hinc dicit Aug. quòd prædictæ virtutes in futuro erunt: sed alios vsus tunc habebunt quàm modò. Cui Beda assentit super Exod. dicens, Columnæ ante quas expansum est velum, potestates cæli sunt, quatuor eximias virtutibus præclaræ, id est, fortitudine, prudentia, temperantia, iustitia: quæ aliter in cælis seruantur ab angelis & animabus sanctis, quàm hinc à fidelibus. Et consequenter assignat Beda vsus illarũ virtutum secundùm præsentem statum & futurum, imitans Aug. in præmissis assignationibus.

DE SEPTEM DONIS SPIRITUS SANCTI.

Distinct. XXXIII.

De 7. donis spiritus sancti generaliter. Ambr. 1. li. de Spiritu sancto. ca. 20. & ultimo. in princ. cap. eom. 2.

Nunc de septem donis spiritus sancti agendum est: vbi prius considerandum est, an hæc dona virtutes sint. Secundo, An in futuro desitura sint, vel omnia, vel horũ aliqua. Deinde, an in Christo fuerint cuncta hæc dona. Hæc dona virtutes esse, nec in futuro desitura. Ambr. ostèdit, ea septem fore virtutes dicens, & in angelis abundantissimè esse: sic, Ciuitas Dei illa Hierusalem cælestis, non meatu alicuius fluij terrestris abluitur, sed ex vitæ fonte procedens spiritus sancti, cuius nos breui satiamur haustu, in illis cælestibus spiritus redundantius videtur effluere, pleno septem virtutum spiritualium feruens meatu. Si enim fluius riparum crepidinibus editis superflus exundat, quãtò magis spiritus san-

ctus supereminens creaturam, cum nostræ mentis arcana tanquam inferiora perstringat cælestem illam angelorum naturam effusiore quadam sanctificationum vbertate lætificat. Deinde sanctificationem exponens subdit: His autem significationibus significatur plenitudo septem spiritualium virtutum, quas enumerat Esaias dicens, Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris Domini. Vnum est ergo nomen spiritus sancti, sed multi spiritualium donorum meatus. Quamuis ergo multi dicuntur spiritus, ut spiritus sapientiæ & intellectus, & c. vnus tamen est Dei spiritus, suæ libertatis arbiter, omnia pro autoritate voluntatis diuidens singulis. Hinc expressè traditum est, septem dona & virtutes esse sanctificationesque fidelium mentium in futuro non desitura, cum sint & in angelis.

Quod in Christo fuerunt illa septem dona.

IN Christo etiam hæc eadem fuisse Esaias ostendit dicens, Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, & spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini.

Quod videtur obuiare præmissis.

HIS autem videtur obuiare quod Beda de timore Domini dicit super Parabolas, scilicet quòd omnis timor in futuro cessabit. Ait enim sic super illum locum, Timor domini principium sapientiæ: Duo sunt timores Domini, seruilis qui principium sapientiæ est, & amabilis qui perfectionem sapientiæ comitaratur. Seruilis principium sapientiæ est, quia qui post errata sapere incipit, primo timore corripitur diuino, ne puniatur: sed hunc perfecta charitas foras mittit. Succedit huic timor Domini sanctus permanens in seculum seculi, quem non excludit charitas, sed auget: quo timet filius, ne vel in modico oculos amantissimi patris offendat: vterque in futuro cessabit, charitas verò nunquam excidet. Aug. verò super illum locum Psal. Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo: timorem Dei desitutum dicit sic: Timor Domini est magnũ præsidium proficientibus ad salutem, sed peruenientibus foras mittitur,

Ibid.
lo inferi.
Esa. 11. a

Ibid. lib. 1.
cap. 4. &
2. cap. 12.
1. Cor. 12.

B
Esa. 11. a

C

Proo. 1. a
& in g. of.
Ibidem.
1. 2. ca. 4. b

Psal. 18.

Susper
Psal. 5. 5. est
medium
en. rra
tionis, to.
mo 8.

Solutio.

Non enim timent iam amicum, cum scilicet ad id quod repromissum est, perducti fuerint. Ex his autoritatibus significatur quod timor non erit in futuro. Si autem timor non erit in futuro, ergo nec septem dona erunt, nec modò sunt in angelis siue in animabus sanctis. Ad quod dicimus, auctoritatem præmissarum quæ videtur repugnantiam dirimentes quod septem illa dona & in angelis modò sunt, & in animabus sanctis foeliciter viuentibus, & in nobis erunt in futuro: sed non habebunt omnia hos vsus, siue hæc officia quæ nunc habent: verbi gratia, Timor filialis modò facit timere ne offendamus quem diligimus, & ne separemur ab eo: facit etiam nos reuereri eundem. In futuro verò faciet nos reuereri, quando non timebimus separari vel offendere. Non ergo metus separationis vel offensionis, nunc est in angelis vel in animabus sanctis, nec in nobis erit in futuro: sed reuerentia quæ est mixta cum subiectione dilectionis, quæ etiam in Christo fuit, sicut Apostolus dicit in epistola ad Hebræos loquens de Christo, qui exauditus est pro sua reuerentia. Quidam tamen secundum effectum timorem in Christo & in angelis tantum esse contendunt.

Ad Hebr.
3. c

Plena timorum distinctio.

Super
Psal. 127.
in prolog.
Mat. 10. e
Luc. 12. a
Super psal.
127. circa
1. ver. eius
de, & citat
tur 23.
quæst. 6.
ex his om-
nibus.

ET quia de timore tractandi nobis occurrit locus, sciendum est quatuor esse timores, scilicet mundanum siue humanum, seruilem, initialem, castum vel filialem siue amicabilem. Humanus timor est, ut ait Cassiodorus, quando timeamus pati pericula carnis, vel perdere bona mundi propter quod delinquimus. Hic timor malus est, qui in primo gradu cum mundo deseritur: quem Dominus prohibet in Euangelio dicens, Nolite timere eos qui occidunt corpus, & c. Timor autem seruilis est, ut ait August. cum per timorem gehennæ continet se homo à peccato, quo presentiam iudicis & poenas meruit, & timore facit quicquid boni facit, non timore amittendi æternum bonum quod non amat, sed timore patiendi malum quod formidat. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi: sed timet ne mittatur in gehennam. Bonus est iste timor & vtilis, licet insufficientis: per quem fit paulatim consuetudo iustitiæ, & succedit initialis timor, quando incipit, quod durum erat amari, & sic incipit excludi seruilis timor à charitate, & sug-

cedit deinde timor castus siue amicabile: quo timeamus ne sponsus tardet, ne discedat, ne offendamus, ne eo careamus. Timor iste de amore venit. Ille quidem seruilis est vtilis, sed non permanens in æternum, & iste timor diuinus comes est per omnes gradus.

Ibi. paulo
inferius.

Collectio prædictorum.

ET attende, quod quatuor hæc distinguuntur timores, cum supra Beda duos dixerit esse. Sed Beda humanum timorem prætermisit, & nomine seruilis duos, quos hæc distinguimus, complexus fuit, scilicet seruilem & initialem. Amicabilem verò castum dixit Augustin. quoque seruilem & castum timorem aperte discernit, dum epistolæ ad Romanos illum locum exponit: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei: ita dicens, Duo timores inveniuntur hic: vnus, qui est in perfecta charitate, scilicet timor castus, alter, qui non est in charitate, scilicet seruilis, in quo quantum Deo credatur, non tamen in Deum, etsi bonum fiat, non tamen bene. Nemo enim inuitus bene facit, etiam si bonum est quod facit.

Rom. 8. c

Homil. 85.
super Ioa.
& de Spi-
ritu & li.
cap. 23.De casto & seruili plenius agit, tangens inter-
dum de initiali.

DE his eisdem timoribus latius disputat Augustin. dicens, Cœpit aliquis credere diem iudicij: si cœpit credere, cœpit & timere. Sed quia adhuc timet, nondum habet fiduciam in die iudicij, nondum est enim in illo perfecta charitas: sed si perfecta in illo esset charitas, non timeret, perfecta enim charitas faceret perfectam iustitiam, & non haberet unde timeret: imò haberet quare desideraret vt transeat iniquitas, & veniat regnum Dei: ergo timor non est in charitate. Sed in qua charitate? Non inchoata. In qua ergo? in perfecta. Perfecta ergo charitas foras mittit timorem, ergo incipiat timor: quia in initium sapientiæ timor Domini. Timor enim quasi locum præparat charitati. Cum autem cœperit charitas habitare, pellitur timor, qui ei præparauit locum. Quantum enim illa crescit, ille decrescit: & quantum illa fit interior, timor pellitur foras: maior charitas, minor timor, minor charitas, maior timor. Si autem nullus est timor, non est quæ iniret charitas, sicut videmus per se tam introduci linum quando

Aug. li.
Cōfessionū
1. cap. 12.
tomo 1.
tra. 9. quæ
est ad 4.
ca. 1. epist.
Io. tom. 6.
sparsim
habes quæ
cōtinetur
his tribus
lit.
Psal. 110.
Hic agit
de initiali
timore.

Similitudo seruilis timor. in. dicitur. Ibid. circ. a illud. Qui aut timet non est. Psal. 118. 1. cor. 4. d

aliquid fuitur: seta prius intrat, & nisi exeat non succedit linum. Sic timor primò occupat mentem: non autè ibi remanet timor, quia ideo intrauit, vt introduceret charitatem.

Quod videtur predictis aduersari.

EST autem alia sententia quæ videtur huic esse contraria, si non habet pium intellectorem. Dicitur enim in Psal. Timor Domini castus permanet in seculum seculi. Aeternum quæ tam timorem nobis ostendit, sed castum. Quòd si ostendit ille nobis æternum timorem, nunquid contradicit illi ista epistola quæ dicit, Timor nõ est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem? Hoc enim dictum est per Ioannem, illud dictum est per Dauid. Sed nolite putare alium esse spiritũ, si enim vnus flatus inflat duas tibias, nunquid vnus spiritus implere duo corda, & agitare duas linguas? Si spiritu vno, id est, flatu impleræ duæ tibie cõsonant, impleræ duæ linguæ spiritu Dei dissonare possunt: timò est ibi quædam consonantia, est quædam concordia: sed auditorem desiderat studiosum, non ociosum. Ecce mouit duas linguas spiritus Dei: & audiuius ex vna, Timor non est in charitate: audiuius ex alia, Timor Domini castus permanet in seculum seculi. Quid est hoc? Dissonant? Non excute aures, inrende melodiam: non sine causa hic addidit Castus, illic non addidit: quia est timor aliquis qui dicitur castus, est alius qui non dicitur castus. Discernamus istos duos timores, & intelligamus consonantiam tibiærum. Quomodo discernimus? Attendat charitas vestra. Sunt homines qui propterea timent Deum, ne mittantur in gehennam, ne fortè ardeat cum diabolo in igne æterno. Ipse est timor qui introducit charitatẽ, sed sic venit vt exeat. Si enim propter pœnas times, Deum nondum amas quem sic times: non bona desideras, sed mala caues. Sed ex eo quia mala caues corrigis te, & incipis bona desiderare: cumque bona desiderare cœperis, erit in te timor castus. Quid est timor castus? Timere ne amplius amittas ipsa bona, timere Deum ne recedat à te. Cum autem times Deum ne te deserat præsentia eius, amplecteris eum, ipso frui desideras.

Quomodo distant duo timores, per similitudinem duarum mulierum, ostendit.

H

NON potes melius explanare quid interficit inter duos istos timores, quàm si ponas duas mulieres maritatas: quarum vnam constituas volentem facere adulterium, sed timet ne damnetur à marito. Timet maritũ, quia adhuc amat nequitiam, huic non grata est: sed onerosa mariti præsentia: & si fortè viuat nequiter, timet maritũ ne veniat. Tales sunt qui timent diem iudicij. Fac alteram amare virum, & debere illi castos amplexus, nulla se adulterina immunditia maculare velle, ista optat præsentia viri. Illa timet, & ista timet, iam ergo interrogentur quare timeant. Illa dicit, Timeo virum ne veniat: ista dicit, Timeo virũ ne discedat. Illa dicit, Timeo virum ne damnet. Illa dicit, Timeo virum ne deserat. Pone hæc in animo, & inuenies timorẽ quem foras mittit charitas: & alium timorem castum permanentem in seculum seculi. Illum timorem perfecta charitas foras mittit, quia ille timor tormentum habet: torquetur cõscientia peccatorum: nondum facta est iustificatio. Est ibi quod titillet mentem, quod pungat, quod stimulet. Stimulat ille timor, sed intrat charitas, quæ sanat quod vulnerat timor. Timor castus facit securitatẽ in animo. Audiuius duas tibias, scilicet Ioannem & Dauid cõsonantes. Illa de timore Dei dicit, quo timet anima ne damnetur: illa de timore Dei dicit, quo timet anima ne deferatur. Ille est timor, quẽ charitas excludit ille est timor, qui permanet in seculum seculi. Ecce in his verbis prædictis aperte ostendit August. quis sit timor castus, & quis seruilis, & qualiter differant. In quibus etiam initialem timorem significauit: qui nec ex toto est seruilis, nec ex toto castus, sed tãquàm medius aliquid de seruili, & aliquid de casto timore habet: facit enim seruire partim timore pœnæ, partim amore iustitiæ, per quem timemus puniri, & timemus offendere. Iste timor est in inchoata charitate, non in perfecta & quantum crescit charitas, tãtum decrescit iste timor quantum ad metum pœnæ, id est, quantum ad id quod facit timere pœnam, & quantum ad tormentum conscientie. Nam quantum magis diligimus, tãto minus timemus. Iste timor notatur in illis verbis Aug. vbi non negat timorem esse in charitate inchoata, sed perfecta, quod non posset dici de seruili, quia vt ipse supra dixit, seruilis timor non remanet veniente charitate, nec intrat charitas, nisi prius ille timor

Su. eodẽ Trac. 9. super Ioannis epif. inferius paulo ad superiora: & Tracta. 43. in expositione Euangelij Ioannis. Idem penè habetur in epistol. ad Honoratũ de Gratia noui Test. ca. 21. & est epistola. 120. 10. 2. et de ver. Apostol. Scrm. 18.

excet, nec in illo timore aliquis credit in Deum, etsi credat Deo, nec benefacit, etiam si bonum est quod facit. Non est ergo timor ille in charitate etiam inchoata: quia omnis qui charitatem habet, licet non perfectam: & in Deum credit, & bona opera facit. Quare seruilis non est timor ille, quem in charitate inchoata forte concessit, & quem crescente charitate decrefcere dixit: sed ille est timor initialis, quem non negat esse in charitate nisi perfecta sit.

Quod timor seruilis & initialis dicitur initium sapientia, sed differenter.

*Prov. 1. a
& 9. cap.
Eccle. 1. b
2. b
&
Psa. 110. c*

SCIENDVM tamen est, quod vterque timor, scilicet seruilis & initialis in Scripturae diuersis locis dicitur initium sapientia: & ita fore comperies, si diligenter annotaueris loca Scripturae, in quibus de timore Domini fit mentio: ex alia tamē ratione & causa diuersa dicitur seruilis timor initium sapientia, & ex alia initialis. Seruilis enim ideo dicitur initium sapientia, quia preparat locum sapientia, & ducit ad sapientiam: sed tamen non remanet cum ea, imò foras exit. Initialis verò dicitur initium sapientia, quia est in inchoata sapientia, quem cum quis habere incipit, sapientiam & charitatem habere incipit. Inde etiam est quod vterque timor dicitur initialis: quod inuenire poteris per diuersa Scripturae loca. Vterque etiam timor interdum dicitur seruilis: quia & ipse initialis, qui est in charitate inchoata, aliquid habet de seruili, scilicet angorem poena: sicut & aliquid habet de casto, scilicet quod timet offendere ac separari.

De hoc quod August. dicit castum timorem esse aeternum.

ILLVD quoque diligenter est notandum, quod in superioribus August. dicit, castum timorem esse aeternum, per quod confirmatur praemissa sententia, scilicet quod spiritus timoris erit in futuro, sicut & alia dona spiritus sancti, sed non habebit omnem illum usum quem modo habet. Faciet enim tunc nos reuereri Deum, non timere separari vel carere. Fuit ergo & in Christo timor ille, sed iuxta usum illum quem habebit in futuro in Sanctis. Non enim timuit Christus separari vel offendere Deum, sed Deum pra omnibus reueritus est.

*Ad Heb.
5. c.*

An timor poena, qui fuit in Christo, fuerit seruilis, vel initialis, vel alius.

CV M autem fuerit in Christo timor poena, quaeritur an iste timor fuerit mundanus, vel seruilis, vel initialis. Ad quod dicimus, nullum corum fuisse in Christo: quia timor mundanus malus est, vt supra dictum est, & in primo gradu cum mundo deseritur. Seruilis verò vel initialis in perfecta charitate non est. Nullus ergo timorum istorum fuit in Christo. Quis ergo fuit timor ille, quo poenam timuit? Potest timor ille dici naturalis vel humanus, qui omnibus hominibus inest, quo horretur mors ac formidatur poena. Et dicitur timor iste naturalis, non quia accesserit homini ex natura secundum quod prius fuit instituta: quia non fuit iste timor concreatus homini, nec de bonis naturalibus: sed quia ex corrupta natura per peccatum omnibus aduenit, cui corruptio inoleuit, tanquam esset naturalis: & est iste timor effectus peccati, vt praedictum est.

parag. D.

*Disti. 16.
huius pa-
rag.*

QVOMODO DIFFERANT SAPIENTIA & SCIENTIA.

Distinct. xxxv.

POST praemissa diligenter considerandum est, in quo differat sapientia a scientia. De hoc August. ita ait, Philosophi disputantes de sapientia definierunt eam, dicentes, Sapientia est rerum diuinarum humanarumque scientia. Ego quoque vtrarumque rerum cognitionem, id est, diuinarum & humanarum, & sapientiam & scientiam dici posse non nego. Verum iuxta distinctionem Apostoli, qua dixit, Alij datur sermo sapientia, alij sermo scientia, illa definitio diuidenda est: vt rerum diuinarum cognitio sapientia proprie nuncupetur: humanarum verò rerum cognitio proprie scientia nomen obtineat. Neque verò quicquid sciri ab homine potest in rebus humanis, vbi plurimum superuacuae vanitatis & noxiae curiositatis est, huic scientia tribuo: sed illud tantum quo fides saluberrima, quae ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur: qua scientia non pollet fideles plurimi, quanuis polleant ipsa fide plurimum. Aliud est enim scire tantummodo, quid homo credere debeat, propter adipiscendam vitam beatam: aliud est scire quomodo

*De dono sap. intelle
& sci
tia in 14.
lib. de Tri
nit. in me
dio c. 1. Co.
1. b Dist.
sapientia
& scientia
secundum theo
logos.*

Ibidem.

Sup Psal.
135. & in
Enchir. c. 2
& libr. de
Trin. 12.
ca. 14. Job
28. d. iux-
ta 70. in-
terpretes.
Ad Phi. 2.
Cap. 14.
1. Co. 13. d

do hoc ipsum & piis opituletur vel contra impios defendatur, quæ proprio vocabulo appellatur scientia. De his quoque duabus virtutibus idem Aug. differentiã inter eas assignans super Psal. ait, Distat sapientia quodammodo à scientia, stante sancto Iob, qui quodammodo singula definiens ait, Sapientia est pietas, scientia verò abstinere à malis. Pietatem verò hoc loco posuit dei cultum, quæ Grecè dicitur theosbia: quæ est in cognitione & dilectione eius quod semper est & incommutabiliter manet, quod deus est. Abstinere verò à malis est in medio pravæ nationis prudenter cõversari. Idem quoque inter hæc duo apertè distinguens ait in lib. 12 de Trinit. Distat ab æternorum cõtemplatione actio, qua benevtemur temporalibus rebus: & illa sapientiæ, hæc scientiæ deputatur: quavis & illa quæ sapientiæ est, possit nuncupari scientia: vt Apostolus asserit vbi dicit. Nunc scio ex parte quam scientiam profectò cõtemplationem dei vult intelligi. In hoc ergo differentia est: quia ad cõtemplationem sapientia, ad actionem verò scientia pertinet. Ecce apertè demonstratum est, in quo differant spiritus sapientiæ & spiritus scientiæ, scilicet, vt sapientia divinis, scientia humanis attributa sit rebus. Et vt docet Aug. vtrunque agnoscimus in Christo, scilicet & rem diuinam & rem humanam: & ideo de ipso habemus sapientiam & scientiam. Cùm enim legitur. Verbum caro factum est, in verbo intelligitur verus dei filius: in carne agnoscitur verus hominis filius. Itè cum dicitur, Vidimus plenum gratiæ & veritatis: gratiam referamus ad scientiam, & veritatem ad sapientiam, quia in Christo sapientia & scientia fuit plenaria, & nos scientiam & sapientiam de eo habemus, qui est deus & homo.

In quo differat sapientia ab intellectu.

OSTENSA differentia inter scientiam & sapientiam, quid distet inter sapientiam, & intellectum videamus. In hoc differunt illa duo: quia sapientia propè est de æternis quæ veritati æternæ cõtemplando intendit. Intelligentia verò non modò de æternis est: sed etiam de rebus inuisibilibus & spiritualibus temporaliter exortis. Per eam enim & natura summa, quæ fecit omnes naturas. id est, diuina consideratur: & quæ post ipsam sunt spirituales & inuisibiles na-

turæ, vt angeli & omnes animæ bonæ affectiones conspicuntur. In hoc ergo differentia est, quia sapientia creator tantum conspicitur: intellectu verò & creator & creatura quædam. Item intellectu intelligibilia capimus tantum: sapientia verò non modò capimus superiora, sed etiam incognitis delectamur. Sic ergo distingui potest inter illa tria, scilicet intellectum, scientiam, & sapientiam. Scientia valet ad rerum temporalium rectam administrationem, & ad bonam inter malos conuersationem. Intelligentia verò ad creatoris & creaturarum inuisibilium speculationem. Sapientia verò ad solius æternæ veritatis cõtemplationem & delectationem.

Quòd intellectus & scientia, de quibus hæc agitur, non sunt illa quæ naturaliter habet homo.

ET notandum quòd intellectus & scientia, quæ dicuntur dona spiritus sancti, alia sunt ab intellectu & scientia quæ naturaliter sunt in anima hominis: hæ enim virtutes sunt, quæ per gratiam infunduntur animis fidelium, vt per eas rectè viuunt. Illa verò naturaliter habet homo ex beneficio creationis: à deo tamen. Per has autem virtutes, quæ dicuntur dona spiritus sancti, illa naturalia reformantur atque adiuuantur: vt verbì gratia, Intellectus naturalis peccato obrebratus, per virtutem quandam & gratiam, quæ dicitur spiritus intelligentiæ, reformatur atque adiuuatur ad intelligendum. Ita & per illam virtutem quæ dicitur spiritus sapientiæ, iuuatur atque erigitur mentis ratio ad cõtemplationem & delectationem æternæ veritatis.

Quòd sapientia ista dei est, nec est illa quæ deus est.

ILLVD etiam sciendum est, quòd sapientia de qua nunc differimus, non est illa sapientia dei (vt ait Augustinus) quæ deus est: sed hominis sapientia. Verum tamen quæ secundum deum est: ac verus & præcipuus cultus eius est. Si ergo colat mens hominis Deum cuius ab eo capax facta est, & cuius esse particeps potest, sapiens ipsa fit: & non sua luce, sed summa illius lucis participatione sapiens fit. Ista ergo hominis sapientia etiam dei est: verum non ita dei est, vt ea sapiens sit deus. Non enim participatione sui sapiens est, sicut mens participatione dei. Sic etiam dicitur iustitia dei non solum illa qua

Quò differunt scientia, intelligentia & sapientia.

I. lib. 17. de
Tri. c. 19.
in med. c.
Ioan. 1. b.

Lib. 14. de
Tri. cap. 1.
in princip.

ipse iustus est, sed etiam illa, quam dat homini, cum iustificat impium.

DE CONNEXIONE VIRTUTVM

quæ non separantur.

Distinct. XXXVI.

De connexione habituum grauitiorum.

Hier. Co

mentario

ad 56. ca.

put. 1. 5. a.

principio.

to. 5. Au.

in Tract.

de Laude

Char. Su-

per Ioan.

tract. 83.

Idem epi-

sto. 29. to-

mo 2. post

medium.

Rom. 13. d.

Iacobi 5. c.

2. Reg. 6. c.

Nu. 12. a.

2. Cor. 1. b.

Lib. 6. de

Trin. cap.

4. in prin-

cipio.

SOlet etiam quæri, utrum virtutes ita sint sibi coniunctæ, ut separatim non possint possideri ab aliquo: sed qui vnam habet, omnes habeat. De hoc etiam Hier. ait, Omnes virtutes sibi hærent: ut qui in vna caruerit, omnibus careat. Qui ergo vnam habet, omnes habet. Quod quidem probabile est. Cum enim charitas mater sit omnium virtutum: in quocumque mater ipsa est, scilicet charitas, & cuncti filij eius, id est, virtutes recte fore creduntur. Vnde Aug. Vbi charitas est, quid est quod possit deesse? Vbi autem non est, quid est quod possit prodesse? Cur ergo non dicimus, Qui hanc virtutem habet, omnes habet, cum plenitudo legis sit charitas? quæ quanto magis est in homine, tanto magis est virtute predictus: quanto verò minus, tanto minus inest virtus, & quanto minus inest virtus, tanto magis inest vitium.

Si cunctæ virtutes pariter sint in quocumque sunt.

VTRVM verò pariter quis omnes possideat virtutes, alia magis, alia minus in aliquo ferueant, quæstio est. Quibusdam enim videtur quod alia magis, alia minus habeantur ab aliquo: sicut in Iob patientia emicuit, in Dauid humilitas, in Moyse mansuetudo: qui etiam concedunt magis aliquem mereri per aliquam vnam virtutem quam per aliam, sicut eam plenius habet quam aliam. Non tamen magis per aliquam mereri dicunt, quam per charitatem: nec aliquam plenius à quoquam haberi, quam charitatem. Alias ergo magis & alias minus in aliquo esse dicunt: sed nullam plenius charitate, quæ cæteras gignit. Hæcque dicunt esse multas facies quas memorat Apostolus dicens, Ex personis multarum facierum, &c. Alij verius dicunt omnes virtutes & similes & pares esse in quocumque sunt: ut qui in vna alteri par extiterit in omnibus eidem æqualis sit. Vnde Aug. Virtutes quæ sunt in animo humano, quantum alio & alio modo singulari intelligantur, nullo modo tamen separantur ab inuicem, ut quicunque fuerint æquales. Verbi gratia: In fortitudine æquales sunt & prudentia & iustitia & temperantia. Si enim dixeris æqua-

les esse istos in fortitudine, sed illud præstare prudentia, sequitur ut huius fortitudo minus prudens sit: ac per hoc nec fortitudine æquales sunt: quia est illius fortitudo prudentior, atque ita de cæteris virtutibus inuenies, si omnes eadem consideratione percurras. Ex his clarescit omnes virtutes non modo esse connexas, sed etiam pares in animo hominis. Cum ergo dicitur aliquis aliqua præminere virtute, ut Abraham fide, Iob patientia: secundum vsus exteriores accipiendum est, vel in comparatione aliorum hominum: quia vel humilitatis habitum maximè præfert, vel opus fidei, vel alicuius cæterarum virtutum præcipuè exequitur. Vnde & ea præ aliis pollere, vel inter alios homines singulariter excellere dicitur secundum hunc modum, scilicet secundum rationem actuum exteriorum, ut alibi Augustinus dicit, in aliquo aliam magis esse virtutem, aliam minus, & vnam inesse virtutem, & non alteram. Ait enim sic, Clarissima disputatione tua satis apparuit, non placuisse authoribus nostris, imò veritati ipsi, omnia paria esse peccata, etiam si hoc de virtutibus verum sit: quia etiam verum est eum qui habet vnam, omnes virtutes habere, & eum qui vnam non habet nullam habere: nec sic peccata sunt paria, quia vbi virtus nulla est, nihil rectum est: nec ramentum ideo non est prauo prauius, distorto que distortius. Si autem (quod purò esse verius, sacræque Literis congruentius) ita sunt animæ intentiones ut corporis membra, non quod solis videantur oculis, sed quod sentiantur affectibus: & alius illuminatur amplius, alius minus, alius omninò caret lumine. Profectò ut quisque illustratione piæ charitatis affectus est, in alio actu magis, in alio minus, in aliquo nihil: sic dici potest habere aliam, & aliam, non habere aliam magis & aliam minus. Nam & maior est in isto charitas, quam in illo: & ideo rectè possumus dicere & aliqua in isto, * nulla in illo, quantum pertinet ad charitatem quæ pietas est: & in vno homine quidem quod maiorem habeat pudicitiam quam patientiam, & maiorem hodie quam heri si proficit in ea: & adhuc non habeat continentiam, & habeat non parvam misericordiam. Et ut generaliter breuiterque complectar, quam de virtute habeo notionem, virtus est charitas, qua id quod diligendum est, diligitur. Hæc & in aliis maior est, in aliis minor, & in aliis nulla est: plenissima verò, quæ iam non possit

Ad Heb.

11. b. c.

Rom. 4. c.

Iacob. 5. c.

In epi. ad

Hier. quæ

est 29. nò

longè à

principio

tom. 2.

Ibidem.

P. 1. m.

du. epi. 1.

** aliqua.*

augeri, quandiu hinc homo uiuit in nemine est. Hinc insinuari videtur, quod aliquis ea ratione possit dici habere vnam virtutem magis quam aliam, quia per charitatem magis efficitur in actu vnius virtutis quam alterius: & propter differentiam actuum ipsas virtutes magis vel minus habere dicitur. Potest & aliam non habere, cum tamen simul omnes & pariter habeat quantum ad mentis habitum vel essentiam cuiusque. In actu vero aliam magis, aliam minus habet, aliam etiam non habet: vt vir iustus vtens coniugio, non habet continentiam in actu, quam tamen habet in habitu. Cur ergo non dicantur paria peccata? Fortè quia magis facit contra charitatem qui grauius peccat, minus qui leuius. Nemo enim peccat, nisi aduersus illam faciendo, quæ est plenitudo legis. Idèd rectè dicitur, Qui offenderit in vno, factus est omnium reus, id est, contra charitatem facit, in qua pendent omnia.

Repetit de charitate, vt addat quomodo tota lex ex ea pendeat.

Mat. 22. d. CVM sint duo præcepta charitatis in quibus, vt prætaxatum est, tota lex pendet & Propheta: aduertendum est quomodo hoc fit, cum in lege & Prophetis multa fuerint ceremonialia mandata, quæ si ad charitatis sanctificationem pertinissent, viderentur nondum debuisse cessare. Quia verò non iustificationis gratia quam facit charitas, instituta sunt sed in figura futuri, & in onus imposita, ideo clarescente veritate cessauerunt velut vmbra. Verumtamen & ipsa ceremonialia secundum spiritualem intellectum quem continent, & omnia moralia ad charitatem referuntur. Pertinent enim omnia ad decem mandata in tabulis scripta, vbi omnium summa perstringitur, ex quibus cætera emanant: sicut in sermone domini octo virtutes præmittuntur, ad quas cætera referuntur. Et sicut ad decem mandata Decalogi cætera referuntur, ita & ipsa decem ad duo mandata charitatis pertinent. Omnia ergo ad duo mandata charitatis pertinent: quia per charitatem implentur, & ad charitatem tanquam ad finem referri debent. Vnde August. Totam magnitudinem & amplitudinem diuinorum eloquiorum possidet charitas, quæ deum proximumque diligimus, quæ radix est omnium bonorum. Vnde Veritas ait, In his duobus mandatis vniuersa

Ibidè, sed inferius paulò. Rom. 13. c. Iacob. 2. b.

Mat. 22. d. Dist. 27. littera B. Ad Colof. 2. d. Act. 3. d. Hebr. 10. a. Exo. 20. b. Mat. 5. a. Vide glo. ord. super illud. 1. ad Tim. 1. Finis præcepti charitatis. Tract. de lau. char. Tomo 9. 1. ad Tit.

lex pendet & Propheta. Si ergo non vacat omnes Paginas sanctas perscrutari, omnia inuolucra sermonum euoluere, tene charitatem vbi pendent omnia: quia perfectio est & finis omnium. Tunc enim & præcepta & consilia rectè fiunt, cum referantur ad diligendum Deum, & proximum propter Deum. Quod verò timore pœnæ vel aliqua intentione carnalis fit, vt non referatur ad charitatem, nondum fit sicut fieri oportet, quanuis fieri videatur. Inimicus enim iustitiæ est, qui pœnæ timore non peccat. Amicus verò iustitiæ, qui eius amore non peccat. Omnium ergo hæc summa est, vt intelligatur legis & omnium diuinarum Scripturarum plenitudo esse dilectio Dei, & proximi.

DE DECEM PRÆCEPTIS QUOMODO CONTINEANTUR IN DUOBUS MANDATIS CHARITATIS.

Distinct. XXXVII.

Sed iam distributio Decalogi, quæ in duobus mandatis completur, consideranda est. Habet enim Decalogus decem præcepta, quæ sunt decachordum psalterium. Quæ sic sunt distributa, vt tria quæ sunt in prima Tabula, pertineant ad Deum, scilicet, ad cognitionem & dilectionem Trinitatis: septem quæ sunt in secunda Tabula, ad dilectionem proximi.

De primo præcepto.

PRIMUM in prima Tabula est, Non habebis deos alienos. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, &c. Hæc origenes dicit esse duo mandata, sed Augustinus vnum, hoc enim ipsam quod dixerat, Non habebis deos alienos, perfectius explicat cum prohibet coli figmenta, scilicet idolum vel similitudinem alicuius rei, quæ duo Origenes ita dicit distare, vt idolum sit quod nihil habet simile sui: similitudo verò, quod habet speciem alicuius rei: vt verbi gratia, Si quis in auro, vel in ligno, vel alia re faciat speciem serpentis vel auis vel alterius, qui verò facit speciem quam non vidit oculus, sed animus sibi fixit: vt si quis humanis membris, caput canis vel arietis formet, vel in

Mat. 22. Aug. in Enchi. ca. ultimo. Aug. ad Anasta. epif. 144. in tom. 2. Aug. de doct. Chr. 1. cap. 35. De præceptorum decalogi distributione in comparatione ad scripturam tabularum. Aug. de Decem Chordis, libro unico ca. 5. in tom. 9. & lib. quæst. super Ecod. quæst. 7. in tom. 1. Exo. 20. a. Deut. 5. a. Homil. 8. super Ecod. ad c. 20. eiusdem 1. Cor. 8. b.

Quomodo idolum nihil esse dicitur in mundo. *Super Io. Trac. 1. ad primū ca. Ioan. post medium, in tom. 9.*

vno habitu hominis duas facies, non similitudinem. sed idolum facit: quia facit quod non habet aliquid simile sui. Ideo dicit Apostolus, quia idolum nihil est in mundo. Non enim aliqua ex rebus constitutibus assumitur species, sed quod mens otiosa & curiosa reperit. Similitudo verò est, cum aliquid ex his quæ sunt vel in celo, vel in terra, vel aquis formatur. Aug. verò ita exponit illud, Idolum nihil est in mundo, id est, inter creaturas mundi non est forma idoli: materia enim formavit Deus, sed stultitia hominum formam dedit. Quæcunque facta sunt, naturaliter facta sunt per verbum: sed forma hominis in idolo non est facta per verbum, sicut peccatum non est factum per verbum, sed est nihil, & nihil sunt homines cum peccant. Sed queritur quomodo hinc dicatur forma idoli non esse facta per verbum, cum alibi legatur, Omnis forma, omnis compago, omnis concordia partium facta est per verbum. Hoc autem à diversis variè soluitur. Quidam enim dicunt omnem formam & quicquid est, à Deo esse in quantum est: & forma idoli in quantum est vel in quantum forma est, à Deo esse, sed non in quantum idoli est, id est, posita ad adorandum. In hoc enim non est creatura, sed peruersio creature. Sicut illud quod peccatum est, in quantum peccatum est, nihil est: & homines cum peccant, nihil sunt: quia ab illo qui verè est, separantur. Vnde Hieron. Quod ex Deo non est, qui solus verè est, non esse dicitur. Ideoque peccatum quod nos à vero esse abducit, nihil esse vel non esse dicitur. Alij verò dicunt omnem formam, quæ, scilicet, naturaliter est, & omne quod naturaliter est, esse à Deo: sed forma idoli non est naturaliter, quia naturæ iustitiæ non seruit. Id enim naturaliter esse dicitur, quod simplici naturæ iustitiæ quæ Deus est, militat, non resulat, & naturam creatam non viciat. Secundum præceptum est. Non assumes nomen Dei tui in vanum, quod est dicere secundum literam, Non iurabis pro nihilo nomen Dei. Allegoricè verò præcipitur, vt non putes creaturam esse Christum Dei Filium, quia omnis creatura vanitati subiecta: sed æqualem patri. Tertium verò præceptum, Memento vt diem sabbati sanctifices: vbi secundum literam præcipitur sabbati obseruantia. Allegoricè verò, vt requiem & hinc à vitijs, & in futuro in Dei contemplatione expectes ex spiritu sancto, id est, ex charitate & dono Dei non, quod spiritus

spiritus sanctus sine patre & filio hoc operetur. Accepit vtiq; ecclesia hoc donum, vt in spiritu sancto fiat remissio peccatorum. Quam remissionem cum Trinitas faciat, proprie tamen ad spiritum sanctum dicitur pertinere: quia ipse est spiritus adoptionis filiorum. Ipse est patris & filij amor & connectio vel cõmunitas. Ideoque iustificatio nostra & requies eis attribuitur sæpius. Hæc sunt tria mandata primæ tabulæ ad Deum pertinentia. Et primum quidem quod est de vno Deo colendo, pertinet ad patrem, in quo est vnitas vel autoritas: Secundum ad filium, in quo est cõequalitas: Tertium ad spiritum sanctum, in quo est vtriusque cõmunitas.

Quare in spiritu sancto dicitur proprie fieri remissio peccatorum. Rom. 8. d.

De mandatis secunde Tabule.

c

IN secunda verò tabula septem erant mandata ad dilectionem proximi pertinentia: quorum primum ad patrem carnalem refertur, sicut primum primæ tabulæ ad patrem celestem. Quod est, Honora patrem tuam & matrem tuam, vt sis longæuus super terram, scilicet viuentium. Parentes verò sic sunt honorandi, vt in eis debita reuerentia exhibeatur, & necessaria ministrentur. Secundum est, Non occides: vbi secundum literam actus homicidij prohibetur: secundum spiritum verò etiam voluntas occidendi. Vnde huic mandato secundum literam fit superadditio in Euangelio: quia litera Euangelij exprimitur, quod legis litera non exprimebatur. Euangelij litera exprimit intelligentiam spirituales, id est, quam spirituales habent, & secundum quam spiritualiter viuunt. Litera legis sensum carnalem, id est, quem carnales habent, & secundum quem carnaliter viuunt, cui facta est superadditio. Tertium est, Non mœchaberis, id est, ne cuilibet miscaris, excepto fœdere matrimonij, à parte enim totum intelligitur. Nomine ergo Mœchiæ omnis concubitus illicitus, illorum quoque membrorum non legitimus vsus prohibitus debet intelligi. Quartum est, Non furtum facies, vbi sacrilegium & rapina omnis prohibetur. Non enim rapinam permittit, qui furtum prohibuit: sed furti nomine bene intelligi voluit omnem illicitam vsurpationem rei alienæ. Sacrilgium tribus modis committitur, quando, scilicet, vel sacrum de sacro, vel non sacrum de sa-

Deut. 5. b
Secundum præceptum secundæ tabule.
Matt. 5. f

De tertio præcepto. Aug in li. Quest. super Exod. quest. 71. in fine, in tom. 4.
De quarto præcepto.

cro, vel sacrum de non sacro aufertur. Sacrum verò dicitur quicquid mancipatum est cultui diuino, vt ecclesia vel res ecclesiæ. Hic etiam vsura prohibetur, quæ sub rapina continetur. Vnde Hieron. Vsuras quærere, vel fraudare, aut rapere nihil interest. Commoda fratri tuo, & accipe quod dedisti, & nihil superfluum quæras: quia superabundantia vsura cõputatur. Est enim vsura (vt ait August.) cum quis plus exigit in iniuria vel qualibet re, quam acceperit. Item Hieron. Putant aliqui vsuram vocari superabundantiam, scilicet quicquid est, si ab eo quod dederit plus est: vt si in hyme demus decem modios, & in messe 15. recipiamus. Si verò quæratur de filiis Israel, qui Domino iubente ab Ægyptiis mutuauerunt vasa aurea & argentea & vestes preciosas, & asportauerunt: vtrum furtum comiserint: dicimus eos qui vt parent, Deo iubenti, illud fecerunt, non fecisse furtum, nec omnino peccasse. Vnde August. Israelitæ non furtum fecerunt, sed Deo iubenti, ministerium præbuerunt. Hoc enim Deus iussit, qui legem dedit. Sicut minister iudicis sine peccato occidit quem lex præcipit occidit: sed si id sponte facit, homicida est, etiam si eum occidat quem scit à iudice occidendum. Infirmi autem qui ex cupiditate Ægyptios deceperunt, magis permitti sunt hoc facere illis qui iure talia passi sunt, quam iussi. Hic opponitur, quod etiam boni in isto opere peccauerunt: quia naturalem legem, cui concordat Euangelium & lex mortalis præceptionis, transgressi sunt: quæ est, Quod tibi non vis fieri, alij non feceris. Quam Veritas scripsit in corde hominis: & quia nõ legebatur in corde, iteravit in Tabulis, vt voce forinsecus admota rediret ad cor, & ibi inueniret, quod extra legeret. Hanc ergo illi præuaricari videntur in illo facto, aliis facientes quod nolebant sibi fieri. Sed ibi subintelligendum est, iniuste: vt non alij, scilicet iniuste, facias quod tibi non vis fieri: alioquin huius præuaricator est iudex, dum punit reũ nolens aliquid tale sibi fieri. Ita etiam & illud Domini verbum, Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, &c. de bonis accipiendum est, quæ nobis iniucẽ exhibere debemus. Quintum præceptum est, Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium: vbi crimen mendacij & periurij prohibetur. Solet autem quæri, vtrum prohibitum sit omne mendacium? Quidam dicunt

Hiero. in quadam epistola. Super Psal. 54. Super Ezech. 14. qd. 3. cap. putant. Sifurtum fecerunt filij Israel quando ex puli auerunt Ægyptios. Super Exod. c. 11. quæst. 39. in tom. 4. Aug. lib. contra Faustum Nich. 22. cap. 71. in tom. 6.

Mat. 7. b. Luc. 6. e. De quinto precepto. Au. super

illud tantum prohiberi, quod obest & nõ prodest ei cui dicitur. Tale enim non est aduersus proximum: vt ideo videatur hoc addidisse scriptura. Sed de mendacio magna quæstio est, quæ nec citò explicari potest.

DE TRIPLICI GENERE

MENDACII.
Distinct. XXXVIII.

Sciendum tamen tria esse genera mendaciorum. Sunt enim mendacia quadam pro salute vel commodo alicuius, non malicia, sed benignitate dicta qualiter obstetrices mentitæ sunt, & Raab. Est & aliud mendacij genus quod fit ioco, quod nõ fallit. Scit enim cui dicitur, causa ioci dici, & hæc duo genera mendaciorum non sunt sine culpa, sed non etiam magna. Perfectis verò non cõuenit mentiri, nec etiam pro temporali vita alicuius, ne pro corpore alterius animam suam occidant. Licet autem eis verum tacere, sed nõ falsum dicere: vt si quis non vult hominem ad mortem prodere, verum taceat, sed non falsum dicat. Tertium verò genus mendacij est, quod ex malignitate & duplicitate procedit, cunctis valde cauendum. His videtur innui mendacia illa quæ fiunt ioco vel pro salute alicuius imperfectis esse venialia peccata, perfectis verò illud quod pro commodo alterius dicitur esse damnabile, quod etiam de mendacio iocoso putari potest, præcipue si iteretur. De mendacio autem obstetricum, & Raab, quod fuerit veniale Augustina. tradit, dicens, Forsitan sicut obstetrices non remuneratæ sunt quia mentitæ sunt, sed quia infantes liberauerunt, & propter hanc misericordiam veniale fuit peccatum, non tamen nullum: sic Raab liberata est propter liberationem exploratorum, pro qua fuit veniale peccatum. Sed ne puret quisque in cæteris peccatis si propter liberationem hominum fiant, ita posse concedi veniam: multa enim mala detestanda talem sequuntur errorem. Possumus enina & furando alicui prodeste: si pauper cui datur, sentit cõmodum, & diues cui tollitur, non sentit incommodum. Ita & adulterando possumus prodeste, si aliqua (nisi ad hoc ei consentiatur) appareat amando moritura, & si vixerit poenitendo purganda: nec ideo peccatum graue negabitur tale adulterium. Sciendum

Exo. 9. 71 in fine, in tom. 4. De distinctiõne præceptorum respectu obliquitatum eiusdem oppositarum: & agit primo de mendacio. Aug. super Psal. 5. ad eum verum, Perdes omnes qui loquuntur mendaciũ non longè à principio Enarrationis in tom. 8. Exod. 1. c. Iosue. 2. a. Quod mendacium obstetricũ & Raab fuit veniale. Aug. in Ench. cap. put 22.

De octo generibus mendacij, *Ad Confessum cap. 14. in tomo 4.* est etiam octo esse genera mendacij, vt Aug. in lib. de Mendacio tradidit, quæ diligenter notanda sunt, vt appareat quod mendacium sit veniale, & quod damnabile. Primum capitale est mendacium longæque fugiendum, quod fit in doctrina religionis, ad quod nulla causa quisquam debet adduci. Secundum, quod tale est vt nulli prodest, sed obfit alicui. Tertium, quod ita prodest alteri, vt alteri obfit. Quartum, sola mentiendi fallendique libidine, quod maximum mendacium est. Quintum, quod fit placendi cupiditate de sua illoquio. His omnibus cuitatis sequitur sextum genus, quod & nulli obest, & prodest alicui: vt si quis pecuniam alicuius iniuste esse tollendam sciens, vbi scit nescire se mentiatur. Septimum, quod & nulli obest, & prodest alicui: vt si quis nolens hominem ad mortem queritum prodece, mentitur. Octauum, quod nulli obest, & ad hoc prodest, vt ab immunditia corporis aliquem tueatur. In his autem tanto minus peccat quisque dum mentitur, quanto magis à primo recedit. Quisquis verò aliquod genus esse mendacij quod peccatum non sit, putauerit, decipit seipsum turpiter: cum honestum esse deceptorem aliorum arbitretur. Omne ergo genus mendacij summopere fuge quia omne mendacium non est à Deo.

Quid sit mendacium.

Lib. contra mendaciū ad Confessum, ca. 12. in fine, in to. 4. idem in Enchi. cap. 18. Hic videndum est, quid sit mendacium, & quid sit mentiri. Deinde, vtum omne mendacium sit peccatum, & quare mendacium est (vt ait Aug.) falsa significatio vocis cum intentione fallendi, vt ergo mendacium sit, necesse est vt falsum proferatur & cum intentione fallendi. Hoc enim malum est proprium mentientis, aliud habere clausum in corde, aliud promptum in lingua.

Quid sit mentiri.

In Enchi. cap. 18. MENTIRI verò est loqui contra hoc quod animo sentit quis, siue illud verum sit, siue non. Omnis ergo qui loquitur mendacium, mentitur, quia loquitur contra quod animo sentit, id est, voluntate fallendi: sed non omnis qui mentitur mendacium dicit, quia quod verum est loquitur, aliquando mentiendo: sicut e conuerso falsum dicendo, aliquando verax est. Vnde ait Augustinus, Nemo sanè mentiens iudicandus est, qui dicit falsum quod putat verum:

quia quantum in ipso est, non fallit ipse, sed fallitur. Non ergo mendacij arguendus est, qui falsa incautus credit, ac pro veris habet. Poriusque e contrario ille mentitur, qui dicit verum quod putat falsum. Quantum enim ad animum eius attinet, non verum dicit: quia non quod sentit dicit, quauis verum inueniatur esse quod dicit. Nec ille liber est à mendacio, qui ore nesciens loquitur verum, sciens autem voluntate mentitur. Hic queri solet, si Iudeus dicat Christum esse Deum, cum non ita sentiat animo, vtum loquatur mendacium? Non est mendacium quod dicit: quia licet aliter teneat animo, verum tamen est quod dicit, & ideo non est mendacium: mentitur tamen illud quod verum est dicens. Quod verò omne mendacium sit peccatum, Augustinus inquit: Mihi, inquit, videtur omne mendacium esse peccatum: sed multum interest quo animo, & de quibus rebus quisque mentitur. Non enim sic peccat qui consulendi, vt qui nocendi voluntate mentitur: nec tantum nocet qui viatorem mentiendo in diuerso itinere, mittit, quantum qui viam vitæ mentiendo deprauat. Porro omne mendacium ideo dicendum est esse peccatum, quia hoc debet loqui homo quod animo gerit, siue illud verum sit, siue putetur & non sit. Verba enim ideo sunt instituta, non vt per ea homines inuicem fallant, sed per ea in alterius notitiam suas cogitationes ferant. Verbis ergo vt ad fallaciam, non ad quod sunt instituta, peccatum est. Nec ideo etiam vllum mendacium putandum est non esse peccatum, quia possumus alicui aliquando prodesse mentiendo: possumus enim, vt prædictum est, & furando & adulterando prodesse. Mendacium quoque non tunc tantum esse possumus dicere, quando aliquis læditur. Cum enim à sciente dicitur falsum, mendacium est siue quis, siue nemo lædatur. Ecce ex his constat omne mendacium esse peccatum: non tamen de omni mendacio accipiendum est illud Psal. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Nec illud, Os quod mentitur, occidit animam. Nec omne mendacium isto præcepto prohiberi videtur, nec præmissa descriptione mendacium ioci includi.

Vbi cum periculo erratur, vel non.

I L L V D etiam sciendum est, quod in quibusdam

Quod omne mendacium sit peccatum.

Aug. in Enchi. ca. 18. in initio. Ibid. c. 22. in initio cap.

Quare omne mendacium sit peccatum.

Aug. in Enchi. ca. eodem.

Quod non ideo mendacium non est peccatum, quia prodest.

Psal. 5. Sap. 1. c.

*Aug. in
Ench. 19.
in princi-
pio, & ca.
21. in ini-
tio.*

Ibid. c. 17.

*De Iacob
si mentitus
est.*

*Gen. 27. c.
Lib. Con-
tra Men-
daciū ad
Consentiū
cap. 18. in
medio ca.
tom. 4.*

rebus magno malo, in quibusdam paruo, in quibusdam nullo fallimur. In quibus rebus nihil interest ad capescendum dei regnum, vtrum credantur an non, vel vtrum vera putentur an falsa, siue sint siue nō, in his errare, id est, aliud pro alio putare, non arbitrandum est esse peccatū, vel si est minimum atque leuissimum. Et sunt vera quedam, quanuis non videantur: quæ nisi credantur, ad vitam æternam non potest peruenire. Et licet error maxima cura cauendus sit non modo in maioribus, sed etiam in minoribus rebus, nec nisi rerū ignorantia possit errare; non tamen est consequens vt continuo erret quisquis aliquid nescit, sed quisquis se existimat scire quod nescit. Pro vero enim approbat falsum, quod erroris est proprium. Veruntamen in qua re quisquis erret interest plurimum, Sunt enim quæ nescire sit melius quàm scire. Item nonnullis errare profuit aliquando, sed in via pedum non in via morum. Solet etiam quæri de Iacob qui se dixit esse Esau aliter animo sentiens, vtrum mentitus sit. De hoc Aug. ait quod Iacob matrem fecit authore vt falleret patrem, si diligenter attendatur, videtur non esse mendacium sed mysterium. Intendebat enim matri obedire, quæ per spiritum nouerat mysterium: & ideo propter familiare consilium spiritus sancti quod mater acceperat, a mendacio excusatur Iacob.

DE PERIURIO.

Distinctio XXXIX.

De periurio.

Hiero super Hier. in cōmentario ad cap. 4. in principio. & tom. 5. 1. Cor. ultimo a.

NVnc de periurio videamus. Periurium est mendacium iuramento firmatum. Hic quæritur, vtrum sit periurium, vbi non est mendacium. Quod quibusdam videtur ex autoritate Hieronymi dicentis, Aduertendum est quod iusiurandum tres habet comites, veritatem, iudicium, & iustitiam, si ista defuerint, non erit iuramentum, sed periurium. Vbi autem falsum iuratur, veritas deest, Si ergo falsum iuretur, etsi non sit tibi intentio fallendi videtur esse periurium, quia deest veritas. Quibusdam placet non esse periurium, vbi non est mendacium: & sicut dicitur aliquando falsum sine mendacio, ita iuratur falsum sine periurio. Falsum fortè dixit Apostolus, cum se venturum ad Corinthios promissit: nec tamen sicut ei imponeba-

tur, culpam mendacij contraxit, quia sic animo sentiebat, etiam si iuramento illud firmasset, non periurium incurrisset, quia quantum in ipso fuit, verū dixit, & si adiurationem addidisset, quantum in se foret verum iurasset, etsi aliter euenerit quàm dixit. Ideo sicut quis non est mendax, nisi aliter sentiat animo quàm dicit, siue ita sit siue non: ita videtur quibusdam neminem periurum constitui, nisi aliter sentiat animo quàm loquitur, siue ita sit, siue non.

De triplici modo periurij.

B

SED melius creditur & ille peierare, qui falsum voluntate fallendi iurat, & qui falsum putans quod verum est iurat, & qui verum putans quod falsum est, iurat. Vnde Aug. Homines falsum iurant vel cum fallunt, vel cum falluntur. Aut putat homo verum esse quod falsum est, & remere iurat: aut scit vel putat falsum esse, & tamen pro vero iurat, & nihilominus cum scelere iurat. Distant autem illa duo periuria quæ commemorauit. Fac illum iurare, qui verum esse putat pro quo iurat, verum putat esse, & tamen falsum est, non ex animo iste peierat, sed fallitur. Hoc pro vero habet quod falsum est, non pro falsa re sciens iurationem interponi. Da alium qui scit falsum esse, & iurat tanquàm verum sit quod scit falsum esse. Videtis quàm ista detestanda sit belua. Fac alium qui putat falsum esse, & iurat tanquàm verum sit, & fortè verū est. Verbi gratia, vt intelligaris. Pluit in illo loco. Interrogas hominem, & dicit pluuisse: & tūc pluit ibi, sed putat non pluuisse: periurus est. Interest quem admodū verbum procedat ex animo, ream linguam non facit, nisi rea mens sit. His euidenter traditur, quod tripliciter peierat homo, vt supra diximus, dum vel sciens falsum iurat, vel putans falsum quod verum est iurat, vel æstimans verum quod falsum est iurat. Sed hoc extremum non videtur esse periurium, etiam si periurium nominetur, eò quod falsum iuratur non videtur reus esse periurij qui sic iurat: quia non est mens eius rea, & ideo nec lingua. Imò eius mens rea est, dum iurare præsumit quod perspicuè verum non deprehendit. Non ergo omne periurium mendacium est, nec omnis qui peierat mentitur: sed omnis mentiendo iurans peierat, & omnis qui falsum iurat siue mentiens siue non, peierat. Cum verò

*De verbis
Apostoli
Serm. 28.
non loq̄e à
princi. in
to. 10.*

Quæstio.

quis iurat, quod verum est existimans esse falsum, quæritur quid sit ibi periurium. Ipsa enim significatio vocis vera est, quia verum nescienter loquitur. Non ergo ipsa significatio vel falsum vel mendacium est, quia vera est: & quod verum est, periuriū non videtur esse. Ad hoc dicimus, loqui sic, scilicet contra mentem, sub attestatione iuramenti esse periurium. Mentiri ergo adhibita iuratione periurium est. Periurium ergo est vel iurando loqui falsum cum intentione fallendi, vel iurando loqui falsum sine intentione fallendi, vel iurando loqui verum cum intentione fallendi. Hic opponitur, Si omnis qui falsum iurat, peierat: tunc qui alicui promittit dare sub certo termino aliquid, quod tamen non facit, ex quo iuravit, peieravit, quia falsum iuravit. Non enim ita futurum erat ut iuravit. Ad hoc dici potest, quia non omnis qui iurat quod falsum est, ex quo iurat periurus est, sicut iste de quo agimus: sed ex quo propositum mutat vel terminum transgreditur, iuratio talis fit periurium reatu.

*Determinatio.**An iuratio sit malum.*

De sermone domini in monte lib. 1. post mediū lib. 4. Aug. in Expositioe 1. ca. ad Galat. in fin. tom. 4. Roman. 1. c. Aug. de sermone

SI autem quæritur, utrum iurare sit malum: dicimus aliquando malum esse, aliquando non. Sponte enim & sine necessitate iurare, vel falsum iurare, peccatum grande est. Ex necessitate autem iurare, scilicet vel ad asserendam innocentiam, vel ad fœdera pacis confirmanda, vel ad persuadendum auditoribus quod est eis utile, malum non est: quia necessarium eis est. Vnde August. Iuramentum faciendum est in necessariis, cum pigri sint homines credere quod eis est utile. Iuratio non est bona, non tamen mala cum necessaria, id est, non est appetenda sicut bona, nec tamen fugienda tanquam mala, cum est necessaria. Non est enim contra præceptum dei iuratio. Sed ita intelligitur Dominus prohibuisse à iuramento, ut quantum in ipso est quisque non iuret. Quod multi faciunt, in ore habentes iurationem tanquam magnum atque suave aliquid. Apostolus enim novit præceptum Domini, & tamen iuravit. Prohibemur enim iurare vel cupiditate, vel delectatione iurandi: quod ergo Christus ait in Evangelio, Ego dico vobis, non iurare omnino: ita intelligitur præcepisse ne quisquam sicut bonum appetat iuramentum, & assiduitate iurandi labatur in periurium. Quod verò

addidit, Sit sermo vester, Est, est, Non non: bonum est & appetendum. Quod autem amplius est, à malo est, id est, si iurare cogeris, scias de necessitate venire infirmitatis eorum quibus aliquid suades: quæ infirmitas utique malum est. Vnde nos quotidie liberari precamur, dicentes, Libera nos à malo. Ideoque non dixit, Quod amplius est, malum est. Tu enim non facis malum, qui bene uteris iuratione, sed à malo est illius qui aliter non credit, id est, ab infirmitate, quæ aliquando pœna est, aliquando pœna & culpa. Ibi ergo Dominus prohibuit malum, suavit bonum, indulgit necessarium.

De iuramento quod per creaturas fit.

QVÆRITVR etiam, utrum liceat iurare per creaturam. Quod non videtur, cum in lege scriptum sit, Reddes autem Domino iuramēta tua: Et Christus in Evangelio præcipiat non iurare omnino, nec per cælum, nec per terram, nec per Hierosolymam, nec per caput tuum. Iudæis, quasi parvulis, est concessum iurare per creatorem, & præceptū ut si iurare contingeret, non nisi per creatorem iurarent, non per creaturam: quia iurantes per angelos & elementa, creaturas venerabantur honore: & melius erat hoc exhiberi deo, quam creaturis. Infirmis ergo illud prohibuit: Sanctis verò, qui in creaturis creatore venerabantur tantum, non prohibuit. Vnde Ioseph per salutem Pharaonis iuravit, dei iudicium in eo veneratus, quo positus erat in infimis. Christus verò ita per creaturas iurare prohibuit, ne vel aliquid diuinum in eis crederetur, pro quo reuerentia eis deberetur: vel ne per ea iurantes falsum, homines se iuramento teneri non putarent.

Quæ iuratio magis teneatur, an quæ fit per deum, an quæ fit per Evangelium, vel per creaturas.

SI autē quæritur, quis magis teneatur, an qui per deum, an qui per Evangelium, vel per creaturas iurat: dicimus, qui per deum, quia per deum hæc sancta facta sunt. Vnde Chrysostomus: Si qua causa fuerit, modicum videtur facere, qui iurat per deum. Qui vero per Evangelium, maius aliquid

fecisse videtur. Quibus dicendum est, Stulti, Scripturæ sanctæ propter Deum factæ sunt, non Deus propter Scripturas: ita & creaturæ factæ sunt propter Deum.

Quid est dicere, Per deum iuro.

HIC quæritur quid sit dicere, Per Deum iuro. Hoc est testem adhibere Deum. Iuravit enim Apostolus dicens, Testis est mihi Deus: ac si dixisset, Per Deum ita est. Vnde Augustinus, Ridiculum est putare hoc, si dicas, Per Deum, iuras: si dicas, Testis est mihi Deus, non iuras. Quid est enim per Deum, nisi testis est mihi Deus: aut quid est, testis est Deus, nisi per Deum? Quid est autem iurare, nisi ius Deo reddere, quando per Deum iuras: Ius scilicet veritatis, & non falsitatis. Item, Ecce dico charitati vestræ. Et qui per lapidem iurat falsum, periurus est: quia non lapidem qui non audit, sed eius creatorem adhibet testem. Hoc est ergo iurare per quamlibet creaturam, scilicet creatorem eius testem adhibere. Est etiam quoddam genus iuramenti grauissimum, quod sit per execrationem, ut cum homo dicit: Si illud feci, illud patiar, vel illud contingat filiis meis: secundum quem modum accipitur etiam interdum cum aliquis iurando dicit, Per salutem meam, vel per filios meos, & huiusmodi: obligat enim hoc Deo. Vnde Augustinus, Cum quis ait, Per salutem meam, salutem suam Deo obligat. Cum dicit, Per filios meos, oppignorat eos Deo, ut hoc eueniat in caput eorum, quod exit de ore ipsius: si verum, verum: si falsum, falsum. Et sicut per hoc iurans, aliquando hoc Deo obligat: ita per Deum iurans, ipsum adhibet testem. In omni ergo iuratione aut Deus testis adhibetur, aut creatura Deo obligatur, & oppigneratur: ut hoc sit iurare, scilicet Deum testem adhibere, vel Deo aliquid oppignerare. Hoc est ergo iurare per quamlibet creaturam, scilicet creatorem eius testem adhibere.

De illis qui iurant per falsos deos.

POST hæc quæritur, verum fide eius vtendum sit, qui per dæmonia vel idola iurauerit. De hoc Augustinus scribens ad Publicolam ait, Te prius considerare volo, verum si quispiam per deos falsos iurauerit, & fidem non seruauerit, non tibi videatur bis peccasse. Bis utique peccauit: quia iura-

uit per quos non debuit, & contra pollicitam fecit fidem quod non debuit. Ideoque qui vitur fide illius quem constat iurasse per deos falsos, & vitur fide illius non ad malum, sed ad bonum, non peccato illius se lociat, qui per dæmonia iurauit, sed bono pacto, eius quo fidem seruauit. Et sine dubitatione minus malum est per deos falsos iurare veraciter, quam per Deum verum fallaciter. Quanto enim per quod iuratur magis sanctum est, tanto magis est poenale periurium.

Quod iuramentum quo incaute iuratur, non est obseruandum, nec votum, nec promissio iniuste facta.

NUNC superest videre, vtrum omne iuramentum implendum sit. Si enim quis alicui iurauerit contra fidem & charitatem, quod obseruatum peiorem vergat in exitum potius est mutandum quam implendum. Vnde Ambro. Est contra officium Dei nonnquam promissum soluere sacramentum: ut Herodes fecit. Item Isidorus, In malis promissis rescinde fidem, in turpi voto muta decretum. Quod incaute vouisti, ne facias: impia est promissio, quæ scelere adimpleretur. Idem, Non est obseruandum sacramentum, quo malum incaute promittitur: ut si quis adulteræ perpetuam fidem cum ea permanendi polliceatur. Tollerabilius enim est non implere sacramentum, quam permanere in stupro. Item Beda, Si quid non incautius iurare contigerit, quod obseruatum peiorem vergat in exitum, liberè illud salubriori consilio mutandum nouerimus: ac magis instante necessitate peierandum esse nobis, quam pro vitando periurio in aliud crimine grauius esse diuertendum. Denique iurauit Dauid per Deum occidere Nabal virum stultum: sed ad primam intercessionem Abigail foeminae prudentis remisit minas, reuocauit enssem in vaginam: nec aliquid culpæ se tali periurio contraxisse doluit. Item Augustinus: Quod dauid iuramentum per sanguinis effusionem non impleuit, maior pietas fuit. Iurauit Dauid temerè, sed non impleuit iurationem maiori pietate. Ex his aliisque pluribus ostenditur quædam iuramenta non esse seruanda: & qui sic iurat, vehementer peccat, cum autem mutat, benè facit. Qui autem non mutat, dupliciter peccat: & quia iniuste iurauit, & quia facit quod non debet.

Beda Homil. 44.
In libr. de officiis. 22
9. 4. cap.
Est etiam Mar. 4. d
Mat. 14. a
Libr. 2. de Sum. bono cap. 32. In lib. Sententiarum ibid. c. nō est obseruandum.
In Homil. 43. ibidē cap.
Sialiquid 1. Re. 25. b
In sermone quodā. 22. 9. 4. c.
Quod Dauid.

Si est periurus qui non facit quod incaute iuravit. Y

QVI verò mutar, vtrum periurus debeat dici solet quæ-
ri. Beda supra, tale iuramentum vocauit periurium. Ioannes
etiam Apocrifadius Orientalium sedium dixit, Sermo patris
nostri Sophronij significat, quod melius est iurantem peiera-
re; quam seruare sacramentum in fractione sanctorum ima-
ginum. Sed periurium dicitur tale iuramentum non obser-
uatum: & peierare dicitur qui non implet quod falsum iurat,
non quia inde reus sit quod non obseruat, sed quia iuravit in-
iustum, ex quo reus est, sicut ille qui peierat.

De eo qui verborum calliditate iurat. K

HOC etiam sciendum est, quòd quacunq; arte verbo-
rum quis iuret, Deustamen qui conscientia testis est, ita hoc
accipit, sicut ille cui iuratur, intelligit. Dupliciter autem reus
fit, qui & nomen Dei in vanum assumit, & proximum dolo
quacunq; capit.

De illo qui cogit aliquem iurare. L

QVÆRITVR etiam si peccat qui hominem iurare
cogit. De hoc Augustinus ait, **Qui** exigit iurationem, mul-
tum interest si nescit illum iuraturum falsum, an scit. Si
enim nescit, & ideo dicit, Iura mihi, vt fides ei sit: non est pec-
carum, tamen humana tentatio est. Si verò scit eum fecisse, &
cogit eum iurare, homicida est. Idem, **Qui** prouocat homi-
nem ad iurationem, & scit eum falsum iurare, vincit homici-
dam: quia homicida corpus occisus est, ille animam, imò
duas animas, & eius quem iurare prouocauit, & suam.

Ex concilio Aurelianensi. M

SANCTA synodus decreuit, nisi pro pace faciendâ, vt
omnes fideles ieiuni ad sacramenta accedant.

DE SEXTO ET SEPTIMO PRÆ-
cepto secundæ Tabulæ.

Distinct. XL. A

Sextum præceptum est, Non desiderabis vxorem proximi
tui. Septimum est, Non concupisces domum proximi tui,

non seruum, non ancillam, &c. Sed videtur præceptum de
non concupiscendis rebus proximi, vnum esse cum eo quo
dicitur, Non furaberis: & præceptum esse de non concupiscen-
da vxore, vnum esse cum eo quo dicitur, Non mœchaberis.
Poterat enim præceptum non furandi in illa generalitate in-
telligi, vbi de non concupiscenda re proximi præcipitur: & in
eo quod dictum est, Non mœchaberis, poterat illud intelli-
gi, Non concupisces vxorem proximi tui. Sed in illis duobus
præceptis non mœchandi, & non furandi ipsa opera notata
sunt & prohibita: in his verò extremis ipsa concupiscentia:
multum ergo differunt illa ab istis. Vnde illi præcepto non
mœchandi fit superadditio in Euangelio: vbi omnis concu-
piscencia mœchandi prohibetur. Sed cum hic prohibetur
concupiscentia alienæ vxoris, & alienæ rei: quare dicitur lex
comprimere manum & non animum? Illud de Lege dicitur
secundum cærimonialia, non secundum moralia: vel quia in
Lege non est generalis prohibitio omnis mortiferæ concu-
piscentiæ, vt in Euangelio.

Quid sit litera occidens. B

SI verò quæritur, quam dicat Apostolus literam occiden-
tem. Ea certè est Decalogus: qui non dicitur litera occidens,
eò quòd mala sit lex: sed quia prohibens peccatum auget
concupiscentiam, & addit præuaricationem nisi liberet gra-
tia, quæ gratia non sic abundat in Lege, vt in Euangelio. Vel
secundum eorum carnalem intelligentiam. Lex ergo bona
est, & tamen occidit sine gratia, cum sit virtus peccati que iu-
bet quod sine gratia impleri non potest. Gratia autem deerrat
& ideo litera occidens erat. Distat autem Euangelij litera à
Legis litera, quia diuersa sunt promissa: ibi terrena, hic cele-
stia promittuntur. Diuersa etiam sacramenta: quia illa tan-
tum significabant, hæc conferunt gratiam. Præcepta etiam
diuersa, quantum ad cærimonialia: nam quantum ad mora-
lia sunt eadem, sed pleniùs in Euangelio continentur. Audi-
stis decem cordas psalterij vtrique sexui impositas: quæ cha-
ritate tangendæ sunt, vt vitiorum feræ occidantur.

*Aug. su-
per Exod.
13. in to-
mo 4.
Matt. 5. d
quare lex
comprimere
dicitur nõ
animum sed
manum.*

2. Cor. 3. b

*De legis
& Euan-
gelij di-
stantia.*

*Isidor in
lib. 2. Sen-
tentiærum.
22. q. 2. c.
quacunq;
capit.
De Verbis
Apostoli,
Sermones
28. nõ lon-
gè à fine,
in tom. 10.
In sermo-
ne de de-
collatione
Ioannis
ibidem. c
ille qui ho-
minem.
De dist.
duorum
præcepto-
rum, in qui-
bus prehi-
betur du-
plex cõcu-
piscencia.*

TITVLI LIB. IIII. De causa institutionis baptis-
 mi. ibid.L.M
 DISTINCTIO I.
 De sacramentis. 292.A
 Quid sit sacramentum. 292.B
 Quare instituta sunt sacra-
 menta. ibid.C.D
 De differentia sacramentorum
 veterū & nouorum. 293.B
 De circumfione. ibid.F
 Quod remedium illi habue-
 runt qui fuerunt ante cir-
 cuncionem. ibid.E
 De institutione circumfio-
 nis, & de causa. ibid.H.I.K
 De paruulis defunctis ante
 diem octauum, quo fiebat
 circumfio. 294.L
 DISTINCT. II.
 De sacramentis nouæ Legis.
 294.A.B.C
 De baptismo. ibid.D
 Quid vtilitatis baptismus
 Ioannishabuit. ibid.E
 De forma baptisimi Ioannis.
 295.F
 DISTINCT. III.
 Quid sit baptismus. 295.A
 De forma baptisimi. ibid.B
 Si in nomine patris tantum,
 vel spiritus sancti possit tra-
 di baptismus. 296.C.D.E
 De institutione baptisimi. ibi-
 dem.F.G
 Quare in aqua tantum fiat.
 297.H
 De immersione quoties fieri
 debeat. ibid.I
 Quando circumfio amittit
 vim suam. ibid.K

DISTINCT. IIII.
 De illis qui suscipiunt sacra-
 mentum & rem: & rem &
 non sacramentum: & sacra-
 mentum & non rem. 298.A
 De fide accedentibus. ibid.B
 Quomodo intelligatur illud,
 Quotquot in Christo bap-
 tizati estis, Christum indui-
 stis. 299.C
 Quid passio supplet vicem
 baptisimi, & fides, & contri-
 tio. ibid.D.E
 Quid profit baptismus cum
 fide accedentibus. ibid.F
 Cuius rei sit sacramentum ba-
 ptisimi quem recipit iustus.
 301.G.H
 DISTINCT. V.
 Quid baptismus æquè bonus
 est à bono vel à malo datus
 bono vel malo. 302.A
 De potestate baptisimi & mi-
 nisterio. ibid.B
 Quæ fuit potestas baptisimi
 quam Christus potuit da-
 re seruis, & non dedit. 303.C
 DISTINCT. VI.
 Quibus liceat baptizare.
 301.A
 Quid nullus in materno vte-
 ro baptizatur. ibid.B
 Verum baptismus sit cum ver-
 ba corruptè proferuntur.
 304.C.D
 De illo qui pro ludo immer-
 gitur. 305.E.F

De responsione patrinorū. ibid.C
 De cathecismo & exorcismo.
313.G
ibid.H
 DISTINCT. VII.
 De sacramento confirmatio-
 nis quod non nisi à summis
 sacerdotibus tradi potest.
 * 306.A
 Vtrum hoc sacramentum di-
 gnus sit baptismo. ibid.B
 DISTINCT. VIII.
 De sacramento altaris. 306.A
 De institutione huius sacra-
 menti. 307.B
 De forma. ibid.C
 De sacramento & re. ibid.D
 DISTINCT. IX.
 De duobus manducandi mo-
 dis. 308.A
 De errore illorum qui dicunt
 Christum tantum à bonis
 sumi. ibid.B
 De intelligentia quorundam
 verborū ambiguorū. 309.C
 DISTINCT. X.
 De hæresi illorum qui dicunt
 corpus Christi non esse in
 altari, nisi in figura vel in
 signo. 309.A.B.C
 De sanctorū testimoniis qui-
 bus probatur verum corpus
 Christi esse in altari. 311.D.E
 DISTINCT. XI.
 De modo conuersionis. 311.A
 Quomodo dicitur corpus
 Christi confici de substan-
 tia panis. 312.B.C.D
 Quare sub alia specie sumat-
 ur. ibid.E.F

Quare aqua misceatur vino.
 Quale corpus dedit Christus
 discipulis in cœna. ibid.H
 DISTINCT. XII.
 Vbi illa accidentia funden-
 tur. 314.A
 De fractiōe & partibus. ibid.B.C
 De confessione Beræga. ibid.D.E
 Quid illæ partes significant.
 315.F
 Si Christus immolatur in al-
 tari quotidie, & an sit sacri-
 ficium quod à sacerdote
 geritur. ibid.G
 De causa institutionis. 316.H
 DISTINCT. XIII.
 Si hoc sacramentum conficiat-
 ur ab hæreticis vel excom-
 municatis. 316.A
 Quid facit hæreticum, quid
 sit hæreticus. 317.B
 DISTINCT. XIII.
 De poenitentia. 317.A.B
 Vnde dicitur poenitentia. ibi.
 De solenni & vnica pnia. 319.C
 Quid peccata saepe dimittun-
 tur per poenitentiam. 320.D
 DISTINCT. XV.
 Quid pluribus irretitus pec-
 catis nō potest verè de vno
 poenitere, nisi de omnibus
 poeniteat. 321.A.B
 De generibus elemosynæ.
 322.C
 Vtrum bona quæ fiunt ab ali-
 quibus malis valeant ad me-
 ritū vitæ cum fuerint con-
 uerfa ad bonum. 325.D.E.F.G

DISTINCT. XVI. quibus. 335.A
 De tribus in penitentia con- 335.A
 siderandis, scilicet compunctio-
 ne, confessione, & satisfac-
 tione. 325.A
 Quæ sit satisfactio fallæ. 326.A
 De tribus actionibus peni-
 tentiæ. ibid.C
 De satisfact. venialium. 327.D
DISTINCT. XVII.
 Vtrum sine confessione dimit-
 tantur peccata. 327.A.B
 Si sufficit soli deo confiteri. 328.C
 Quod non sufficit soli Deo
 confiteri, si possit sacerdoti
 confiteri. 329.D
 An sufficiat confiteri laico. 330.E
 Ad quid valeat confessio. 331.F
DISTINCT. XVIII.
 De remissione quam præstat
 sacerdos. 332.A
 De clauibus. ibid.B
 De vsu clauium. ibid.C
 Si sacerdos potest dimittere
 peccata vel retinere. ibid.D
 Quomodo sacerdotes dimittunt
 peccata vel retinent. 333.E
 Quomodo sacerdotes ligant
 vel soluunt à peccatis. 334.F
 Quomodo intelligendum sit
 illud, quodcunque solueris
 super terram, &c. ibid.G.H
 Quæ sunt interiores tenebræ
 & interior macula. 335.I
DISTINCT. XIX.
 Quando hæc clauis dantur &
 quibus. 335.A
 Vtrum per indignos transfun-
 datur gratia dignis. 336.B.C
 Quomodo intelligendum sit,
 maledicam benedictioni-
 bus vestris. 337.D
 Qualis esse debeat iudex ec-
 clesiasticus. ibid.E
DISTINCT. XX.
 De his qui in fine penitent.
 338.A
 De his qui penitentiam non
 complent. ibid.B
 De illo cui sacerdos indiscre-
 tus iniungit penitentiam
 paruam. 339.C
 Quod morientibus non est
 imponenda satisfactio, sed
 innotescenda. ibid.D
 Quod non est penitentia ne-
 ganda vel reconciliatio in
 necessitate. 340.E
 Quod presbyter non reconci-
 liet aliquem incõsulto episco-
 po nisi in necessitate. ibid.F
 An oblatio eius sit recipienda
 qui currens ad penitentiam
 præuenitur morte. ibid.G
DISTINCT. XXI.
 De peccatis quæ post hanc vi-
 tam dimittuntur. 340.A
 De igne purgatorio quo alij
 citius, alij tardius purgan-
 tur. 341.B
 Quid sit ædificare aurum, ar-
 gentum, lapidem precio-
 sum. ibid.C
 Quod aliquis verè penitet et-
 si non de omni veniali. ibid.D
 Quid

Quid profit generalis con-
 fessio. 342.E
 Quod nemo debet confiteri
 peccata quæ nõ fecit. ibi.F
 De poena sacerdotis qui pec-
 cata confitentis publicat.
 ibid.G
DISTINCT. XXII.
 Si peccata dimissa redeant.
 342.A.B
 Quid sit sacramentum & res.
 343.C
DISTINCT. XXIII.
 De sacramento vnctionis ex-
 tremæ. 344.A
 A quibus fuerit hoc sacramen-
 tum institutum. ibid.B
 De iteratione huius sacra-
 menti. ibid.C
DISTINCT. XXIII.
 De ordinibus ecclesiasticis,
 & quot sint. 345.A
 Quales assumendi sunt ad cle-
 rum. ibid.B
 De ostiariis. 346.G
 De lectoribus. ibid.D
 De exorcistis. ibid.E
 De acolytis. 347.F
 De subdiac. & diac. ibi.G.H
 De presbyteris. 348.I
 Quid appelleretur ordo. 349.K
 De nominibus dignitatis, &
 officiis. ibid.L
 De quadripartito episcoporum
 ordine. ibid.M
DISTINCT. XXV.
 De ordinariis ab hæreticis.
 349.A.B.C
 De simonia vnde dicitur, &
 quid sit. 351.D
 De his qui à simoniacis ordi-
 nantur scilicet vel nõ. ibid.E
 De his qui dicunt se emere
 corporalia & nõ spiritua-
 lia. ibid.F
 De distinctione simoniaco-
 rum. 352.G
 De his qui violenter ab here-
 ticiis vel aliis simoniacis
 ordinantur. ibid.H.I
DISTINCT. XXVI.
 De sacramento coniugij. 352.A
 De institutione & eius cau-
 sa. ibid.B
 Quando secundum præceptum &
 secundum indulgentiam contra-
 ctum sit coniugium. ibid.C
 Quibus modis accipitur in-
 dulgentia. 353.D
 Quod nuptiæ bonæ sint. ibi.E
 Cuius rei sacramentum sit con-
 iugium. ibid.F.G
DISTINCT. XXVII.
 Quæ sunt consideranda in con-
 iugio. 354.A
 Quid sit coniugium. ibid.B
 De consensu qui efficit con-
 iugium. ibid.C.D
 Quando incipit esse coniu-
 gium. ibid.E
 De opinione quorundam qui
 dicunt coniugium nõ esse
 carnalem copulam. 355.F
 Quod sponsa potest eligere
 monasterium sine consen-
 su sponsi. ibid.G
 Quod coniugatus sine con-
 iugis consensu nequit pre-

fieri continentiam. ibi H
 De adulterinis cōiugijs. 356.1
 Quod multipliciter sponfus
 & spōsa accipitur. ib. x. l. m.
 Quæ sponfa sit vidua mortuo
 sponfo, & quæ non. 357. N
 DISTINC. XXVIII.
 Si consensus de futuro etiam
 iuramento firmatus faciat
 coniugium. 357. A
 De his quæ pertinent ad sub-
 stantiam & ad decorem sa-
 cramenti. ibid. B
 Vtrum consensus ille qui fa-
 cit matrimoniu, sit de car-
 nali copula, an de cohabi-
 tatione, an de alio. 358. C
 DISTINC. XXIX.
 Quod non est consensus le-
 gitimus vbi est coactio.
 359. A. B
 DISTINC. XXX.
 De errore qui euacuat cōsen-
 sum. 359. A
 De coniugio Marie & Io-
 seph. 360. B. C
 De finali causa cōiugij. ibi. D
 Quod malus finis non conta-
 minat sacramentum. 361. E
 DISTINC. XXXI.
 De tribus bonis cōiugij. 361. A
 De duplici separatiōe. ibi. B. C
 De his qui procurant venena
 sterilitatis. 362. D
 Quando sint homicidæ qui
 procurat abortum. ibid. E
 De excusatione coitus, qui sit
 per bona coniugij. ibid. F
 De indulgentia quam fecit

Apostolus. 393. G
 De carnis delectatione quæ
 peccatū sit, vel non. ibid. H
 DISTINC. XXXII.
 De solutione carnalis debiti.
 364. A
 De continentia ex communi
 consensu seruanda. ibid. B
 Quādo cessandum sit à coitu.
 365. C. D
 Quibus tēporibus nō sint ce-
 lebrendæ nuptiæ. 366. H
 DISTINC. XXXIII.
 De diuersis legibus coniugij,
 366. A
 Vtrum Ioannis virginitas sit
 præferenda castitati Abra-
 hæ. 367. B
 Quæ erat consuetudo coniugij
 sub lege. ibid. C
 Cui licebat tunc plures habe-
 re, vel non. ibid. D
 De virginitate mentis & car-
 nis. ibid. E
 DISTINC. XXXIII.
 De personis legitimis. 368. A
 De frigidis separandis, vel
 non. ibid. B
 De his qui maleficiis impedi-
 ti coire nequeunt. ibid. C
 De furiosis. 369. D
 De his qui dormiunt cū dua-
 bus fororibus. ibid. E
 Quod non est dimittenda
 vxor pro aliqua macula
 corporis. ibid. F
 DISTINC. XXXV.
 De iure viri & mulie. 369. A
 Quod fornicariā nequit di-

mittere vir, nisi ipse expers
 fuerit fornicationis & ecō-
 uersō. ibid. B
 De recōciliatione eorum qui
 propter fornicationē sepa-
 rantur. 370. C. D. E
 De illis qui ante coniunctio-
 nem se polluerunt per adul-
 terium. 371. F. G
 DISTINC. XXXVI.
 Vtrum propter extremā con-
 ditionem possit fieri sepa-
 ratio. 371. A
 De copulatione viri & ancil-
 læ diuersorum dominorū.
 ibid. B
 De viro qui se facit seruū, vt
 diuidatur ab vxore. ibid. C
 De ætate contrahentiū 372. D
 DISTINC. XXXVII.
 In quibus ordinibus nequeat cō-
 trahi matrimoniu. 372. A
 De intersectoribus suarum
 coniugum. ibid. B
 DISTINC. XXXVIII.
 De votis & votorum differen-
 tia. 372. A. B
 De illis qui post longā capti-
 uitatem redeunt. ibid. C
 Quod grāde malum sit adul-
 terium. 373. D. E
 DISTINC. XXXIX.
 De dispari cultu. 374. A
 De coniugio fidelis, & infi-
 delis, & duorū infidelium.
 375. B
 De fornicatione spirituali
 propter quam dimitti con-
 iux potest. ibid. C
 Pro quibus peccatis possit fie-
 ri separatio vel non. 376. D
 Quando licet fideli aliā du-
 cere vel non. ibid. E. F. G
 Vtrum coniugium inter in-
 fideles sit. 377. H. I
 DISTINC. XL.
 De cognatione carna. 377. A
 De cōputatione gradū con-
 sanguinitatis. ibid. B
 Quare sex gradus computan-
 tur. 378. C
 DISTINC. XLI.
 De gradibus affinitatis. 378. A
 De variis traditionibus affi-
 nitatis. ibid. B
 Si cōiugium sit inter eos qui
 nota consanguinitate diui-
 duntur. 379. C
 Quibus personis testificātibz
 sint dirimēda cōiugia. ib. C
 Quid sit fornicatio, & quid
 stuprum. 380. D
 DISTINC. XLII.
 De spūali cognatione. 380. A
 Qui sint filij spirituales. ibi,
 dem. B. C
 De copula spiritualium vel
 adoptiuorū & naturalium
 filiorum. 381. D. E. F
 Si cui liceat duas commatres
 ducere, nā post aliā. ibi. G
 Si vir & vxor simul tenere va-
 leant puerum. ibi. H. I
 DISTINC. XLIII.
 De resurrectione & iudicij
 conditione. 383. A. B. C
 De memoria electorū si tunc
 præterita mala teneat. ib. B

De his qui vini reperiantur. 384.B
 Quomodo intelligitur Christus iudex viuorum & mortuorum. ibid.F
 Quomodo omnes incorrupti. ibid.C
 De etate & statura resurgentium. 385.A.B.C
 Vtrum reproborum corpora cũ deformitatib⁹ resurgāt quas hīc habuerunt. ibid.D
 Quod non consumuntur malorum corpora quæ tunc ardebunt. 386.B
 Si demones corporali igne cremantur. ibid.F.G
 De abortiuis scætib⁹ & monstis. ibid.H
 De diuersis animarum receptaculis post mortem. 387.A.B
 De officiis sepulture. 388.C.D.E
 Quomodo Sancti & glorificati, vel Angeli audiunt preces supplicantium: & quomodo intercedit pro nobis. ibid.F.G
 Si valde malis præstatur mitigatio pœnæ. 389.A
 De occulto iudicio Dei. 390.B
 Quare quædam opera dicuntur iustitiæ, quædam misericordię vel bonitatis Dei. 391.C.D.E

391.C.D.E
 DISTINC. XLVII.
 De sententia iudicij. 392.A.B
 De ordinibus eorū qui erunt in iudicio. ibid.C
 De ordine iudicij & ministerio angelorum. 392.D.E
 DISTINC. XLVIII.
 De forma iudicis. 393.A.B
 Quare secundum formā scribitur dicitur Christus suscitaturus corpora. 394.C
 De loco iudicij. ibid.D.E
 DISTINC. XLIX.
 De differētia mansionum in celo & inferno. 395.A.B
 Si quid cognoscitur ab aliquo quod non intelligent omnes. ibid.C.D
 Si maior sit beatitudo sanctorum post iudicium. 397.B
 DISTINC. L.
 Si mali in inferno peccabūt. 397.A
 Quare dicuntur tenebræ exteriores. 398.B
 Si damnatorum animæ nocitiam habeāt eorum quæ hīc sunt. ibid.C
 De Lazaro & dicitur. ibid.D
 Si boni & mali inuicem se videant. 399.E
 De chaos inter bonos & malos. ibid.F
 Vtrum visa impiorum pœna minuatur vel augeat gloriā bonorum. ibid.G

FINIS.

PETRI LOMBARDI
 EPISCOPI PARIENSIS
 SENTENTIARVM
 Liber IIII.
 DE SACRAMENTIS ET SIGNIS
 SACRAMENTALIBVS.

Distinct. I. A



SACRAMENTVM enim vulnerato approprians, curationi eius sacramentorum alligamenta adhibuit: quia contra originalis peccati & actualis vulnera sacramentorum remedia Deus instituit. De quibus quatuor primò consideranda occurrunt. Quid sit sacramentum, Quare institutum. In quibus consistat, & conficiatur, Et quæ sit distantia inter sacramenta veteris & nouæ legis.

Quid sit sacramentum. F

SACRAMENTVM est sacræ rei signum. Dicitur tamen sacramentum etiam sacrum secretum, sicut sacramentorum diuinitatis: vt sacramentum sit sacrū signans, & sacrum signatum: sed nunc agitur de sacramento secundum quod est signum: Item sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma. Signum verò est res præter speciem, quam ingerit sensibus, aliquid aliud ex se faciēs in cogitationem veni- re. Signorum verò alia sunt naturalia, vt fumus significans ignem, alia data. Et eorum quæ data sunt, quædam sunt sacramēta, quædam non. Omne enim sacramentū est signum, sed non cōuerso. Sacramentum eius rei similitudinem gerit, cuius signum est. Si enim sacramenta non haberēt similitudinem rerum quarum sacramenta sunt, propriè sacramenta non dicerētur. Sacramentum enim propriè dicitur quod ita signum est gratiæ Dei, & inuisibilis gratiæ forma, vt ipsius imaginem gerat, & causa existat. Non ergo significandi tantum gratia sacramēta instituta sunt, sed etiam sanctificandi.

Quæ enim significandi gratia tantum instituta sunt, solùm signa sunt, & non sacramenta: sicut fuerunt sacrificia carnalia & obseruantia ceremoniales veteris legis quæ nunquam poterant iustos facere offerentes, quia vt ait Apostolus, sanguis hircorum & taurorum & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificabat ad emundationem carnis, non animæ. Nam inquinatio illa erat cōtactus mortui. Vnde Aug. Nihil aliud intelligo iniquationem quam lex mundat, nisi contactum mortui hominis: quem qui tetigerat, immundus erat septem diebus, sed purificabatur secundum legem die tertio & septimo, & ita mundus erat, vt iam intraret in templum. Mundabant etiam interdum à corporali lepra illa legalia. Sed nunquam ex operibus legis aliquis iustificatus est, vt ait Apostolus, etiam si in fide & charitate fierent. Quare quia imposuit ea Deus in seruitutem, non in iustificationem, & vt figura futuri essent: volēs sibi ipsi potius offerri, ea quam idolis. Illa ergo signa erant, sed tamen & sacramenta: licet minus proprie in scripturis Lepē vocantur: quia signa erant rei sacræ, quam vtiq; non præstabant. Illa autem Apostolus opera legis dicit, quæ tantum significandi gratia, vel in onus instituta sunt.

De causa institutionis sacramentorum.

TRIPLICI autem de causa sacramenta instituta sunt, propter humiliationem, eruditionem, exercitationem. Propter humiliationem quidem, vt dum homo insensibilibus rebus quæ natura infra ipsum sunt, ex præcepto creatoris se reuerendo subiicit, ex hac humilitate & obedientia Deo magis placeat, & apud eam mereatur, cuius imperio salutem querit in inferioribus se, et si non ab illis, sed per illa à Deo. Propter eruditionem etiam instituta sunt, vt per id quod foris in specie visibili cernitur, ad inuisibilem virtutem quæ intus est, cognoscendam mens erudiat. Homo enim qui ante peccatum sine medio Deum videbat, per peccatum ad eum habuit, vt nequaquam diuina queat capere, nisi humanis exercitatus. Propter exercitationem similiter instituta sunt: quia cum homo ociosus esse non possit, proponitur ei vilis & salubris exercitatio in sacramentis, qua vanam & noxiam declinet occupationem. Non enim facile capitur à tentatore, qui bono vacat exercitio. Vnde Hieronymus

monet: semper aliquid operis facito, vt te occupatum diabolus inueniat.

De triplici genere exercitationis.

SUNT autem exercitationum tres species. Vna ad adificationem animæ pertinet: Alia ad corporis fomentum, Alia ad vtriusque subuersionem. Cum igitur absque sacramentis (quibus non alligauit potentiam suam deus) homini gratiam donare possit, prædictis de causis sacramenta instituit. Duo autem sunt in quibus sacramentum consistit, scilicet verba, & res: Verba, vt inuocatio trinitatis: res, vt aqua, oleum, & huiusmodi.

De differentia sacramentorum veterum & nouorum.

I A M videre restat differentiam sacramentorum veterum & nouorum: vt sacramenta vocemus, quæ antiquitus res sacras signabant, vt sacrificia & oblationes, & huiusmodi. Eorum autem differentiam breuiter August. assignat dicens, quia illa promittebant tantum & significabant: hæc autem dant salutem.

De circumcisione.

F V I T tamen inter illa sacramenta sacramentum quoddam, scilicet circumcisionis, idem conferens remedium contra peccatum, quod nunc baptismus præstat. Vnde Aug. Ex quo instituta est circumcisio in populo dei, quæ erat tunc signaculum iustitiæ fidei, ad purgationem valebat magnis & paruulis originalis veterisque peccati: sicut baptismus ex illo valere cepit ad inuouationem hominis, ex quo institutus est. Item Beda, Idem salutifera curationis auxilium circumcisio in lege cōtra originalis peccati vulnus agebat, quod baptismus agere reuelata gratiæ tempore cōsuevit, excepto quod regni caelestis ianuam nondum intrare poterant: tamen in sinu Abrahæ post mortem requie beata consolati, supernæ pacis ingressum spe foelici expectabant. His aperte traditur, per circumcisionem ex quo instituta fuit, remissionem peccati originalis & actualis paruulis & maioribus à deo præstitam, sicut nunc per baptismum datur.

De viris qui fuerunt ante circumcisionem, & de feminis quæ fuerunt ante & post.

Q V Æ R I T V R autem de viris qui fuerunt ante circum-

In quibus consistit sacramentum.

In expositione tituli psal. 73. in tom. 8.

Ad Valerij li. 2. de nuptiis & Concupiscentia c. 11. in fine in 10. 7. super Eua ge. Luc. 2. Et postquam impleti sunt dies.

cisionem, & de foeminis quæ fuerunt antè & post, quod remedium contra peccatum habuerint. Quidam dicunt sacrificia & oblationes eis valuisse ad remissionem peccati. Sed melius est dicere, illos qui de Abraham prodierunt, per circumcisionem iustificatos: mulieres verò per fidem & operationem bonam, vel suam si adultæ erant, vel parentum si parvulæ. Eos verò qui fuerunt ante circumcisionem, parvulos in fide parentum; parentes verò per virtutem sacrificiorum, scilicet quam intelligebant spiritualiter in illis sacrificiis, iustificatos. Vnde Grego. Quod apud nos valet aqua baptismi, hoc egit apud Veteres vel pro parvulis sola fides vel pro maioribus virtus sacrificij, vel pro his qui ex Abrahæ stirpe prodierunt, mysterium circumcisionis.

In 4. mo-
ra. cap. 2.

De institutione & causa circumcisionis.

H

HIC dicendum est in quo instituta fuerit circumcisio, & quare, & cur mutata per baptismum. Abraham primus mandatum circumcisionis habuit, ad probationem obedientiæ; nec ei soli præcepta fuit circumcisio, sed & semini eius, id est, omnibus Hebræis: quæ fiebat secundum legem octava die lapideo cultro in carne præputij. Data autè fuit circumcisio pluribus de causis, scilicet vt per obedientiam mandati Abraham placeret deo, cui per prævaricationem Adam displicuerat. Data etiam fuit in signum magnæ fidei Abrahæ, qui credidit se habiturum filium in quo fieret benedictio omnium. Deinde vt hoc signo à cæteris nationibus discerneretur populus ille. In carne verò præputij ideo iussa est fieri circumcisio, quia in remedium instituta est originalis peccati, quod à parentibus trahimus per concupiscentiam carnis, quæ in parte illa magis dominatur, & quia in parte illa culpam inobedientiæ primus homo sensit, de cuius ibi signum obedientiæ acciperet.

Iosue 5. d
Quare da-
ta fuit cir-
cuncisio.
Gen. 22. d

Quare in
carne præ-
putij.

Quare die octavo, & petriño cultro.

I

FIEBAT autem octavo die petriño cultro, quia & in resurrectione communi & octava ætate futura, per petram Christum omnis ab electis abscederet corruptio: & per Christi resurrectionem octava die factam, circumciditur à peccatis anima cuiusque in eum credentis: duæ ergo res sunt illius sacramenti.

Gen. 17. e
& d. Ios.
5. & ha-
betur 25.
q. 1. para.
his in to.

Quare in baptismum mutata sit circumcisio.

IDEO autem mutata est circumcisio per baptismum, quia sacramentum baptismi communius est & perfectius: quia pleniori gratia accumulatum. Ibi enim peccata solum dimittebantur, sed nec gratia ad bene operandum adiutrix, nec virtutum possessio vel augmentum ibi præstatur, vt in baptismo: vbi non tantum modo abolerentur peccata, sed etiam gratia adiutrix confertur, & virtutes augentur. Vnde aqua refectionis dicitur, quia aridos fecundat, etiam fructificantes ampliori vbertate donat. Quia quantuncunque per fidem & charitatem antè habitam aliquis iustus ad baptismum accedit: vberiore ibi recipit gratiam: sed non ita in circumcisione. Vnde Abrahæ per fidem iam iustificato signaculum tantum fuit, nihil ei intus contulit.

Magister
hic non te-
netur.

Psal. 22.

Ad Rom.
4. b.

De parvulis defunctis ante diem octauum.

I

SI verò queritur de parvulis, qui ante diem octauum moriebantur, antequàm fiebat circumcisio ex lege, vtrum saluarentur vel non. Idem potest responderi quod sentitur de parvulis ante baptismum defunctis: quos perire constat. Vnde Beda, Qui nunc per Euangelium suum terribiliter & salubriter clamat. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei: ipse dudum clamabat per suam Legem, Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit, anima illa peribit de populo suo: quia pactum meum irritum fecit. Fortè tamen sub Lege ingruente necessitate mortis ante octauum diem circumcidebant sine peccato filios, sicut modò fit in ecclesia de baptismo.

Non tenetur hic

Magister

2. Super

Luc. 10. a

3. a

Gen. 17. f.

DE SACRAMENTIS

nouæ Legis.

Distinctio II.

Iam ad sacramenta nouæ Legis accedamus: quæ sunt Baptismus, Confirmatio, Panis benedictio, id est, Eucharistia, Pœnitentiæ, Vnctio extrema, Ordo, Coniugium. Quorù alia remedium contra peccatù præbent, & gratia adiutricem conferunt, vt baptismus: alia in remediù tantum sunt, vt coniugium: alia gratia & virtute nos fulciunt, vt Eucharistia & Ordo.

De sacra-
mentis in
speciali.

Non tenetur hic

Magister.

Quare mox post hominis casum non fuerint instituta.

SI verò quæritur, quare non fuerint hæc sacramenta instituta mox post hominis lapsum, cum in his sit iustitia & salus: Dicimus non ante aduentum Christi, qui gratiam attulit, gratiæ sacramenta fuisse danda, quæ ex ipsius morte & passione virtutem sortita sunt. Christus autem venire noluit, antequàm homo de lege naturali & scripta convinceretur, quòd neutra iuari posset.

Quod sacramentum coniugij fuit ante peccatum.

FVIT tamen coniugium ante peccatum institutum, non utique propter remedium, sed ad sacramentum, & ad officium: post peccatum verò fuit ad remedium contra carnalis concupiscentiæ corruptelam: de quo suo loco tractabimus.

De baptismo.

NVNC verò de baptisimi sacramento videamus, quod inter nouæ gratiæ sacramenta primum est. Baptisimum igitur Christi Ioannes suo baptismo prænuñciavit: qui primus baptizasse legitur, sed in aqua, non in spiritu, sicut ipse ait: Ego baptizo vos in aqua in penitentiam. Sola enim corpora abluebat, à peccatis verò non mundabat. Baptismus Ioannis erat in penitentiam, non in remissionem: baptismus verò Christi in remissionem. Quia Ioannes baptizans homines, ad penitentiam vocabat: & quos baptizabat, penitere docebat: secundum illud, Veniebant ad Ioannem in Iordanem, confitentes peccata sua. Sed in baptismo Ioannis non dabatur peccatorum remissio, quæ data est in Christi baptismo.

Quid utilitatis habebat baptismus Ioannis.

AD quid ergo utilis erat baptismus Ioannis: Quia homines vñ baptizandi præparabat ad baptismum Christi. Sed quæritur, quare dictus est baptismus Ioannis: sicut Veritas dicit, Baptismus Ioannis vnde est? Quia ibi Ioannis operatio tantum visibilis erat, exterius lauantis, non inuisibilis gratia Dei interius operantis. Sed tamen & illa Ioannis operatio à Deo erat, & baptismus ille à Deo erat, non ab homine tantum: sed hominis dictus est, quia nihil ibi gerebatur, quod non ageret homo. Si verò quæritur, an sacra-

mentum fuerit: satis potest concedi ex eo sensu, quo legalia signa dicuntur sacramenta. Significabat enim baptismus Ioannis rem sacram, scilicet baptismum Christi: qui non tantum est penitentis, sed & remissionis peccatorum.

De forma baptisimi Ioannis, & de baptizatis ab eo.

HIC considerandum est, si baptizati à Ioanne iterum baptizati sunt baptismum Christi, & qua forma verborum usus sit Ioannes. Illi qui baptizati sunt à Ioanne, nescientes spiritum sanctum esse, ac spem ponentes in illius baptismo, postea baptizati sunt baptismum Christi. Baptismus autem Ioannis in nomine venturi tradebatur. Vnde Hieronymus super Iohelam, Qui dicit se in Christum credere, & non credit in spiritum sanctum, nondum habet claros oculos. Vnde baptizati à Ioanne in nomine venturi, id est, domini Iesu, quia dixerunt, Sed neque si spiritus sanctus est, audiuius, iterum baptizabantur, imò verum baptismum accipiebant. Illi verò qui spem non posuerunt in baptismum Ioannis & patrem & filium & spiritum sanctum credebant, non post baptizati fuerunt: sed impositione manuum ab Apostolis super eos facta, spiritum sanctum receperunt. Alij verò qui non ita credebant, baptizati sunt baptismum Christi, ut prædictum est. Vnde Hieronymus, Qui spiritum sanctum nesciebant cum baptismum à Ioanne acceperunt iterum baptizati sunt baptismum Christi, ut prædictum est: ne quis ex Iudæis vel Gentibus puraret aquam sine spiritu sancto ad salutem posse sufficere. De hoc etiam Ambrosius in primo libro de spiritu sancto, Quidam negauerunt se scire spiritum sanctum, cum baptizatos se dicerent baptismum Ioannis, qui in aduentus Iesu, non in suo baptizavit nomine. Isti ergo quia nec in Christi nomine, neque cum fide spiritus sancti baptizati fuerant, non potuerunt accipere baptisimi sacramentum: baptizati sunt ergo in nomine Christi, nec iteratum est in his baptismum, sed innouatum.

QUID SIT BAPTISMVS.

Distinctio III.

Post hæc videndum est quid sit baptismus, & quæ sit forma & quando institutus, & causa institutionis. Baptismus dicitur intinctio, id est, ablutio corporis exterior

Aug. li. 1. parte 2. cap. 8.

Gene. 2. d

De bap. Ioh. Ma. 3. c. De disferen. bap. Ioan. & Christi.

Act. 19. a Ioan. d. Matt. 3. b Mar. 1. b Luca 3. b.

Quare dicitur est baptis. Ioan. Mat. 21. c.

Act. 19. a Commè. ad 2. c. in fin. in tomo 6. Hic non tenetur Magister.

Act. 8. c. In epi. de Vni. vxo riu Piro. Act. 19. a Cap. 3. in principio. in tomo 2.

De bap. in speciali

facta sub forma verborum præscripta. Si enim ablutio fiat sine verbo, non est ibi sacramentum: sed accedente verbo ad elementum, fit sacramentum: non utique ipsum elementum fit sacramentum, sed ablutio facta in elemento. Vnde Augustinus. Verbo baptisma consecratur: derrae verbum, & quid est aqua nisi aqua? accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Vnde est hæc tanta virtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur: Nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud est virtus intus manens. In duobus ergo consistit sacramentum baptismi, scilicet in verbo & elemento. Ergo etsi alia desint quæ ad decorem sacramenti instituta sunt, non ideo minus est verum sacramentum & sanctum, si verbum sit tibi & elementum. Nam & in hoc sacramento, & in aliis quædam solent fieri ad decorem & honestatem sacramenti, quædam ad substantiam & causam sacramenti pertinentia. De substantia huius sacramenti sunt verbum & elementum, cætera ad solennitatem eius pertinent.

De forma baptismi.

SED quod est illud verbum, quo accedente ad elementum, fit sacramentum? Veritate docet, quæ huius sacramenti formam tradens, ait Discipulis, Ite, docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Inuocatio igitur Trinitatis verbum dicitur, quo baptisma consecratur: & hæc est forma verborum sub qua traditur baptismus. Vnde Bonifacio Episcopo Zacharias papa ait, Firmissime præceptum est in synodo Anglorum, ut quicumque sine inuocatione Trinitatis merus fuisset, quod sacramentum regenerationis non haberet: quod omnino verum est, quod si merus in fontem baptismi quis fuerit sine inuocatione Trinitatis, perfectus Christianus non est nisi in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti fuerit baptizatus.

Legitur tamen in Actibus Apostolorum, Apostolos baptizasse in nomine Christi: sed in hoc nomine, ut exponit Ambrosius, tota Trinitas intelligitur. Intelligitur enim cum Christum dicis, & Pater à quo vnctus est, & ipse qui vnctus est, & Spiritus sanctus per quem vnctus est. Vnde Nicolaus papa ad consulta Bulgarorum, A quodam Iudæo multos baptizatos afferitis: & quid inde agendum sit, consultitis. Hi pro-

Super Ioa.
Tract. 80.
in tomo 9.

Matth.
vlt. c. d.

De conse.
dist. 4. ca.
in synodo.

Act. 8. ca.
& 10 g.
Libr. 1. de
Spiritu
sancto
Cap. 3.
De conse.
dist. 4. a
quodam.

secundo si in nomine sanctæ Trinitatis, vel in nomine Christi, sicut in Actibus Apostolorum legimus, baptizentur, baptizati sunt: vnum enim idemque est, ut exponit Ambrosius.

Si in nomine patris tantum vel spiritus sancti
possit tradi baptismus.

HIC queritur, an baptismus esset verus, si diceretur in nomine Patris tantum, vel Spiritus sancti tantum: ut cum dicitur in nomine Christi. Ambrosius videtur dicere, quod si fide mysterium Trinitatis teneatur, & vna persona tantum nominetur, plenum esse sacramentum: & e converso, si tres nominentur, & non rectè de aliquo illorum sentiantur, vacuum fieri mysterium Trinitatis, Air enim sic, Vbi non est plenum baptismi sacramentum, nec principium, nec species aliqua baptismi æstimatur. Plenum autem est, si Patrem & Filium & Spiritum sanctum fatearis. Si vnum neges, totum subrues: & sicut si in vnum sermonem comprehendas, vel Patrem, vel Filium, vel Spiritum sanctum, fide autem nec Patrem, nec Filium, nec Spiritum sanctum abneges, plenum est fidei sacramentum: ita etiam licet Patrem & Filium & Spiritum sanctum dicas, & Patris & Filij & Spiritus sancti minuas potestatem, vacuum est omne mysterium. Cum enim dicitur in nomine Christi, per vnitatem nominis impletum est mysterium: nec à Christi baptizate Spiritus separatur, quia Christus baptizauit in Spiritu.

Quæstio Ambrosij.

NUNC consideremus vtrum sicut in Christi nomine legimus baptismi plenum esse sacramentum, ita etiam spiritu sancto tantum nuncupato nihil desit ad mysterij plenitudinem. Rationem sequamur: qui vnum dixerit, trinitatem signauit. Si Christum dicas, & patrem à quo vnctus est filius, & ipsum qui vnctus est, scilicet, filium, & spiritum sanctum quo vnctus est, designasti. Scriptum est enim hunc esse Iesum à Nazareth, quem vnxit Deus spiritu sancto. Et si patrem dicas, filium eius & spiritum oris eius pariter indicas, si tamen id etiam corde comprehendas. Et si spiritum sanctum dicas, Deum patrem à quo procedit, & filium eius cuius est spiritus, nuncupasti. Vnde, ut rationi copuletur autoritas, Dominus

In libr. de
Spi sancto
Cap. 3.
in tom. 2.
Ibidem.

Ioa. 1. a
Act. 1. c.

Solutio.

Act. 10. f
Ambros.
capite su-
perius ci-
tato.
Act. 1. a

Ioan. 1. a
Matt. 3. c

dicit, Vos autem baptizabimini in spiritu sancto: ex quo indicat nos recte posse baptizari in spiritu sancto.

Perstringit præmissorum intelligentiam cum determinatione cuiusdam dicti.

Quid oportet deserviri.

EX his aperte intellexistis in nomine Christi verum baptismum dari: unde nihilominus insinuari videtur verum baptismum dari posse in nomine patris tantum, vel spiritus sancti tantum, si tamen ille qui baptizat, fidem trinitatis teneat, quæ trinitas in quolibet horum nominum intelligitur. Si autem aliquis perversè credens, & errorem inducere intendens, unum de tribus tantum nuncupet, non complet mysterium. Quod verò ait nominatis tribus vacuum esse mysterium, si baptizans minuat potestatem patris vel filij, vel spiritus sancti, id est, si malè sentiat de potentia alicuius horum, non credens unam potentiam trium: intelligendum est hoc super eum, qui non intendit, nec credit baptizare: qui non tantum caret fide, sed etiam intentionem baptizandi non habet. Qui ergo baptizat in nomine Christi, baptizat in nomine trinitatis, quæ ibi intelligitur. Tutius est tamen tres personas ibi nominare, ut dicatur, In nomine patris, & filij, & spiritus sancti: non in nominibus, sed in nomine, id est, in invocatione, vel in confessione patris, & filij, & spiritus sancti. Inuocatur enim ibi tota trinitas, ut inuisibiliter ibi operetur per se, sicut extrà visibiliter per mysterium. Si autem dicatur in nominibus: non est ibi sacramentum, quia non servatur forma baptismi.

Luc. 10. a
& b.
Matt. 10.
a. & b.

De institutione baptismi.

DE institutione baptismi quando cœpit, variæ sunt estimationes. Alij dicunt tunc esse institutum, cum Nicodemus ait, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. Alij dicunt institutionem baptismi factam, cum Apostolus dixit, Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Sed hoc dixit eis post resurrectionem, præcipiens eis de vocatione Gentium, quos ante passionem binos miserat ad prædicandum in Iudæa, & ad baptizandum, dicens: In viam Gentium ne abieritis. Iam ergo institutus erat baptismus, quia baptizabant simul & prædicabant.

De forma in qua baptizauerunt Apostoli ante passionem Christi.

SI verò quaeritur, in qua forma tunc baptizauerunt Apostoli: sine dici potest, in nomine trinitatis, scilicet in ea forma, in qua baptizauerunt postea Gentes, quæ ante passionem potest intelligi fuisse tradita. licet non sit scriptum. Non ergo tunc illam formam Christus prius tradidit, cum ad euangelizandum Gentibus misit: sed quam antè tradiderat mitens eos in Iudæam post iteravit cum ad Gentes misit. Commodius ergo dicitur institutio facta, quando Christus à Iordane baptizatus est in Iordane: quod dispensauit, non quia munda dari voluit cum sine peccato fuerit, sed quia contactu munde carnis suæ vim regeneratiuam contulit aquis, ut qui postea immergeretur inuocato nomine trinitatis, à peccatis purgaretur. Tunc ergo inuocato nomine trinitatis institutus est baptismus Christi: in quo trinitas, cuius mysterium ibi innotuit, interius hominem baptizat.

Quare in aqua tantum fiat.

CELEBRATUR autem hoc sacramentum tantum in aqua, non in alio liquore, ut ait Christus, Nisi quis renatus, &c. Ideoque vniuersimode id fieri in aqua præcipitur, ut intelligatur quod sicut aqua sordes corporis ac vestis abluat: ita baptismus maculas animæ, sordisque vitiorum emundando abstergit. Vel ideo, ut nullum inopia excusaret: quod posset fieri, si in vino, vel oleo fieret, & ut communis materia baptizandi inueniretur apud omnes, quod aqua signauit, quæ de lacere Christi manauit, sicut sanguis alterius sacramenti signum fuit. Non ergo in alio liquore potest consecrari baptismus, nisi in aqua.

De immersione, quoties fieri debeat.

DE immersione verò si quaeritur quomodo fieri debeat, præcisè respondemus, Vel semel, vel ter, pro vario more ecclesie, unde Gregor. De trina immersione baptismi nil verius responderi potest, quàm quod vos ipsi sensistis: quia in vna fide nihil officit ecclesie sanctæ consuetudo diuersa. Quia enim in tribus subsistentiis vna substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptismo ter, vel semel immergere: quia & in tribus personibus perso-

Mat. 21. d
Mat. 3. d
& 10. a
De conse.
distin. 4.
Nisi quam
aqua.Au. Ser.
2. Domi
nica infra
octauas
Epiphaniæ.
Ioan. 3. c
Amb. cir
ca illud c.
6. ad Ro.
Ita ut &
nos in no
uitate vi
te.Ioan. 19. f
Leandro
episcopo.
I
epistol. 41.
lib. 1. Re
gistri, &
habentur
de conse.
dist. 4. de
trina im
mersione.

narum Trinitas, & in vna poreft diuinitatis fingularitas defignari. Nos verò qui tertio immergimus, etiam triduanæ fepulturæ facramentum fignamus. Secundum hoc licet non modo ter, fed etiam femel tantum immergere. Ibi tamen dentaxat immergere femel licet, vbi confuetudo ecclefiæ talis exiftit. Si quis verò id facere incipiat vbi confuetudo talis non eft, vel femel tantum mergendum afferat, reprehenfibilem fe conftituit. Vnde Haymo, In fuo fenfu abundabat Cyprianus. cum femel mergebat in baptifmo paruulos: quia quod intelligebat, ftudiofè implebat, bonis operibus abundando, licet in hoc neftius delinqueret: fed quia bonis operibus abundabat, poft eam correptus à Deo abundauit altiori fenfu, ter illos mergendo. Ecce habemus, quia deliquit qui femel merfit. Sed hoc ideo, quia aliter fe habebat confuetudo illius ecclefiæ, vel quia vnam tantum faciendam merfionem afferbat. De trina merfione Auguft. ait, Poftquam nos credere promiffimus, tertio capita nofta in facro fonte dimerfimus: qui ordo baptizandi duplici myfterij fignificatione celebratur. Rectè enim tertio immerfifteis, qui accepiftis baptifmum in nomine Trinitatis. Rectè tertio immerfi: quia accepiftis baptifmum in nomine Chrifti, qui die tertia refurrexit à mortuis. illa enim tertio repetita immerfio typum dominicæ exprimit fepulturæ. Conftat ergo baptizandos tertio debere immergi: & tamen fi femel tantum immergantur, verum baptifma accipiunt. Et qui femel immergit tantum, non peccat, nifi confuetudo ecclefiæ obftat, vel hoc modo tantum debere fieri afferat.

Quando circumcifio amiffa vim fuam.

SOLET etiam queri, fi circumcifio amiffa ftatim vim fuam ab institutione baptifmi. Ad quod dicimus in Chrifti morte terminata effe legalia omnia. Ex tunc ergo circumcifio perdidit vim fuam, ita quòd poft eam non profecerit, fed potius obfuerit obferuatoribus fuis. Sed vſque ad oblationem veræ hoftiæ potuit prodeffe. Si enim ante paffionem legalia finem habuiffent, non ea imminente vetus pafcha cum Difcipulis manducaffet.

De caufa institutionis.

CA V S A verò institutionis baptifmi eft innouationis

mentis: vt homo qui per peccatū vetus fuerat, per gratiam baptifmi renouetur, quod fit de pofitione vitiorum & collatione virtutum. Sic enim fit quisque nouus homo, cum abolitis peccatis ornatur virtutibus. Abolitio peccatorum pellit foeditatem, appofitio virtutum affert decorem: & hæc eft res huius facramenti, fcilicet interior munditia.

Queritur an baptifmus aperuit calum, quod non aperuit circumcifio.

SI queritur vtrum baptifmus aperuit calum, quod non aperuit circumcifio: dicimus quia nec baptifmus, nec circumcifio regni nobis aditum aperuit, fed hoftia faluatoris, quæ fi tempore circumcifionis oblata fuiffet, illius temporis homines regnū intraffent. Res ergo huius facramenti iuftificatio eft.

QUOD ALII SVSCIPIVNT SACRAMENTUM & REM, ALIJ SACRAMENTUM & NON REM, ALIJ REM & NON SACRAMENTUM.

Distinct. IIII.

Hic dicendum eft aliquos fufcipere facramentū & rem facramenti, aliquos facramentum & non rem, aliquos rem & non facramentum. Sacramentum & rem fimul fufcipiunt omnes paruuli, qui in baptifmo ab originali mundantur peccato: quāuis quidam diffiteatur illis qui perituri funt paruulis, in baptifmo dimitti peccata, innitentes illi verbo Aug. Sacramenta in folis electis efficiunt quod figurant: non intelligentes illud ita effe accipiendum, quia cum in alijs efficiant facramenta remiffionem, non hoc eis faciunt ad falutem, fed folis electis. Nam quòd omnibus paruulis in baptifmo remittatur peccatum per baptifmum, Aug. euidenter dicit: A paruulo, inquit, recenter nato vſque ad decrepitum fenem, ficut nullus prohibetur à baptifmo: ita nullus eft, qui non peccato moriatur in baptifmo: fed paruuli tantum originali, maiores verò etiā omnibus quæ malè viuendo addiderunt ad illud quod nascendo traxerunt, nifi enormitas vitæ impediatur. Adulti quoque, qui cum fide baptizantur, facramentum & rem fufcipiunt.

De fide accedentibus.

QVI verò sine fide, vel fide accedunt, facramentum non rem fufcipiūt. Vnde Hierony. Sunt lauacra Gentilium, aqua non

Super epi. ad Ro. fuper illud. Vnusquisque in fenfu suo abidet. ca. 14.

Habetur de confec. dist. 4. c. Postquæ.

Rom. 6. a

Ioan. 19. f. vbi dicit. Consummatus est. Matth. 26. b. Luc. 22. a. Marc. 14. b.

Ioan. 13. q

A De baptifmo per cõparationẽ ad recipientes. De quorũ dã errore. Lib. de baptifmo paruulorũ 2. In enchir. ca. 43. to. 3. Habentur de confec. dist. 4. a paruulo. Cõmentario ad 16. cap. Exechi. super eo loco, In aqua non

est tota, et citatur in glo. ibid. Enarratione in psal. 77. in principio. Aug. lib. de penit. medicina. ca. 2. 10. 9. Et ponitur de conf. dist. 4. ca. omnisquis.

hæreticorum: sed non lauant ad salutem. In ecclesia etiam qui non plena fide accipiunt baptismum, non spiritum, sed aquam suscipiunt. Aug. etiam ait, Iudæis omnibus communia erant sacramenta, sed non communis omnibus erat gratia, quæ est virtus sacramentorum: ita & nunc communis est baptismus omnibus baptizatis, sed non virtus baptismi, id est, ipsa gratia. Item, Omnis qui iam suæ voluntatis arbitrio constitutus est, cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi poeniteat eum veteris vitæ, nouam non potest inchoare. Ab hac poenitentia, cum baptizantur, soli paruuli immunnes sunt. His aliisque testimoniis aperte ostenditur, adultis sine fide & poenitentia vera in baptismo non conferri gratiam remissionis: quia nec paruulis sine fide aliena, qui propriam habere nequeunt, datur in baptismo remissio. Si quis ergo fictè accedit, non habens veram cordis contritionem, sacramentum sine re accipit. Videtur tamen Augustinus dicere, quòd etià fictè accedenti, qui etiam habet odium fraternum, in ipso momento quo baptizatur, omnia condonantur peccata, & post baptismum in ore redeant. Sed non hoc asserendo dicit: imò hanc opinionem & præmissam sententiam conferendo: ait enim sic, His qui ficto corde baptizantur, aut peccata nullatenus dimittuntur: quia spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum: aut in ipso temporis puncto per vim sacramenti dimissa, iterum per fictionem replicantur, vt etiam illud verum sit. Quotquot in Christo baptizati estis, &c. & illud, spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum: vt induat eum Christum sanctitatis baptismi, & exuat eum Christum perniciosæ fictionis. Nam redire dimissa peccata vbi fraterna charitas non est, aperte Dominus docet etiam in illo seruo, à quo Dominus dimissum debitum petit, quia ille conseruo dimittere noluit. Sic non impeditur baptismi gratia, quo minus omnia peccata dimittantur, etiam si fraternum odium in eius cui dimittuntur, animo perseuerat. Soluitur enim hesternus dies, & quicquid superest: & soluitur etiam ipsa hora momentumque ante baptismum, & in baptismo. Deinceps autem continuo reus incipit esse, non solum consequentium, sed etiam præteritorum dierum, horarum, momentorum, redeuntibus omnibus quæ dimissa sunt. Hoc autem, vt prædiximus non sub asser-

Lib. de baptis. cõtra Donat. 1. cap. 12. 10. 7. de conf. dist. 4. ca. Quomodo Deus in fine. Sapient. 1. e

Mat. 18. d

tionem dixit: quod ostenditur ex eo quod ait in eodem libr. sic, Si ad baptismum fictus accedit, dimissa sunt ei peccata, aut non sunt dimissa: eligant quod voluerint. Ecce aperte cernis, si tamen attendis, id dixisse Aug. non asserendo, sed quærendo, & aliorum opinionem referendo. Idem enim ait, Tunc valere incipit ad salutem baptismus, cum illa fictio veraci confessione recesserit: quæ corde in malitia perseuerante, peccatorum ablutionem non sinebat fieri. Non ergo fictè accedenti peccata dimittuntur.

Quomodo intelligatur illud, Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.

QVÆRITVR ergo quomodo illud accipiat, Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Potest dici, quòd qui in Christo, id est, in Christi conformitate baptizantur, si vt moriantur vetustati peccati, sicut Christus vetustati poenæ, induunt Christum, quem per gratiam inhabitantem habent. Potest & aliter solui, Duobus enim modis Christum induere dicimur, vel assumptione sacramenti, vel rei perceptione. Vnde August. Induunt homines Christum aliquando vsque ad sacramenti perceptionem, aliquando vsque ad vitæ sanctificationem: atque illud primum bonis & malis potest esse commune, hoc autem est proprium bonorum & piorum. Omnes ergo qui in Christi nomine baptizantur, Christum induunt vel secundum sacramenti perceptionem, vel secundum vitæ sanctificationem.

De illis qui suscipiunt rem & non sacramentum.

SVNT & alij, vt supra posuimus, qui suscipiunt rem & non sacramentum. Qui enim effundunt sanguinem pro nomine Iesu, etsi non sacramentum, rem tamen accipiunt. Vnde Augu. Quicumque non percepto regenerationis lauacro pro confessione Christi moriuntur, tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantum si abluerentur sacro fonte baptismi. Audistis quòd passio pro Christi nomine suscepta, supplet vicem baptismi. Nec tantum passio vicem baptismi implet, sed etiam fides & contritio, vbi necessitas excludit sacramentum: sicut aperte docet Augu. dicens baptismi vicem aliquando implere passionem. De latrone illo, cui non baptizato dictum est, Hodie mecum eris in pa-

In initio capitis 12. de consec. dist. 4. ca. Ostenditur illos, circa medium. ibidem et de consec. dist. 4. tunc valere.

Galat. 3. d

Rom. 6. a Ephe. 4. e

Lib. de baptismo contra Donatistas 5. cap. 24. 10. mo 7.

Lib. 13. de Tri. c. 7. et Ber. Episc. ad Hugo. que est 7. ante me d.

Lib. 4. de baptism. cõtra Donatistas cap. 22. in initio. 10. 7 Luc. 23. f In episc. ad

*Tubaiani
circa finē.
& de cōf.
dist. 4. ba-
ptismi vi-
cem.*

*Rom. 10. b
Aug. ibid.
cap. 25.*

*Li. 2. retr.
capite 18.
ca. 22. cō-
tra Dona.
Li. de obi-
tu Valen-
tiniani,
paulo an-
te mediū,
tom. 3.
Hier. 4.
Ioan. 3.*

*Determi-
natio.*

radiso. Beatus Cyprianus in lib. 4. de baptismo non leue documentum assumit. Quod etiam atque etiam ego confidens, inuenio non tantum passionem pro nomine Christi id quod baptismo deerat posse supplere, sed etiam fidem conversionemque cordis, si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustiis temporū succurri non potest. Neque enim ille latro pro nomine Christi crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum: nec quia credidit passus est, sed dum patitur credit. Quantum ergo fides valeat, etiam sine visibilis baptismi sacramento, quod Apostolus ait, Corde creditur ad iustitiam, ore autē confessio fit ad salutem: in illo latrone declaratum est: sed tunc impletur inuisibiliter, cum mysterium baptismi non contempnus religionis, sed articulus necessitatis excludit. Et baptismus quidem potest esse ubi conuersio cordis defuerit: conuersio autem cordis potest quidem inesse non percepto baptismo, sed contempto baptismo non potest. Nec villo modo dicenda est conuersio cordis ad Deum, cum Dei sacramentum contemnitur. Ecce hic habes non solum passionem, sed etiam fidem & contritionem conferre remissionem, ubi non contemnitur sacramentum, ut in latrone illo ostenditur: qui non per passionem, sed per fidem saluatus est sine baptismo. Sed dicunt quidam hoc retractasse Augustinum. Retractauit quidem exemplum, sed non sententiam. Ait enim in 4 lib. Retr. Cum diceret vicē baptismi posse habere passionē, non satis idoneum posui illius latronis exemplum: quia verum non fuerit baptizatus incertum est. Cōstat ergo sine baptismo aliquos iustificari & saluari. vnde Ambros. de Valentiniano. Ventrem meum doleo. vt propheticō vtar eloquio: quia quem regeneraturus eram, amisit: ventrem tamen gratiam quam ille poposcit, non amisit.

Quæ videntur obuiare predictis.

H I S autem videtur obuiare quod Dominus dicit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum cœlorum: quod si generaliter verum est, non videntur esse vera superius posita. Sed illud intelligendum est de illis, qui possunt & contemnunt baptizari. Vel ita intelligendum est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, id est, ex ea regeneratione quæ fit per aquam & spiritum sanctum, non saluabitur. Illa autem regenera-

tio fit non tantum per baptismum, sed etiam per penitentiam & sanguinem. Vnde auctoritas dicit ideo Apostolum pluraliter dixisse fundamentum baptismatum, quia est baptismus in aqua, in sanguine, in penitentia. Hoc autem non ideo dicit, quod sacramentum baptismi fiat non nisi in aqua sed quia ipsius virtus, id est, sanctificatio datur non modo per aquam, sed per sanguinem vel penitentiam interius. Ratio etiam id suadet. Si enim non valentibus credere parulis sufficit baptismus, multo magis sufficit fides adultis volentibus, sed non valentibus baptizari. Vnde Augustin. Queris quid sit maius, fides an aqua? non dubito quin respondeam, Fides. Si ergo quod minus est sanctificare potest, nonne quod maius est, id est, fides? de qua Christus ait, Qui crediderit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Sed dicunt aliqui nullum adultum in Christum credere vel charitatem habere sine baptismo, nisi sanguinem fundat pro Domino: subdita introducentes testimonia. August. ait, Ex illo tempore quo Saluator dixit, Nisi quis renatus fuerit, &c. absque sacramento baptismi, præter eos qui in ecclesia sanguinem fundunt, aliquis vitam æternam accipere non potest. Item, Nullum catecumenum quanuis in bonis operibus defunctum: vitam æternam habere credimus, excepto martyrio, ubi tota sacramenta baptismi complentur. Item, Baptizatis iter tantum salutis esse credimus. Sed quod in his minus dixit, in aliis capitulis supra positis suppleuit. Et ideo hæc sic intelligenda sunt, vt illi soli habentes tempus baptizandi excipiantur: si enim aliquis habens fidem & charitatem voluerit baptizari, & non valet necessitate præuentus, supplet omnipotentis benignitas, quod sacramento defuerat. Dum enim soluere potest, nisi soluat, tenetur: sed cum iam non potest, & tamen vult, non imputat ei Deus, qui suam potentiam sacramentis non alligauit. Quod verò inuisibilis sanctificatio sine visibili sacramento quibusdam inest, aperte Augustinus tradit super Leuit. dicens inuisibilem sanctificationem quibusdam affuisse & profuisse sine visibilibus sacramentis. Visibilem verò sanctificationem, quæ fit sacramento visibili sine inuisibili posse adesse, non posse prodesse: nec tamen visibile sacramentū ideo contemnendum est, quia contemptor eius inui-

*Ber. epist.
77. & est
ad Hugo.
Glo. super
epi. ad He-
braeos 6. a
de Vnico
baptif. &
Hug. li. i.
parte 9.
cap. 4.
Ioan. 11. c*

*Li. de fide
ad Petrus
cap. 3.
Ioan. 3. a
Aug. de
Ecc. dog-
matibus,
cap. 74.
Ibidem.*

*Super Le-
uit. 5. 34.
tom. 4.*

Act. 10. 4 sibiliter sanctificari non potest. Hinc Cornelius & qui cum eo erant, iam spiritu sanctificati baptizati sunt. Nec superflua iudicanda est sanctificatio visibilis, quia inuisibilis præcessit. Sine visibili ergo inuisibilis sanctificatio esse potest & prodesse: visibilis autem quæ fit sacramento tenus, sine inuisibili prodesse non potest, cum ista sit omnis illius utilitas. Simoni Mago visibilis baptismus non profuit, quia inuisibilis non affuit: sed quibus inuisibilis affuit, profuit: nec tantum valet fides aliena parvulo, quantum propria adulto. Parvulis enim non sufficit fides ecclesiæ sine sacramento: quia si absque baptismo fuerint defuncti, etiam cum deferuntur ad baptismum, damnabuntur, sicut in multis sanctorum autoritatibus comprobatur. Ad quod hoc unum sufficiat: August. ait, Firmissime tene, parvulos qui vel in veteris matrum vivere incipiunt & ibi moriuntur, vel de matribus nati sine sacramento baptismi de hoc seculo transeunt, aeterno supplicio puniendos: quia etsi propriæ actionis peccata non habuerint, originale tamen peccatum traxerunt, carnalis concupiscentiæ conceptione. Et sicut parvuli, qui sine baptismo moriuntur, infidelium ascribuntur numero: ira qui baptizantur, fideles dicuntur, qui à fidelium consortio non separantur, cum orat ecclesia pro fidelibus defunctis. Fideles ergo sunt non propter virtutem, sed fidei sacramentum. Vnde Augustin. Parvulum, etsi nondum fides illa, quæ etiam in credentium voluntate consistit, iam tamen fidei ipsius sacramentum, id est, baptismus fidelem facit: sicut credere responderetur, ira etiam fidelis vocatur, non rem ipsam mente annuendo, sed ipsius rei percipiendo sacramentum.

Quid profit baptismus his qui cum fide accedunt.

SOLET etiam quæri de illis qui iam sanctificati spiritu, cum fide & charitate ad baptismum accedunt: quid eis conferat baptismus. Nihil enim eis videtur præstare, cum per fidem & contritionem iam remissis peccatis iustificati sint. Ad quod sanè dici potest eos quidem per fidem & contritionem iustificatos, id est, à macula peccati purgatos, & à debito æternæ poenæ absolutos: tam en ad huc teneri satisfactione temporalis, quia penitentes ligantur in ecclesia. Cum autem baptismum percipiunt. & à peccatis si quæ in-

Li. de fide ad Petri cap. 27. Habetur de cons. dist. 4. ca. firmisime.

Epist. ad Bonifacium quæ est. 23. tomo 2. de consec. dist. 4. ca. nihil est aliud.

terim post conversionem contraxerunt, mundantur, & ab exteriori satisfactione absoluntur, & adiurix gratia omnisque virtus in eo augetur, vt verè nouus homo tunc dici possit. Fomes quoque peccati in eo amplius debilitatur. Ideo Hierony. dicit, quod fides quæ fideles facit, in aquis baptismi datur vel nutritur: quia non habenti aliquando ibi datur, & iam habenti vt plenius habeat datur, sic & de aliis intelligendum est. Qui ergo mundus accedit, ibi fit mundior, & omni habenti ibi amplius datur. Quod verò omnis exterior satisfactio ibi relaxatur. Ambros. ostendit super illum locum, Sine poenitentia sunt dona Dei & vocatio, dicens, Gratia Dei in baptismo non requirit gemitum vel planctum, vel aliquod opus: sed & omnia gratis condonat. Quod quidem de exteriori gemitu vel planctu accipiendum est. Nam sine interiore nemo adultus renouatur: sed exteriores satisfactiones & afflictiones, scilicet fordes poenitentium ibi dimittuntur. Multum ergo confert baptismus, etiam iam per fidem iustificato: quia accedens ad baptismum, quasi ramus à columba portatur in arcam: qui autem intus erat iudicio Dei, sed nunc etiam iudicio ecclesiæ intus est. Cum verò in baptismo peccatum deleatur, & satisfactio exterior non imputerur: quæritur cur poenitentia, cui pro peccato addicti sumus non tollatur. Hoc ideo tradunt fieri viri sancti, quia si à poena homines per baptismum liberarentur, ipsam putarent baptismi precium, non æternum regnum. Ideo soluto reatu peccati, temporalis poena tamen manet: vt illa vita studiosus quærat, quæ erit à poenis omnibus aliena. Ideo etiam manet, vt sit fideli & certandi materia, & vincendi occasio: qui non vinceret si non pugnaret, nec pugnaret si in baptismo fieret immortalis.

Cuius rei baptismus, qui datur iam iusto, sit sacramentum.

SI quæritur cuius rei baptismus ille sit sacramentum, qui datur iam iusto. Dicimus sacramentum esse & rei quæ præcessit, id est, remissionis antè per fidem datæ, & remissionis temporalis poenæ siue peccati si habetur, quod interim committitur, & nouitatis ac omnis gratiæ ibi præstitæ. Omnis etenim rei signum est, cuius causa est. Nec mireris rem aliquando præcedere sacramentum, cum ali-

Aug. ho. 74. super Ioannem. Mat. 28. c. Quod satisfactio exterior dicitur mittitur. ad Rom. 11. d. Tom. 4. n. 6. Iogè à sine cômētarij ad cap. 11. ad Rom. Et de cōf. dist. 4. sine poenitentia. Gen. 8. b. Au. li. 33. de Ciuit. Dei. ca. 4. Isidor. li. 1. de Summo bono. c. 24.

quando etiam longè post sequatur: ut in illis qui sic accedunt, quibus, cum postea poenituerint, incipier baptismus prodesse: in quibus fuit baptismus sacramentum huius sanctificationis, quam poenitendo habent. Sed si nunquam poeniterent, nec à figmento recederent: cuius rei sacramentum esset baptismus ab illis susceptus? Potest dici, rei quæ ibi fieret, si non eorum enormitas impediret.

*Si paruulis datur in baptismo gratia, quæ
possint in maiori etate
proficere.*

SOLET etiam quæri, si paruulis in baptismo datur gratia: qua cum tempus habuerint utendi libero arbitrio, possint benè velle & currere. De adultis enim, qui dignè recipiunt sacramentum, non ambigitur quin gratiam operantem & cooperantem perceperint: quæ in vacuum eis cedit, si per liberum arbitrium post mortaliter deliquerint: qui merito peccati gratiam appositam perdunt. Vnde dicuntur contumeliam spiritui sancto facere, & ipsum à se fugare. De paruulis verò, qui nondum ratione vtuntur, quæstio est an in baptismo receperint gratiam, quæ ad maiorem venientes ætatem possint velle & operari bonum. Videtur quòd non receperint: quia gratia illa charitas est, & fides quæ voluntatem præparat & adiuuat. Sed quis dixerit eos accepisse fidem & charitatem? Si verò gratiam non receperint, quæ bene operari possunt cum fuerint adulti: non ergo sufficit eis in hoc statu gratia in baptismo data, nec per illam possunt modò boni esse, nisi alia addatur: quæ si non additur, non est eorum culpa, quia iustificati * sunt à peccato. Quidam putant gratiam operantem & cooperantem cunctis paruulis in baptismo dari in munere, non in vsu, vt cum ad maiorem venerint ætatem, ex munere sortiantur vsum: nisi per liberum arbitrium vsum muneris extinguant peccando: & ita ex culpa eorum est, non ex defectu gratiæ quod mali sunt: qui ex Dei munere valentes habere vsum bonum, per liberum arbitrium renuerunt, & vsum prauum elegerunt.

*2. Cor. 6. a
ad Hebr.
10. f*

** aliàs nõ
sunt.*

QUOD BAPTISMVS EQVE SAN-
ctus est, à bono & à malo datur
bono vel malo.

Distinct. v.

Post hæc sciendum est, sacramentum baptismi à bonis & à malis ministris dari, sicut à bonis & malis sumitur. Nec melior est baptismus qui per meliorem datur, nec minus bonus qui per minus bonum datur, nec malus qui per malum datur, nec maius minus datur in baptismo dato à bono, nec minus in baptismo dato à malo, sed æquale: quia non est munus hominis, sed Dei: quod totum subditis declaratur testimoniis. August. ait, Baptismus talis est qualis ille in cuius potestate datur, non qualis est ille per cuius ministerium datur. Idem, Prorsus fieri potest, vt aliqui verum habeant baptismum, & non habeant veram fidem. Item, Si inter bonos ministros, cum sit alius alio melior, non est melior baptismus qui per meliorem datur, nullo modo malus est qui etiam per malum datur, quia idem baptismus datur. Et ideo per ministros dispares Dei munus est æquale, quia non illorum, sed eius est. Idem. Cum baptizat malus, illud quod datum est, vnum est, nec impar propter impares ministros, sed par & æquale propter hoc. Hic est qui baptizat. Item, Ego dico & nos dicimus omnes, quia iustos oportet esse per quos baptizatur: iustos oportet esse tanti iudicis ministros. Sint ministri iusti si volunt. Si autem noluerint esse iusti, qui sedent in cathedra Moyse, securum me facit magister meus, scilicet Christus, de quo spiritus sanctus dicit, Hic est qui baptizat. Item. Quos baptizauit Iudas, Christus baptizauit. Si quos ergo baptizauit ebrius, homicida, adulter: si Christi erat baptismus, Christus baptizauit. Non timeo adulterum, nec ebriosum, nec homicidam: quia columbam attingendo per quam mihi dicitur. Hic est qui baptizat. Item, Homicida dedit baptismum Christi: quod sacramentum tam sanctum est, vt nec homicida ministrante polluat. Item, Si in hæresi quacunque, vel schismate quisquam in nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptismi sacramentum acceperit, integrum sacramentum acceperit: sed salutem, quæ virtus est sacramenti non habebit, si extra ecclesiam catholicam ipsum sacramentum

*De baptis-
mo per cõ-
parationẽ
ad dâtes.
Super Ioa-
nem, trac.
s. ante mo-
dum.*

*De vnico
bapt. cõtra
Peti. c. 11.*

*Aug. li. 3
cõtra Cres.
Gram. c. 6*

*Super Ioa-
nem, trac. 6.*

*Ioa. 1. c.
Tracta. 5.*

*Super Ioa-
nem, post me-
dium.*

*Matt. 23.
Ioa. 1. c.*

*Ibid. pau-
lo post.*

*Ibid. pau-
lo infero.*

*Li. de fide
ad Pet. c. 3
versic. fin.
In decret.
Isidor. tit.
de sacra.
bapt.*

habuerit. Debet ergo ad ecclesiam redire : non vt sacramentum baptismi iterum accipiat, quod nemo debet in aliquo repetere: sed vt in societate catholica vitam accipiat. Baptismus enim extra ecclesiam nequit prodesse. Ibi enim cuique prodesse potest baptismus, vbi potest prodesse eleemosyna, scilicet in ecclesia. Item Iſid. Romanus pontifex non hominem iudicat qui baptizat, sed spiritum Dei subministrare gratiam baptismi, licet Paganus sit qui baptizat. In his perspicue cernis baptismum verum bonis & malis dari, & à bonis & à malis: & ipsum tamen æquè sanctum esse, & munus eius æquale in bonis, siue à bonis siue à malis baptizentur.

De potestate baptismi & ministerio. B

Q V I A ministerium tantum habent, non potestatem baptismi. Potestatem enim sibi retinuit. Quod nouit Ioannes cum vidit columbam descendentem super Christum. Vnde August. Quid nouerat Ioannes Baptista? Dominum, Quid non nouerat? potestatem Domini baptismi in nullum hominem à Domino transiuram, sed ministerium planè transiurum: potestatem à Domino in neminem transferendam, sed ministerium in bonos & malos. Non exhorreat columba ministerium malorum: respiciat potestatem Domini. Quid facit ibi minister malus, vbi bonus est Dominus? Neque qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus. Si superbus fuerit minister, cum diabolo computatur, sed non contaminatur donum Christi, quod per illum fuit purum est. Per lapideum canalem transit aqua ad arcuolas: in canali lapideo nil generatur, sed horrus fructus plurimos affert. Habent ergo non modò boni, sed etiam mali ministerium baptizandi, sed neuter potestatem baptismi. Ministerium enim dedit Christus seruis, sed potestatem sibi retinuit, quam si vellet poterat seruis dare, vt seruus daret baptismum suum tanquam vice sua. Et potestatem suam constituere poterat in aliquo, vel in aliquibus seruis, vt tanta vis esset in baptismo serui, quanta est in baptismo Domini, sed noluit, ne seruus in seruo spem poneret. Baptizat seruus vt minister, baptizat Dominus tanquam potestatem habens: quam si daret seruis, vt scilicet ipsorum esset quod Domini erat, tot essent baptismi quot serui: vt sicut dictus est baptismus Ioannis, sic diceretur baptismus Petri vel Pauli. Quod

*De conse.
dist. 4. ca.
Rom.*

*Ioan. 1. c.
Tra. 5. su.
per primū
cap. Ioan.
paulo ante
mediu.
De conse.
dist. 4. ba-
ptismusta
lis.*

*1. Cor. 3. b
Ibidē pau-
lō post me-
dium.*

Ibidem.

Hier. 17. 4

ne fieret, retinuit sibi Dominus potestatem baptismi, seruis autem ministerium dedit. Si ergo seruus dicit se baptizare, re & dicit, sed tanquam minister baptizat: & ideo non differt siue bonus siue malus baptizet. Inde etiam nemo dicit, Baptismus meus, cum tamē dicat Euangelium meū, prudentia mea: licet sint hæc à deo, in quibus differentia est. Alius enim alio melius operatur in euāgelizando: & alius alio prudentior est. Alius autem alio magis minusve baptizatus, siue ab inferiori siue à maiori baptizetur, dici non potest.

Quæ sunt potestas baptismi, quam potuit Christus dare seruis. C

H I C queritur, quæ sit illa potestas baptismi, quæ Christus sibi retinuit, & potuit dare seruis. Hæc est, vt plurimi volunt potestas dimittendi peccata in baptismo: sed potestas dimittendi peccata quæ in Deo est, deus est. Ideo alij dicunt hanc potestatem non potuisse dare alicui seruorum: quia nulli potuit dare vt esset quod ipse est, vel vt haberet essentiam quam ipse habet, cui hoc est esse quod posse. Dicunt enim. Si hanc potentiam alicui dare potuit, potuit ei dare creaturas creare: quia non est hoc maioris potentie quam illud. Ad quod dici potest, quia potuit eis dare potentiam dimittendi peccata, non tamen ipsam eandem qua ipse potens est: sed potentiam creatam, qua seruus posset dimittere peccata, non tamen vt author remissionis, sed vt minister, nec tamen sine deo authore vt sicut in ministerio habet exterius sanctificare, ita in ministerio haberet interius mundare: & sicut illud fecit deo authore, qui cum eo & in eo operatur illud exterius: ita interius mundaret deo authore, qui eius verbo velut quodam ministerio vteretur. Item etiam posset deus per aliquem creare aliqua, non per eum tanquam authorem, sed ministrum cum quo & in quo operaretur: sicut in bonis operibus nostris ipse operatur & nos: nec ipse tantum, nec nostatum, sed ipse nobiscum & in nobis: & tamen in illis agendis, ministri eius sumus, non authores. Ita ergo potuit dare seruo potestatem dimittendi peccata in baptismo, id est, vt in mundatione interiori seruus cum domino operaretur: non seruus sine domino: nec dominus sine seruo, sed dominus cum seruo & in seruo: sicut in exteriori ministerio dominus operatur cum seruo & in seruo. Vnde & dominus dicitur sanctificare, & seruus:

*Ibid. & li.
5. de bapt.
cōtra D.
Cap. 14.*

*Hic Ma-
gister non
tenetur.*

1. Cor. 3. 4

Cap. 84. sed dominus inuisibili gratia, seruus visibili sacramento. Vn-
Tomo 4. de Aug. super Leuit. Dominus ait, Ego Dominus qui sancti-
Leui. 12. d. fico. Et de Moysē etiam dictum est, Et sanctificabis eum. Sed
Exo. 16. c. Moyses sanctificat visibilibus sacramentis per ministerium:
Dominus autem inuisibili gratia per spiritum, vbi est totus
fructus visibilibus sacramentorum. Sine hac sanctificatione
visibilia sacramenta nil profunt. Si quis hoc melius aperire
poterit, non intuido.

Quib⁹ est
collata po-
restas bap-
tizandi.
Li. 2. de

Offic. Ec.
ca. 24. &
habetur
de cōse. di.
4. c. cōstat
Cap. 100.
De cōse.
dist. 4. ca.
mulier.

Viri reba-
ptizandi
sint q. ab
hereticis
baptizati.

Homi. 36.
sup Mat.
et habetur
de cōse. di.
4. c. Sine
ad quæst.
Orpisi quæ
stio. 59. to.
4. & ha-
betur de
cōse. dist. 4.
c. Quāuis
Augu. ad
Ma. epi.

QVIBVS LICEAT BAPTIZARE.

Distinct. VI.

NVnc quibus liceat baptizare addamus. De hoc Isid.
ait, Constat baptismum solis sacerdotibus esse tradi-
tum, eiusque ministerium nec ipsis diaconibus implere est
licitum absque episcopo vel presbitero, nisi his procul ab-
sentibus vltima languoris cogat necessitas: quod etiam lai-
cis fidelibus permittitur, ex Concilio Carthaginensi quin-
to. Item mulier quauis sancta, baptizare non præsumat, nisi
necessitate cogente. De illis verò qui ab hereticis baptizan-
tur, vtrum rebaptizandi sint, quæri solet. Ad quod breuiter
dicimus, quia quicumque sit qui baptizet, si seruetur forma
à Christo tradita, verum baptismum dat: & ideo qui illum
sumit, non debet rebaptizari. Vnde Beda, Siue hereticus,
siue schismaticus, siue facinorosus quisque in confessione
sanctæ trinitatis baptizet, non valet ille qui baptizatus est
à bonis catholicis rebaptizari, ne confessio & trinitatis in-
uocatio videatur annullari. Item Augu. Quauis vnum sit
baptisma, & hereticorum, scilicet eorum qui in nomine
patris & filij & spiritus sancti baptizant, & ecclesiæ catho-
licæ: qui tamen foris ecclesiam baptizantur, non sumunt
ad salutem baptismum, sed ad perniciem. habentes formam
sacramenti, virtutem autem eius abnegantes: & ideo ec-
clesia non eos rebaptizat, quia in nomine trinitatis bap-
tizati sunt, & ipsa est forma sacramenti. Item, Rebaptizare
hereticum, qui hæc sanctificationis signa perceperit, omni-
no peccatum est: catholicum verò, immanissimum scelus
est. Ex his aperte colligitur, quòd qui etiã ab hereticis bap-
tizati sunt, seruato caractere Christi, rebaptizandi non
sunt: sed tantum impositione manus reconciliandi, vt spi-
ritum sanctum accipiant, & in signum detestationis hære-

ticorum. Sunt tamen nonnulli Doctorum, vt Cyprianus &
alii quidam, qui dicere videntur ab hereticis non posse tra-
di baptismum: & eos esse rebaptizandos cum veniunt ad
ecclesiam, qui ab illis dicuntur baptizati. Sed hoc de illis
verum est, qui extra formam ecclesiæ baptizare præsumunt.
Cyprianus tamen ibi à veritate deuiaffe videtur: qui ait de
heretico. Quomodo sanctificare aquam potest cum ipse
immundus est, & apud quem spiritus sanctus non est? cū n
Dominus dicat in lege, Quæcunq; tetigerit immundus,
immunda erunt: quis potest dare quòd ipse non habet? Hoc
ergo ex ignorantia eum dixisse Augustinus innuit dicens,
Martyrem Cyprianum gloriosum, qui apud hereticos vel
schismaticos datum baptismum nolebat cognoscere, dum
eos nimis detestaretur, tanta eius merita vsque ad trium-
phum martyrij secuta sunt, vt & charitatis qua exercebat
lucē obumbratio illa fugaretur: & si quid purgandum erat,
passionis falce tolleretur. Nec nos qui baptismi veritatem
& hereticorum iniquitatem agnoscimus, ideo Cypriano
meliores sumus, sicut nec Petro: quia Gentes iudaizare non
cogimus.

Quòd nullus in materno vtero baptizetur.

HOC etiam sciendum est, quòd licet ter immergatur
propter mysterium trinitatis, tamen vnum baptisma repu-
tatur. Illud etiam ignorandum non est, quòd in materno vte-
ro nullus baptizari potest, etiam si mater baptizetur. Vnde
Isidorus, Qui in maternis vteris sunt, ideo baptizari non
possunt: quia qui natus adhuc secundum Adam non est, se-
cundum Christum non potest renasci, neque regeneratio
in eum dici potest, quem generatio non præcessit. Item
Aug. Non potest quisquam renasci antequam natus sit. Si
verò opponitur de Hieremia & de Ioanne baptista, qui ab
vtero sanctificati leguntur, quòd etiam de Iacob quidem
purant, dicimus, si sanctificatio ibi accipitur interior emun-
datio, in miraculis diuinæ potentia esse habendum. vt Au-
gustinus ait, ambigè super hoc loquens, Si vsque adeò, in-
quit, in illo puero acceleratus est vsus rationis & voluntatis,
vt intra materna viscera iam posset agnoscere & credere,
quòd in aliis paruulis expectat ætas, vt possint, in miraculis
habendum esse diuinæ potentia, non ad humanæ trahen-

203. to. 2.
et habetur
de cōse. di.
4. c. rebap-
tizare.
Opinio
quorūdā.
epi. 12. li. 1
suspendit
Eccl. 34 a
Ab immū-
do quid
mūd. Nūe
19. d. &
Leu. 5. 7.
& 11 De
Vnico Ba.
c. 13 To. 7.
ad Ga. 2.
Cōment.

a. 4. cap.
De: cōse. di.
4. eodē mō
Hierony-
mus super
epistol. ad
Rom. De
cōse. di. 4.
quæ in ma-
terno. Li.
1. de Sum-
mo Bono.
Cap. 24.

Ad Dar-
danū de p
sentia dei
ep. 57. post
medium.

Hiere. 1. b dum exemplum naturæ. Nam quando voluit deus, etiam
& Lu. 1. b iumentum locutum est. Idem, De Hieremia legitur. Prius
Mal. 1. a quam exires de ventre, sanctificauit te. Illa tamen sanctifi-
Eadē epi. catio, qua efficiunt templum dei, non nisi renatorum est.
54. in me- Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non
dio nu. 22 potest intrare in regnum Dei. Nemo autem renascitur nisi
Hiere. 1. b prius nascatur. Vnde illa sanctificatio potest secundum præ-
1. Cor. 3. d destinationem accipi. Ecce videtur dubitanter loqui, qui
Ioan. 3. a etiam in eodem dicit, Non dictum est, quia credidit infans
Luca 1. c in vtero, sed exultauit: nec Elisabeth dicit, exultauit in fide,
Amb. & sed exultauit in vtero meo. Et potuit esse hæc significatio
Bed. super tantæ rei à maiori cognoscendæ indicium, non à paruulo
1. cap. Lu- cognita. Absque assertione de hac sanctificatione loquitur,
ce. non definiens qualiter intelligenda sit illa sanctificatio: an
 sit signum futuræ rei, an veritas iustificationis per spiritum
 factæ. Sed melius est vt dicamus illos propter cõmunem legem
 in vteris iustificatos, & gratia præuentos dimissis omnibus
 peccatis, quod etiã multis Sanctorũ testimoniis docetur.

In episto.
que inci-
pit, Rene-
redissimo
et sanctif-
simo.
De cõf. di
4. ca. Re-
tulerunt.

De cõf. di
4. ca. simul
lo excepist.
Leonis 1.
ad Rusti-
cũ ep. que
est nu. 70.

Leo papa. D
 PRÆTEREA sciendum est quòd illi, de quibus nul-
 læ extant indicia inter propinquos vel domesticos vel vicini-
 nos, à quibus baptizati fuisse doceantur: agendum est vt re-
 nascantur ne pereant: in quibus quod non ostēditur gestum
 ratio non finit vt videatur iteratum. Conferendum eis vide-
 tur, quod collatum esse nescitur: quia non temeritas inter-
 venit præsumptionis, vbi est diligentia pietatis.

De illo qui pro ludo immergitur.

SOLET etiam quæri, de illo qui iocans, sicut mimus,
 commemoracione tamen trinitatis immergitur, vtrum bap-
 tizatus sit. Hoc autem Augustinus non definit, ita inquit,
 Si totum ludicre & mimicè & ioculariter ageretur, vtrum
 approbandus esset baptismus qui sic daretur, diuinum iudi-
 cium per alicuius reuelacionis miraculum oracione implor-
 andum esse censerem. Videtur tamen Sapiētibus non fuisse
 baptismus: vt cum aliqui in balneum vel in flumē mergun-
 tur in nomine trinitatis, non est tamen baptismus, quia non
 intentione baptizandi illud geritur. Nam in hoc & in aliis
 sacramentis sicut forma est seruanda ita & intentio illud ce-
 lebrandi est habenda. Illud etiam non te moueat, quod qui-
 dam nõ ea fide paruulos ad baptismũ ferunt, vt per spiritum
 ad vitam regenerentur aternã, sed eos putant hoc remedio
 temporalem accipere sanitatem: nõ enim propterea illi non
 regenerantur, quia nec ab illis hac intentione offeruntur.

Quòd duo tempora erant in quibus baptiza-
bantur homines.

AGNOSCENDVM est etiam in baptizandis electis
 duo tempora esse seruanda, id est, Pascha & Pentecosten: vt in
 sabbato Paschæ vel Pentecostes baptismi sacramentum ce-
 lebretur. Qui verò necessitate mortis vel periculi vrgentur,
 omni tempore debent baptizari.

De responsione patrinorum.

PORRO cuncti ad baptismum venientes, fidem suam
 profiteri debent, & exponere ad quid petendum venerint ad
 ecclesiam. Vnde etiam à baptizando quæritur, Quid veni-
 sti ad ecclesiam petere? Qui si adultus est, pro se respondet,
 Fidem, id est, sacramentum fidei, & doctrinam. Ita etiam per
 singula interrogatus, responder se credere in patrem & fi-
 lium & spiritum sanctum. Si autem paruulus est, non va-
 lens credere vel loqui, alius pro eo respondet, vnde Isidorus,
 Paruuli alio proficente baptizantur, qui adhuc loqui vel
 credere nesciunt: sicut etiam pro ægris, mutis, vel surdis
 alius proficitur dum baptizantur, sic & de poenitentibus
 agendum est. Si verò pro eo qui respondere potest alius re-
 spondeat, non itidem valet: sicut dictum est, Aetatem habet,

E Libr. 7. de
bap. & cõ
tra Don.

ca. 35. &
hab. de cõf
dist. 4. So-
let etiam
quæri.

Aug. ad
Bonif. ep.
23. in medio
et hab. de
cõf. d. 4.
nõ te mo-
ueat.

Leo papa
in epist. ad
Vniuersos
per Sicilia
cõstitutos

qua est 4.
in ordine
& hab.
De cõf. di.
4. ca. duo

tẽpora &
ca. si qua
necessita-
te 2. li. de
Officiis c.

24. de cõf.
dist. 4. ca.
Paruuli.
De cõf. di.

4. cõ pro
paruulis.
Ex Au. li.
4. de bap.
cõtra Do-

*ratificat.**c. 24.**Ioan. 9. c**Ex quo se**supro par**uulo dica**tur, Credo**& fidem**peto.**De cof. di.**4. nihil est**aliud ex**api. ad Bo**nifa. 23.**in fine.*** alias, fi-**dei.**De conse.**dist. 4.**Prima i-**git ex Au**gu. li. 2. de**Sym. ad**Cathe. c. 1.**& 2. &**li. 4. Ca. 1.**De instit.**cleric. cap.**25. & ha-**betur de**conse. dist.**4. ante ba-**ptismum.**In. li. 1. de**Symb. ad**Cath. c. 1.*

pro se loquatur. Si verò quaeritur ex quo sensu pro paruulo dicatur Credo, vel fidem peto: dicimus de sacramento fidei id esse intelligendum, quod responderetur petere cum deferretur ad ecclesiam, & habere fidem cum baptizatur: vt sit sensus cum dicitur, Fidem peto, id est, sacramentum fidei praesto sum recipere. Credo, id est, sacramentum fidei suscipio: quod est, Hic paruulus praesto est sacramentum fidei accipere: vnde Aug. Nihil est aliud credere quam fidem habere: & ideo cum responderetur credere paruulus, qui fidei nondum effectum habet, responderetur fidem habere propter fidei sacramentum, & conuertere se ad deum propter * conuersionis sacramentum. Sed adhuc quaeritur ex quo sensu pro paruulo respondeatur, Credo in deum patrem, & in Iesum Christum, & in spiritum sanctum. Nunquid de sacramento fidei, an de fide meatis ibi agitur? Si de sacramento, cur nominata distinguuntur personae? Si verò de fidei affectu, quomodo verum est, cum ea paruulus careat? An illud facturus paruulus spondetur cum creuerit, sicut & omnibus pompis diaboli spondetur abrenunciare: quod si non seruauerit factus adultus, tenebitur ipse, vel sponsor? Sanè etiam dici potest ibi sponderi pro paruulo, quod ad maiorem aetatem si uenerit, & pompis diaboli renuntiabit, & sanam fidem tenebit, cuius tunc sacramentum recipit. Hac autem sponcione paruulus pro quo fit, tenebitur, non sponsor: si tamen, vt cautio impleatur, quantum in se est, operam dederit, quia exigitur à patrino, vt sit diligens circa eum pro quo spondit, sollicitudo. de hoc Ang. Cerrissimam emisistis cautionem, qua renunciare pompis diaboli spondidistis.

De cathecismo & exorcismo.

H

I L L A autem interrogatio & responsio fidei fit in cathecismo, cui additur exorcismus. Ante baptismum enim fit cathecismus, & exorcismus, post cathecismus sequitur exorcismus: vt ab eo qui iam fide instructus est, aduersaria virtus pellatur. Exorcismus de Graeco dicitur in Latinum Adiuratio: Cathecismus, instructio. Cathecizare est instruere, vt de Symbolo ac rudimentis fidei. Exorcizare est adiurare: vt, Exi ab eo spiritus immunde. Symbolum est signum vel collatio. Signum, quia eo fideles ab infidelibus discernuntur. Collatio, quia ibi totius fidei sufficientia & integritas

integritas est collata. Cathecismus & exorcismus neophytorum sunt magisque sacramentalia quam sacramenta dici debent. Neophytus nouitius interpretatur vel rudis: & dicitur Neophytus nuper ad fidem conuersus, vel in disciplina religiosae conuersionis rudis. Hac ergo praecedunt baptismum: non quòd sine istis non possit esse baptismus verus, sed vt baptizandus de fide instruat, & sciat cui debitor fiat deinceps, & diaboli potestas in eo minuatur. Vnde Rabanus, Ante baptismum cathecizandi debet in homine praenire officium: vt fidei cathecumenus accipiat rudimentum: & sciat cui debitor fiat deinceps. Item August. Paruuli exulfantur & exorcizantur, vt ab eis pellatur potestas diaboli, ne iam contendant eos subuertere, ne baptismum consequantur. Non ergo ab infantibus creatura Dei efflatur vel exorcizatur, sed diabolus, vt recedat ab homine.

DE CONFIRMATIONE.

Distinctio VII.

A

N Vnc de sacramento confirmationis addendum est: de cuius virtute quaeri solet. Forma enim aperta est, scilicet verba quae dicit episcopus, cum baptizatos in frontibus sacro signat chrismate. Hoc sacramentum ab aliis perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus: nec tempore apostolorum ab aliis quam ab ipsis apostolis legitur peractum, nec ab aliis quam ab illis qui locum eorum tenent, perfici potest aut debet. Nam si aliter praesumptum fuerit, irritum habetur & vacuum, nec inter ecclesiastica reputabitur sacramenta. Licet autem presbyteris baptizatos tangere in pectore, sed non chrismate signare in fronte. Virtus autem huius sacramenti est donatio spiritus sancti ad robur: qui in baptismo datus est ad remissionem. Vnde Rabanus, à summo sacerdote per impositionem manus paraclerus traditur baptizato: vt roboretur per spiritum sanctum ad praedicandum aliis illud, quod ipse in baptismo consecutus est. Item, Omnes fideles per manus impositionem episcoporum, post baptismum accipere debent spiritum sanctum, vt pleni Christiani inueniantur.

Melchisedes in epist. ad Hispan. episcopos.

SCITO TE vt runque esse magnum sacramentum,

*& habe,**de consec.**dist. 4. si-**cut nos.**De confir-**matione.**A quibus**perfici &**dari pos-**sit, & ha-**be. de cose.**dist. 5. co.**Notas glo-**sa. ibidè.**de cof. di.**4. c. presb.**Et Greg. i**regist. li. 3.**c. 9. et 26.**De insti-**tutioe cle-**ri. lib. 1. c.**30. de cof.**di. 5. cap.**nouissimè**Urban^o 1.**papa in e-**pist. ad oēs**Christia-**nos cuius**initium, Vr**ban^o & c.**debet oēs**Christia-**nos, & de**cof. di. 5. c.**oēs fideles**circamed.*

Q

Et habetur de cōf. dist. 5. ca. de his re. Vbi supra de cōsecr. dist. 5. ca. Non nisi me. De modo conferendi. de consec. dist. 5. ca. ut epi & ca. ut iuu. ni. & ca. dist. 5. ca. Lib. cōtra epistolam Parmeniani. 2. c. 12. in 10. 7.

sed vnum maiori veneratione tenendum, sicut à maioribus datur. Ecce maius dicit sacramentum confirmationis: sed forte non ob maiorem virtutē & vtilitatem quam conferat, sed quia à dignioribus datur, & in digniore parte corporis fit, scilicet in fronte: vel forte quia maius augmentum virtutum præstat, licet baptismus plus ad remissionem valeat. Quod videtur innuere Rabanus dicens, In vñctione baptismi spiritum sanctum descendere ad habitationem Deo consecrandam. In hac verò eiusdem septiformem gratiam cum omni plenitudine sanctitatis & virtutis venire in hominem. Hoc sacramentum tantum à ieiuniis accipi, & ieiuniis tradi debet, sicut & baptismus: nisi aliter cogat necessitas. Nec debet iterari, sicut nec baptismus, vel ordo. Nulli enim sacramento faciendū est iniuria: quod fieri putatur, quando non iteratur. Sed vtrum aliqua vel nulla iterari possint, quaestio est. Nam de baptismo & ordine quod non debeant iterari, aperte Aug. dicit, Vtrumque sacramentum est: & quadam consecratione datur. Illud quidē cum baptizatur: illud verò cum ordinatur. Ideoque in ecclesia catholica vtrumque non licet iterari, quia neutri faciendū est iniuria: quod indubitanter etiam de confirmatione tenendum est, de aliis verò vtrum iterari valeant vel debeant, postea differemus.

DE SACRAMENTO ALTARIS,
seu Eucharistiae.

Distinct. VIII.

De eucharistia sacramento secundū se. Amb. lib. de Initiandis myste. ris. c. 8. Tomo 4. Exo. 16. c. Psal. 77. Ibidem. cap. 9. Ioan. 6. d.

Post sacramentum baptismi & confirmationis sequitur Eucharistiae sacramentum. Per baptismum mundamur per Eucharistiam in bono consumamur. Baptismus ætus vitiōrum extinguit, Eucharistia spiritualiter reficit. Vnde excellenter Eucharistia dicitur, id est, bona gratia: quia in hoc sacramento non modò est augmentum virtutis & gratiæ: sed ille totus sumitur, qui est fons & origo totius gratiæ. Cuius figura præcessit, quando manna pluit Deus patribus in deserto qui quotidiano cæli pascebantur alimento. Vnde, Panem angelorum manducauit homo. Sed tunc qui panem illum manducauerūt, mortui sunt. Iste verò panis viuus, qui de cælo descendit, vitam mundo tribuit. Manna illud de cælo, hoc super cælum. Illud scarebat vermicibus in diem alterum

reservatum: hoc ab omni corruptione alienum. Quicumque religiosè gustauerit, corruptionem nō videbit. Illud datum fuit A nriquis post transitū maris rubri, vbi submersis Ægyptiis liberari sunt Hebræi: ita hoc cæleste manna non nisi renatis præstari debet. Panis ille corporalis populum antiquum ad terram promissionis per desertum eduxit. Hęc esca cælestis fideles huius seculi per desertum transeuntes in cælum subuehit. Vnde rectè viaticū appellatur: quia in Via nos reficiēs, vsque in Patriam deducit. Sicut ergo in mari rubro figura baptismi præcessit, ita in manna significatio dominici corporis. Hęc duo sacramenta demonstrata sunt vbi de latere Christi sanguis & aqua profluxerunt: quia Christus per sanguinem redemptionis, & aquam ablutionis nos redimere venit à diabolo & à peccato: sicut Israëlitas per sanguinem agni paschalis ab exterminatore, & per aquam maris rubri ab Ægyptiis liberant. Huius etiam sacramenti ritum Melchisedech ostendit, vbi panem & vinum Abraham obtulit. Vnde ut ait Ambrosius intelligi datur anteriora esse sacramenta Christianorum, quam Iudæorum.

De institutione sacramenti.

HIC etiam alia consideranda occurrunt quatuor, scilicet sacramentum, institutio, forma, & res. Sacramentum Dominus instituit, quando post typicū agnum corpus & sanguinem suum Discipulis in cœna porrexit. Vnde Eusebius Emisenus, Quia corpus absumptū ablaturus erat ab oculis, & illaturus syderibus, necesse erat vt die cœnæ sacramentum nobis corporis & sanguinis consecraret: & coleretur iugiter per mysterium quod semel offerebatur in precium.

De forma.

FORMA verò est, quam ipse ibidem edidit dicens, Hoc est corpus meum: & post, Hic est sanguis meus. Cum enim hæc verba proferuntur, conuersio fit panis & vini in substantiam corporis & sanguinis Christi: reliqua ad laudem Dei dicuntur. Vnde Ambrosius. Sermo Christi hoc cōfiscitur sacramentum, quia sermo Christi creaturam mutat: & sic ex pane fit corpus Christi, & vinum cum aqua in calicem missum fit sanguis consecratione verbi cælestis. Consecratio quibus fit verbis? attende quæ sunt verba: Accipite & comedite ex eo omnes, hoc est corpus meum. & iterum,

Q 2

Exo. 16. d

10. in 19. f

Exo. 12. b

Gen. 14. d

De sacra

mēt. lib.

4. ca. 3. in

Tomo 4. d

Mat. 26. c

De cōsec.

dist. 2. ca.

Quia cor

pus.

Mat. 26. c

In li. de si

cramētis.

4. ca. p. 4.

Tomo 4.

Mat. 26. c

Accipite & bibite ex hoc omnes: hic est sanguis meus. Per reliqua omnia quæ dicuntur, laus deo refertur, oratio præmittitur pro populo, pro regibus. Item Augu. Credendum est quod in verbis Christi sacramenta conficiantur: reliqua omnia nihil aliud sunt quam laudes, vel obsecrationes fidelium & petitiones. Ecce quæ sit institutio & forma huius sacramenti. Vbi consideratione dignum est, quare illud sacramentum post cœnã dedit Discipulis. Dominus igitur Iesus ad inuisibilia paternæ maiestatis migraturus, celebrato cû Discipulis typico pascha, quoddã memoriale eis commendare volens sub specie panis & vini corpus & sanguinem suum ita eistradidit, vt ostenderet legis veteris sacramenta, inter quæ præcipuum erat agni paschalis sacrificium, in morte sua terminari, ac legis nouæ sacramenta substitui, in quibus excellit mysteriũ Eucharistiæ. Ideo etiã post alia dedit, vt hoc vnum arctius memoriæ Discipulorum infigeretur, & ab ecclesia deinceps frequentareretur. Sed non exinde disciplinam sanxit in posterum, vt post alios cibos sumatur sed potius à ieiuniis sumi oportet: sicut Apostolus docet, vt singulari reuerentia diiudicetur, id est, discernatur ab aliis cibis, quod Dominus apostolis disponendum reliquit. vnde Aug. Apparet, cum primo acceperunt Discipuli Eucharistiã, non eos accepisse ieiunos: non ideo tamen calumniandum est vniuersæ ecclesiæ, quod à ieiuniis sumitur sæper. Placuit enim spiritui sancto, vt in honore tanti sacramenti, prius in os Christiani dominicum corpus intraret, quam alii cibi: ideo vbi que mos iste seruatur. Non enim quia post cibos dedit Dominus, ideo pransi vel cœnati illud accipere debent, vt illi faciebant quos Apostolus redarguit. Nam Saluator, quò vehementius commendaret mysteriũ illius altitudinem vltimum hoc voluit insigere cordibus & memoriæ Discipulorum, à quibus ad passionem digressurus erat. Quo autem ordine deinceps sumeretur, Apostolis, per quos ecclesias dispositurus erat, reseruauit docendum.

De sacramento & re. D

N V N C quid ibi sacramentum sit, & quid res videamus. Sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma. Forma ergo panis & vini quæ ibi videtur, est sacramentum, id est, signum sacræ rei: quia præter speciem quam ingerit sen-

Lib. 4. de Sacramẽ. c. 4. to. 4. & de cõf. dist. 2. Panis est. Amb. ibi cap. 5. Ibid. c. 4. 1. Ti. 2. a De conse. dist. 2. ca. Vnũ sub fi. & Au. epi. 59. in tem. 2. Quare post alium cibum dedit corpus & sanguinem discipulis. 1. Cor. 11. e Ad Iannuarium epi. 118. circa finẽ. tomo 2. De conse. dist. 2. c. Li quidõ ap. 1. Cor. 11. d Aug. de ciui. Dei lib. 10. ca. 1. tomo 5. & de cõf.

sibus aliquid aliud facit in cognitionem venire. Tenet ergo species vocabula rerũ quæ antè fuerunt, scilicet panis & vini. Huius autem sacramenti gemina est res, vna scilicet cõtenta & significata, altera significata & non contenta. Res cõtenta & significata est caro Christi, quam de Virgine traxit, & sanguis quem pro nobis fudit. Res autem significata & nõ contenta est vnitas ecclesiæ in prædestinatis, vocatis, iustificatis, & glorificatis. Hæc est duplex caro Christi, & sanguis. Vnde Hieron. dupliciter, inquit, intelligitur caro Christi, & sanguis eius: vel illa quæ crucifixa est & sepulta, & sanguis qui militis lancea effusus est, vel illa spiritualis ac diuina, de qua ipse ait, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: & Nisi maducaueritis carnẽ meã, & biberitis meũ sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Sunt ergo hic tria distinguenda. Vnũ, quod tantum est sacramentum: alterum quod est sacramentum & res, & tertium, quod est res & non sacramentum. Sacramentum & non res, est species visibilis panis & vini. Sacramentũ & res, caro Christi propria & sanguis. Res & non sacramentum, mystica eius caro. Porrò illa species visibilis sacramentum est gemina: rei: quia vtraque rem significat, & vtriusque rei similitudinẽ gerit expressam. Nam sicut panis præ cæteris cibis corpus reficit & sustentat, & vinum hominẽ lætificat atque inebriat: sic caro Christi interiorẽ hominem plus cæteris gratiis spiritualiter reficit & saginat: vnde, Calix meus inebrians, quàm præclarus est. Habet etiã similitudinem cum re mystica, quæ est vnitas fidelium: quia sicut ex multis granis conficitur vnus panis, & ex pluribus acinis vna in vnum confluit: sic ex multis fidelium personis vnitas ecclesiastica conflat. Vnde Apostolus, Vnus panis & vnũ corpus multi sumus, &c. Vnde Aug. Vnus panis & vnũ corpus ecclesia dicitur, pro eo quod vnus panis ex multis granis & vnum corpus ex multis membris cõponitur: sic ecclesia ex multis fidelibus charitate copulante connectitur. Hoc mysteriũ pacis & vnitatis nostræ Christus in sua mensa consecrauit: qui accipit hoc mysterium vnitatis, & non tenet vinculum pacis, non accipit hoc mysterium pro se, sed contra se. Cuius etiam sacramentum est corpus Christi proprium de Virgine sumptum: quia vt corpus Christi ex multis mēbris purissimis & immaculatis

dist. in. ca. Sacrificiũ Grego. in Hom. Paschali, & habetur de conse. dist. 2. ca. Species. Rom. 8. f. Commen. ad 1. cap. epi. to. ad Ephes. in mediũ. to. 9. & habet, de cõf. dist. 2. Ioan. 6. f. De tribus quæ hic possunt distinguui. Psal. 103. Psal. 22. 1. Co. 10. d De Sacra menti fidelium. De conse. dist. 2. ca. quia passus. S. deminus no ster.

constat ita societas ecclesiastica ex multis personis à criminali macula liberis consistit. In cuius rei typo facta est arca Domini de lignis Sethim: quæ sunt impubertitia, & albæ spine familia.

Aug. de Blaphemia spūs sancti.

Exo. 25. a De euha

ristie sacramento percōparatione ad suscipiētes vel mādūcantes.

De Verbis Domini, et habetur de consec.

dist. 2. ca. Quid est Christi.

Trac. 25. super Ioā.

Aug. tra. Et. 26. super Ioā, in

tomo 9. Aug. in lib. de Remedio poenitētie de cōs. dist. 2. cap. quomodo.

Ioan. 6. dist. 1. 2. Aug. de Sacramētis fidelium.

DE DVOBVS MODIS MANDUCANDI.

Distinct. IX.

ET sicut duæ sunt res illius sacramēti. ita etiā duo modi manducandi. Vnus sacramentalis, scilicet quo boni & mali edunt: aliter spiritualis, quo soli boni manducant. Vnde Aug. Quid est Christum manducare? Non est hoc solum in sacramento corpus eius accipere: multi enim indignè accipiunt, sed in ipso manere, & habere ipsum in se manentem. Spiritualiter enim manducat qui in vnitate Christi & ecclesiæ, quam sacramētum significat, manet. Nam qui discordat à Christo, nec carnem Christi manducat, nec sanguinem bibit: etsi tantæ rei sacramētum ad iudicium sui quotidie accipiat. Spirituale manducationem Aug. distinguens à sacramentali ait, Vt quid paras ventrè & dentem? crede, & manducaisti. Crederè enim in eum, hoc est comedere panem & vinum. Qui credit in eum, manducat eum. Item, Quomodo manducandus est Christus? Quomodo ipse dicit, Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Si in me manet, & ego in eo, tunc bibit: qui verò in me non manet, nec ego in illo: & si accipit sacramentum, acquirit magnum tormentum. Item, Nulli ambigendum est tunc quenquam corporis & sanguinis Domini participem fieri, quando Christi membrum efficitur: nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiam si antequam illum panem edat & calicem bibat, de hoc seculo in vnitatem corporis Christi constitutus abscedat: quia illius sacramenti beneficio non priuatur, quando ille habere hoc quod illud sacramentum signat inuenitur. In illo enim sacramento corpus & sanguinem suum nobis commendauit, quod & fecit nos ipsos. Nam & nos corpus ipsius facti sumus. Item, Qui discordat à Christo non manducat carnem eius, nec sanguinem bibit: etsi tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi quotidie accipit.

De errore quorundam, qui dicunt à bonis tantum corpus Christi sumi.

HÆC verba, & alia huiusmodi, ubi de spirituali manducatione agitur, quidā obtuso corde legentes, erroris caligine inuoluti sunt ad eò, vt presumpserint dicere corpus & sanguinem Christi à bonis tantum sumi & non à malis. Sed indubitanter tenendum est à bonis sumi, non modò sacramentaliter, sed & spiritualiter. A malis verò tantum sacramentaliter, id est, sub sacramēto, scilicet sub specie visibili carnē Christi de Virgine sumptā, & sanguinē pro nobis fufum sumi: sed non myticam, quæ tantum honorū est. Quod subditis probatur testimoniis. Greg. Est quidem in peccatoribus & indignè sumentibus vera Christi caro, & verus sanguis: sed essentia non salubri efficientia. Itē Aug. Multi indignè accipiunt corpus Domini, de quibus Apost. ait, Qui manducat & bibit calicem Domini indignè, iudicium sibi manducat & bibit: per quod docemur, quàm sit cauedum malè accipere bonū. Ecce enim factum est malum, dum malè accipitur bonum: sicut econtrā Apostolo factum est bonū, cum bene accipitur malū, scilicet dum stimulus Satanae pariter porratur. Ergo & mala profunt bonis, sicut angelus Satanae Paulo: & sancta obfunt malis, bonis sunt ad salutē, malis ad iudicium. Vnde qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit: non quia res illa mala est, sed quia malus malè accipit quod bonum est. Idem, Indignè quis sumens corpus Christi nō efficit, vt quia malus est malum sit quod accipit, vel quia non ad salutem accipit nil accipiat. Corpus enim & sanguis Domini nihilominus erat in illis, quibus ait Apost. Qui manducat indignè, &c. His aliisque pluribus aperte ostenditur, quòd etiam à malis verum corpus Christi & sanguis sumitur: sed sacramentaliter, non spiritualiter.

De intelligentia quorundam verborum ambiguum.

SECVNDVM hos duos modos sumendi intelligentia quorundam verborum ambiguedictorum distinguenda est. Ait enim Aug. Bonus accipit sacramētum & rem sacramenti: malus verò sacramentum & non rem. Sacramentum hic dicit corpus Christi proprium, de Virgine narum: rem verò spiritualement Christi carnem. Bonus ergo vtranque Christi carnem accipit. Malus verò tantum sacramentum: id

De conse. dist. 2. ca. quia passus. S. Dominus non ster.

De conse. dist. 2. in 4. li. Dia

logorum. super Ioā.

Trac. 26. post medium in

tomo 8.

1. Cor. 11. f. 2. Cor. 12. c.

Au. tra. super Ioā.

6. post modum. to. 9.

Au. li. de Baptismo contra Donatistas.

5. cap. 8. in tom. 7.

1. Cor. 11. f.

In glo. 1. Corin. 2.

Quoties. cūque rē.

est, corpus Christi sub sacramento, & non rem spiritua-
lem. Item, Non manducans, manducat, & manducans non man-
ducatur: quia non manducans sacramentaliter, aliquando man-
ducatur spiritualiter, & e converso. Et qui manducatur spiritua-
liter, veritatem carnis & sanguinis dicuntur sumere: quia ip-
sam efficientiam habent, id est, remissionem peccatorum,
pro qua videretur orari eum dicitur, Perficiant in vobis Domi-
ne quesumus: tua sacramenta quod continent: vt quod nunc
specie gerimus, rerum veritate capiamus. Rerum veritatem
dicit ipsam efficientiam: quasi dicat, Per hæc sacramenta
præsta, vt sicut sacramentaliter carnem Christi sumimus,
ita spiritualiter sumamus. Vel petit sacerdos, vt Christus, qui
nunc verè sub specie panis & vini sumitur, manifestavitione,
sicut in essentia diuinitatis est, quandoque accipiarur. Con-
stat ergo à bonis & à malis sumi corpus Christi: sed à bonis
ad salutem, à malis ad perniciem.

DE HÆRESI ALIORVM, QVI

dicunt corpus Christi non esse in altari, nisi in signo.

Distinctio x.

De sacra-
mento eu-
charistiæ
quantum
ad cibum
qui man-
ducatur
respondens
sophisticis
rationib⁹
illorū qui
dicunt cor-
pus Chri-
sti verum
in altari
non esse.
Aug. su-
per Psal.
94. nō lon-
ge à sine

SVNT & alij præcedentium insaniam transcendent: qui
Dei virtutem iuxta modum naturalium rerum metien-
tes, audaciùs ac periculosius veritati contradicunt, asserentes
in altari non esse corpus Christi vel sanguinem: nec substantiam
panis vel vini in substantiam carnis & sanguinis con-
verti, sed ita Christum dixisse: Hoc est corpus meum, sicut
Apostolus dixit, Petra autem erat Christus. Dicunt enim ibi
esse corpus Christi tantum in sacramento, id est, in signo, &
tantum in signo manducari à nobis. Qui erradi occasionem
sumunt à verbis Veritatis, vnde prima hæresis facta est in
discipulis Christi. Cum enim diceret, Nisi quis manduca-
rit carnem meam, & biberit sanguinem meum, nō habebit
vitam æternam: illi non intelligentes dixerunt, Durus est
hic sermo: quis potest eum audire? & abierunt retrò. Illis di-
scedentibus instruxit duodecim qui remanserant. Spiritus
est, inquit, qui vivificat: caro nihil prodest. Verba quæ locu-
tus sum vobis, spiritus & vita sunt. Intellexisti spiritualiter?
spiritus & vita sunt. Intellexisti carnaliter? etiam sic spiritus
& vita sunt, sed ibi non sunt. Spiritualiter intelligi quæ lo-

utus sum. Non hoc corpus quod videtis manducatur estis,
& bibitur illum sanguinem, quem effusuri sunt qui me cru-
cificant. Sacramentum aliquid vobis commendaui, spiri-
tualiter intellectum vivificabit vos: caro autem non prodest
quicquam. Sunt etiam & alia, illorum insaniz fomitem mi-
nistrantia. Ait enim August. Donec seculum finiatur, sur-
sum est Dominus: sed tamen etiam hic nobiscum est Veri-
tas Dominus. Corpus enim in quo resurrexit, in vno loco
esse oportet: veritas autem eius vbiq; diffusa est. Item. Vna
persona est Deus & homo, vbiq; per id quod est Deus in
caelo: per id quod homo est Christus. Dicit etiam, Pauperes
semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis.
His aliisque vtuntur præfati hæretici in assertionem sui
erroris.

Determinatio præmissorum.

QUÆ ex eadem ratione omnia accipienda sunt, non
enim verbis his negatur verum corpus Christi à fidelibus
sumi vel in altari esse, sed his Veritas Apostolos & in eis nos
instruxit, quod ipse corpus non per partes disceptum, vt
putauerunt illi Discipuli, qui retrò ierunt, sed integrum:
nec visibiliter in forma humana, sed inuisibiliter sub forma
panis & vini corpus & sanguinem nobis traderet. Quæ sen-
sum August. confirmat dicens, ipsum quidem, & non ipsum
corpus quod videbatur, manducatur: ipsum quidem inuisi-
biliter, non ipsum visibiliter. Item, Etsi necesse est illud ce-
lebrari, necesse est tamen inuisibiliter intelligi. Ita etiam
intelligendum est corpus Christi esse in vno loco, scilicet vi-
sibiliter in forma humana: veritas tamen eius, id est, diuini-
tas vbiq; est, veritas etiam eius, id est, verum corpus in om-
ni altari est, vbiq; celebratur. Sic etiam illud intellige-
dum est. Pauperes semper habetis vobiscum, me autem non
semper habebitis, secundum corporalem præsentiam scili-
cet, quæ cum eis conuersabatur. Similiter per id quod homo
est, in caelo est, scilicet visibiliter: inuisibiliter autem est in
altari, quia non in forma humana apparet, sed forma panis
& vini operitur. Vnde & inuisibilis caro eius dicitur, quæ
verè est in altari. Sed quia in specie sua non apparet, inuisibi-
lis dicitur. Ait enim Aug. Hoc est quod dicimus, quod mo-
dis omnibus approbare contendimus: Sacrificium ecclesiæ

enarratio
nis in illi
Psalmum
in tom. 8.
Ioan. 6. g

Aug. ad
Darda-
num epif.
57. nō lon-
ge à prim.
in tom. 2.
Mat. 2.6

B

Ioan. 6. g

In epist.
ad Hyre-
neum. &
habetur
de consec.
di. 2. cap.

In lib. Sē-
tētiarum
Prosperi.
Non hoc.
Mat. 2.6.

Et habetur de cōf. dist. 2. cō. hoc est.

duobus confici, duobus constare visibili elementorum specie, & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne & sanguine, sacramento, & re sacramenti id est corpore Christi: sicut & Christi persona constat & conficitur ex Deo & homine, eum Christus sit verus Deus & homo, quia omnis res illarum rerum naturam & veritatem in se continet, ex quibus conficitur. Conficitur autem sacrificium ecclesie duobus sacramentis & re sacramenti, id est corpore Christi. Est ergo sacramentū & res sacramenti, idem corpus Christi. Ecce inuisibilem dixit carnem Christi, quia forma panis operata sumitur & tractatur. Idemque corpus Christi dixit esse sacramentum & rem: ex quo confirmatur quod supra diximus. Deinde addit quod magis mouet Lectorem: Caro, inquit, eius est, quam sub forma panis operam in sacramento accipimus: & sanguis eius, quem sub vini specie ac sapore potamus. Caro, videlicet carnis, & sanguis sacramentum est sanguinis, carne & sanguine, utroque inuisibili, intelligibili & spiritali significatur corpus Christi visibile & passibile, plenum gratia & diuina maiestate.

Quæ sit intelligentia præmissorum.

A T T E N D E his diligenter, quia tropo quodam vtitur hic Augustinus, quo solent res significantes rerum sorti vocabula quas significant. Hic enim visibilis species panis vocatur nomine carnis, & visibilis species vini nomine sanguinis. Inuisibilis verò & intelligibilis dicitur caro Christi: quia secundum illam speciem non videtur caro, sed intelligitur, ita & sanguis. Caro ergo inuisibilis dicitur esse sacramentum carnis visibilis: quia species panis, secundum quam illa non videtur caro, est sacramentum carnis visibilis, quia in carne inuisibili, id est specie, secundum quam caro Christi non videtur caro, significatur corpus Christi, quod est visibile & palpabile, ubi in sua forma apparet. Ita & de sanguine accipi debet. Quem sensum confirmat August. aperiens qualiter prædicta intelligenda sint, quia obsecrè dixerat, consequenter dicens ita panem vocari corpus Christi, cum verè sit sacramentum corporis Christi, quod in cruce positum est: sicut ipsa immolatio, quæ fit manibus sacerdotis, vocatur Christi passio, non rei veritate, sed significandi mysterio, & sicut sacramentum fidei dicitur fides. Satis responsum est

Ibidem vbi supra.

De consec. dist. 2. hoc est quod dicimus. S. sicut est 30.

hæreticis, & obiectionibus eorum qui negant verum corpus Christi in altari esse, & panem in corpus, vel vinum in sanguinem mystica consecratione conuerti dicentes. Quis audeat manducare dominum suum? Quis etiam audeat dicere quotidie formari corpus Christi de materia vel substantia quæ non fuit caro Virginis?

Autoritatibus probat verum corpus Christi esse in altari, & in id panem conuerti.

H Æ C & his similia obiiciunt illi, in diuino mysterio legem naturæ sectantes: quorum perfidiam subdita conuincunt testimonia. Ait enim Veritas, Accipite, hoc est corpus meum. Item Ambr. Si tantum valuit sermo Heliæ, ut ignem de celo deponeret: non valebit tantum sermo Christi, ut substantias mutet? De totius mundi operibus legitur: quia ipse dixit, & facta sunt. &c. Sermo igitur, id est, filius, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quæ sunt, in id mutare quod non erant? Non enim minus est creare, quam mutare nouas naturas rerum. Item, Si ordinem quærimus, viro mixta scemina generare consueuerat. Liqueat ergo quod præter naturæ ordinem Virgo generauit: & hoc quod conficimus corpus ex Virgine est. Quid ergo hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse partus ex Virgine? Item, Ante benedictionem alia species nominatur, post consecrationem corpus significatur. Ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationem sanguis nuncupatur. Tu dicis, Amen, id est, verum est. Quod sermo sonat, affectus sentiat. Item Augustinus, In specie panis & vini quam videmus, res inuisibiles, id est, carnem & sanguinem, honoramus: nec similiter pendimus has duas species, sicut ante consecrationem pendebamus, cum fideliter fateamur ante consecrationem panem esse & vinum, quod natura formauit: post consecrationem verò carnem Christi & sanguinem, quod benedictio consecrauit. Item Ambrosius, Panis est in altari vitatus ante verba sacra: ubi accessit consecratio, de pane fit Christi caro. Quomodo autem potest quod panis est, esse corpus Christi? Consecratione: quæ fit sermone Christi. Item, Si tanta vis est in sermone Domini, ut incipiant esse quæ non erant: quanto magis operatorius est, ut sint quæ erant, & in aliud commutentur? Et sic quod erat

Mat. 26. c. Amb. li. de his quæ mysteriis instituit. c. 9. in medio. 10. 4. 4. Reg. 9. Gen. 1. Psal. 22. Ibidem.

Ibidem.

Aug. in lib. Sen. Pro. & de cōf. dist. 2. nos aut. Lib. de Sacramētis. 4. cap. 4. tomo 4. Ibidem: & de cōf. dist. 1. panis est.

panis ante cōsecrationem, iam corpus Christi est post cōsecrationem: quia sermo Christi creaturam mutat: & sic ex pane fit corpus Christi, & vinum cum aqua in calicem missum fit sanguis cōsecratione verbi cœlestis. Item Augustinus: Sicut per spiritum sanctum vera Christi caro sine coitu creatur, ita per eundem ex substantia panis & vini idem corpus Christi & sanguis cōsecratur. Corpus Christi & veritas est, & figura. Veritas, dum corpus Christi & sanguis virtute spiritus sancti ex panis viniq̄ substantia efficitur. Figura verò est id quod exterius sentitur. Item Eusebius Emisenus, Inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in substantiâ corporis & sanguinis sui, verbo suo, secreta potestate commutat. Ex his aliisque pluribus constat verum corpus Christi & sanguinem in altari esse, imò integrum Christum ibi sub utraque specie & substantiam panis in corpus, viniq̄ substantiam in sanguinem conuerti.

DE MODIS CONVERSIONIS.

Distinct. XI.

De eucharist. sacramento per comparationem ad dispensantes vel cōficientes, ex primò de cōsecratione.

SI autem queritur qualis sit illa conuersio, an formalis, an substantialis, vel alterius generis: definire nō sufficere. Formalem tamen nō esse cognosco: quia species rerum quæ antè fuerant, remanent, & sapor & pondus. Quibusdam esse videtur substantialis, dicentibus sic substantiam conuerti in substantiam, vt hæc essentialiter fiat illa: cui sensui præmissæ authoritates consentire videntur.

Oppositio.

SED huic sententiæ sic opponitur ab aliis, Si substantia panis, inquit, vel vini cōuertitur substantialiter in corpus vel sanguinem Christi: quotidiè fit aliqua substantia corpus vel sanguis Christi, quæ antè non erat corpus: & hodie est aliquid corpus Christi, quod heri non erat: & quotidiè augetur corpus Christi, atque formatur de materia, de qua in conceptione non fuit factum. Quibus hoc modo responderi potest, quia non ea ratione dicitur corpus Christi confici verbo cœlesti, quòd ipsum corpus in conceptu Virginis formatum deinceps formetur: sed quia substantia panis vel vini, quæ antè non fuerat corpus Christi vel sanguis, verbo cœlesti fit corpus & sanguis. Et ideo sacerdotes dicuntur con-

ficere corpus Christi & sanguinem: quia eorum ministerio substantia panis fit caro, & substantia vini fit sanguis Christi: nec tamen aliquid additur corpori vel sanguini, nec augetur corpus Christi vel sanguis.

Augustinus libro Sententiarum Prosperi.

SI verò queris modum quo id fieri possit, breuiter respondeo: Mysteriorum fidei credi salubriter potest, inuestigari salubriter non potest. Quod ergo corpus Christi panis mutatione in id, non augetur, nec sanguis ex vini conuersione eius voluntati & potentiae adscribitur, qui idem corpus de Virgine eduxit: fit ergo substantia illa ista sine eius augmento. Nec tamen concedunt quidam, quòd substantia panis aliquando fit caro Christi, et si fiat caro Christi: sicut farina facta est panis, & aqua facta est vinum: nec tamen dicitur, Farina est panis, & aqua est vinum. Alij verò cōcedunt illud quod erat panis vel vinum, post cōsecrationem esse corpus & sanguinem: non tamen sequitur, Panis est caro Christi, vel vinum est sanguis: quia substantia panis vel vini postquam facta est caro Christi vel sanguis, non est substantia panis vel vini, sed caro & sanguis. Ideo distinguendum videtur, cum dicitur Substantia panis vel id quod erat panis, modò est corpus Christi. Manens enim panis non est corpus Christi: sed mutata in id quod facta est, est corpus Christi: nec dicimus substantiam panis vel vini materiam esse corporis vel sanguinis Domini, quia non de ea, vt de materia, formatur corpus, sed ipsa formatur in illud, & efficitur illud. Vnde Augustinus. Corpus Christi dicimus illud, quod ex fructibus terræ acceptum, & prece mystica cōsecratum fumimus in memoriam Dominicæ passionis. Quod cum per manus hominis ad illam visibilem speciem perducatur, non sanctificatur vt sit tam dignum sacramentum, nisi operante inuisibiliter spiritu Dei.

Asserunt quidam dictum panem transire in corpus Christi.

QUIDAM verò sic dicunt conuersionem illam esse intelligendam, vt sub illis accidentibus, sub quibus erat prius substantia panis & vini, post cōsecrationem fit substantia corporis & sanguinis: sic tamen, vt non eis afficiatur.

In libr. de Tri. 3. ca. 4. in fine eiusdem.

& sic afferunt dictum panem transire in corpus Christi: quia ubi erat panis, nunc est corpus Christi. Quod si est, quid ergo in se substantia panis & vini? Illi dicunt vel in præiacente materia remansit, vel in nihilum rediit. Alij verò putaverunt ibi substantiam panis & vini remanere, & ibidem corpus Christi esse & sanguinem: & hac ratione dici illam substantiam fieri istam: quia ubi est hæc, & est illa, quod mirum est: & ipsam substantiam panis vel vini dicunt esse sacramentum. Sed quod non sit ibi substantia, nisi corpus Christi & sanguis, ex prædictis & subditis apertè ostenditur. Ait enim

de sacramentis, et allega. de cõf. di. 2. c. Oia quæ Ioan. 6. e in Homil. Paschali. capi. quid sit sanguis & lib. 4. dialogo. c. 68. et hab. de consec. dist. 2.

Ambro. Panem istum quem sumimus in mysterio illum intelligo vrique, qui manu sancti Spiritus formatus est in utero Virginis, & igne passionis decoctus in ara crucis. Panis enim angelorum factus est cibum hominũ. Vnde Veritas ait, Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. & iterum, Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ex his nãque duabus sententiis apertè datur intelligi, quia panis ille & iste, non duo, sed vnus panis, & vna caro proculdubio vnũ efficitur corpus. Illud verè, illud sanè quod sumptum est de Virgine, quod resurrexit, & in cælum ascendit. Item Greg. Quis fidelium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cælos aperiri. In illo Christi mysterio angelorum choros adesse, summa & ima sociari, vnũ quid ex inuisibilibus atque visibilibus fieri idem. Eodem momento & in cælum rapitur ministerio angelorum consociandum corpori Christi, & ante oculos sacerdotis in altari viderur. Sicut diuinitas verbi totum implet mūdum, ita multis locis illud corpus consecratur. Nec sunt tamen multa corpora Christi, sed vnũ corpus & vnus sanguis. Ideoque siue plus, siue minus quis inde percipiat, omnes æqualiter corpus Christi integerrimè sumunt. Post consecrationem ergo non est ibi substantia panis vel vini, licet species remaneant. Est enim ibi species panis & vini, sicut & labor. Vnde aliud viderur, aliud intelligitur.

Quare sub alia specie.

Grego. in hom. Pas.

S V B alia autem specie tribus de causis carnem & sanguinem tradidit Christus. & deinceps sumendum instituit: vt fides, scilicet haberet meritum, quæ est de his quæ non videntur: quia fides non habet meritum, ubi humana ratio

præbet experimentum. Et ideo etiam, ne abhorreret animus, quod cerneret oculus: quia non habemus in vsu carnem crudam comedere, & sanguinem bibere. Quia ergo Christum vorari dentibus fas non est, in mysterio carnem & sanguinem nobis commendauit. Et etiam ideo ne ab incredulis religioni Christianæ insulteretur. Vnde Aug. Nihil rationabilius, quàm vt sanguinis similitudinem sumamus: & ita veritas non desit, & ridiculum nullum fiat à Paganis, quod cruorem occisi hominis bibamus. Ne ergo hoc fieret, & ne veluti quidam horror etiam cruoris, in similitudinem accipimus sacramentum. Ex præmissis iam liquet, quare sub alia specie & quare sub ista hoc sacramentum Dominus celebrauerit, & celebrari à nobis instituerit.

Quare sub duplici specie.

S E D quare sub duplici specie sumitur, cum sub alterutra totus sit Christus? Vt ostenderetur totam humanam naturam assumpsissè, vt totam redimeret. Panis enim ad carnem refertur, vinum ad animam: quia vinum operatur sanguinem, in quo sedes animæ à Physicis esse dicitur. Ideo ergo in duabus speciebus celebratur, vt animæ & carnis susceptio in Christo, & vtriusque liberatio in nobis significetur. Valer enim vt Ambr. ait, ad tuitionem corporis & animæ quod percipimus: quia caro Christi pro salute corporis, sanguis verò pro anima nostra offertur, sicut præfigurauit Moyses. Caro, inquit, pro corpore nostro offertur, sanguis pro anima: sed tamen sub vtraque specie sumitur totus: quod ad vtranque valet, quia sub vtraque sumitur Christus. Sed si in altera tantum sumeretur, ad alterius tantum, id est, animæ vel corporis, non vtriusque pariter tuitionem valere significaretur. Sub vtraque specie tamen totus sumitur Christus: nec plus sub vtraque, nec minus sub altera tantum sumitur. Eadem enim ratio est, vt ait Hilarius, in corpore Christi, quæ in manna præcessit. De quo dicitur, Qui plus collegerat, non habuit amplius: nec qui minus paraerat habuit minus. Et licet sub vtraque specie sumatur totus Christus, tamen non fit conuersio panis nisi in carnem, nec vini nisi in sanguinem. Nec debent dici duo sacramenta, sed vnũ: quia sub vtraque specie idem sumitur. Neque debet iterari sacramentum: quia benedictio non repetitur

De cõf. di. 2. cap. sub figura. Habetur de consec. dist. 2.

Comentario ad vnũ decimum caput epi. prioris ad Hebræos. in To. 4.

De conse. dist. 2. c. ubi pars est.

Exo. 16. d

super speciem eandem. Neque alia substantia in sacrificium veritatis offerri debent: quia de aliis non potest consecrari corpus Christi vel sanguis.

Quare aqua admisceatur.

De conse. dist. 2. ca. cu omne. Apoca. 17. d

A QVA verò admiscenda est vino, quia aqua populum signat: qui per Christi passionem redemptus est. Calix ergo dominicus iuxta canonem præceptum, aqua & vino mixtus debet offerri: quia videmus in aqua populum intelligi, in vino ostendi sanguinem Christi. Cum ergo in calice vino aqua misceatur, Christo populus adnatur, & credentium plebs eum quem credit copulatur: quæ copulatio aquæ & vini sic misceatur in calice Christi, ut mixtio illa non possit separari. Nam si vinum quis tantum offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis.

Iulius Pape.

De conse. dist. 2. ca. non debes. De conse. dist. 2. ca. sicut in sanctifi- ca.

De conse. distim. 2. ca. & scriptura.

Ioan. 6. d

SI verò quæritur, an irritum sit quod geritur, si aqua prætermittatur: audi quod sequitur in eodem canone: Non potest, inquit, calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi utrunque misceatur. Item Cyprianus, Calix Domini non est aqua sola, aut vinum solum, nisi utrunque misceatur: sicut nec corpus Domini potest esse farina sola, nec aqua sola nisi utrunque fuerit adunatum, & panis vnus compage solidatum. Si quis tamen non intendens intruducere hæresim, oblivione vel ignorantia aquam prætermiserit, non videtur esse irritum sacramentum: sed ille graviter est corripiendus. Nam & Græcorum ecclesia non apponere aquam dicitur. Quod etiam ex dictis Cypriani videtur posse colligi: ait enim, Si quis de antecessoribus nostris, vel ignoranter vel simpliciter non hoc servauerit, quod nos Dominus facere & exemplo & magisterio docuit, potest simplicitati eius indulgentia Domini venia concedi. Nobis verò non potest ignosci, qui nunc à Domino instructi sumus, ut calicem Domini cum vino mixtum, secundum quod Dominus obtulit, offeramus. Ex hoc videtur, quòd si quis simpliciter vel ignoranter vinum offerat sine aqua, sacramentum conficiat. Aqua verò nullatenus sine vino potest offerri in sacrificio, nec panis nisi de frumento, nec granum frumenti, nisi redactum fuerit in panem: quia Christus & panem se dicit, & grano frumenti se comparat. Quod ergo supra dictum

dictum est non posse vinum solum offerri, determinari oportet: recipit enim exceptione. Non potest, nisi simpliciter vel ignoranter fiat: vel non potest, id est, non debet. Quibusdam tamen videtur hoc generaliter verum. Colligitur etiam ex prædictis, quòd Christus vinum aqua mixtum dedit Discipulis. Corpus verò dedit tale, quale tunc habuit, id est, mortale & passibile. Nunc verò sumitur à nobis immortale & impassibile: nec tamen maiorem habet efficietiam. Eucharistia quoque intincta non debet dari populo pro supplemento communionis: quia non legitur Christus alicui Discipulorum præbuisse panem intinctum nisi Iudæ. Tunc verò non accepit Iudas corpus Christi, sed tantum panem: corpus verò & sanguinem Christi antè, cum aliis discipulis perceperat.

VBI ILLA ACCIDENTIA fundantur.

Distinct. XII.

SI autem quæritur de accidentibus quæ remanent, id est, de speciebus & sapore & pòdere, in quo subiecto fundentur: potius mihi videtur fatendum existere sine subiecto, quàm esse in subiecto, quia ibi non est substantia, nisi corporis & sanguinis Dominici, quæ non afficitur illis accidentibus. Non enim corpus Christi talem habet in se formam, sed qualis in iudicio apparebit. Remanent ergo illa accidentia per se substantia ad mysterij ritum, ad gùtus fideique suffragium: quibus corpus Christi habens formam & naturam suam tegitur.

De fractione & partitione.

SOLE T etiam quæri de fractione & partitione quæ ibi videtur fieri, utrum vera sit: & si ibi vera fractio est, cuius rei sit, vel in qua re fiat. Cumque non sit ibi alia substantia quàm Christi, si in aliqua substantia est illa fractio, in corpore Christi videtur esse. Sed e contra, cum ipsum corpus incorruptibile sit (quia immortale & impassibile) in ipso non posse esse videtur. Nam & Christus redarguit carnalem sensum Discipulorum, qui putabant carnem Christi, sicut aliam in partes diuidendam, & morsibus dilacerandam. Ideo quibusdam placet, quòd non sit ibi fractio sicut videtur: sed dicitur frangi, quia videtur frangi. Quibus obiicitur quod ait

Ioan. 12. d Determinatio præmissorum.

Iulius papa, quòd intincta non debet dari hostia populo: & habetur de conse. dist. 2. cap. cum omne. De consecrationem corporis Christi quantum ad fractionem.

Ioan. 6. g

Opinio quorundam.

Ambros. Nihil falsi putandum est in sacrificio veritatis: vel sicut fit in Magorum præstigiis, ubi delusione quadam falluntur oculi, ut videant esse quod non est. Ad hoc illi dicunt, Non fallit nos visus, nec fallitur: quod esset, si crederetur ita frangi, ut videtur. Nec illusio est: quia ad veritatem fidei, non ad deceptionem ita fit: sicut & Christus se ostendit duobus Discipulis in via in specie peregrini: nec in eo tamen talis forma erat, sed oculi eorum tenebantur ne eum agnoscerent.

Luc. vlti. cap.

Aliorum opinio.

ALII verò dicunt, quòd sicut ibi species panis est, & non est ibi res cuius, vel in qua sit illa species: ita est ibi fractio quæ non fit in aliqua re: quia nihil ibi frangitur, quod mirabiliter Dei potentia fieri dicunt: ut ibi sit fractio, ubi nihil frangitur.

Aliorum opinio.

Confessio Berengarij & habetur de cõf. dist. 2. ca. Ego Berengarius.

ALII tradunt corpus Christi essentialiter frangi & dividi, & tamen integrum & incorruptibile existere. Quod se colligere asserunt ex confessione Berengarij: qui confessus est coram Nicolao papa & pluribus episcopis, panem & vinum quæ in altari ponuntur, post consecrationem non solum sacramentum, sed etiam verum corpus & sanguinem Christi esse: & sensualiter non solum sub sacramento, sed in veritate manibus sacerdotum tractari & frangi, & fidelium dentibus atteri.

Sententia probabilior.

SED quia corpus Christi incorruptibile est, sanè dici potest fractio illa & partitio non in substantia corporis, sed in ipsa forma panis sacramentaliter fieri: ut vera fractio & partitio sit ibi, quæ fit non in substantia corporis, sed in sacramento, id est, specie. Ne autem mireris vel insulates si accidentia videantur frangi, cum ibi sint sine subiecto: licet quidam asserant ea fundari in aëre. Est ibi vera fractio & partitio, quæ fit in pane, id est, in forma panis. Vnde Apostolus ait, Panis quem frangimus, quia forma panis ibi frangitur, & in partes dividitur. Christus verò integer manet, & totus est in singulis. Vnde August. Quando Christus manducatur, vita manducatur. Sed quis audeat manducare dominum suum: & tamen Veritas inuitans non ad manducan-

I. Co. 10. d

In sermone de verbis euangelij.

idipsum, & semper idipsum offertur: proinde hoc idem est sacrificium, alioquin diceretur, quoniam in multis locis offertur, multi sunt Christi: non, sed vnus vbique est Christus, & hic plenus existens, & illic plenus: sicut quod vbique offertur, vnum est corpus, ita & vnum sacrificium. Christus hostiam obrulit, ipsam offerimus & nunc: sed quod nos agimus, recordatio est sacrificij. Nec causa suæ infirmitatis reperitur, quia perfecit hominem: sed nostræ, quia quotidie peccamus. Ex his colligitur esse sacrificium & dici, quod agitur in altari & Christum semel oblatum, & quotidie offerri: sed aliter tunc, aliter nunc. Et etiam quæ sit virtus huius sacramenti ostenditur: remissio scilicet peccatorum venialium, & perfectio virtutis.

De causa institutionis.

INSTITVTVM est enim hoc sacramentum duabus de causis. In augmentum virtutis, scilicet charitatis, & in medicinam quotidianæ infirmitatis. Vnde Ambros. Si quories effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, deo semper accipere, qui semper pecco, deo semper habere medicinam. Item August. Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus semel sit passus: quia quotidie peccamus peccatis, sine quibus mortalis infirmitas vivere non potest. Et quia quotidie labimur, quotidie Christus mysticè immolatur pro nobis. Dedit enim nobis hoc sacramentum salutaris, ut quia nos quotidie peccamus, & ille iam mort non potest, per hoc sacramentum remissionem consequamur. Quotidie comeditur ipse & bibit in veritate, sed integer & viuus manet. Item mysterium fidei dicitur: quia credere debes quòd ibi salus nostra consistat. Si autem quæretur vtrum quotidie communicandum sit. Audi quid inde tradit August. Quotidie, inquit, eucharistiam accipere nec laudo, nec vitupero: omnibus tamen dominicis diebus communicandum hortor. Si tamen mens in affectu peccandi est, grauari magis dico eucharistiæ perceptione, quam purificari. Et licet quis peccato mordeatur, si peccanti tamen de cætero non habeat voluntatem, & satisfaciât lacrymis & orationibus, accedat securus: sed hoc de illo dico quem mortalia peccata non grauant. Si verò non frequentius, saltem ter in anno homines communicent, nisi fortè

De virtute sacramenti.

Lib. de sacramentis. 4. ca. 6. in tomo 4. Ad l'auarium ibidè cap. sub figura.

De consecratione. dist. 2. c. Quid sit sanguis. Lib. de ecclesiasticis dogmatibus. ca. 53. in tomo 3.

*Fabianus
papa de
conf. d. 2.
ca. si non.*

quis criminalibus impediatur: in Pascha scilicet, & Pentecoste, & in Natali. Omnes ergo communicent, qui noluerint carere ecclesiasticis liminibus.

SI HÆRETICI ET EXCOMMUNICATI hoc Sacramentum conficiant.

Distinct. XIII.

*De potestate
conficiendi.*

SOlet etiam quæri, vtrum pravi sacerdotes hoc sacramentum conficere queant. Ad quod dici potest, quod aliqui, licet sint pravi, consecrant verè, scilicet, qui intus sunt nomine & sacramento, & si non vita: quia non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur creatoris. Vnde Augu. Intra catholicam ecclesiam in mysterio corporis & sanguinis Domini, nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdotè: quia non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur creatoris, & virtute spiritus sancti. Credendū est enim quod in verbis Christi sacramenta conficiantur. Sicut ipse est qui baptizat, ita ipse est qui per spiritum sanctum suam efficit carnem & sanguinem. Item Greg. Putant quidam communionem corporis minus esse sanctificaram, si illorum fiat officio, quorum vitam eorum oculis videtur ignobilis. Heu inquam magnum laqueum incidunt: vt diuina & occulta mysteria plus ab aliis sanctificata posse fieri credant, cū vnus idē que spiritus sanctus in tota ecclesia inuisibiliter ea mysteria & operando sanctificet, & sanctificando benedicat. Mysterium ideo dicitur, quod secretam & reconditam habeat dispensationem: sacrificium vero, quasi sacrum factum, quia prece mystica consecratur pro nobis in memoriam dominicæ passionis. Sacramentum est in aliqua celebratione, cū res ita sit, vt aliquid significatæ rei accipiamus. Sacramenta sunt Baptisma, Chrisma, Corpus Christi: quæ ideo sacramenta dicuntur, quia sub tegumēto visibilibus rerum diuina virtus secretius salutem eorundem sacramentorum operatur. Vnde à secretis virtutibus vel sacris Sacramenta dicuntur. Panis & calicis sacramentum Græcè eucharistia dicitur, Latine bona gratia interpretatur: & quid melius corpore & sanguine Christi? Siue ergo per bonos, siue per malos ministros intra ecclesiam dispensetur, sacramentum tamen est, quia spiritus sanctus viuificat; nec bonorum dispensatorum

*In libr. de
Corpore do-
mini: &
allegatur
1. q. 1. cap.
mira ca-
tholicam.
Ios. 1. e. 1.
q. 1. multi
seculariū.*

*1. Cor. 12. b
Isidor. lib.
1. b. primo.*

meritis ampliatur, nec malorum attenuatur. Hoc de corpore Domini, hoc & de baptismo & chrismate dicendum est & tenendum: quia virtus diuina secretius operatur in eis. & diuina solum modo est hæc virtus siue potestas, non humana efficacia. Illi verò qui excommunicati sunt, vel de hæresi manifestè notati, non videntur hoc sacramentum posse conficere, licet sacerdotes sint: quia nemo dicit in ipsa consecratione, Offero, sed Offerimus, quasi ex persona ecclesiæ. Et ideo cū alia sacramenta extra ecclesiam possint celebrari de hoc non videtur. Quod etiam August. tradere videtur, dicens, Recolite nomē & aduertite veritatem. Missa enim dicitur eò quod cælestis nuncius ad consecrandum viuificum corpus adueniat: iuxta dictum sacerdotis dicentis, Omnipotens deus iube hæc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum, &c. Idcirco nisi angelus venerit, missa nequaquam iure vocari potest. Nunquid enim si hoc mysterium hæreticus ausus fuerit vsurpare, angelum de cælo mittere deus oblationem eius consecrare? maximè cū eisdem per Prophetam comminatus sit dicens, Maledicam benedictionibus vestris. Quod si benedictionibus eorum se afferit maledicturam Veritas, quid erit de hostia? Ergo dicemus illam posse benedici ab illo, quem scimus à deo fore maledictum cū sua benedictione? Si enim deus maledixerit benedictionibus hæreticorū, & schismaticorū benedixerit: quis eorū præualebit? Nunquid benedictio maledicti ad nihilū poterit redigere verba verissima comminantis dei? Ex his colligitur, quod hæreticus à catholica ecclesia præcisus nequeat hoc sacramentum conficere: quia sancti angeli, qui huius mysterij celebrationi assistunt: tunc non adlunt, quando hæreticus vel schismaticus hoc mysterium temerariè celebrare præsumit. Non enim dubitari licet, vbi corporis dominici & sanguinis mysteria geruntur. supernorum ciuium adesse conuentus, in huius autem mysterij expletione, sicut formā seruari ita ordinem haberi, scilicet vt sit sacerdos, & intentionem adhiberi oportet vt illud facere intendat. Sed si nō credit de illo mysterio sicut Veritas habet, nunquid potest intendere illud conficere? & si non intendit, nunquid conficit? Aliqui dicunt etiam non rectè de illo mysterio sentientes posse intendere: non quidem illud conficere, quod

*Hic Ma-
gister non
tenetur.
Aug. in
sermone
de Corpore
Christi.
Vnde dica-
tur Missa
Greg. ma-
ledicā be-
nedictioni-
bus vestris
i. his que
in eis bene-
dictionib⁹
posueritis,
vel quic-
quid à vo-
bis benedi-
cetur, vel
quoniā nō
benedicti
sanctis ex
verocorde
vel quia
quiniquē
agūt bene-
dicuntur ab
eis, adulā-
turq; pec-
catoribus
diuino di-
uites sunt
& habe-
tur. 1. q. 1.
cap. multi
seculariū,
ad finem
Hier. ma-*

ledicā hereticis. *hereticis*
 edicēti- *hereticis*
 bus vos. *hereticis*
 quicquid *hereticis*
 a vobis be- *hereticis*
 nedicitur *hereticis*
 per me erit *hereticis*
 maledictū *hereticis*
 & habe- *hereticis*
 tur. *hereticis*
 x. q. i. *hereticis*
 c. maledi- *hereticis*
 cā. *hereticis*
 Gre. *hereticis*
 su *hereticis*
 per Exe. *hereticis*
 Qui in ex *hereticis*
 positioe sa *hereticis*
 cri eloquij *hereticis*
 ut audito *hereticis*
 ribus pla- *hereticis*
 ceat ali- *hereticis*
 quid fini- *hereticis*
 git, sua *hereticis*
 verba lo- *hereticis*
 quitur nō *hereticis*
 Dei, qui *hereticis*
 aut in ver- *hereticis*
 bis domini *hereticis*
 cis aliter *hereticis*
 quā is qui *hereticis*
 prulit seu *hereticis*
 serit, etsi *hereticis*
 sub alio in- *hereticis*
 tellectu ta- *hereticis*
 mē ad edi- *hereticis*
 ficationē *hereticis*
 charitatis *hereticis*
 tendit, do- *hereticis*
 mini sunt *hereticis*
 verbaque *hereticis*
 dicit.

iam esset recte credere, sed id agere quod geritur ab aliis dī conficitur: & sic adhibetur intentio, & si intentio dicatur esse conficiendi illud mysterium, tamen ex quo intendit ea dicere & agere quæ ab aliis geruntur, impletur mysterium. Illud etiam sanè dici potest, quod à brutis animalibus corpus Christi non sumitur, etsi videatur. Quid ergo sumit mus vel quid manducat? Deus nouit hoc. De hoc cælesti mysterio aliqua perstrinximus, à Catholicis fideliter tenenda. Qui enim his contradicit, hæreticus iudicatur.

Quid faciat hereticum, & quid sit hereticus.

NE autem ignores quid faciat hæreticum, vel quid sit hæreticus, audi breuiter quid inde sancti Doctores tradant. Hilar. ait, Extiterunt plures, qui cælestium verborum simplicitatem non veritatis ipsius absolutionem susceperunt: aliter interpretantes quam dictorum virtus postularat. De intelligentia enim hæresis non de Scriptura est: & sensus, non sermo, sit crimen. Idem in lib. 8. Intelligentiæ sensus in crimine est. Hiero. dicit, quod ex verbis inordinatè prolatis incurritur hæresis. Augu. definiens quid sit hæreticus, ait: Hæreticus est qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ principatūque sui gratia, falsas ac novas opiniones gignit vel sequitur.

Nota DE POENITENTIA.

Distin. XIII.

Post hæc de poenitentia agendum est. Poenitentia longè positā à deo necessaria est, vt appropinquet. Est enim, vt ait Hiero. secunda Tabula post naufragium: quia si quis vestem innocentiae in baptismo perceptam peccando corrupit, poenitentiae remedio reparare potest. Prima Tabula est baptismus, vbi deponitur vetus homo, & induitur nouus. Secunda, poenitentia, qua post lapsum resurgimus, dum veritas reuerfa repellitur, & nouitas perdata resumitur. Post baptismum prolapsi per poenitentiam renouari valent, sed non per baptismum. Licet homini sapius poenitere, sed non baptizari. Baptismus tantum est sacramentum: sed poenitentia dicitur & sacramentum, & virtus mentis. Est enim poeniten-

tia interior, & est exterior. Exterior, sacramentum est, interior, virtus mentis est: & vtraque causa salutis est & iustificatio. Vtrum verò omnis exterior poenitentia sit sacramentum vel si non omnis, quæ hoc nomine censenda sit, consequenter inuestigabimus. A poenitentia coepit Ioannis prædicatio dicentis, Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum. Quod autem præco docuit, illud post Veritas prædicauit, exordium sumens sermonis à poenitentia. Poenitentia dicitur à puniendo, qua quis punit illicita quæ commisit. Poenitentiae virtus timore concipitur: vnde Esai. A timore tuo Domine concepimus & peperimus spiritum salutis. Est autem poenitentia, vt ait Ambrosius, mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere. Item Gregor. Poenitere est antea peccata desere, & fienda nō committere. Nam qui sic alia deplorat, vt alia tamē committat, adhuc poenitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat. Quid enim prodest si peccata luxuriæ quis deserat, & adhuc auaritiæ astibus anhelat? His verbis quidam vehementius inhærentes, contendunt verè poenitentem vltra non posse peccare: damniliter: & si grauius peccauerit, veram non præcessisse poenitentiam. Quod etiam aliis muniunt testimoniis. Ait enim Isidor. Irritor est & non poenitens, qui adhuc agit quod poenitet. Nec videtur deum posse subditus, sed subannare superbus. Canis reuersus ad vomitum, & poenitens ad peccatum. Multi lachrymas indefinenter fundunt, & peccare non desinunt. Quosdam accipere lachrymas ad poenitentiam cerno, & affectum poenitentiae non habere: quia inconstantia mentis nunc recordatione peccati lachrymas fundunt, nunc requiscente vsu, ea quæ fleuerunt iterando committunt. Esaias de peccatoribus dicit, Lauamini, mundi estote. Lauatur & mundus est, qui & præterita plangit, & fienda iterum non committit. Lauatur, & non est mundus qui plangit quæ gessit; nec deserit, & post lachrymas ea quæ desieuerat repetit. Idem Augu. Inanis est poenitentia, quam sequens culpa coinquinat. Nihil pro sunt lamenta, si replicantur peccata. Nihil valet veniam à malis poscere, & mala denuò iterare. Item Gregor. Qui commissa plangit, nec tamē deserit, poenæ grauiori se subiicit. Item Ambrosius: Reperiuntur qui sapius agendam poenitentiam putant qui luxuriantur in

A brutis animalibus eucha-ristia non sumitur.
In lib. de Tri. in præcisum.
Hiero. super Osee. Li. de Virginitate credendi, & ad Honoratū. ca. x. in tom. 6. De Poenitentia in generali. Comentario ad 3. c. Esai. post medium eiusdē in tom. 5. & tom. x. epistolae de Virginitate seruanda ante medium eiusdem.
Mat. 3. a Esai. 1. c In li. Soliloquiorū. de Po. di. 3. c. inanis.

De peni-
ten dist. 3.
qui adm.
in li. 2. de
Penit. ca.
10. tom. 3.
Super epi.
ad Carin.

Aug. su-
per Octo-
nariis. 22.
Quid sit
penitent.
Determi-
natio pre-
missorum
in Enchi-
ca. 70. in
Tomo 3.

De peni-
ten dist. 3. ap.
Nihil pro-
dest.
Ponit de-
termina-
tionē I. fid.

Ponit de-
termina-
tionē Au.

Christo, Nam si verè penitentiam in Christo agerent, ite-
randam postea non putarent: quia sicut vnum baptisma, ita
est vna penitentia. His aliisque pluribus vntur in assertio-
nem suæ opinionis. Sed Ambr. dicit, Hæc vera penitentia est
cessare à peccato. Et iterum, Magni profectus est renunciassè
errori. Imbutos enim vitiis animos exuere atque emendare
virtutis est perfectæ & cœlestis gratiæ, & ideo sanè ita de fini-
ri potest. Penitentia est virtus vel gratia, qua commissæ ma-
læ cum emendationis proposito plangimus & odimus & plā-
genda vterius committere nolumus: quia penitentia vera
est in animo dolere, & odire vitia. Vnde illa verba præmissa,
Penitere est anteacta desistere & stenda non committere: re-
tè sic accipi possunt, vt non ad diuersa tempora, sed ad idem
referantur, vt scilicet tempore quo desit commissæ mala,
non committat voluntate vel opere stenda, quod innuitur ex
verbis consequentibus. Nam qui sic alia deplorat, &c. Hinc
August. ait, Cauendum est ne quis existimet nefanda illa cri-
mina (qualia qui agunt, regnum Dei non possidebunt) quori-
die perpetranda, & elemosynis redimenda. In melius est
enim vita mutanda: & per elemosynas de peccatis præteri-
tis propitiandus est Deus non ad hoc emendus quodam mo-
do, vt ea semper liceat impune committere. Nemini enim
dedit laxamentum peccandi, etsi miserando debeat commis-
sa peccata, si non satisfactio congrua negligatur. Item Pius
papa. Nihil prodest homini ieiunare & orare, & alia religio-
nis opera agere: nisi mens ab iniquitate reuocetur. Qui ergo
à malis sic mentem reuocat, vt commissæ plangat, & plā-
genda committere non velit, nec satisfacere negligit, verè
penitet. Nec ideo non est vera penitentia, quia fortè post,
non de proposito, sed casu vel infirmitate peccabit. Ille au-
tem irrisor est, & non penitens, qui sic commissæ plangit, vt
plāgenda voluntate vel opere committere non desinat. Ille
etiam qui post lachrymas repetit: quæ fleuit, lauat et ad tem-
pus: sed mundus non est, id est, illa munditia non est ei suf-
ficiens ad salutem: quia est momentanea, non perseverans.
Item illud, Inanis est penitentia, quam sequens culpa coin-
quinat, sic intelligendum est: Inanis est, scilicet carens fru-
ctu illius penitentia, quam sequens culpa non inquinat. Il-
lius enim fructus est vitatio gehēnæ, & adoptio gloriæ. Mor-

tificatur enim illa penitentia, & alia anteacta bona per se-
quens peccatum, vt non forriantur mercedem, quam merue-
runt cum fierent, & quam haberent si peccatum non succe-
deret. Sed & si de peccato succedendi penitentia agatur, &
penitentia quæ præcessit, & alia anteacta bona reuiuiscunt:
sed illa tantum quæ ex charitate prodierunt. Illa enim sola
viua sunt, quæ ex charitate fiunt. Ideoque si per sequentia
peccata mortificatur, per subsequentem penitentiam reuiu-
iscere possunt. Quæ verò sine charitate fiunt, mortua & ina-
nia generantur: & ideo per penitentiam reuiuiscere non va-
lent. Similiter intelligendum est illud, Nihil profunt lamen-
ta veniam à malis, &c. & illud, Nihil valet, &c. Si enim repli-
centur peccata, nihil valet ad salutem vel ad veniam in fine
præcedens lamentum, quia nihil relinquitur de vitæ mun-
ditia: quia aut peccata dimissa redeunt, vt quibusdam placet,
cum replicantur: vel si non redeunt, eis tamen delictis propter
ingratitude in ita reus & immundus constituitur, cum ad-
huc in expiandis implicatur, ac si iam delicta redirent. De hoc
tamen scilicet an peccata redeant, post plenius agemus. Si-
militer nihil valet ad salutem obtinendam, vel ad mundi-
tiam vitæ habendam, veniam de malefactis poscere, & ma-
lefacta denuo iterare. Ita etiam intelligendum est illud quod
idem Augustinus alibi ait, Penitentia est quædam dolentis
vindicta, semper puniens in se quod dolet commississe. & in-
frà, Quotidie dolendum est de peccato, quod declarat ipsa
dictionis virtus. Penitere enim est pœnam tenere: vt sem-
per puniat in se vlciscendo, quod commisit peccando. Ille
autem pœnam tenet, qui semper vindicat quod commississe
se dolet. Penitentia ergo est vindicta semper puniens in se,
quod dolet commississe. Quid restat nobis: nisi dolere in vi-
ta? vbi enim dolor finitur, deficit & penitentia. Si verò pœ-
nitentia finitur, quid relinquitur de venia? Tandiu gaudeat
& speret de gratia, quandiu sustentatur à penitentia. Dicit
enim Dominus, Vade, & amplius noli peccare: non dixit,
Ne pecces, sed nec voluntas peccandi in te oriatur. Quod
quomodo seruabitur, nisi dolor in penitentia continuè cu-
stodiat: Sed semper doleat, & de dolore gaudeat: & non sit
satis quod doleat, sed ex fide doleat, & non semper doluisse
doleat.

Aug. in li.
de vera et
falsa Peni-
tentia.
c. 8. in me-
dio eiusdē,
in to. 4. Eo
de li. ca. 9.

Ioan. 5. ca.
c. 8. b

Determinatio intelligentie dictorum.

DE poenitentia perfectorum, vel ad salutem sufficienti intelligendum est quod supra dixi, scilicet, Poenitentia est vindicta semper puniens quod commisit: & alia huiusmodi. Illud verò, si poenitentia finitur, nihil de venia relinquitur: dupliciter accipi potest. Si enim iuxta quorundam intelligentiam peccata dimissa redeunt, facile est intelligere nihil de venia relinqui: quia peccata dimissa iterum replicantur. Sicut enim ille, qui ex seruitute in libertatem manumittitur, interim verè liber est, & tamen propter offensam in seruitutem postea reuocatur: sic & poenitentia peccata verè dimittuntur, & tamen propter offensam quæ replicatur, iterum redeunt. Si verò non redire dicantur, sanè potest dici etiam sic nihil de venia relinqui: non quòd dimissa peccata iterum impudentur, sed quia propter ingratitude ita reus & immundus constituitur, ac si illa redirent.

De solenni & vnica poenitentia.

ILLUD autem quod Ambrosius ait, Reperiuntur, &c. Sicut vnum baptisma, ita & vna poenitentia: non secundum generalem, sed secundum specialem morem ecclesie de solenni poenitentia dictum intelligitur: quæ apud quosdam semel celebrata non iteratur. Item illud aliud Ambrosij, Poenitentia semel vsurpata, nec verè celebrata, & fructum prioris aufert, & vsum sequentis amittit: de solenni intelligitur. Solennis ergo poenitentia, vt Ambrosius in eodem ait, est que fit extra ecclesiam in manifesto, in cinere & cillio: quæ pro grauioribus horrendisque ac manifestis delictis tantum imponitur. Et illa non est iteranda pro reuerentia sacramenti, vt ne vilescat & contempribilis fiat hominibus. Vnde Augustinus, Quauis cautè & salubriter prouisum sit, vt locus illius humillimæ poenitentia semel in ecclesia concedatur, ne medicina vilis vel minus vilis esset ægrotis: quæ tantò magis salubris est, quantò minus contempribilis fuerit. Quis tamen audeat Deo dicere, Quare huic homini, qui post poenitentiam primam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis? Origenes quoque de hac solenni poenitentia, quæ pro grauioribus criminibus iniungitur, ait, Si nos aliqua culpa mortalis inuenerit, quæ non in crimine mortali, vel in blasphemia fidei, sed in sermone vel in morum vitio

De poenit. dist. 3. cap. Reperiuntur. De poenit. dist. 3. cap. fin.

S. poenitentia ergo.

Ad Maced. epi. 54 non longe à princ. in tomo 2. Super Leuitic. c. 25. Homil. 15.

consistat: hæc culpa semper reparari potest, nec interdicitur aliquando de huiusmodi poenitentiam agere: sed non ita de grauioribus criminibus. In grauioribus enim criminibus semel tantum poenitentia conceditur locus. Communia quæ frequenter incurrimus, semper poenitentiam recipiunt, & semper redimuntur. Communia dicit venialia peccata, & fortè mortalia quædam aliis minus graua, quæ sicut sæpè committuntur, ita frequenter per poenitentiam redimuntur. Sed de grauioribus criminibus semel tantum agitur poenitentia, scilicet solennis. Nam & de illis, si iterentur, iteratur poenitentia, sed non solennis: quod tamen in quibusdam ecclesiis non seruatur.

Authoritatibus probat, quòd non semel tantum, sed frequenter peccata dimittantur per poenitentiam.

QVOD verò poenitentia non semel tantum agatur, sed frequenter iteretur, & per eam frequenter iterum venia presteretur, pluribus Sanctorum testimoniis probatur. Ait enim Augustinus scribens contra quosdam hæreticos, qui peccantibus post baptismum semel tantum dicebant vtilem esse poenitentiam, ita: Adhuc instant perfidi, qui sapiunt plus quam oportet: non sobrij, sed excedentes mensuram dicunt, Et si semel peccantibus post baptismum valeat poenitentia, non tamen sæpè peccantibus proderit iterata: alioquin remissio ad peccandum esset incitatio. Dicunt enim, Quis non semper peccaret, si semper per poenitentiam redire posset? Dicunt enim Dominum incitatore m mali, si semper peccantibus subuenit: & ei peccata placere, quibus semper præsto est gratia. Errant autem: constat enim multum ei peccata displicere, qui semper præsto est ea destruere. Sed si ea amaret, non semper ea destrueret. Idem ad Macedonium, Instantium hominum iniquitas aliquando progreditur, vt etiam post peractam poenitentiam, & post altaris reconciliationem, vel similia, vel grauiora committant. Et tamen Deus facit etiam super tales oriri solem suum, nec minus tribuit, quam antè tribuerat, largissima munera vitæ & salutis. Et quauis eis in ecclesia locus ille poenitentia non concedatur: Deus tamen super eos suæ poenitentia non obliuiscitur. Ex quorum numero si quis vobis dicat, Dicite mihi vtrum aliquid proficit ad vitam futu-

in medio eiusdem, in tomo 10.

In libr. de Vera & Falsa Poenitentia, in to. 7. Ad Ro. 12.

Aug. ad Maced. epi. 54. nò longe à princ. in to. 2. Matt. 5. 9.

ram, si in ista vita illecebrosissima voluptatis blandimenta contempsero, si me poenitendo vehementius quam prius excruciauero, si vberius fleuero, si melius vixero, si pauperes largius sustentauero, si charitate ardentius flagrauero? quis vestrum ita desipit, vt huic homini dicat, Nihil tibi ista in posterum proderunt? Vade, saltem huius vitæ suauitate frue. Auertat Deus tam immanem sacrilegæque dementia. Item Ioan. Chrysoft. de reparatione lapsi, Talis mihi crede, talis est erga homines pietas Dei: Nunquam spernit poenitentiam, si ei sincere & simpliciter offeratur, etiam si ad summum quis perueniat malorum, & inde ramentum veluti reuertit ad virtutis viam: suscipit libenter & amplectitur, & facit omnia, quatenus ad priorem reuocet statum. Quodque est adhuc præstantius & eminentius, etiam si non potuerit quis explere omnem satisfaciendi ordinem, quantumlibet cunctum & quantumlibet breui tempore gestam non respuit poenitentiam: suscipit etiam ipsam, nec patitur quamuis exiguæ conuersionis perdere mercedem. Exemplis etiam hoc idem astrui potest. Dauid enim per poenitentiam adulterij simul & homicidij veniam impetrauit: & grauitate tamen postea deliquit in populi enumeratione, quod populi multitudo prostrata ostendit. Illud autem mirabile est, quod angelo ferient plebem se obtulit dicens, Grex iste quid fecit? fiat manus tua in me, & in domum patris mei. Quo facto statim sacrificio dignus iudicatur, qui absolute æstimabatur indignus. Nec mirum si tali sua oblatione pro populo peccati sui adeptus est veniam: cum Moyses offerendo se pro plebis errore peccata diluerit. His aliisque testimoniis pluribus euidenter ostenditur, per poenitentiam non semel tantum, sed sæpius nos à peccatis surgere, & veram poenitentiam sæpius agi. Voluntariè enim peccantibus nobis, vt ait Apostolus, pro peccatis non relinquuntur hostia, secunda scilicet, quia semel tantum Christum oportuit pati: nec relinquuntur secundus baptismus. Relinquuntur verò secunda poenitentia, & tertia, & deinceps, vt Ioannes Chrysolomus super hunc locum ait. Sciendum, inquit, quòd hæc quidam exurgunt, horum verborum occasione poenitentiam auferentes: quasi per poenitentiam non valeat peccator post lapsum resurgere secundo, & tertio, & deinceps. Verum etiam in hoc poenitentiam non excludit, nec prop-

Et habetur de poenitentia, dist. 3. cap. Talis.

1. Re. II. d. Ibidem, c. Ambr. in Apologia David c. 7. in fin. eiusdem, in tomo 4. 1. Pa. 21. c. Exo. 31. g.

Hebr. 10. e.

Ad ca. 10. Ad Heb. Rom. 2. o.

tionem, quæ sæpè sit per poenitentiam: sed secundum baptismum, & hostiam.

QVOD PLVRIBVS IRRETITVS PECCATIS non potest poenitere de vno verè, nisi de omnibus poeniteat.

Distinct. xv.

ET sicut prædictis auctoritatibus illorum error conuincitur, qui poenitentiam sæpius agendam non putant, & per eam à lapsu peccantes frequenter surgere diffidentur: ita eisdem illorum oppositio eliditur, qui pluribus irretitum peccatis asserunt de vno verè poenitere, eiusdemque veniam à domino consequi posse sine alterius poenitentia. Quod etiam auctoritatibus astruere conantur. Ait enim Propheta, Non iudicabit deus bis in idipsum: vel vt alij transtulerunt, Non consurget duplex tribulatio. Si ergo, inquiunt illi, aliquis sacerdoti fuerit confessus vnum de duobus vel pluribus peccatis, & de illo iniunctam sibi poenitentiam à sacerdote satisfactione expleuerit cæteris tacitis: non pro illo peccato amplius iudicandus est, de quo satisfecit ad arbitrium sacerdotis, qui vicem Christi in ecclesia gerit. Ideoque si de eo iterum iudicetur, bis in idipsum iudicatur deus, & consurget duplex tribulatio. Sed de his oportet illud tantum intelligi, qui presentibus suppliciis commutantur in bonum, & sic perseverant: super quos non consurget duplex tribulatio. Qui verò inter flagella duriores & deteriores fiunt, vt Pharaon presentibus æterna connectunt: vt temporale supplicium sit eis æternæ poenæ initium. Vnde August. Ignis succensus est, & c. id est, vindicta dei hæc incipiet: & ardebit vsque ad extremam damnationem. Hoc contra illos notandum est, qui dicunt illud scilicet, Non iudicabit deus bis in idipsum, ad omnia pertinere flagella: quia quidam hæc flagellis emendantur, alij hæc & in æternum puniuntur. Quinque enim modis flagella contingunt, vel vt iustis per patientiam merita augeantur, vt Iob: vel ad custodiam virtutum, ne superbia tentet, vt Paulus: vel ad corrigenda peccata, vt Maria lepra: vel ad gloriam dei, vt de cæco nato: vel ad iudicium poenæ, vt Herodi, quatinus hæc videatur quid in inferno sequatur secundum illud: Ducti conuictione conterere eos Domine. Illa ergo auctoritas

De poenitentia specialiter quæritur ad eius partes: elidit errorem eorum quid dicitur quod poenitentia potest fieri de vno peccato sine alio. Nahum 1. & habetur de poenitentia, dist. 3. sunt plures. Sicut auctoritas 8. dist. cap. Presbyteri determinatione præcedentium. Super canonicum.

Deu. 21. d. & allegatur de poenitentia, dist. 3. ca. Ignis. Glo. Beda super Mat. Quot modis contingunt flagella. Iob 1. d.

2. Cor. 11. c. Nahum non cogit nos sentire, omnia quæ temporaliter puniuntur, non ulterius à Deo punienda: nam et si super eundem locum Hieronymus dicat Ægyptios & Israëlitas à Deo temporaliter puniendos, ne in æternum punirentur: non est tamen de omnibus generaliter intelligendum: Ait enim sic, Quod genus humanum diluio, Sodomitas igne, Ægyptios mari, & Israëlitas in heremo perdidit, scitote ideo temporaliter peccatis punisse, ne in æternum puniret: quia non iudicabit Deus bis in idipsum. Qui ergo puniti sunt, postea non punientur: alioquin mentitur Scriptura, quod nefas est dicere.

Quæ sit intelligentia præmissorum.

ATTENDE Lector his verbis, & caue ne de omnibus generaliter intelligas: sed de his tantum, qui inter ipsa flagella penitentiam egerunt, credentes in Deum Hebræorum, quam et si breuem & momentaneam, tamen non respuit Deus. Quod autem qui per temporale flagellum non corriguntur, post æternaliter puniantur, ibidem ostendit, agens de fideli deprehensio in adulterio qui decollatur. Vbi ostendit leuia peccata breui & temporali supplicio purgari, magna verò diuturnis æternisque suppliciis reservari: ita in quibus, Quærat hinc aliquis, si fidelis deprehensus in adulterio decollatur, quid de eo postea fiet? Aut enim punietur, & falsum est quod dicitur, Non iudicabit deus bis in idipsum: aut non punietur: & optandum est adulteris ut hinc breui poena puniantur, ut frustrentur in cruciatus æternos. Ad quod respondemus, Deum ut omnium rerum, ita suppliciorum quoque scire mensuras: & non præueniri sententiam iudicis, nec illi in peccatorem exercendæ dehinc poenæ auferri potestatem: & magnum peccatum magnis diuturnisque luiti cruciatibus. Si quis verò punitus sit temporaliter, ut ille qui Israëlitarum maledixerat, & qui in sabbato ligna collegerat, tales postea non puniuntur: quia culpa leuis præfenti supplicio compensata sit. Leuis enim culpa leui supplicio compensatur. His satis innuit Hieronymus graua peccata & hinc puniri graui supplicio: & in futuro punienda æternaliter, de quibus penitentia non agitur inter flagella. Leuia verò quæ hinc puniuntur, leui poena compensationem recipere: quod in bonis fieri non ambigimus, & in malis forte etiam sit ita. Satis iam apparet quod illi

de prophetia induxerunt, non facere pro eis qui dicunt, ei, qui crimen sibi reservat de alio veniam præstari per penitentiam. Alias quoque auctoritates inducunt. Ait enim Gregorius, Pluit Dominus super vnam civitatem, & super alteram non pluit: & eandem civitatem ex parte compluit, & ex parte aridam relinquit. Cum ille qui proximum odit, ab aliis vitiis se corrigit, vna eademque civitas ex parte compluitur, & ex parte arida remanet: quia sunt quidam, qui cum quædam vitia resercent, in aliis grauiter perdurant. Item Ambr. Prima consolatio est, quia non obliuiscitur misereri Deus: secunda per punitionem, vbi et si fides desit, poena satisfacit & releuat. Ratione quoque vtuntur dicentes, Si is qui vnum peccatum confitetur altero tacito, satisfactionem à sacerdote iniunctam expleuerit: nunquid et si peccatum tacitum conuersus fuerit confessus, pro utroque ei penitentia imponetur? Longè hoc videtur à ratione, & ecclesiæ consuetudine: quæ pro eodem peccato, nisi reiteretur, nulli bis penitentiam imponit. Fuit ergo illa peccati condigna satisfactio, vnde & peccatum deletum videtur.

Quomodo accipienda sunt præmissa.

HIS responderi potest sic: Illud Gregor. Pluit Dominus. &c. non ad criminis veniam, sed ad operis prauis desertionem referendum est: ut ideo pars ciuitatis dicatur complui, quia ab actu & delectatione peccati, cui antè seruiebat, modo cessat: non quòd eius veniam habeat. Vocaturque pluvia illa talis continentia, qua ab opere peccati reuocatur: quia ex fonte gratiæ Dei id cordi instillatur: ut vel sic paulatim ad penitentiam veniat: vel eo minus à Deo puniatur qui diuturniori delectatione & actu peccati maius sibi accumulasset tormentum. Si verò ad indulgentiam reatus pluvia referatur, Euangelicæ sententiæ cõtrariæ videbitur. Si enim propter misericordiam, qua quis proximo suo non miseretur, etiam quæ dimissa sunt replicantur ad poenam: multo magis quæ non solum sunt dimissa propter odium fraternum, ad poenam reservari probatur. Et si ille qui arbiter suæ voluntatis constitutus est, non potest inchoare nouam vitam, ut ait August. nisi poeniteat cum veteris vitæ: quomodo ad nouitatem indulgentiæ perueniet, qui odij viciositatem non

Super Ezech. lib. 1. hõmil. 10. & habetur de cõs. dist. 3. cap. pluit. Super Psal. 118. i. principio, sermone. 18. in tomo 4. & habetur de cõs. dist. 3. ca. Prima cõsolatio.

De penitentia. dist. 3. cap. Quærat hic aliquis si illud etiam Gregorius usque ad finem cap. Mat. 18. d.

deposuit? Illud etiam quod ait Ambr. Et si fides desit, poena satisfaci, & c. non de fide intelligitur qua creditur in Deum: sed de conscientia delicti. Desit enim fides, cum conscientia peccati non subest. Nam cum delicta omnia nemo intelligat: est aliquando in homine peccatum cuius non habet conscientiam. Vnde Apostolus, Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Cum ergo quis flagellatur pro peccato cuius non est conscius, si patienter fert poenam & humiliter amplectitur, cogitans se forte peccatum habere, quod non intelligit, & pro eo puniri à Deo, poena illa satisfaciit & releuat grauatam. Ad hoc autem quod obiicitur de satisfactione illa si satisfactio non fuit, iterum imponenda est. Si verò iterum imponenda non est, satisfactio fuit, & si satisfactio fuit, veniam impetrauit. Responderi potest satisfactio nem non ideo fuisse, quia ille dignos fructus poenitentiae non fecit. Est enim satisfactio poenitentiae, ut ait Aug. peccatorum causas excidere, nec suggestionibus eorum aditum indulgere. Item, Sanè qui sceleratè viuunt, nec curant talem vitam morèsq; corrigere, & inter ipsa facinora sua eleemosynas frequentare non cessant: frustra ideo sibi blandiuntur, quia Dominus ait, Date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. Hoc enim quam late pateat non intelligunt. Multa enim sunt genera eleemosynarum: quae cum facimus adiutamur. Non solum qui dat esurienti cibum, sitienti potum, & huiusmodi: sed etiam qui dat veniam petenti, eleemosynam dat, & qui emendat verberè in quem potestas datur, vel coèrceat aliqua disciplina, vel orat ut ei peccatū dimittatur, eleemosynam dat: quia misericordiam praestat. Multa enim bona praestantur inuitis, quando eorum consulerit utilitati & non voluntati: sed ea maior est qua ex corde dimittimus quod in nobis quisque peccauit. Minus enim magnum est erga eum esse beneuolum, qui tibi nihil mali fecit. Illud multo grandius vè tuum etiam inimicum diligas, & ei qui tibi malum vult, & si potest facit, semper bonum velis, faciāsque quod possis. Quod ergo Dominus ait, Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis: ita ne intellecturi sumus, vt non credentibus in Christum, munda sint omnia, si eleemosynas istas dederint: qui enim vult ordinatè eleemosynam dare ei se debet incipere, & etiam primū sibi dare. Est enim eleemo-

2. Cor. 4. a

Aug. in li. de poen.

Aug. in Ench. ca.

75. 7. prin.

eiusdem.

Luc. 11. f

De generibus eleemosynarū

Ibidem.

Cap. 72.

Aug. in Ench. cap.

73. in prin. cipio.

syna opus misericordiae: verissimèque dictum est, Miserere animae tuae placēs Deo. Non ergo se fallant, qui per eleemosynas largissimas fructuum suorum vel pecuniae impunitatem se emere aestimant, in peccatis permanentes: quae ira diligunt, vt in eis optent versari. Qui verò diligit iniquitatem, odit animam suam: & qui odit animam suam, non est misericors ei sed crudelis. Diligēdo quippe eam secundum seculum, odit eam secundum Deum. Si ergo vult ei dare eleemosynam per quam fit munda, odiat eam secundum seculum, & diligit eam secundum Deum. Hac eleemosyna, quam sibi homo primitus debet, mundantur interiora. Ad quod hortans Christus ait, Mundate quae intus sunt. Im mundis enim nihil est mundum sed polluta sunt eorum mens & conscientia, vt ait Apostol. Im mundi verò sunt omnes quos non mundat fides, qua creditur in Christum: de qua scriptum est, Mundans fide corda eorum. sed ne istas eleemosynas, quae fiunt de fructibus terrae, respicere Christus videretur. Hac, inquit, oportuit facere. scilicet iudicium & charitatem Dei, & illa non omittere, id est, eleemosynas fructuum terrenorum. Ex his datur intelligi, quod in peccato mortali permanentes, etsi eleemosynas largas faciant, non tamen per eas satisfaciunt: quia inordinatè agunt, dum à se non incipiunt. Nec propriè dicitur eleemosyna tale opus, dum sibiipsis crudeles existunt, non placentes Deo. Non ergo dicenda est illa peccati satisfactio, quam quis agit pro vno peccato, dum perdurat in altero. Quia nihil prodest ieiunare, & orare, & alia bona agere, nisi mens reuocetur à peccato, & si aliquando conuersus tacitum peccatum sacerdoti fuerit confessus, de vtroque imponenda est ei satisfactio: quia de primo condignè non satisfecit.

Secundum quosdam fuit satisfactio.

QVI BVS DAM tamen videtur fuisse satisfactio, sed infructuosa, dum in peccato altero persistit: percipietur tamen fructus eius, incipietque proficere, cum peccati alterius poenituerit. Tunc enim vtrunque dimittitur peccatum, & satisfactio praecedens viuificatur, quae fuerat mortua: sicut baptismus illi qui fictè accedit tunc primitus valet, cum fictio à mente recedit per poenitentiam. Et in huius opinionis munimentum auctoritates inducunt. Ait enim August.

Ecol. 10. d

Psal. 10.

Mat. 2. c

Sed Ti.

lum 2. d

Act. 11. c

Mat. 23. c

De poenit.

dis. 3. nihil

prodest.

Pius pa-

pa.

*Li. de Ve-
ra & fal-
sa pœn. ca.
14. in fin.
tomo 4.
Cōmenta-
rio ad il-
lud Ag-
gæi primo,
Semina-
stiumultū,
C. 1. fo. 6*

Pium est credere, & nostra fides expostular, vt cum gratia Christi in homine destruxerit mala priora, etiā remuneret bona: & cum destruxerit quod suum non inuenit, diligit bonum quod in peccante plantauit. Item Hierony. Si quando videris inter multa peccata quemquam facere aliqua iusta opera, non est iam iniustus Deus, vt propter multa mala obliuiscatur paucorum bonorum: sed faciet ea metere & in horrea cōgregare, quæ bona in terra seminauit. Sed hæc dicta intelligimus de illo, qui in charitate quodam tempore bona facit & bonus est, alio verò tempore malus est & multa peccata facit. Non ergo intelligendum est eum inter multa peccata iusta opera fecisse, quasi simul eodémque tempore peccata fecerit & iusta opera: sed diuersis temporibus vtraque fecisse. Nisi enim bonus foret quando bona fecit, non seminasse diceretur in terra bona. Destructis ergo malis post opera bona commissis, priora bona in charitate, scilicet facta, quæ sequentia mala mortificauerant, penitentia de illis malis habita viuificantur & remunerantur. Vnde Apostolus, iacentes fundamentum penitentiæ ab operibus mortuis: opera mortua nominans priora bona significat, quæ per sequens peccatum erant mortua; quia hi peccando priora bona irrita fecerunt. Hæc sicut peccando fiunt irrita, ita per penitentiā reuiuiscunt, & ad meritum æternitatis prodesse incipiunt. Similiter & illud bonum amat Deus quod plantauit in peccante, in illo scilicet qui post illud bonum peccauit, non simul peccans & bonum operans extitit: quia talis hominis opus non diligeret Deus ad remunerationem. Potest etiam accipi de operibus bonis, quæ ab aliquo fiunt dum malus est, & in peccato mortali persistit vel ad tempus, vel vsque in finem: quæ dicuntur à Deo remunerari & non dari obliuioni, non quia proficiant ad vitam æternam obtinendam, sed ad tolerabilius extremi iudicij supplicium sentiendum: sicut de fide & cæteris quæ sine charitate habentur, Aug. ait, Si quis non habens charitatem, quæ pertinet ad vnitatem spiritus & vinculum pacis quo ecclesia connectitur, in aliquo schismate constitutus, ne Christum neget patitur tribulationes, famem, persecutionem, vel flammam, vel bestias, vel ipsam crucem, timore gehennæ: nullo modo ista culpanda sunt, imò & hæc laudanda est patientia. Non enim dicere poterimus melius ei

*De operi-
bus bonis.
De pœni.
distin. 3.
Quid ergo
S. Potest
etiam.
Li. de Pa-
nitentiâ, vi-
co cap. 26.
in tom. 4.*

fuisse, vt Christum negando nihil horum pateretur, quæ passus est confitendo: sed æstimandum est fortasse tolerabilius ei esse futurum iudicium, quàm si Christum negando nihil horum pateretur: vt illud quod ait Apostolus, Si tradidero corpus meum ita vt ardeat, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest: nihil prodesse intelligatur ad regnū obtinendum: nisi ad extremi iudicij tolerabilius subeundum supplicium. & infra, Hæc propter charitatem dicta sunt: sine qua in nobis non potest esse vera penitentia; quoniam in bonis charitas Dei est quæ tolerat omnia.

*Perstringit dictorum summam, vt
alia addat.*

EX his ostenditur bona quæ sine charitate fiunt, prodesse quidem ad tolerabiliorem pœnam sentiendam, sed non ad vitam obtinendam. Illa enim quæ in charitate quis facit, si postea prolapsus fuerit nec exurrexit, non esse in memoria Dei Ezechiel dicit, Si auerterit se iustus à iustitia, & fecerit iniquitatem, nunquid viuet? omnes iustitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur: in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiæ quas fecit. In cuius loci expositione Gregor. ait, Hoc nobis maxime considerandum est, quia cum mala committimus, sine causa ad memoriam tractata bona reuocamus: quoniam in perpetracione malorum nulla debet esse fiducia bonorum præteritorum. Intelligendum est hoc, ad vitam percipiendam bona præterita non dare fiduciam, etsi ad mitiorem pœnam: alioquin præmissæ auctoritati Augustini obuiaret. Bona ergo sine charitate facta, & bona in charitate facta, quæ cōcomitatur mortalis culpa, quam non delet sequens penitentiā: ad sensum mitioris pœnæ proficiunt, non ad vitæ fructum.

*Auctoritates alias inducit contra eos qui dicunt de vno peccato penitentiam
agi, altero tacito.*

S A T I S arbitror illis esse responsum, qui asserunt de vno crimine penitentiam agi, & veniam præstari, alio in delectatione retento, vel per confessionem non exposito, qui non modo præmissis auctoritatibus confutantur, sed etiam subditis; ait enim Aug. Sunt plures quos penitenter peccasse,

1. Cor. 13. b

*August.
1. Cor. 13.*

Exec. 33. f

*Home. 11.
super E-
xec. in li. 4.*

*Li. de Ve-
ra & fal-
sa pœn. cap.
9. tomo 4o*

sed tamen omnino reseruantur sibi quædam in quibus delectantur: non animaduertentes Dominum simul mutum & surdum à dæmonio liberasse, per hoc docens nos nunquam nisi de omnibus sanari. Si enim vellet peccata ex parte reseruari habenti septem dæmonia, ei proficere potuit, sex expulsis: expulit autem septem, vt omnia crimina simul ei eiicienda doceret. Legionem verò dæmonum ab alio eiiciens, nullum reliquit de omnibus, qui liberatum possideret, ostendens, quòd etià peccata sine mille, oportet de omnibus pœnitere. Nunquam aliquem sanauit Dominus, què non omnino liberauit. Totum enim hominè sanauit in sabbaro: quia & corpus ab omni infirmitate, & animam ab omni contagione liberauit: indicans pœnitentem oportere simul dolere de omni crimine. Scio enim Dominum inimicum omni criminoso. Quomodo ergo qui crimen reseruat, de alio recipiet veniam? sine amore Dei consequeretur veniam, sine quo nemo vnquam inuenit gratiam? Hostis enim Dei est, dum offendit persecratur. Quædam enim impietas infidelitatis est ab illo qui iustus & iustitia est, dimidiam sperare veniam. Iam enim sine vera pœnitentia inueniret gratiam. Pœnitentia enim vera ad baptismi puritatem conatur adducere. Rectè enim pœnitens quicquid sordis post purificationem baptismi contraxit, oportet vt abluat, saltè lachrymis mentis, sed satis durus est, cuius mentis dolorè oculi non declarant. Sed sciat se culpabiliter durum, qui deslet damna temporis, vel mortè amici, & dolorem peccati non ostèdit in lachrymis. Quem ergo pœnitet, omnino pœniteat. Idem, pœnitentes, si verè estis pœnitentes, & non estis irridentes, mutate vitam, reconciliamini Deo. Pœnitentiam agis, genua figis, & rides: subannas Dei patientiam. Si pœnitentiam agis pœnitet te: si non pœnitet te, non es pœnitens. Si ergo pœnitet, cur facis quæ malè fecisti? Si fecisse pœnitet, noli facere: si adhuc facis, certè non es pœnitens. Item Innocentius II. Admonemus fratres nostros, ne falsis pœnitentis laicorum animas decipi, & in infernum pertrahi patiantur. Falsam autem pœnitentiam esse constat, cum speris pluribus de vno solo pœnitentia agitur: vel cum sic agitur de vno, vt non discedatur ab alio.

Repetit de vera pœnitentia.

E X præmissis perspicua sit notitia veræ pœnitentiæ vel

*Mar. 7. c
Luca 8. f*

Mar. 5. b

*Io. 11. 7. d
Ibidem.
ca. eodem.*

*Aug. lib.
de ver. et
falsa pœ-
nitentia c.
10. in prin-
cip. eiusdè.
De pœnit.
distin. 5. c
Fratres
nostros.*

satisfactionis. Illa enim vera est pœnitentia, quæ peccatum abolet: quòd illa sola facit, quæ scelus corrigit, quæ odium commissi criminis & committendi cum desiderio satisfaciendi affert. Iudas enim pœnituisse legitur sine affectione veniæ, quia tali pœnitentia non correxit crimen: vnde Hierony. Nihil Iudæ profuit sera pœnitentia, per quam scelus corrigere non potuit. Sic quando frater peccat in fratrem, vt emendare non valeat quòd peccauit, potest ei dimitti: sin autem permanent opera, frustra voce assumitur pœnitentia, hoc est quòd de eo infelicissimo dicitur. Er oratio eius fiat in peccatum, vt non solum emendare nequiverit prodicionis nefas, sed proprij homicidij scelus addiderit. Cæue qualiter intelligas illud, Vt emendare non valeat quòd peccauit, &c. Non enim emendatio hinc intelligenda est rei demptæ recompensatio: sed delicti exprobratio & abominatio, cum satisfactionis desiderio. Demit enim iniuste quis alicui, quòd restituerè non valet, vt oculum, vel vitam & huiusmodi: & tamen si pœnituerit peccati cum amore condignæ satisfactionis, veniam habet. Nec ideo quisquam putet, qui rem alienam iniuste abstulerit quam reddere potest, de illo peccato pœnitere ac veniam consequi, nisi restituat ablatum. Quandiu enim res propter quam peccatum est, non redditur si reddi potest, non agitur pœnitentia, sed fingitur.

DE TRIBVS QVÆ IN PŒ- nitentia consideranda sunt.

Distinct. XVI.

A

IN perfectione autem pœnitentiæ tria obseruanda sunt, scilicet, compunctio cordis, confessio oris, satisfactio operis. Vnde Ioannes, Os oreum, Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ferrè, in corde eius contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas. Hac est fructifera pœnitentia, vt sicut tribus modis Deum offendimus, scilicet corde, ore, & opere: ita tribus modis satisfaciamus. Sunt enim tres peccati differentia (vt ait Augustinus) & in corde, & in facto, & in consuetudine, vel verbo tanquam tres mortes. Vna quasi in domo, scilicet, cum in corde

Ma. 27. d

*Comment.
ad illud.*

Mat. 27.

Quid ad

nos? in to-

mo 9.

Psal. 108.

*Aug. in
epist. 2. ad
Rom. epi.
4. post me-
diu eiusdè
in tom. 2.*

*Assignat
partes pœ-
nitentiæ vt
est ecclesiæ
sacramen-
tū, & de-
terminat
primò de
partib⁹ in
tegralib⁹*

penitent. consentitur libidini. Altera nisi prolata iam extra portam cum in factum procedit assensio. Tertia cum vi male consuetudinis tanquam mole premitur animus, vel noxiæ defensionis clypeo armatur, quasi in sepulchro iam foetens. Hæc sunt tria genera mortuorum, quæ Deus legitur suscitasse. Huic ergo triplici morti triplici remedio occurritur, contritione, confessione, satisfactione. Compunctio nobis commendatur ibi, Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Confessio ibi, Iustus in principio sermonis accusator est sui. Verè enim confiteretur qui se accusat, qui execrâdo malum sibi imputat. Et ibi, Effundite coram illo corda vestra. Et iterum, Confitemini alterutrum peccata vestra. Satis factio à Joanne præcipitur, ubi ait, Facite dignos fructus poenitentia, scilicet ut secundum qualitatem & quantitatem culpæ sit qualitas & quantitas poenæ. Non enim par debet esse fructus boni operis eius qui nihil vel minus peccauit, & eius qui grauius cecidit. Ideo discretio poenitentia valde necessaria est, vt illa gerat quæ tradit Augustinus dicens. Cõsideret qualitatem criminis, in loco, in tempore, in perseverantia, in varietate personæ: & quali hoc fecerit tentatione, & in ipsius vitij multiplici executione. Oportet enim poenitere fornicantem secundum excellentiam sui status vel officij, vel secundum modum meretricis, & in modum operis sui: & qualiter turpitudinem egerit, si in loco sacro, si in tempore orationi constituto, vt sunt festiuitates & tempora ieiunij. Consideret quantum perseverauerit, & desinat quod perseveranter peccauerit: & quanta victus fuerit impugnatione. Sunt enim qui nõ solum non vincuntur, sed vltro se peccato offerunt: nec expectant tentationem, sed præueniunt voluptatem. Et pertractet secum, quàm multiplici actione vitij delectabiliter peccauit. Omnis ista varietas confitenda est & desinenda, vt cum cognouerit quod peccatum est, citò inueniat Deum sibi propitium. In cognoscendo augmentum peccati, inueniat cuius ætatis fuerit, cuius sapientia & ordinis. Immoretur in singulis istis & sentiat modum criminis, purgans lachrymis omnem qualitatem vitij, desinat virtutem qua interim caruit. Dolendum est enim non solum quod peccauit, sed quia virtute se priuauit. Desinat etiam quoniam offendens in vno, factus est omninõ reus. Ingratus enim extitit, qui plenus virtutibus deum

omnino non timuit. In hoc enim quisque peccator fit culpabilior, quod est deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccauit, quia omni bono abundauit. Alio etiam modo offendens in vno, factus est omnium reus: quia omnis virtus patitur detrimentum ab vno vitio. Ponat se omnino in iudicio & potestate sacerdotis, nihil sui referuâs sibi: vt omnia eo iubente paratus sit facere pro recipienda vita animæ, quæ faceret pro vitanda corporis morte: & hoc cum desiderio, quia vitam recuperat infinitam. Cum gaudio enim facere debet immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus, semper deprecetur deum, offerat deo mentem & cordis contritionem, deinde & quod potest det de possessione, & tunc si quid offeret, securus offerat. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Prius dicit Abel, quàm ad munera eius. In iudicio ergo cordis conferenda est elemosyna tribuentis. Nec considerandum est quantum, sed qua mente, qua affectione dat quod potest. Qui ergo sua peccata redimere vult temporalium oblatione, prius offerat mentem. Caueat etiam ne ductus verocundia, diuidat apud se confessionem, vt diuersa diuersis velit sacerdotibus manifestare. Quidam enim vni cecant, quod alteri manifestandum conseruant: quod cõ se laudare, & ad hypocritism tendere, & semper venia carere: ad quam per frustra putat peruenire. Caueat etiam ne prius ad dominicum corpus accedat, quàm confortetur bona conscientia, & doleat quod nondum audeat sumere, quem multum desiderat cibum salutarem. Cohibeat etiam se à ludis, à spectaculis seculi, qui perfectam vult consequi remissionis gratiam. Isti sunt digni fructus poenitentia, animam captiuam elaqueantes, & in libertate seruantes. Et infra. Quærat anima dignos fructus, et si non dignos poenitentia. Poenitentia enim grauiores postulat, vt dolore & gemitibus mortuus impetret vitam. Ex his ostenditur qui sunt digni fructus poenitentia, quibus vera satisfactio expletur: quod non omnes digni fructus sunt digni fructus poenitentia: quod de illa poenitentia intelligitur, quæ maiorum est criminum. Non enim sufficiunt grauius delinquentibus, quæ sufficiunt minus vel parum peccantibus.

Qua sit falsa satisfactio.

ET sicut sunt digni fructus poenitentia, ac vera satisfactio

Iacob. 2. b
Aug. de
poen. Vera
& Falsa
in tomo 4.
cap. 14.
Ibidem.
Cap. 15.

Gen. 4. b

Quod non
est diuide
da confes
sio per di
uersos sa
cerdotes.

Aug. ibi
cap. 15.

*Depenit.
di. 5. cap.
Falsus*

Cio:ita & indigni fructus, & falsa satisfactio, id est, falsa pœnitentia. Vnde Grego. Falsas pœnitentias dicimus, quæ non secundum auctoritates sanctorum pro qualitate criminum imponuntur. Ideo quæ miles, vel negotiator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, si culpis grauioribus irretitus ad pœnitentiam venerit, vel qui bona alterius iniuste detinet, vel qui odium in corde gerit: recognoscat se veram pœnitentiam non posse peragere, nisi negotium relinquat, vel officium deserat, & odium ex corde dimittat, & bona quæ iniuste abstulit, restituar. Nec tamen desperet, interim quicquid boni facere potest, hortamur vt faciat, vt deus cor eius illustret ad pœnitentiam, Cùm sit pœnitentia interior, & exterior de vtraque per præmissa satis apparet quæ sit vera, & quæ sit falsa.

De tribus actionibus pœnitentiæ.

*Homil. de
Vilitate
& necessi-
tate pœ. q̄
est 50. in
to. 10. &
li. de Mē-
dicina pœ.
ca. 2. in to-
mo 9.
Exo. 20. b*

Act. 2. f

P R Æ D I C T I S verò adiciendum est quod tribus modis agitur pœnitentia, ante baptismum scilicet de prioribus peccatis: post baptismum de grauioribus, quæ post committuntur. Est etiam pœnitentia venialium quotidiana: quæ etiam humilium est, & perfectorum: vnde August. Tres sunt actiones pœnitentiæ, quas mecum eruditio vestra recognoscit. Vna est quæ nouum hominem per baptismum parturit, donec per baptismum omnium præteritorum ablutio fiat peccatorum: quia nullus suæ voluntatis arbiter, nisi pœniteat eum veteris vitæ, nouam inchoare potest, à qua paruuli sunt immunes cùm baptizantur, quia nondum possunt vti libero arbitrio: quibus tamen ad remissionem originalis peccati prodest eorum fides, à quibus offeruntur. Altera est actio pœnitentiæ post baptismum, quæ fit pro illis peccatis quæ legis Decalogus continet. Agunt ergo homines pœnitentiam ante baptismum de peccatis prioribus: ita tamen vt etiam baptizentur, sicut Petrus ait, Agite pœnitentiã, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Domini, &c. Agunt etiam pœnitentiam, si post baptismum ita peccauerunt, vt excommunicari & reconciliari postea mereantur. Est etiam pœnitentiã honorum & humilium fidelium, penè quotidiana:

in qua pectora tundimus, dicentes, Dimitte nobis debita nostra, &c. Neque à nobis dimitti volumus, quæ dimissa nobis in baptismo non dubitamus: sed illa quæ humana fragilitate, quantum parua, tamen crebra subrepunt, quæ si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt & oppriment, sicut vnum aliquod grande peccatum. Quid enim interest ad naufragium, an vno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim subrepensa qua in sentinam per negligentium culpam impleat nauem & submergatur? Ideo ieiunium, & elemosynæ, & orationes inuigilent: in quibus cùm dicimus, Dimitte nobis debita nostra, &c. manifestamus nos habere quod nobis dimittatur: & in his verbis humiliantes animas nostras, quotidianam agere pœnitentiam non cessamus.

De satisfactione venialium

D

Q V Æ autem pro venialibus sit satisfactio sufficiens, Augustinus insinuat ita inquit in Enchir. De quotidianis & breuibus leuibusque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfaciunt. Eorum enim est dicere, Pater noster qui es in cælis, &c. Delet omnino hæc oratio minima & quotidiana peccata. Delet & illa à quibus vita fidelium etiam sceleratè gesta, sed pœnitendo in melius commutata discedit. Sicut veraciter dicitur, Dimitte nobis debita nostra: ita & veraciter dicatur, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, id est, sic fiat quod dicitur: quia & ipsa elemosyna est veniam petentibus omnino ignoscere. Ex his aliisque præmissis iam facile est intelligere, quæ pro venialibus sit exhibenda satisfactio. Sufficit enim dominica oratio eum ieiunio & elemosynis: sic tamen vt præcedat contritio aliquantula, & addatur confessio si ad sit facultas, de qua confessione post tractabitur. Pro grauioribus verò peccatis hæc etiam in satisfactione adhibenda sunt, sed multò vehementius: quia vt ait Augustinus, ad agendam pœnitentiam non sufficit mores in melius commutare, & à malis factis recedere, nisi de his quæ facta sunt satisfaciatur Domino per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus elemosynis.

*Matt. 6. b
Quod mul-
titudo ve-
nialium ita
aggrauat
sicut vnum
grande
peccatum.*

Matt. 6. b

*Cap. 11. in
Tomo 3.*

Matt. 6. b

*In libr. de
Pœnitentiã
Medicinã,
c. 5. in to. 9
& Ho. 50.
quæ est de
Vilitate
ac Necessi-
tate Pœni-
tentiã in fi-
in tom. 10.*

De confes-
sione sacra-
mentalis &
de his quæ
ad cõspe-
ctat prout
habet rati-
onem reme-
dij quãtũ
ad necessi-
tatem ex-
pientia.
Psal. 31.
Cassiodo. i.
Glossa Or-
dinaria te-
stimoniũ
probat in
sola cõtri-
tione pecca-
tũ dimitti
in eundem
Psal. 31. nõ
lõge à prin-
cipio Euar-
rationis in
tom. 8.
Psal. 50.
Exe. 19. c.
De pe. di.
1. ca. Con-
uertimini
quasi per
votum.
Luc. 17. d.
Ioan. 11. f.
Eccl. 17. d.
12. antho-

TRIA PROPONUNTUR QUÆRENDÆ:
Primum, An sine confessione dimittatur
peccatum. *de vve*
Distinct. XVII.

Hic oritur questio multiplex. Primò enim queritur vtrum
absque satisfactione, & oris confessione, per solam cor-
dis contritionem, peccatum alicui dimittatur. Secundo, An
alicui sufficiat confiteri deo sine sacerdote. Tertio, An laico
fidei facta valeat confessio. In his enim etiam docti diuersa
sentire inueniuntur: quia super his varia ac penè aduersa tra-
didisse videntur Doctores. Dicunt enim quidam, sine confes-
sione oris & satisfactione operis neminem à peccato munda-
ri, si tempus illa faciendi habuerit. Alij vero dicunt ante oris
confessionem & satisfactionem in cordis contritione pecca-
tum dimitti à deo, si tamen votum confitendi habeat. Vnde
Propheta, Dixi, Confitebor aduersum me in inu. m. Do. & tu re-
im. & c. Quod exponens Cassio. ait, Dixi, i. deliberavi apud me
quòd confitebor, & tu remisisti. Magna pietas dei. qui ad sol-
lam promissionem peccatum dimiserit. Votum enim pro o-
peratione iudicatur. Item August. Nondum pronunciat, prom-
mittit se pronunciatum, & deus dimittit: quia hoc ipsum
dicere, quoddam pronunciare est corde. Nondum est vox in
ore. vt homo audiat confessionem, & deus audit. Item, Sacrifi-
cium deo spiritus contribul. cor contrit. & c. Alibi etiam legi-
tur, Quacunque hora peccator conuersus fuerit & ingemue-
rit, vita viuere, & non morietur. Non dicitur, Ore confessus fue-
rit, sed conuersus ingemuerit. Vnde datur intelligi, quòd etiã
ore tacente veniam interdum consequimur. Hinc etiam le-
prosi illi quibus Dominus præcepit vt ostenderent se sacerdo-
tibus, in itinere antequam ad sacerdotes venirent, mundati
sunt. Ex quo insinuat, quòd antequam ora nostra sacerdo-
tibus aperiamus, i. peccata confiteamur, à lepra peccati munda-
mur. Lazarus etiam non prius de monumento est e ductus,
& post à domino suscitatus: sed intus suscitatus, prodiit foras
uiuus. vt ostenderetur suscitatio animæ præcedere confes-
sionem. Nemo enim potest confiteri, nisi suscitatus: quia à mor-
tuo, velur qui non est, perit confessio. Nullus ergo confiteatur,
nisi resuscitatus. Nemo autem suscitatur, nisi qui à peccato sol-
uitur: quia peccatum mors animæ est, quæ vt est vita corpo-

*Super hoc quæ non n. vide Iacobum
de bal. supra salmum 31 f. 99*

ris, ita eius vita deus est. His aliisque pluribus authoritatibus
probat, ante confessionem vel satisfactionem sola compun-
ctione peccatum dimitti, quod qui negant, eas determinare
laborant: nec non in huius sententiæ depressionem, ad suæ opi-
nionis assertionem authorum testimonia inducunt. Ait enim
Dominus per Esaiam. Dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris.
Item Ambro. Non potest quisquam iustificari à peccato, nisi
peccatum ipsum antea fuerit confessus. Idem dicit, Confessio
à morte animam liberat, confessio aperit paradysum, confes-
sio spem salutis tribuit: quia non meretur iustificari, qui in vi-
ta sua non vult peccatum confiteri. Illa confessio nos liberat,
quæ fit cum penitentia. Penitentia vera est dolor cordis, &
amaritudo animæ pro malis quæ quisque commisit. Item
Ioan. Non potest quisquam gratiam dei accipere, nisi purga-
tus fuerit ab omni peccato per penitentiam: confessionem &
per baptismum. Item Aug. Agite penitentiam, qualis agitur
in ecclesia. Nemo dicat sibi, Occultè ago, quia apud deum a-
go, nouit deus qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine
causa dictum est. Quæ solueritis super terram, soluta erunt in
caelis: Ergo sine causa clauis datae sunt? Frustramus ergo ver-
bum Christi. Iob dicit, Si erubui in conspectu populi peccata
mea confiteri. Item Ambros. Venialis est culpa, quam sequi-
tur confessio delictorum. Item Augustinus super illum lo-
cum Psal. Non absorbeat me profundum, neque vrgeat super
me puteus os suum. Puteus est profunditas iniquitatis: in
quam si cecideris, non claudet super te os suum, si tu non clau-
dis os tuum. Confitere ergo & dic: De profundis clamaui ad
te domine, & c. & euades. Claudet super illum qui profundum
contemnit: à quo mortuo, velur qui non sit, perit confessio.
Item Augu. Nullus debitam grauioris poenæ accipit veniam
nisi qualem cunque, etsi longè minorem quam debeat, solue-
rit poenam. Ita enim impartitur à deo largitas misericordiae,
vt non relinquatur iustitia disciplinae. Item Hieronym. Qui
peccator est, plangat delicta propria vel populi & ingrediatur
ecclesiam, de qua propter peccata fuerat egressus: & dormiat
in sacco. vt præteritas delicias, per quas deum offenderat, vitæ
austeritate compenset. His aliisque authoritatibus nituntur
asserere, sine confessione vocis & aliqua solutione poenæ ne-
minem à peccato mundari.

ritatib. cõ-
tra probat
sine cõfes-
sione nõ di-
mitti pec-
catum.
Esai. 43. d.
Capi. 4. in
fi. in to. 4.
Idè in Ser-
mone Xpi.
de pe. dis.
1. cap. Ecce
nũc. Ioan.
Christ. de
pe. di. 1. c.
non potest
Ho. 4. 9. nõ
lõge à prin-
cipio. Io.
Mat. 16. c.
Iob 31. d.
Li. de Pa-
radiso, ca.
14. in me-
dio, i to. 4.
Super Ps.
68. in fine
Concionis
prima ad
illũ Psal.
tom. 8.
Psal. 12. 9.
Prou. 18. c.
De poenit.
di. 16. Su-
per mali.
& allega-
tur de pe.

*dist. 1. cap.
qui san-
ctus facer.*

*De penit.
dist. 1. cap.
Nullus.
Ibidem. c.
Agite.*

*Sup Psal.
90. Post
medium
Enarra-
tionis ad
illum Psal.
in tom. 8.
Auctori-
tatibus p-
bat quod
sufficiat
soli Deo
confessio-
nem fieri.
Psal. 31. f
Super Lu-
cam li. 10.
in fi. com-
mentarij
ad ca. 22.
in tomo 4.*

Cui sententia potius consentiendum sit.

QUID ergo super his sentiendum sit, quid tenendum? Sanè dici potest, quòd sine confessione oris, & solutione poenae exterioris peccata delentur per contritionem & humilitatem cordis. Ex quo enim proponit mente compuncta se confessurum, deus dimittit: quia ibi est confessio cordis, est non oris: per quam anima interius mundatur à macula & contagione peccati commissi, & debitum aeternae mortis relaxatur. Illa ergo quae superius dicta sunt de confessione & penitentia, vel ad confessionem cordis, vel ad interiorem poenam referenda sunt. Sicut illud Augustini, Quòd nullus dicitur veniam consequi, nisi prius quantulumcunque peccati soluerit poenam: vel de exteriori poena accipienda sunt & ad contemnentem vel negligentem referenda, sicut illud, Nemo dicat, Occulte ago, &c. Nonnulli enim in vita peccata confiteri negligunt vel erubescunt: & ideo non merentur iustificari. Sicut enim precepta est nobis interior poenitentia: ita & oris confessio, & exterior satisfactio si ad sit facultas. Vnde nec verè poenitens est, qui confessionis votum non habet. Et sicut peccati remissio munus dei est: ita poenitentia & confessio per quam peccatum delentur, non potest esse nisi à deo, vt Augusti ait, Iam, inquit, donum spiritus sancti habet, qui confitetur & poenitet: quia non potest esse confessio peccati & compunctio in homine ex seipso. Cum enim irascitur sibi quisque & displicet, sine dono spiritus sancti non est. Oportet ergo poenitentem confiteri peccata, si tempus habeat, & tamen antequàm sit confessio in ore si votum sit in corde, praestatur ei remissio.

Si sufficit soli deo confiteri.

IA M secundum quaestionis articulum inspiciamus, scilicet vtrum sufficiat peccata confiteri soli deo, an oporteat confiteri sacerdoti. Quibusdam visum est sufficere, si soli deo fiat confessio sine iudicio sacerdotalis & confessione ecclesiae: quia Dauid dixit, Dixi confitebor Dom. & tu remi. &c. non ait, Sacerdoti: & tamen remissum sibi peccatum dicit. Item Amb. Ideo sicut Petrus, quia culpa obrepit ei: non inuenio quid dixerit, inuenio quod steterit. Lachrymas eius lego, satisfactio- nem non lego. Sed quod defendi non potest, abluui potest. La-

quant Lachrymae delictum, quod voce pudor est confiteri. Veniam stertus consulit, & verecundia. Hoc idem etiam Maximus dicit episcopus. Item Ioan. Chrysoft. Non tibi dico vt te prodas in publicum, neque apud alios te accuses: sed obedire te volo prophetae dicenti, Reuela deo vitam tuam. Ante deum ergo tua confitere peccata, apud verum iudicem cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua, sed conscientiae tuae memoria: & tunc dæmuni spera te misericordiam posse consequi. Si habueris peccata tua in mente continuè, nunquam malum aduersus proximum in corde tuo tenebis. Idem, Peccata tua quotidie dicito, vt deleas illa. Sed si confunderis alicui dicere, dicito ea quotidie in animo tuo, non dico vt confitearis ea conferuo tuo, vt tibi exprobet. Dico deo qui curat ea. Nec enim si non dixeris, ignorat ea cum faciebas ea, praesto erat: cum admitteres ea, cognouerat. Nunquid ea vult à te cognoscere? Peccare non erubuisti, & confiteri erubescis? Dico in hac vita, vt in alia requiem habeas: dicito ingemiscens & lachrymans. In codice scripta sunt peccata tua. Spongia peccatorum tuorum lachrymae tuae sint. Item Prosper, illi quorum peccata humanam notitiam latent, non ab ipsis confessi, nec ab aliis publicata, si ea confiteri vel emendare noluerint, deum quem habent testem, ipsum & habituri sunt ultorem. Quòd si ipsi sui iudices fiant & veluti suae iniquitatis ultores, hic in se voluntariam poenam severissimae animadversionis exerceant: temporalibus poenis mutabunt aeterna supplicia, & lachrymis ex vera cordis contritione fluentibus restinguent aeterni ignis incendia. Et infra, Facilius sibi deum placabunt illi, qui aut propriis confessionibus crimen produnt, aut nescientibus aliis ipsi in se voluntariae excommunicationis ferunt sententiam: & ab altari cui ministrabant, non animo, sed officio separati, vitam suam quasi mortuam plantunt: certi quòd reconciliati sibi efficacis poenitentiae fructibus à deo non solum amissa recipiant, sed etiam supernae ciuitatis gaudia recipiant. His auctoritatibus innituntur, qui sufficere contendunt deo confiteri peccata sine sacerdote. Dicunt enim quòd si quis timens detegit culpam suam apud homines, ne inde opprobrio habeatur, vel alij suo exemplo ad peccandum accingantur, & ideo tacet homini, & reuelat deo, consequitur veniam.

*Super cap.
12. ad He.
Homil. 31.
post mediū
eiusdem.
Psal. 36
Hom. 2. in
Psal. 50
ad eū ver-
sum. Et
peccatum
meum con-
tra me est
semper.
post mediū
Homiliae.
De penit.
di. 1. c. per-
ro illi. Et
in li. de Vi-
ta Contem-
platina.
Cap. 7.
Ibidem c
Facilius.*

Quod non sufficit soli deo confiteri, si tempus ad sit, si tamen homini possit.

Iac. 5. d.
In Ho. 50.
quæ est de
Vtilitate
ac Necessi-
tate Pœni-
tentie non
longè à fi-
ne eiusde
in tom. 10.

Idem de
pan. dist. 3

De pœni.
dist. 1. cap.
multiplex

Lib. de Ve-
ra & falsa
pœni. cap.
no. in fo. 4

SED quod sacerdotibus confiteri oporteat, non solum il-
la autoritate Iacobi, Confitemini alterutrum peccata ve-
stra, &c. sed etiam aliorum pluribus testimoniis compro-
batur. Ait enim August. Iudicet seipsum homo voluntariè dum
potest, & mores conuertat in melius: ne cum iam non poterit
præter voluntatem à Domino iudicetur: & cum in se protulerit
seuerissimæ medicinæ, sed tamen vtilissimæ sententiam
veniat ad antistites, per quos illi clauis ministrantur ecclesie.
Tanquam bonus iam incipiens esse filius, maternorum mem-
brorum ordine custodito, à præpositis sacramentorum acci-
piat satisfactionis suæ modum, in offerendo sacrificio conti-
tæ cordis deuotus & supplex. Id tamen agat, quod non solum
sibi profic ad salutem, sed etiam ad exemplum cæteris: vt si
peccatum eius non modò in graui eius malo, sed etiam in
tanto scandalo aliorum est, atque hoc expedire vtilitati ec-
clesiæ videretur antistiti, in noticiam multorum vel totius ple-
bis agere pœnitentiam non recuset: ne lethali plagæ per pu-
dorem addat tumorem, cum tanta est plaga peccati & impe-
tus morbi, vt medicamenta corporis & sanguinis Domini
differenda sint, autoritate antistitis, debet se quisque remo-
uere ab altari ad agendam pœnitentiam, & eadem autori-
tate reconciliari. Item Leo papa, Multiplex misericordia dei
ita lapsibus subuenit humanis, vt non modò per baptismum,
sed etiam per pœnitentiam spes vitæ reparatur: sic diuinæ vo-
luntatis præsidium ordinatis, vt indulgentiam dei nisi suppli-
cationibus sacerdotum nequeant obtinere. Christus enim
hanc præpositis ecclesiæ tradidit potestatem, vt confitentibus
pœnitentiæ satisfactionem darent, & eisdem salubri satisfac-
tione purgatos, ad communionem sacramentorum per ian-
uam reconciliationis admitterent. Item August. Quem
pœnitret, omnino pœnitent, & dolorem lachrymis ostendat:
representet vitam suam deo per sacerdotem, præueniat iudi-
cium dei per confessionem. Præcipit enim Dominus mun-
dandis, vt ostenderent ora sacerdotibus: docens corporali præ-
sentia confitenda peccata, non per scripta manifestanda. Di-
xit enim, Ora monstrare & omnes: non vnus pro omnibus
non alium statuatis nuncium, qui pro vobis offerat munus
deo

Deo à Moyse statutum: sed qui per vos peccastis, per vos eru-
bescatis. Erubescencia enim ipsa partem habet remissionis.
Ex misericordia enim hoc præcepit Dominus, vt nemo pœni-
tenter in occulto. In hoc enim quod per seipsum dicit sa-
cerdoti, & erubescenciam vincit, timore Dei offensus fit venia
criminis. Fit enim veniale per confessionem, quod crimina-
le erat in operatione: & si non statim purgatur, fit tamen ve-
niale, quod commiserat mortale. Multum enim satisfactio-
nis obtulit, qui erubescenciæ dominans nihil eorum quæ
commisit, nuncio Dei negauit. Deus enim qui misericors
& iustus est, sicut seruat misericordiam in iusticia, ita & ius-
ticiam in misericordia. Opus enim misericordiæ est peccã-
ti, peccata dimittere: sed oportet vt iustus misereatur iuste.
Considerat enim si dignus est, non dico iusticia, sed & mise-
ricordia. Iusticia enim sola damnat, sed dignus est miseri-
cordia, qui spiritali labore quærit gratiam. Laborat enim
mens paciendo erubescenciam. Et quoniam verecundia ma-
gna est pœna, qui erubescit pro Christo, fit dignus miseri-
cordia. Vnde patet, quia quanto pluribus confitebitur in spe
venitæ turpitudinem criminis, tanto facilius consequetur
gratiam remissionis. Ipsi enim sacerdotes plus possunt profici-
cere, plus confitentibus parcere. Item Leo papa. Quamuis
plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei ti-
morem apud homines erubescere non veretur; tamen quia
non omnium sunt huiusmodi peccata, vt ea qui pœnitenti-
am poscunt, non timeant publicari: remoueat in improba-
bilis consuetudo, ne multi à pœnitentiæ remediis arceantur,
dum aut erubescunt, aut timent inimicis sua facta referere,
quibus possunt legum percelli constitutione. Sufficit enim
confessio, quæ primum Deo offertur, & tunc etiam sacerdo-
ti, qui pro delictis pœnitentiæ precator accedit. Tunc enim
plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, si populi auribus
non publice conscientia consistens. Ex his aliisque pluri-
bus indubitanter ostenditur oportere Deo primum, & dein-
de sacerdoti offerri confessionem: nec aliter posse perueniri
ad ingressum paradisi, si ad sit facultas.

Quod cri-
minale fit
veniale.

Aug. ibid.
hactenus.
De pœni.
dist. 1.
Quamuis.

De tertio articulo, scilicet an sufficiat con-
fiteri laico.

T

*superiorane
quid no nem
vnde p'm
q' Tex 29
Quæstio.
Solutio.*

Mat. 16. c - N V N C priusquam præmissis auctoritatibus quæ his contradicere videntur, respondeamus, tertiam quæstionem intrucatur. Quod enim secunda quæstio continebat, scilicet an sine confessione & iudicio sacerdotis soli Deo confiteri sufficeret, expeditum est: & certificarum præmissis testimoniis, quod non sufficit confiteri Deo sine sacerdote: nec est verè humilis & pœnitens, si non desiderat & requirit sacerdotis iudicium. Sed nunquid æquè valet alicui confiteri socio vel proximo suo, saltem cum deest sacerdos? Sanè ad hoc potest dici, quod sacerdotis examen requirendum est studiosè: quia sacerdotibus concessit Deus potestatem ligandi arque soluendi. Et ideo quibus ipsi dimittunt, & Deus dimittit. Si tamen defuerit sacerdos, proximo vel socio est faciendi confessio. Sed curet quisque sacerdotem querere, qui sciat ligare & soluere. Talem enim esse oportet, qui aliorum crimina diiudicat. Vnde Aug. Qui vult confiteri peccata ut inueniat gratiam, querat sacerdotem qui sciat ligare & soluere, ne cum negligēs circa se extiterit, negligatur ab eo, qui eum misericorditer monet & petit: ne ambo in foveam cadant, quam stultus euicere noluit. Tanta itaque vis confessionis est, ut si deest sacerdos, confiteatur proximo. Sæpè enim contingit, quod pœnitens non potest vererundari coram sacerdote, quem desideranti nec tempus nec locus offert. Et ille cui confitebitur potestatem non habeat soluendi, sit tamen dignus venia ex sacerdotis desiderio, qui crimen confiteatur socio. Mundati enim sunt leprosi, dum ibant ora vel se ostendere sacerdotibus, antequam ad eos peruenirent. Vnde patet Deum ad cor inspicere, dum ex necessitate prohibetur ad sacerdotes peruenire. Vnde Aug. Sæpè quidem querunt eos sani & lati: sed dum querunt, antequam perueniant, moriuntur. Sed misericordia Dei ubique est: qui & iustis parere nouit, etsi non tam cito, sicut si solueretur a sacerdote. Qui ergo confiteatur sacerdoti, omnino meliori quàm potest confiteatur: & si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiam sacerdotis. Nam in resuscitatione filiae Archisynagogi puellæ, pauci interfuerunt qui viderunt: nondum enim erat sepulta, nondum extra portam delata, nōdum extra domum in notitiam portata. Intus resuscitauit, quam intus inuenit: relictis solis Petro & Iacobo & Ioanne. & patre & ma-

re puellæ, in quibus figuratim continentur sacerdotes ecclesiæ. Quos autem extra inuenit, aduertendum est quomodo suscitauit. Flebat enim turba post filium viduæ: fleuit Martha & Maria supplicantes pro fratre, flebat & turba Mariam secuta. In quo docemur, publicè peccantibus non propitium, sed ecclesiæ sufficere meritum. Laboret ergo pœnitens in ecclesiæ esse, & ad ecclesiæ unitatem tendere. Nisi enim vnitas ecclesiæ succurrat, nisi quod deest peccatori sua oratione cōpleat, de manib⁹ inimici nō eripietur anima mortui. Credendum est enim, quod omnes orationes & elemosynæ ecclesiæ & opera iustitiæ & misericordiæ succurrat, recognoscenti mortem suam ad conuersionem. Ideoque nemo dignè pœnitere potest, quem non sustineat vnitas ecclesiæ. Ideoque nemo perat sacerdotes per aliquam culpam ab unitate ecclesiæ diuisos. Ex his satis aperitur & absoluitur præmissæ quæstionis articulus. Querendus est enim sacerdos sapiēs & discretus, qui cum potestate simul habeat iudicium, qui si forte defuerit, confiteri debet socio. Bona verò inter confessionem venialium & mortalium distinguit super illum locum, Confitemini alterutrum peccata vestra. Ait enim, Coequalibus quotidiana & lenia, grauiora verò sacerdoti pandamus, & quæto iusserit tempore purgare curemus: quia sine confessione emendationis peccata nequeunt dimitti. Sed & grauiora coequalibus pandenda sunt, cum deest sacerdos, & viget periculum. Venialia verò, etiam sacerdoti ablata copia, licet confiteri coequali, & sufficit, ut quibusdam placet, si tamen ex contemptu nō prætermittatur sacerdos. Tutius est tamen & perfectius vtriusque generis peccata sacerdotibus pandere, & consilium medicinæ ab eis querere, quibus concessa est potestas ligandi & soluendi.

Hic aperit qualiter supradictæ auctoritates intelligenda sunt.

C V M ergo ex his aliisque pluribus testimoniis perspicuum fiat & indubirabiliter constet, peccata primum Deo, deinde sacerdoti esse confitenda, & si ipse defuerit etiam socio: illud Ioannis Chrysostomi superius positum, non est ita intelligendum, ut liceat alicui, si tempus habeat, sa-

*Luc. 7. b
Ioan. 11. d*

*Aug. ibid.
cap. 12.*

Iacob. 5. d

F

T

De penit.
dist. i. cap.
Quos al-
quando
ad finem.

De penit.
dist. i. cap.
Nunc au-
tem.

Loco pri-
citato.

Hæc expo-
sitione con-
firmat per
verba Ios.

De penit.
dist. i. cap.
Lachry-
ma.

Episcopus
super Le-
uiticum:

cerdote non confiteri: sed quia sufficit vbi crimen occultum est. soli Deo per sacerdotem dicens. & semel. Nec oportet publicari coram multis, quod occultum est. Quod norauit dicens, Non tibi dico vt te prodas in publicum. Sicut enim publica noxa publico eger remediora & occulta, secreta confessione, & occulta satisfactione purgatur. Nec necesse est vt quod sacerdoti semel confessi sumus, iterum confiteamur sed lingua cordis non carnis apud verum iudicem id iugiter confiteri debemus. Vnde idem Ioan. ait, Nunc autem si recorderis peccatorum tuorum, & frequenter ea in conspectu Dei pronuncies, & pro eis depreceris, citius illa delebis. Si vero obliuiscaris, tunc eorum recordaberis nolens quando publicabuntur, & in conspectu omnium amicorum & inimicorum, sanctorumque angelorum proferentur. Ita etiam illud Ambrosij, Lachrymæ lauant delictum, quod voce pudor est confiteri ad publicam penitentiam referendum est. Ibi enim virtutem lachrymarum & confessionis ostendens, significare voluit quod lachrymæ occultæ & confessio secreta, sicut quæ fit soli sacerdoti, lauant delictum quod pudet aliquem publicè confiteri. Quod verò dicit se lachrymas Petri legisse, non satisfactionem vel confessionem: per hoc non excludit illam. Multa enim facta sunt quæ scripta non sunt: & fortè nōdum facta erat institutio confessionis, quæ modò est. Similiter & illud Prosperi, Si sui iudices fiant, mutabunt æterna supplicia. & illud, Facilius Deum placabunt sibi, qui aut propriis confessionibus crimen produnt, aut uescieribus aliis in se sententiam excommunicationis ferunt ad publicam confessionem & satisfactionem referri oportet. Non enim solis sacerdotibus ius ligandi atque soluendi datum est, si cuique suo arbitrio poena vel excommunicationis sententia ligare, & absque sacerdotali iudicio seipsum Deo vel altari reconciliare licet, quod ecclesiasticæ institutioni & consuetudini penitus repugnat. Potius ergo si publicè peccasti, publicè confitere te reum & emēda. Si verò occultè deliquisti, etiam sic nō taceas; nec tamen dico vt publice, Taciturnitas enim peccati ex superbia nascitur cordis. Ideo enim peccatū suum quis celat, ne reputetur foris, qualem se iam diuino conspectui exhibuit: quod ex fonte superbiæ nascitur. Species enim superbiæ est se velle iustum videri, qui peccator est, atque

hypocrita conuincitur, qui instar primorum parentum, vel reuerteratione verborum peccata sua leuigare cōtendit, vel sicut Cayn peccata sua reticēdo suppressere quærit. Vbi ergo superbia regnat & hypocrisis, humilitas locum non habet. Sine humilitate verò alicui veniam sperare nō licet. Vbi est ergo taciturnitas confessionis, non est speranda venia criminis. Iam certissimè liquet quàm sit detestabile peccati silentium: & conuerso quàm sit necessaria confessio. Est enim confessio testimonium conscientie Deum timentis. Qui enim timet iudicium Dei, peccatum non erubescit cōfiteri. Perfectus timor soluit omnem pudorem; confessio peccati pudorem habet, & ipsa erubescētia est grauis poena. Ideoque iubemur confiteri peccata, vt erubescētiā patiamur pro poena. Nam hoc ipsum pars est diuini iudicij. Si ergo queritur an confessio sit necessaria, cum in contritione iam delectum sit peccatū: Dicimus quia quædam punitio peccati est, sicut satisfactio operis. Per confessionem etiam intelligit sacerdos, qualiter debeat iudicare de crimine. Per eā quoque peccator fit humilior & cautior.

DE REMISSIONE SACERDOTIS.

Distinct. XVIII.

HIC queri solet, Si peccatum omnino dimissum est à Deo per cordis contritionem, ex quo penitens vorum habuit confitendi, quid postea dimittatur ei à sacerdote. Vnde enim quo vinculo eum ligat, scilicet temporalis poenæ, sed non à quo eum absoluat: & ideo quero. Ante penitentiā nem quippè cordis anima rei maculam habet & foetorem peccati, atque æternæ vltionis vinculo ligata existit. Si verò ante confessionem per cordis cōtritionem Deus per seipsum sine ministerio sacerdotis & debirum omnino relaxat, & animam interius purgat à contagione & foetore peccati: quid ergo mundat? quid dimittit sacerdos? vbi sunt clauus illæ, quas Dominus tradidit Petro & successoribus eius, dicens, Tibi dabo clauus regni celorum? & Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in celo: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta, &c. Vt autem præmissa questio plenius explicari valeat, quasi aliud ducto rete, de his clauibus & vsu earum differamus.

& allega-
tur de pe-
dist. i. cap.
Non sunt
ad finem.

Io. Chrys.

Ad quid
valeat cō-
fessio.

A

De cōfes-
sione sacra-
mentalī in
se quantū
ad potestā-
tē absolue-
tis virtuta
clauis in
foro peni-
tentiali.
Mat. 16. s
Luc. 5.

*De clauibus.**De penit.
dist. x. cap.
Verbum
Dei.*

CLAVES istæ non sunt corporales, sed spirituales, scilicet discernendi scientia, & potentia iudicandi: id est, ligandi & soluendi, qua dignos recipere, & indignos debet excludere à regno ecclesiasticus index: qui sicut habet ius ligandi, ita soluendi. Vnde Ambrosius. Dominus par ius & soluendi esse voluit, & ligandi, qui vtrunque pari conditione permisit. Ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi habet. Et infra, Certum est quod ecclesiæ vtrunque licet, hæresis vtrunque non habet. Ius enim hoc solis permissum est sacerdotibus. Rectè ergo ecclesiæ hoc sibi vendicat, quæ veros sacerdotes habet: hæresis vendicare non potest, quæ veros sacerdotes non habet.

De usu clauium.

YSVS verò harum clauium multiplex est, discernere scilicet ligandos, & soluendos, ac deinde ligare vel soluere. Qui enim, vt ait Gregorius, indignos ligat vel soluit, propria potestate se priuat, id est, dignum priuatione se facit.

*Si sacerdos potest dimittere vel retinere peccata.**Opinio
quorundam.
Mat. 22.*

SED queritur, vtrum à peccato soluere valeat sacerdos, id est, à culpa, vt culpæ maculam abstergat, vel debitum æternæ mortis soluere valeat. Quidam arbitrati sunt, eum peccator dupliciter ligatus teneatur, vt prædictum est, scilicet mentis contagione ac cæcitate, & debito futuræ poenæ: alterum curari per Deum, alterum solui per sacerdotem. Partitur enim per peccatum quasdam tenebras interiores & maculas: à quibus nisi liberetur, proicitur in tenebras exteriores. Cum autem liberatur ab his suscitatur à morte peccati. Vnde Apostolus, Surge qui dormis, & illuminabit te Christus. Solus enim Christus, non sacerdos animam resuscitat, ac pulsat tenebris interioribus & maculis, eam illuminat & mundat, qui animæ faciem lauat: debitum verò æternæ poenæ soluere concessit sacerdotibus. Quod in resurrectione Lazari signatum asserunt: quem Christus prius per se interius viuificauit, deinde foras exire iussit, eumque adhuc ligatum soluere Apostolis præcepit: quia vt aiunt, ipse interius animam à caligine maculæque peccati emundat, sacerdotibus verò dedit vinculum æternæ mortis soluere. Alij vo-

*Ephes. 5. c.**Ioan. 11. f.*

lo dicunt solum deum, non sacerdotem, debitum æternæ mortis dimittere, sicut & animam interius per se viuificat: nec tamen dimittentur sacerdotibus traditam potestatem peccata dimittendi & retinendi, quibus dictum est: Quorum remiseritis peccata, &c. Sicut enim Christus retinuit sibi potestatem baptisimi, ita & poenitentiae. Et ideo sicut interius gratia sua animam illuminat, ita & simul debitum æternæ mortis relaxat. Ipse enim per seipsum peccata poenitentium tegit: & tunc tegit, quando ad poenam non referuat. Tunc ergo tegit, quando debitum poenæ soluit. Quod autem ipse tegat, aperte dicit Augustinus exponens illum locum Psalmi. Quorum recta sunt peccata, id est cooperta & abolita. Si enim texit deus peccata, noluit aduertere: si noluit aduertere, noluit animadvertere, id est, punire, sed ignoscere. Itaque ergo dicit à deo recta, vt deus non videat, id est, æternaliter puniat. Videre enim dei peccata est ad poenam imputare. Auertere autem faciem à peccatis, hoc est ea ad poenam non referuare. Item Hieronymus. Quibus deus dimittit peccata, tegit ne in iudicio reuelentur. Item Cassiodorus. Qui grauius habent peccata, aliis deus imputat, aliis per misericordiam non imputat. Ex his aperte ostenditur, quod deus ipse poenitentem soluit à debito poenæ: & tunc soluit, quando intus illuminat, inspirando veram cordis contritionem. Cui sententiæ ratio iustifragatur, & auctoritates attestantur. Nemo enim verè compungitur de peccato, habens cor contritum & humiliatum, nisi in charitate. Qui autem charitatem habet, dignus est vita æterna. Nemo autem simul vita & morte dignus est. Non est ergo tunc ligatus debito æternæ mortis. Filius enim iræ esse desit ex quo diligere & poenitere cepit. Extunc ergo solutus est ab ira: quæ non manet super illum, qui credit in Christum, sed super illum qui non credit. Nō ergo post modum per sacerdotem cui confitetur, ab ira æterna liberatur: à qua iam liberatus est per Dominum, ex quo dixit, Confitebor. Solus ergo deus hominem interius mundat à peccati macula & à debito æternæ poenæ soluit: qui per Prophetam ait. Ego solus de leonibus iniquitates & peccata populi. Itē Ambrosius. Verbum dei dimittit peccata, sacerdos est iudex. Sacerdos quidē officium suū exhibet, sed nullius potestatis iura exercet. Idē, ille solus peccata dimittit, qui solus pro peccatis nostris mortuus est. Item Augustinus.

*Aliorum
sententia
venior.**Ioan. 20. f.**Super Ps.**31. non lon-**ge à prin-**cipio scū-**de Enar-**rationis ad**eundem**Psalmum**in tom. 8.**In eūdem**Psal. 51. in**principio**Comment-**arij ad il-**lum Psal.**in tomo. 8.**Ad eum**Psal. su-**per eoloco.**Beat. vir**cui, &c.**Ratione**ritur ad**probādum**quod dicit**Ephes. 2. a.**Ioan. 3. b.**Esa. 43. d.**Autori-**tate probat**idem, &**habetur**de penit.**dist. 3. ca.**Verbum**Dei.*

Ioan. 1. d

Nemo tollit peccata, nisi solus deus, qui est agnus tollens peccata mundi. Tollit autem & dimittendo quæ facta sunt, & adiuvando ne fiant & perducendo ad vitam, ubi omnino fieri non possunt. His aliisque pluribus testimoniis docetur Dominum solum per se peccata dimittere: & sicut dimittit budam, ita & aliorum quorundam peccata retinet.

Quod sacerdotes etiam dimittunt, & tenent peccata suo modo.

Mat. 16. c

et 10. 2. c. f

Super 10.

Trac. 121.

Idem, eiusdem

in como 9.

Au. in li.

de Penit.

Vera &

Falsa, ca.

10. in 10.

mo 4.

Ioan. 8. f

Ma. 16. a

In libr. de

Baptismo

Parvulo

rū tom. 6.

NEC ideo tamen negamus sacerdotibus concessam potestatem dimittendi & retinendi peccata, cum hoc Veritas in Evangelio aperte doceat. Hinc Aug. ait, Ecclesie charitas, quæ per spiritum sanctum diffunditur in cordibus eorum qui participes sui sunt, peccata dimittit: eorum qui non suat, tenet. Idem, Sacerdotes possunt contentibus parcere: quibus enim remittunt, remittit deus. Lazarum enim de monumento suscitatum obtulit discipulis soluendum: per hoc ostendens, potestatem soluendi concessam sacerdotibus. Dixit enim, Quodcumque solueris super terram, erit solutum & in celo, & c. hoc est, Ego deus, & omnes celestis curie ordines, & omnes Sancti in gloria mea laudant vobiscum & confirmant quos ligatis & solutis. Non dixit, Quos putatis ligare & solvere: sed, in quos exercetis opus iustitiae vel misericordiae. Aliter autem, vel alia opera vestra in peccatores non cognosco. Idem, Cum veraciter ad deum converta peccata dimittuntur, ab eis dimittuntur, quibus ipse veraci conversione coniungitur. Spiritus sanctus ea dimittit: qui datus est omnibus sanctis sibi charitate coheretibus, siue se noverint corporaliter, siue non. Similiter cum alicuius tenentur peccata, ab eis tenentur, a quibus ille cordis prauitate disjungitur, siue notis corporaliter, siue ignotis. Omnes enim mali spiritualiter a bonis seiuncti sunt. Ecce hic dicit peccata dimitti, vel retineri a sanctis viris: & tamen spiritum sanctum ea dimittere dicit. Et quod maiori consideratione dignum est, idem etiam dicit, quod deus per se vel per sanctos suos tantum dimittit peccata. Ait enim sic, Sacramentum gratiae dat deus etiam per malos, ipsam vero gratiam non nisi per seipsum, vel per sanctos suos. Et ideo remissionem peccatorum vel per seipsum facit, vel per ipsum columbae membra: quibus ait, Si cui dimiseritis, dimittetur. Ecce quam varia a Doctoribus traduntur super his, & in hac tanta varietate quid tenendum? Hoc sane dicere ac sentire possumus, quod solus deus dimittit peccata & retinet: & tamen

ecclesie contulit potestatem ligandi & soluendi, sed aliter ipse soluit vel ligat, aliter ecclesia. Ipse enim per se tantum dimittit peccatum: qui & animam mundat ab interiori macula, & a debito aeternae mortis soluit.

Quomodo sacerdotes ligant vel solvunt a peccatis.

NON autem hoc sacerdotibus concessit, quibus tamen tribuit potestatem soluendi & ligandi, id est, ostendendi homines ligatos vel solutos. Unde Dominus leprosum sanitati prius per se restituit, deinde ad sacerdotes misit, quorum iudicio ostenderetur mundatus. Ita etiam Lazarum iam viuificatum obtulit discipulis soluendum. Quia etsi aliquis apud Deum sit solutus, non tamen in facie ecclesie solutus habetur, nisi per iudicium sacerdotis. In soluendis ergo culpis vel retinendis ita operatur sacerdos Evangelicus & iudicat, sicut olim legalis in illis qui cotaminati erant lepra, quæ peccatum signat. Unde Hier. super Matt. vbi Dominus ait Petro, Tibi dabo claves regni caelorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Hic, inquit, locum quidam non intelligentes, aliquid sumunt de supercilio Pharisaeorum: vt damnare innoxios, vel solvere se putent noxios: cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita quaeratur. In Levitico se ostendere sacerdotibus iubentur leprosi: quos illi non faciunt leprosos vel mudos, sed discernunt qui mudi vel imudi sunt. Ita & hic aperte ostenditur, quod non semper sequitur Deus ecclesie iudicium: quæ per resurrectionem & ignorantiam interdum iudicat, Deus autem semper iudicat secundum veritatem. Et in remittendis vel in retinendis culpis id iuris & officij habent Evangelici sacerdotes, quod olim habebant sub lege legales in curandis leprosis. Hi ergo peccata dimittunt vel retinent, dum dimissa a Deo vel retenta iudicat & ostendunt. Ponunt enim sacerdotes nomen Domini super filios Israel, sed ipse benedixit, vt legitur in Numeris. Hunc modum ligandi & soluendi Hieronymus supra notauit.

Alius modus ligandi & soluendi.

LIGANT quoque sacerdotes, dum satisfactionem poenitentiae contentibus imponunt. Solvunt, cum de ea aliquid dimittunt, vel per eam purgatos ad sacramentorum communionem admittunt: quem modum superius Leo papa notauit.

Mat. 8. a

Luc. 5. c

Ioan. 11. f

Leuitici.

13. a 12. d

Hieron. in

lib. cōmen

tariarū in

Matt. 3. d

c. 16. c. 16.

lem in 10.

mo 9.

Leu. 14. a

Num. 6. d

O de peccatis
et quomodo
ret.

Ibidem in
eodem.

III

143

Secundum hunc modum dicuntur etiam sacerdotes dimittere peccata vel retinere. Vnde superius August. dixit, Quibus remittunt, & remittit Deus, &c. Opus enim iustitiae exercet in peccatores, cum eos iusta poena ligat: opus misericordiae: dum de ea aliquid relaxat, vel sacramentorum communioni conciliat, alia opera in peccatores exercere nequit. Et notandum est, quia quos satisfactione poenitentiae ligant, eo ipso a peccatis solutos ostendunt: quia non imponitur alicui satisfactio poenitentialis, nisi quem sacerdos verè poenitentem arbitrat. Alij verò non imponunt: & eo ipso peccatum retineri à Deo iudicant. Quod autem hoc ad claus pertineat, August. ostendit dicens, Frustrat claus ecclesiae, qui sine arbitrio sacerdotis poenitentiam agit, si sine oris confessione criminis indulgentiam impetratur. Est & alius modus ligandi & soluendi, qui per excommunicationem geritur: dum aliquis secundam canoniam disciplinam tertio vocatus ad emendationem manifesti delicti, & satisfacere vilipendens, sententia ecclesiae à loco orationis, & sacramentorum communionis, & fidelium consortio praescinditur, ut erubescat, & pudore sceleris conuersus poeniteat, ut sic spiritus eius saluus sit. Quod si poenitentiam profitens respuerit, negatae communioni admittitur, & ecclesiae reconciliatur. Hac est autem ecclesiae anathematizatio: hanc poenam illis qui dignè percelluntur, infligit, quia gratia Dei & protectio illis amplius subtrahitur, ac sibi ipsi relinquuntur: ut sic eis liberum ruere in interitum peccati, in quos etiam maior diabolo fauendi datur potestas. Orationes quoque ecclesiae & benedictionum, ac meritorum suffragia, eis nequaquam suffragari putantur.

Quomodo secundum hos modos intelligendum sit illud:

Quodcumque solueritis, &c.

S E C V N D V M hos ligandi & soluendi modos quomodo verum est quod dicitur, Quodcumque solueritis super terram, erit solutum & in caelis: & quodcumque ligaueritis super terram, erit ligatum & in caelis, &c. Aliquando enim ostendunt solutos vel ligatos, qui ita non sunt apud Deum: & poena satisfactionis vel excommunicationis interdum indignos ligant vel solvunt: & indignos sacramentis admittunt, & dignos arcant. Sed intelligendum est hoc in illis quorum merita solui vel ligari postulant. Tunc enim sententia sacer-

dotis iudicio Dei & totius caelestis curiae approbatur & confirmatur, cum ita ex discretionis procedit, ut reorum merita non contradicant. Quoscumque ergo solvunt vel ligant, adhibentes claus discretionis reorum meritis, solvuntur vel ligantur in caelis, id est, apud Deum: quia diuino iudicio sacerdotis sententia sic progressa approbatur & confirmatur. Quos ergo secundum merita sententia ecclesiae percellit, laedit: & illi foris sunt apud Deum. Qui autem non meruit sententia ecclesiae non laeditur, nisi contemnat. Vnde Orig. Exit quis à veritate, à fide, à charitate? per hoc exit de castris ecclesiae, etiam si episcopi voce non abiciatur, sicut contra aliquis non recto iudicio foras mittitur: sed si non egit ut mereretur exire, nihil laeditur. Interdum enim qui foras mittitur, intus est: & qui foras est, intus videtur retineri. Ecce qualis & quantus est usus Apostolicarum clauium. Iam ostensum est ex parte, qualiter sacerdotes dimittant peccata, vel retineant, & tamen retinuit sibi Deus quandam singularem potestatem dimittendi vel retinendi: quia ipse solus per se debitum aeternae mortis soluit, & animam interius purgat.

Quae sint interiores tenebrae & interior macula.

H I C quaeritur, quae sit illa macula, & quae sint illae tenebrae interiores, à quibus Deus interius animam purgat, cum veram poenitentiam immittit. De tenebris & interiori caligine satis facile est & intelligere & respondere. Cum enim quis mortaliter delinquit, & gratia virtutis priuatur, si qua praecessit, & naturalium bonorum elisionem patitur. Vnde & intellectus obtunditur, & totus homo interior obtenebratur: & ira quasi caligine quadam mens obuoluitur, quae caligo peccati poena est. Hanc verò Deus pellit, cum poenitentiam immittit, per quam perdit bona restituit, & vitiosa reparat. Vnde Propheta, Nebulam sicut cinerem spargit. Sed quae est macula peccati, à qua animam lauat? Ecce enim quis voluit facere homicidium, & patrauit, quo patrato desinit tam velle quam facere: nondum tamen verè & humiliter poenitet, nec confiteri proponit. Quae ergo remansit in anima illius macula? Mala voluntas quidè fuit macula illius animae: sed illa transit. Macula etiam est, si poenitere contemnit: sed hoc est peccatum aliud à praecedenti. Quae ergo macula remansit, à qua ipse in poenitentia purgatur?

Super Leui. Ho. 14, ad 14. ca. eiusdè in medio Homilia, in tomo 1.

Psal. 147.

Leuit. 11. f. No. 19. d.

Polluta est quidem anima, quousque poeniteat, sicut erat dum in ea prava erat voluntas. Sicut enim qui tangit morticinium vel aliud immundum, ita pollutus est post tactum quousque lauatur, sicut fuit dum tangeret: sic post actum peccati ita polluta remanet anima, sicut fuit in ipso actu peccati: quia ita est longè à Deo per dissimilitudinem, qui est vita & munditia mentis, sicut fuit dum peccatum ageret. Ipsa ergo dissimilitudo quæ inest animæ ex peccato, & est à Deo elongatio animæ macula intelligitur, à qua purgatur in poenitentia. Hoc autem solus Deus facit, qui solus suscitatur animam & illuminat: quod sacerdotes nequeunt, qui tamen medici sunt animarum. Vnde Propheta. Nunquid medici suscitabunt, & confitebuntur tibi? quod exponens Augustinus ait, Boni Doctores rectè medici dicuntur: qui viuentes curare ministerio possunt: sed non mortuos suscitare. Sola enim Dei gratia mortui reuiuiscunt.

Psalm. 87. non loq̄e à sine Enarratōis ad illum Psal. in tomo 8.

QUANDO HÆ CLAVES DAN-
tur, & quibus.

Distinct. XIX.

*De confes-
sione sacra-
mentali in
cōparatio-
ne ad sus-
cipientes.
Quod non
omnis sa-
cerdos alte-
rā clauem
habet sciē-
tiam di-
scernendi.*

POSTQUAM ostensum est quæ sint claves Apost. & quis earum usus, superest inuestigare quando istæ claves dentur, & quibus. Dantur hæ claves per ministerium episcopi alicui in promotione sacerdotij. Cum enim recipit ordinem sacerdotalem, simul & has claves recipit. Sed non videtur quod omnes vel soli sacerdotes has claves habeant: quia plerique ante sacram ordinationem scientiam discernendi habent, plures post consecrationem ea carent. Sanè dici potest, quod alteram clauem istarum, id est, scientiam discernendi non habent omnes sacerdotes: vnde dolendum est atque lugendum. Multi enim licet indiscreti, atque scientiæ qua eminere debent, exortes, sacerdotij gradum recipere præsumunt, vita & scientia eo indigni: quia nec ante sacerdotium, nec post scientiam habent discernendi, qui ligandi sint vel soluendi. Id è quæ illam clauem in consecratione non recipiunt quia semper scientia carent. Qui verò ante sacerdotium scientia discernendi præditi sunt, licet habeant discretionem, non tamen in eis clausus est: quia non valent ea claudere vel aperire. Ideoque cum promoetur quis in sacerdotem, clauem di-

cretionis rectè dicitur accipere: quia & ante habita discretio augetur, & fit in eo clausus, ut ea iam valeat vti ad claudendum vel aperendum.

Si alteram clauem omnes habeant, scilicet potentiam ligandi & soluendi.

CVM QVE iam constet non omnes sacerdotes illas duas claves habere, quia scientia discernendi plerique carent: de altera, id est, potentia ligandi & soluendi quæritur, vtrum omnes sacerdotes eam habeant. Quidam enim hanc potestatem purant illis solis esse concessam, qui doctrinam simul ac vitam Apostolorum seruant. Illas enim claves promisit Dominus Petro, & imitatoribus eius tantum, ut aiunt: qui etiam auctoritatibus vtuntur in munimentum suæ opinionis. Hoc enim dicunt Augustinum sensisse, vbi superius ait, Remissionem peccatorum vel per se ipsum facit Deus, vel per columbæ membra. Dicit etiam idem peccata dimitti vel teneri à Sanctis. Idem super Exodum, vbi de lamina aurea legitur, Erat autem lamina aurea semper in fronte sacerdotis. Hæc, inquit, significat fiduciam bonæ vitæ: quam qui verè perfectusque, non significatione, sed veritate sacerdos habet, solus potest auferre peccata. Item Gregorius, Illi soli, habent in hac carne positi potestatem ligandi & soluendi sicut sancti Apostoli, qui illorum exempla simul cum doctrina tenent. Item ex dictis Origenis. Hæc potestas soli Petro concessa est, & imitatoribus Petri. Nam quicumque vestigia Petri imitantur, habeant rectè ligandi & soluendi potestatem. His aliisque testimoniis innituntur, qui asserunt potestatem ligandi ac soluendi illis solis concessam sacerdotibus, qui vita & doctrina polent sicut Apostoli.

Aliorum sententia verior.

ALII autem videtur, quod & mihi placere fateor, cunctis sacerdotibus hanc clauem dari, scilicet ligandi & soluendi: sed non eam rectè ac dignè habent nisi qui vitam & doctrinam Apostolicam seruant. Nec præmissæ auctoritates malos sacerdotes hanc potestatem negant habere: sed illos solos dignè ac rectè hac potestate vti significant, qui præditi sunt vita & doctrina Apostolica: quia soli ipsorum Apostolorum imitatores dignè rectèque possunt ligare & soluere. Et per Dominum tantum vel per sanctos, in quibus habitat spi-

Mat. 16. c.

In libr. de Bapti. cōtra Do. 5. c. 21. in tomo 7.

Exod. 28. f.

Aug. super

exo. c. 12. c.

in tomo 4.

In Tract.

Euangel.

Homil. 17.

ritus sanctus, dignè & rectè sit remissio vel retentio peccatorum. Fit tamen & per illos, qui sancti non sunt, sed non dignè vel rectè. Dar enim Deus benedictionem dignè posceti, etiam per indignum ministrum. Quòd verò hanc potestatem habeant omnes sacerdotes, Hieron. testatur super illum locum Euangelij, vbi Dominus dicit Petro, Tibi dabo claves regni cælorum. Habent enim, inquit, eandem iudiciariam potestatem alij Apostoli: habet & omnis ecclesia in episcopis & presbyteris. Sed ideo Petrus eam specialiter accepit, vt omnes intelligant quòd quicumque ab vnitare fidei & societate ecclesie se separauerit, nec à peccatis solui, nec cælum potest ingredi. Item, quòd sacerdos, etiam si malus sit, gratiam tamen transfundit pro sua dignitatis officio, Augustinus ostendit dicens, Dictum est à Domino in Numeris ad Moysen & Aaron sacerdotes, Vos pónite nomen meum super filios Israel: & ego Dominus benedicam eos: vt gratiam traditio per ministerium ordinati transfundat hominibus, nec voluntas sacerdotum obesse vel prodesse possit, sed meritum benedictionem poscentis. Quanta autem sit dignitas sacerdotalis officij & ordinis hinc aduertamus. Dictum est de nequissimo Capha inter cætera, Hoc autem à semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit: per quòd ostenditur spiritum gratiarum non personam sequi digni vel indigni sed ordinem traditionis: vt quamuis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere, nisi fuerit ordinatus vt officij ministerium exhibeat. Dei autem est, effectum tribuere benedictionis. Hinc euidenter ostenditur, ordinem non priuati potestate tribuendi gratiam ob ministerij indignitatem. Huic tamen August. sententiæ videtur obuiare quòd ait Esychius, Sacerdotes, inquit, non propria virtute benedicunt: sed quia figuram Christi gerunt, & propter eum qui in ipsis est, plenitudinem benedictionis tribuunt: non solum is qui sacerdotium sortitus est, sed quicumque Christum in seipso habet, & eius figuram gerit per conuersationem bonam, Sicut Moyses, idoneus est vt benedictionem prestat. Ecce hinc habes quòd non solum sacerdos, sed omnis in quo Christus habitat, benedictionem prestat. Sed alia est benedictio, quæ solis sacerdotibus congruit: alia quæ ab omnibus bonis communiter exhibetur. Deaique illi sacerdotes, in quibus Christus habitat

Quòd oēs sacerdotes habeat potestatem benedicens & soluendi confirmat. Mat. 16. c. In li. Quæstionis ex veteri Testamento de illo quòd habetur. Num. 6. d. Quæst. 11. in tomo 4. Ibidem. Ioan. 11. g.

Super Leuit. cap. 9. lib. 2.

benedictionis plenitudinem tribuere dicuntur: non quia soli illi transfundant gratiam: sed quia illi soli licitè & dignè id agunt. Nec subditos mala vita sacerdotis ledit, si bona faciunt quæ ille dicit. Vnde Gregor. Multi dum plus vitam sacerdotum quam suam discutiunt, in erroris foueam dilabuntur: minus considerantes, quòd non eos vita sacerdotum læderet, si humiliter bonis sacerdotum admonitionibus aurem accommodarent.

De hoc quòd scriptum est in Malachia, Maledicam benedictionibus vestris.

PRÆMISSÆ verò sententiæ, qua dicitur etiam per mali sacerdotis ministerium transfundi gratiam benedictionis, videtur obuiare quòd Dominus per Malachiam prophetam malis sacerdotibus comminatur, Maledicam benedictionibus vestris. Et alibi, Vch his qui viuificant animas quæ non viuunt, & mortificant animas quæ non moriuntur. Si enim viuificant non viuunt: quomodo per eos gratia benedictionis transfunditur? Sed illud capitulum, Maledicam, &c. quidam referunt ad hereticos, qui ab ecclesia præcisi sunt, & ad excommunicatos: quorum benedictiones sunt maledictiones his, qui eorum sequuntur errores. Illud verò alterum, s. Viuificant, &c. super omnes illos sacerdotes exponunt, qui absque clauescientia, & forma bonæ vitæ præsumunt ligare vel soluere. Sed nullus officio sacerdotis vti debet, nisi immunis sit ab illis quæ in aliis iudicat: alioquin seipsum condemnat.

Qualis debet esse iudex ecclesiasticus.

QVALEM autem oporteat esse, qui aliorum iudex constituitur, August. describit ita dicens, Sacerdos cui omnis offertur peccator, ante quem statuitur omnis languor in nullo eorum sit iudicandus quæ in alio iudicare est promptus. Iudicans enim alium: qui est iudicandus, condemnat scriptum. Cognoscat ergo se, & purget in se quòd alios videt sibi offerre: caueat vt à se proiecerit, quicquid in alio damnosum reperit. Animaduertat quòd qui sine peccato est, primus in illam lapidem mittat. Ideo enim liberauit peccatrice, quia non erat qui iuste proieceret lapidem. Quomodo lapidaret, qui se lapidandi cognosceret? Nullus enim erat sine peccato, in quo intelligitur omnes crimine fuisse reos. Nam venialia remitte-

1. quæst. 1.

Mal. 2. a. Exec. 13. d.

Rom. 2. a.

Li. de Vera & Falsa. Per. ca. 20. in tomo 4.

Rom. 2. a. Ioan. 8. a.

Nota, nã venialia hãc dicit & criminalia scõdam legẽ, vt venialia putabant quæ per ceremonialia dimittebãtur sine morte vel mutilatione: criminalia quæ mortẽ vel mutilationem inferebant.

Hactenus Aug. in e. superius citato.

Mal. 2. a

Hierony. non longẽ à principio Commentarij ad 2. ca. Mala. in tome 6.

bantur per ceremonias: Si quod ergo in eis peccatum erat, et minale erat. In hoc ergo patentissimum est crimen sacerdotum esse detestabile, qui non prius se iudicãt atequam alios alligant. Caueat spiritalis iudex, sicut non commisit crimina nequitiz, ita non careat munere scientiẽ. Oportet vt sciat cognoscere quicquid debeat iudicare. Iudiciaria enim potestas hoc postulat, vt quod debet iudicare discernat. Diligens ergo inuestigator sapienter interroget à peccatore, quod forsitan ignorat, vel verecundia velit occultare. Cognito verò crimine, varietates eius non dubitet inuestigare, & locum, & tempus, & cætera quæ suprà diximus: quibus cognitis, ad sit beneuolus, paratus erigere, & secum onus portare: habeat dulcedinem in affectione, discretionem in varietate, doceat per seuerantiam, caueat ne corruat, ne iuste perdat iudiciariam potestatem. Etsi enim poenitentia possit ei acquirere gratiam, non tamen mox restituit in potestatem primam. Etsi Petrus post lapsum restitutus fuerit, & sæpẽ lapsis sacerdotibus red dita sit dignitas potestas: non tamen est necesse vt omnibus concedatur quasi ex autoritate. Inuenitur autoritas quæ concedit & quasi imperat. Inuenitur autoritas alia quæ non concedit, sed vetat quæ Scripturæ non repugnant, sed concordant. Cum enim tot sunt qui labuntur, vt pristinam dignitatem et autoritate defendãt, & quasi vsum peccandi sibi faciant, recidenda est spes ista. Si verò locus est vbi ista non concurrunt, restitui possunt qui peccant. Ex his satis perpenditur, qualis debeat esse sacerdos qui alios ligat & soluit: discretus, s. & iustus, alioquin mortificat sæpẽ animas quæ non moriuntur, & viuificat quæ non viuunt: & ita incidit in maledictionis iudicium. Illud autem Malachiæ, s. Maledicam benedictionibus vestris siue super hæreticos tantam & excommunicatos, siue super omnes sacerdotes, qui vita & scientia carentes benedicere præsumunt, dictum accipiatur, sic intelligi potest: Maledicam benedictionibus vestris, i. his quæ in eis benedictionibus possidetis: quia faciam ea cedere vobis in maledictionem, non benedictionem. Quia etsi benedicit sanctis, non hoc faciunt ex vero corde: & ideo eorum benedictio eis vertitur in maledictionem. Vel maledicam benedictionibus vestris, i. quod à vobis benedicitur, à me erit maledictum: quia benedicit inique agentibus, adulantur quæ peccantibus, dum modo diuites sunt.

D E

DISTINCT. XX.
DE HIS QVI IN FINE
pœnitent.

Distinct. x x.

332

Sciendum est etiam quod tempus poenitentiae est vsque ad extremum articulum vitae. Vnde Leo papa. Nemo est desperandus, dum in hoc corpore constitutus est: quia non nunquam quod diffidentia etatis differtur, consilio maturiore perficitur. Aug. tamen de poenitentiam differentibus ita scribit: Si quis positus in vltima necessitate voluerit accipere poenitentiam, & si accipit & mox reconciliatur. & hinc vadit, fa-teor vobis, nõ illi negamus quod petit: sed non præsumimus, quia bene hinc exit. Si securus hinc exierit, ego nescio. Poenitentiam dare possumus, securitatem verò non. Nunquid dico, damnabitur? sed nec dico, liberabitur. Vis ergo à dubio liberari? age poenitentiam dum ianus es. Si sic agis, dico tibi quia securus es: quia poenitentiam egisti eo tempore, quo peccare potuisti. Si vis agere poenitentiam quãdo iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Item duæ res sunt, aut ignoscitur tibi, aut nõ ignoscitur, quid horũ tibi sit futurum nescio. Ergo tene certum, & dimitte incertũ. Sed quare hoc dixit Aug. cũ poenitentia quæ in fine agitur, in Psalm o appelletur sacrificiũ vespertinum, quod erat acceptabilius in lege: & cũ in quacunque die inuocetur Deus, adit: & quacunque hora ingemuerit & conuersus fuerit peccator, vita viuet, & non morietur. Sed illa dixit Aug. propter illos qui poenitentiam vsque in finem vitæ protrahunt: & tunc nõ ex Dei amore videntur poenitere, sed timore mortis, quasi ex necessitate. Vnde idem quasi aperiens quare superiora dixit, ait, Nullus expectet quando peccare non potest. Arbitrij enim libertatem querit Deus, vt deleri possint commissa: non necessitatem, sed charitatem, non tantum timorem, quia non in solo timore viuit homo. Quem ergo serò poenitet, oportet nõ solum timere iudicem, sed diligere: quia sine charitate nemo saluus esse potest. Non ergo tantum timeat poenam, qui poenitet, sed anxietur pro gloria. Quæ conuersio si cõtingerit alicui etiã in fine, desperandum non est de eius remissione. Sed quoniam vix vel raro est tam iusta conuersio, timendum est de poenitẽte serò: maxime cum filij, quos illicite dilexit, sint præcætes, vxor & mundus ad se vocet. Multos solet serotina

V

A De confessione sacramentali quantum ad opportunitatem temporis respectu poenitentia mortalium in se.

Leo Papa de poen. di. 7. in prim. Aug. Homilia. 41. de Verẽ

Pœnitentibus in tome 1. Ibid. in fin.

Psalm. 140. Exo. 12. c. Exec. 18. c.

Aug. in li. de Poen. Vera & Falsa. ca. 17. in tome 4.

1. Cor. 13. b

pœnitentia decipere. Sed quoniam Deus semper potens est, semper etiam in morte iuuare valet, quibus placet. Cùm ergo opus sit non hominis, sed Dei fructifera pœnitentia: inspirare eam potest quandoque vult sua misericordia, & remunerare ex misericordia, quos damnare potest ex iustitia. Sed quoniam multa sunt quæ impediunt, & languentem retrahunt, periculosum est, & interitui vicinum, ad mortem pertrahere pœnitentiæ remedium. Sed magnum est, cui Deus tunc inspirat (si quis est) veram pœnitentiam, sed si etiam sic conuersus vita viuat, & non moriatur, non promittimus quòd euadat omnem pœnam. Nam prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis. Hic autem ignis, etsi æternus non sit, miro tamè modo grauis est: excellit enim omnem pœnam, quam vnquam passus sit aliquis in hac vita. Nunquam in carne tanta inuenta est pœna, licet mirabilia martyres passim sint tormenta, & multi nequiter iniqui quanta sæpè sustinuerunt supplicia. Ex his satis ostenditur, quàm periculosum sit differre pœnitentiam vsque in finem vitæ. Si tamen etiam tunc vera habeatur pœnitentia, hominem liberat, & vitam mortuo impetrat: non sic tamen vt nullam sentiat pœnam, nisi fortè tanta sit vehementia gemitus & cõtritionis, quæ sufficiat ad delicti punitionem. Licet ergo sit difficile, vt tunc sit, vera pœnitentia quæ tam sera venit, quando cruciatus membra ligat, & dolor sensum opprimit, vt vit homo aliquid cogitare valeat: melior est tamen sera, quàm nulla. Pœnitentia enim etsi in extremo vitæ hiaru aduenit, sanat & liberat. Multùm sera fuit Latronis pœnitentia: sed non fuit sera indulgentia. Sed licet Latro veniam meruisset in fine de omni crimine, nõ tamen dedit baptizatis peccandi & perseverandi auctoritatem.

De his qui hinc pœnitentiam non complent.

SI verò quæritur de illis qui in hac vita pœnitentiam non complent, verùm transitori sint per ignem purgatorij, vt ibi compleant quod hinc minùs fecerunt. Idem dicimus de istis esse sentiendum, & de his qui in extremis pœnitent. Si enim tanta fuerit cordis contritio & delicti exprobratio, vt sufficiat ad puniendum peccatum: liberi ab aliis pœnis transeunt ad vitam, etsi incepta fuerit pœnitentia

quia perfectè pœnituerunt, & ingemuerunt corde. Qui verò non adeò conteruntur corde & ingemiscunt pro peccato, si ante expletionem pœnitentiæ discesserint, ignem purgatorium sentient, & grauis punientur, quàm si hinc impleverint pœnitentiam. Horrendum est enim incidere in manus Dei viuentis. Deus enim cùm sit misericors & iustus, ex misericordia pœnitenti ignoscit, non referuans peccatum ad pœnam æternam. Ex iustitia verò impunitum non dimittit delictum. Aut enim punit homo, aut Deus. Homo autem punit pœnitendo, Deus autem pœnam exigendo. Et est pœnitentia interior, & exterior. Si ergo interior pœnitudo fuerit tanta, vt sit sufficiens vltio peccati, Deus qui hoc nouit, ab illo qui taliter pœnit, vltius pœnam non exigit. Si verò interior pœnitudo non sufficit in vindictam peccati, nec exterior pœnitentia impletur: Deus qui modos & mensuras peccatorum & pœnarum nouit, ad pœnam sufficientem. Studeat ergo quisque sic delicta corrigere, vt post mortem non oporteat pœnam tolerare. Quædam enim peccata mortalia in pœnitentia fiunt venialia: non tamen mox sanantur. Sæpè enim infirmus moreretur, si non medicaretur: non tamen statim medicatus sanatur, Languet post victurus: qui prius erat moriturus. Qui autem impœnitens moritur, omnino moritur, & æternaliter cruciatur. Si enim semper viueret, semper peccaret.

De illo cui sacerdos indiscretus iniungit pœnam pœnitentiam.

SI verò de illo quæritur, qui satisfactionem iniunctam impleverit, quæ ignorantia vel negligentia sacerdotis peccato condigna non fuit: vrùm de vita migrans ab omni pœna liber sit. Idem respondeo, quòd supra de illo qui pœnitentiam non compleuit, dixi. Quòd si tantùm est lamentum interioris doloris, vt sufficiat in vindictam peccati, omninò liberatus est: si verò non sufficit dolor interior simul cùm pœna iniuncta, addet Deus pœnam. Quòd autem interdum sufficiat dolor interior ad vindictam peccati, certum documentum habemus in illo Latrone: qui sola mentis contritione & confessione statim vt conuersus fuit, paradysum ingredi meruit. Sed quia dispensatores ecclesiæ contritionis quantitatem non perpendunt, quibus

Hebr. 10. f

Aug de Vera & falsa pœni. cap. 18. in tomo 4.

Luc. 23. f

*Ibidem.
Aug. c. 18.*

Luc. 23. f

non est datum intelligere occulta cordium: omnibus leges poenitentiae constituunt, tam magis quam minus de peccato dolentibus. *Quorum studium ad hoc praecipue tendere debet vt cordis dolorem (quantum fas est) cognoscant, & secundum ipsius modum satisfactionem iniungant.* Vnde Aug. In actione poenitentiae, ubi tale commissum est, vt is qui commisit, à Christi etiam corpore separetur: non tam consideranda est mensura temporis, quam doloris. Cor enim contritum & humiliarum Deus non despicit. Verum quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri, nec in aliorum notitiam nisi per verba vel alia quaecunque signa procedit, cum sit coram illo cui dicitur, Gemitus meus à te non est absconditus, recte constituuntur ab his qui ecclesiis praesunt, tempora poenitentiae: vt satisfaciatur etiam ecclesiae: in qua peccata ipsa remittuntur, extra eam quippe non remittuntur. Ipsa enim spiritum sanctum pignus accepit: sine quo non remittuntur vlla peccata. Item Hierony. Mensuram temporis in agenda poenitentia ideo non satis aperte praesunt canones pro vnoquoque crimine, vt de figulis dicant qualiter vnum quodque emendandum sit: sed magis in arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuerunt, quia apud Deum non tantum valet mensura temporis, quantum doloris: nec abstinentia tantum ciborum, quantum mortificatio vitiorum. Ideoque tempora poenitentiae pro fide & conuersatione fidelium poenitentium abbrevianda praecipunt, & pro negligentia protelanda, pro quibusdam tamen culpis modi poenitentiae sunt impositi.

Quod morientibus non sit imponenda satisfactio, sed innotescenda.

S O L E T etiam quaeri, vtrum satisfactionis lex morituris sit imponenda. De quo Theodorus Cantuarien. episcopus in Poenitentiali suo sic ait, Ab infirmis in periculo mortis positus pura inquirenda est confessio peccatorum; non tamen est illis imponenda quantitas poenitentiae, sed innotescenda: & cum amicorum orationibus, & elemosinarum largitionibus, pondus poenitentiae subleuandum, si forte migrauerint. Si vero conualuerint, poenitentiae modum à sacerdote impositum diligenter obseruent. Aliis vero pro qualitate peccati poenitentia decernenda est praesidentium

In Euch. cap. 65. in sumo 3. Psal. 50.

Psal. 37.

De poen. dist. 3. cap. mensuram.

26. q. 7. c. ab infirmis.

26. q. 7. c. tempora poeniten.

arbitrio. Vnde Leo papa, Tempora poenitudinis habita moderatione constituenda sunt tuo iudicio, prout conuersorum animos perpereris esse deuotos. Pariter etiam habere debes araris senilis inturum, & respicere periculorum quorumcunque vel aegritudinum necessitates.

In necessitate non est neganda poenitentia vel reconciliatio.

SCIENDUM etiam quod tempore necessitatis non est neganda poenitentia vel reconciliatio poenitentibus. Vnde Leo papa, His qui tempore necessitatis & periculi videntur instantia praesidium poenitentiae, & mox reconciliatoris implorat, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio de neganda: quia misericordiae Dei nec mensuram possumus ponere, nec tempora definire. Quod si ita aliqua aegritudine aggravati sunt, vt quod paulo ante poscebant, sub praesenti significare non valeant, testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debent: simulque poenitentiae & reconciliatoris consequantur beneficium. Item Iulius Papa, Si presbyter poenitentiam abnegauerit morientibus, reuerit animarum, quia Dominus ait, Cum conuersus fuerit, tunc saluus erit. Vera enim confessio vltimo tempore potest esse, quia non modo temporis, sed etiam cordis Deus inspector est, sicut Latro probat.

Quod presbyter non reconciliet inconsulto episcopo, nisi necessitate cogente.

N O N debet tamen presbyter poenitentem reconciliare inconsulto episcopo, nisi vltima necessitas cogat. Vnde in Carthaginensi Concilio, Presbyter inconsulto episcopo non reconciliet poenitentem, nisi absente episcopo, vel vltima necessitas cogat. Cuiuscunque poenitentis publicum crimen est, quod vniuersam commouerit urbem ante abudam, id est, introitum ecclesiae manusei imponatur. Item Aurelius dixit, Si quis in periculo constitutus fuerit, & se reconciliari diuinis altaribus petierit: si episcopus absens fuerit, debet presbyter consulere episcopum, & sic periclitantem eius praepo reconciliare. Inconsulto vero episcopo non potest excommunicatos, vel publicae poenitentes presbyter reconciliare. Vnde in Carthaginensi Concilio secundo statutum est, vt chrisma vel reconciliatio poenitentium, & puellarum consecratio à presbyteris non fiat. Itē reconciliare quencquam

26. q. 6. c. his qui.

Ibidē cap. Si presby. H. c. 18. c. 26. q. 6. c. cognouimus, ad finem.

26. q. 6. d. cognouimus. §. cui autē. Et habetur. 26. q. 6. c. presbyter. 26. q. 9. c. Aurelius episcopus. 26. q. 6. c. si iubet. Ibidem. Ibidem c. presbyter.

in publica missa presbytero non liceat: puellarū tamen consecratio consulto episcopo, per presbyterum fieri valeat. Vnde in Carthaginensi concilio secundo, Presbyter inconsulto episcopo virgines non consecret, chrisma verò nunquam conficiat. Sicut præcepto episcopi potest presbyter consecrare virgines, sic & reconciliare poenitentes.

An oblatio eius sit recipienda, qui currens ad poenitentiam præuenitur morte.

SI autem quæritur de illo, qui ad poenitentiam festinans sacerdotem inuenire non potuit, & ita decessit: vtrum oblatio eius sit recipienda. Dicimus, quia est. Vnde in Apanensi concilio, Si aliquis fuerit mortuus qui non sit confessus, & testimonium non habet bonum, & non poterat venire ad sacerdotem, sed peræoccupauit eum mors in domo vel in via: faciant pro eo parentes eius oblationem ad altare, & dent redemptionem pro captiuis.

29. q. 6. c. c.
si aliquis.

DE PECCATIS QUÆ POST hanc vitam dimittuntur.

Distinct. XXI.

De cõfessione sacramentali quantum ad opportunitatē temporis respectu poenitentia venialium.
Mat. 12. c
Luc. 12. b
Greg. 25. di. c. Quælibet hinc.
1. Cor. 3. c
In libr. de Civ. dei l. 21. ca. 26. in tomo 5.

SOlet etiam quæri, vtrum post hanc vitam aliqua peccata remittantur. Quod aliqua post hanc vitam remittantur Christus ostendit in Euangelio, vbi ait, Qui peccauerit in spiritu sancto, non remittetur ei, neque in hoc seculo neque in futuro. Ex quo datur intelligi, sicut sancti Doctores tradunt, quod quædam peccata in futuro dimittentur. Quædam enim culpæ in hoc seculo relaxantur: quædam verò parua etiam in futuro. quæ quidem post mortem grauant: sed dimittuntur si digni sunt: si bonis actibus in hac vita, meruerit vt dimittantur eis. De illis etiam qui ædificant lignum, fœnum, stipulam, dicit Aug. quod ignem tribulationis transitorie inuenient. cremabilia ædificia quæ secū portauerunt homines cremantur. Ait enim sic, Post istius sanæ corporis mortē, donec de igne purgatorio veniatur ad diē damnationis & remunerationis: si hoc temporis interuallo spiritus defunctorum, qui ædificauerūt lignum, fœnum, stipulam, huiusmodi ignē dicantur perperī, quem alij non sentiunt qui huiusmodi ædificia non portauerunt, vt inueniant ignem transitoria

tribulationis venialia concremantur, non redarguo: quia forsitan verum est. Sed quia dicitur, Saluus erit quasi per ignem, contemnitur ille ignis. Grauior tamen erit ignis ille, quam quicquid potest homo pari in hac vita. Hic aperte insinuat, quod illi qui ædificant lignum, fœnum stipulam, quædam cremabilia ædificia, id est, venialia peccata, secum portant, quæ in igne emendatorio cremantur. Vnde constat quædam venialia peccata post hanc vitam deleri.

Quod alij citius, alij tardius purgantur in igne.

IN illo autem igne purgatorio, alij tardius, alij citius purgantur, secundū quod ista perecūtia magis vel minus amaue- runt. Vnde Aug. Post hanc vitam incredibile nō est, nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quantum magis minusve bona perecūtia dilexerunt, tanto tardius citiusque saluari. Vnde nō frustra illa tria distinxit Apostolus, Lignum fœnum, stipulam, quæ illi ædificant: qui etsi aliena non recipiant, rebus tamen infirmitati concessis aliqua dilectione inhererent. Qui secundum suos amandi modos, vel diutius vt lignum, vel minus, vt fœnum, vel minimum vt stipula ignem sustinebunt. Qui verò super ædificant aurū, argentum, & lapidem preciosum, de vtroque igne securi sunt: non solum de illo æterno, qui cruciaturus est impios in æternum, sed etiam de illo emendatorio, quo purgabuntur quidam saluandi.

Oppositio.

HI C obiici potest, Si per lignum, fœnum, stipulam, venialia intelliguntur peccata, & nullus adeo perfectus est, qui venialiter non peccet: ergo qui ædificant aurum, argentum, & lapidem preciosum, ædificant etiam lignum, fœnum, & stipulam, ergo per ignem transibunt. Ad quod dicimus, quia non omnis qui venialiter peccat, lignum, fœnum, stipulam ædificat: sicut econuerso non omnis qui contemplantur deum: & diligit proximum, & opera bona facit, ædificat aurum, argentum, lapidem preciosum. Et tamen in auro intelligitur contemplatio Dei, in argento dilectio proximi, in lapide precioso bona opera. Sed illi qui ædificabant lignū, fœnum, stipulam, deum contemplantur, & proximum diligunt, & opera bona faciunt: nec tamen ædificant aurum, argentum, & lapidem preciosum. Hæc enim ædificat qui sic illa tria facit, vt cogitet quæ sunt Dei, & quomodo pla-

1. Cor. 3. c

In Enchi.
Ca. 69. in
Tomo 3.

An. emar
ratione in
Psal. 80.
nō longè à
fine, in to-
mo 8. c.
enarratio
ne ad psal.

107. non
longè à prin-
cipio cõcio
nis, ad eū
dē Psal.
Solutio.

Aug. in
Enchi.

*Ide de fi-
de & ope-
ribus.
Cap. 16. in
Tomo 4.
1. Cor. 7. f*

ceat deo non mundo. Lignum verò & scœnum & stipula accipi possunt secularium rerum, quanuis licitè concessarum, tales cupiditates, vt amitti sine animi dolore nō possint. Hæc ergo ædificat is, qui cogitat quæ mundi sunt, quomodo placeat mundo, qui circa diuitias suas quodam carnali affectu tenetur: & tamen ex eis multa beneficia facit, nec pro eis aliquid fraudis vel rapinæ molitur. Ex his ergo patet, quòd non idem homo simul hæc & illa ædificat. Illa enim ædificatio perfectorum tantum est, qui non cogitant placere mundo, sed tantum deo: quia etsi venialiter aliquando peccant, seruiore charitatis ita absumitur in eis peccatum, sicut gutta atque in camino ignis: & ideò nunquam secum portant cremabilia. Hæc autem inferior ædificatio minorum est, qui nō tantum deo sed etiam mundo placere cogitant, deum tamen præponunt. Si verò mundum præponerent, non superædificaret, sed destruerent fundamentū. Affectioes ergo carnales, quibus dediti sunt domibus, cōiugibus, possessionibus, ita vt nihil præponant Christo, illis tribus significantur: quæ in mentes perfectorum non cadunt, etsi alia venialia admittant. In cordibus verò minorū interdum durant vsque in finem: qui cum talibus ædificiis transeunt, sed dissoluntur in igne. Ipsi verò merito fundamenti salui erunt, grauiissimam tamē peccatam sentient. Ex quo apparet quantam hęc misericordiam exhibet deus, & quantam ibi exerceat seueritatem: cum pro eodem peccato multo grauius ibi puniat, quàm hęc.

Opinio quorundam cum obiectione.

*25. dist. ca.
qualis hic.
Lib. 4. dia
log. c. 1. 39.
Quod ali-
quis verè
pœ. et si nō
de omni
veniali.*

SE D fortè dices illud esse accipiendum de peccato peccati non de ipso peccato, quòd Greg. dicit quædam leuia in futuro dimittenda. Si enim veram pœnitentiam habuerit quis, peccata omnia dimissa sunt ei: sed peena fortè remāsit. Ideòque si verè pœnitens obiit, sine peccato transit. Si autem verè pœnitens non est in obitu, maculam portat quæ nunquam delebitur. Qui verò ædificat lignum, scœnum, stipulam, verè pœnitet: quia bonus est, & charitatem habet, & in charitate de hac vita transit, ergo sine peccato transit. Non sequitur. Verum quidem est, quia bonus est, & charitatem habet, & verè pœnitet: & tamen cum veniali peccato transit, quod non deleuit pœnitentia. Pœnitentia enim non delet nisi pecca-

tum illud, quòd deserit homo. Tale autem peccatum sæpè in hac vita non relinquitur ab homine, & tamen verè pœnitens est, etsi non de omnibus venialibus pœniteat. Potest enim quis de omni mortali, & de omni veniali pœnitere, excepto vno vel pluribus, venialibus quidem. Sicut habet quis charitatē, & vnum vel plura venialia: quod de criminalibus nullatenus esse potest. Est enim aliquis bonus charitatem habēs, sed adhuc quodam cupiditatis affectu amans hęc secularia: talis existens subita morte opprimitur. In illo tereno affectu mortuus est & tamē saluabitur à quo non se hęc absoluit: ergo post hanc vitam ab illo purgabitur. Constat ergo quædam peccata, scilicet leuia, post hanc vitam dimitti. Si verò de peena peccati illud intelligi voluissent Authores, cur magis commemorassent leuia quàm grauia, cum etiam grauium peena hęc inexplata post hanc vitam restet.

De generali confessione quid proficit.

POST hæc considerandum est quid proficit confessio illa, vbi singula peccata quæ quisque fecit, non exprimentur. Sane dici potest, quòd omnia criminalia semel saltem oportet in confessione exprimi, nisi aliqua à mente exciderint. Sed quia nemo delicta intelligit omnia, generaliter saltem ea confitèri, quorum memoriam habes: & sic nihil celasti de sceleribus tuis. Venialia verò, vt ait Aug. quia innumerabilia sunt, sufficit generaliter confitèri, nisi aliqua sint frequenter iterata: perfectius est tamen etiam illa exprimere si vales. Ideòque quotidie generaliter fit confessio in ecclesia, pro venialibus scilicet peccatis, quæ quotidie admittimus, & pro illis mortiferis quorum notitiam non habemus. Vnde Aug. Veritatem dicit deo pœnitens, quando nihil illi de commissis sceleribus celat non quòd & si voluntatem celauerit, deus ignoret, sed veritatem sibi dici vult ab eo, vt veniam consequatur. Si verò mente aliqua exciderit, confitetur veritatem deo, cum generaliter dixerit, Deus qui nosti occulta cordis, & opera mea & delicta à te non sunt abscondita, quibus veniam largiaris precor & hæc est veritas contentis, quam diligit Deus. Vnde Psal. Ecce enim veritatem dilexisti, hęc insinuatur quòd generalis confessio etiam mortalia delet, quorum intelligentia non habetur.

*Exemple
ritur ad
probandū
dictum.*

*In quinta
responsione
contra Pe-
lagianos.*

Psal. 68.

Psal. 50.

Nemo confiteatur peccata que non fecit.

De verbis
Apostoli
serm. 29.
in melio,
in to. 10.

SICUT autem poenitens celare non debet peccatum suum, quia superbia est: ira nec humilitatis causa faceri se-
reum illius, quod se non commisisse nocet: quia incauta est
talis humilitas, & peccatorem constituit. Vnde Augustinus,
Cum humilitatis causa mentiris, si non eras peccator ante-
quam mentireris, mentiendo efficeris quod vitaras: quia ve-
ritas in te non est, nisi ita te dixeris peccatorem, vt etiam esse
cognoscas. Veritas autem ipsa est, vt quod es dicas. Nam quo-
modo est veritas, vbi regnat falsitas?

De poenis sacerdotis qui peccatum publicat confitentis.

De poeni.
dist. 6. ca.
Sacerdos.

16. q. cap.

Ad mi-
nu. 5. Ec-
cle. 7. hoc 9

q. 2. quasi

per totum

Mat. 15. b.

Ibidem.

cōplacuit

CAVEAT autem sacerdos ne peccata cōfitentium aliis
prodat, alioquin deponatur. Vnde Greg. Sacerdos ante omnia
cauet ne de his qui ei confitentur peccata, alicui recitet, non
propinquis, non extraneis: nec (quod absit) pro aliquo scanda-
lo. Nam si hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus vitæ suæ
ignominiosus peregrinando pergat. Quod verò dictum est,
vt poenitens eligat sacerdotem scientem ligare & soluere, vi-
detur contrarium ei quod in canonibus reperitur, vt nemo
scilicet alterius parochianum iudicare præsumat. Sed aliud
est favore vel odio proprium sacerdotem contemnere, quod
canones prohibent: aliud cæcum vitare, quod Urbanus face-
re monet ne si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadant.
Ait enim Urbanus II. Placuit vt nulli sacerdotum deinceps
liceat quemlibet commissum alteri sacerdoti ad poeniten-
tiam suscipere, sine eius consensu cui se prius commisit, nisi
pro ignorantia illius, cui prius confessus est. Qui vero contra
hoc facere tentauerit, gradus sui periculo subiacet.

SI PECCATA DIMISSA REDEANT.

Distinct. XXXII.

Ostendit
quantum
cōfessionis
cōtemptus
absit.

Cumque multis autoritatibus supra sit assertum, in ve-
ra cordis contritione peccata dimitti ante oris confes-
sionem vel operis satisfactionem, ei etiam qui aliquando in
crimen relapsus est: quaritur si post cordis contritionem

confiteri contempserit, vel in peccatum idem vel simile ce-
ciderit, an peccata dimissa redeant. Cuius quæstionis solutio
obscura est & perplexa, aliis assertentibus, aliis contra negan-
tibus peccata semel dimissa, vltius replicari ad poenā. Qui
verò dicunt peccata dimissa redire, subditis se muniunt te-
stimoniis. Ambrosius ait, Donate inuicem, si alter in alterum
peccat: alioquin Deus repetit dimissa. Si enim in his cō-
tempus fuerit, sine dubio reuocabit sententiam, per quam
misericordiam dederat: sicut in Euangelio de seruo nequam
legitur, qui in conseruum suum impius deprehensus est.
Item Rabanus, Nequam seruum tradidit Deus tortoribus,
quoadusque redderet vniuersum debitum: quia non solum
peccata quæ post baptismum homo egit, reputabuntur ei
ad poenam: sed etiam originalia, quæ in baptismo sunt ei di-
missa. Item Gregor. Ex dictis Euangelicis constat, quia si ex
toro corde non dimittimus quod in nos delinquitur, & hoc
rursus exigitur: quod iam nobis per poenitentiam dimis-
sum fuisse gaudebamus. Itē Augustinus, Dicit Deus, Dimitte,
& dimittetur tibi: si ego prius dimisi, dimitte vel postea.
Nam si non dimiseris, reuocabo te: & quicquid dimiseram,
replicabo tibi. Item, Qui diuini beneficii oblitus, suas vult
vindicare iniurias, nō solum de futuris peccatis veniam non
merebitur: sed etiam præterita quæ iam sibi dimissa crede-
bat, ad vindictam ei replicabuntur. Item Beda, Reuertar in
domum meam, &c. Timendus est ille versuculus, non expo-
nendus: ne culpa quam in nobis extinctam credebamur, per
incuriam nos vacantes opprimat. Item, Quicumque enim
post baptismum sine prauitas hæretica seu cupiditas mundana
arripuerit, mox omnium prosterneat in ima vitiatorum. Item
Augustinus, Redire dimissa peccata, vbi fraterna charitas
non est, apertissimè Dominus in Euangelio docet in illo
seruo, à quo dimissum Dominus debitum petiit: eò quod il-
le conseruo suo debitum uollet dimittere. His autoritati-
bus innuntur, qui dicunt peccata dimissa, si replicantur,
redire simpliciter. Quibus opponitur, Si quis pro peccato
de quo poenituit, & indulgentiam accepit, iterum punitur:
non vidit iustum. Si punitur pro eo quod peccauit, & non
emendauit, iustitia est aperta. Si verò requiritur quod fue-
rat condonatum, vel iniustitia est, vel iustitia occulta. Vide-

Auctori-
tatis a-
struit pec-
cata redi-
re.

Mat. 18. d

De po. di.

4. in prin.

Et cap. se-

quenti.

In Homil.

quadam.

in quadā

Homil.

Luc. 6. f

Ibidem.

Super Lu-

cam lib. 4.

cap. 47.

Ibidem.

Lib. de ba-

pt. sino.

De poeni.

distin. 4.

Mat. 18. d

Oppositio

cōtra eos.

Nahum 1. c. tur etiam Deus bis in idipsum iudicare, & duplex tribulatio confurgere: quod Scriptura negat. Sed ad hoc potest dici quod neque duplex tribulatio confurgit, neque iudicat Deus bis in idipsum. Hoc enim fieret, si post condignam satisfactionem & sufficientem poenam iterum puniret: sed non satisfecit dignè & sufficienter, qui non perseveravit. Debit enim ingenitè peccati habere memoriam, non ad faciendum, sed ad cavendum. Debit non obliuisci omnes retributiones Dei: quæ tot sunt, quot sunt peccatorum remissiones. Tot ergo debuit cogitare dona Dei, quot mala sua: ac pro illis usque in finem gratias agere. Sed quia ingratus ad vomitum, sicut canis rediit, antè acta bona mortificavit, & peccatum dimissum revocavit: ut cui humiliato antè Deus peccatum dimiserat, eidem postea elato & ingrato imputer.

2. Pet. 2. d.

Aliorum sententia.

SED quia absolum videtur ut peccata dimissa iterum imputentur, placet quibusdam neminem pro peccatis semel dimissis iterum à Deo puniri. Sed ideo dicuntur dimissa redire & imputari, quia propter ingratitude ita reus & peccator constituitur, ut antè fuerat. Sic enim quod dimissum fuerat dicitur exigi, quia remissionis perceptæ ingratus ita reus fit ut antè fuerat. Vtrique parti quæstionis, probati fauent Doctores. Ideoque alicui parti non præiudicans, studioso Lectori iudicium relinquo, addens mihi tutum fore, ac salutem propinquum sub mensa dominorum micæ sedere.

Mat. 15. c.

Quid sit hinc Sacramentum & Res.

Gandulphus.

POST prædicta restat inuestigare, quid in actione poenitentia sit Sacramentum & Res. Sacramentum enim signum est sacræ rei. Quid ergo hinc signum est: & quæ est res sacræ huius signi? Quidam dicunt sacramentum hinc esse quod exterius tantum geritur, scilicet exterior poenitentia: quæ est signum interioris poenitentia, scilicet contritionis cordis, & humilitatis. Quod si est, non omne sacramentum Evangelicum id efficit quod figurat. Exterior enim poenitentia non efficit interiorem: potius interior causa est, exterioris. Sed ad hoc, inquiunt illi, hoc esse intelligendum de illis sacramentis, quæ in nouo Testamento instituta sunt: ut est sacramen-

tum baptismi, confirmationis, & corporis Christi. Sacramentum verò poenitentia, sicut & coniugij, ante tempus gratia, etiam à primordio humani generis fuit. Vtrunque enim institutum fuit in primis parentibus. Item, Si exterior poenitentia sacramentum est, & interior res sacramenti: sapius præcedit res sacramentum, quam sacramentum rem. Sed nec hoc inconueniens est. Nam & in aliis sacramentis quæ efficiunt quod figurant, hoc sæpè contingit. Quidam autem dicunt, exteriorem poenitentiam & interiorem esse sacramentum, nec duo sacramenta, sed vnum: ut species panis & vini non duo sunt sacramenta, sed vnum. Et sicut in sacramento corporis, ita etiam in hoc sacramento dicunt aliud esse tantum sacramentum, scilicet exteriorem poenitentiam, aliud sacramentum & rem, scilicet interiorem poenitentiam, aliud rem & non sacramentum, scilicet remissionem peccatorum. Interior enim poenitentia & res est sacramenti, id est, exterioris poenitentia: & sacramentum remissionis peccati, quam signat & facit. Exterior quoque poenitentia & interioris signum est, & remissionis peccatorum.

Aliorum sententia.

DE SACRAMENTO VNCTIONIS
extremæ.

Distinct. XXI.

A

PRÆTER præmissa est etiam aliud sacramentum, scilicet, unctio infirmorum: quæ fit in extremis oleo per episcopum consecrato. Et sunt tria genera unctionis. Est enim unctio quæ fit chrismate: quæ dicitur principalis unctio, quia in ea principaliter paraclerus datur. Vnde & propter abundantiam gratia duos liquores mixtos habet, oleum scilicet & balsamum: oleum conscientia, balsamum bonæ famæ. Chrisma verò Græcè, unctio Latine dicitur. Nec tamen omne oleum ad unctionem sanctificatum chrisma vocatur, sed illud solum quod miscetur cum balsamo: quo capita regum & pontificum unguuntur, quo etiam baptizatos sacerdos ungit in vertice, & pontifex per impositionem manus confirmandos ungit in fronte. Est & alia unctio qua catechumeni & neophyti unguuntur in pectore & inter scapulas, in perceptione

*De unctio
nis extre-
ma sacra-
mento.
De tribus
generibus
unctionis.*

baptismi. Tertia verò vnctio est, quæ dicitur oleum infirmorum, de qua nunc agitur.

A quibus institutum sit hoc sacramentum.

Iaco. v. l. c. HOC sacramentum vnctionis infirmorum ab Apostolis institutum legitur. Ait enim Iacobus, infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis fuerit, dimittentur ei. In quo ostenditur duplici ex causa sacramentum hoc institutum, scilicet, ad peccatorum remissionem, & ad corporalis infirmitatis alleuiationem. Vnde constat eum, qui hanc vnctionem fideliter deuotèque percipit, & in corpore & in anima alleuari: si tamen expedit vt in vtroque alleuietur. Quod si fortè corporis validitatem illi habere non expedit, illam quæ est animæ, sanitatem in hoc sacramento acquirit. Et sicut in aliis sacramentis, ita & in isto aliud est sacramentum, aliud res sacramenti. Sacramentum est ipsa vnctio exterior: Res sacramenti vnctio interior, quæ peccatorum remissione, & virtutum ampliatione perficitur. Et si ex contemptu vel negligentia sacramentum hoc prætermittitur, periculosum est & damnabile.

De iteratione huius sacramenti.

In lib. Cõtra Patermenianis. QVÆRVNT aliqui si hoc sacramentum iterari possit, cum baptisus & alia quædam sacramenta semel suscepta non iterentur. August. dicit sacramentum non iterandum, & sacramento non faciendam esse iniuriam, sed hoc dicit, ubi agit de sacramento baptisus & confirmationis, & ordinationis. Vnde non videtur illud generaliter accipiendum, sed de sacramento baptisus, confirmationis, & ordinationis, quæ nullatenus sunt repetenda: quia semel tantum, & non sæpius datur baptisus confirmatio, & ordinatio. Sacramentum verò altaris, & poenitentia & coniugij sæpè iterari videtur: quia sæpè sacramentum corporis percipitur, frequenter poenitentia agitur, coniugium sæpè contrahitur. Quare ergo vnctio similiter non potest iterari? Si morbus non reuertitur, medicina non iteretur. Si verò morbus non potest cohiberi, quare medicina debet prohiberi? Sicut oratio iterari potest, ita & vnctio iterari posse videtur. vtraque enim illic commemorat Iacobus, & vtrunque alteri cooperatur ad conferendam alle-

uiationem corporis & animæ. Cur ergo negatur vnctionem super infirmum posse iterari, ad impetrandam sæpius sanitatem mentis & corporis: cum propter infirmitatem eadem sæpè iteranda sit oratio? Quidam autem de omni sacramento intelligi volunt, quod non sit iterandum, scilicet secundum eorum illud quod pertinet ad sacramentum, dicentes quædam sacramenta sæpius posse suscipi, quædam verò non. Nec tamen quæ sæpius sumuntur, totaliter iterantur, vt sacramentum altaris & vnctionis: quæ licet sumantur sæpius, tamen quia non iterum benedicuntur eadem hostia, vel idem oleum, non iteratur sacramentum cum iniuria. Sed dicit quis, sic & baptisus non iteratur: etsi aliquis frequenter baptizetur, dum eadem aqua non iterum benedicatur. Sed aliud est: inquit illi, de benedictione aquæ qua fit baptisus, aliud de benedictione panis & olei. Potest etiam baptisus celebrari in aqua, etiam non benedicta: quia illa benedictio pro reuerentia tantum fit & decore, non virtute sacramenti. Sed corpus Christi non potest confici, nisi de pane consecrato: nec vnctio illa fieri potest, nisi de oleo ab episcopo consecrato. Ideoque illa sanctificatio ad virtutem sacramenti pertinere videtur. In coniugio quoque semel tantum benedicuntur quisque, non sæpius. Benedicuntur enim vt ait Ambro. cum prima, & non secunda vxore. Si ergo cum dicitur sacramentum non esse iterandum, nec iniuria ei esse facienda, rationem dicti referas ad sanctificationem rei qua sacramentum expletur: de omni sacramento generaliter id verum est. Si verò ad susceptionem sacramenti: de quibusdam verum est quod non iterantur crebra susceptione, de aliis verò quibusdam non: quia frequenter sumuntur, vt hoc vnctionis sacramentum, quod in omni penè ecclesia sæpè repetitur.

DE ORDINIBVS ECCLESIASTICIS.

Distinct. XXIII.

Nunc ad considerationem sacræ ordinationis accedamus. Septem sunt spiritualium officiorum gradus siue ordines, sicut ex sanctorum Patrum dictis aperte traditur, & capituli nostri scilicet Iesu Christi exemplo monstratur: qui

Aliorum opinio.

In glo. super illud 1. Cor. 9. c. Nubatur tantum in Domino. et in Cõmentario suo ad idè caput in fine eiusdè in tomo 4.

De sacramento ordinis, quæritur ad ea quæ

ad illud di
spont.
Hug. li. 2.
par. 3. ca. 4
Quare se-
ptem sunt.

omnium officia in semetipso exhibuit, & corpori suo quod est ecclesia, eisdem ordines observandos reliquit. Septem autem sunt, propter septiformem gratiam sancti spiritus: cuius qui non sunt participes, ad gradus ecclesiasticos indignè accedunt. Illi verò in quorum mentibus diffusa est septiformis gratia spiritus sancti, cum ad ecclesiasticos ordines accedunt, in ipsa spiritualis gradus promotione ampliorem gratiam percipere creduntur.

Quales assumendi sunt ad clerum.

Clemens
papa. dist.
23. c. tales.

TALES autem ad mysterium spirituale eligendi sunt clerici, qui dignè possint dominica sacramenta tractare. Melius est enim episcopo paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui ordinatori graue onus inducant. Tales enim decet esse ministros Christi qui septiformis gratia spiritus sancti sint decori: ex quorum doctrina & conuersationis forma eadem gratia in aliis transfundatur, ne caelestes margaritas spiritualium verborum officiorumque diuinorum sordidæ vitæ pedibus conculcent. In sacramento ergo septiformis spiritus septem sunt gradus ecclesiastici, scilicet Ostiarij, Lectores, Exorcistæ, Acolythi, Diaconi, Subdiaconi, Sacerdotes, omnes tamen clerici vocantur, id est, sortiti. Corona enim signaculum est, quo signantur in partem sortis ministerij diuini. Corona regale decus significat: quia seruire Deo regnare est. Vnde ministri ecclesie reges esse debent, vt se & alios regant: quibus Petrus ait, Vos estis genus electum, regale sacerdotium, &c. Summitas capitis desuper nudatur, vt eorum mens ad dominum libera monstrar, quæ reuelata facie gloriam Dei contempletur. Summitas enim capitis est eminentia mentis: denudatio capitis est reuelatio mentis. Clericus enim secretorum Dei non ignarus esse debet. Tondentur etiam capilli vsque ad reuelationem sensuum, scilicet oculorum & aurium: vt vitia in corde & opere pullulantia doceantur præcidenda, ne ad audiendum & intelligendum verbum Dei præpediatur mens, pro quo seruato reddetur in excelsis corona. Tonfuræ autem ecclesiasticæ vsus à Nazareis exortus videtur: qui prius crine seruato, deinde ob vitæ continentiam caput radebant, & capillos in igne sacrificij ponebant. Hinc vsus inoleuit, vt qui

Matth. 7. a

De corona
Crosura.
Hug. lib. 2.
parte 3. c. 1
1. Pet. 2. b
2. Cor. 3. d.

Hugo vt
supra c. 2
Num. 6. b.

diuinis
diuinis

diuinis cultibus mancipantur, quasi Nazarei, id est, sancti crineposito inueniantur. Sicut ad Ezechielem dicitur, Fili hominis sume gladium acutum, & duc super caput tuum & barbam. In Actibus etiam Apostolorum Priscillam & Aquilam hoc fecisse legimus. Paulus quoque & alij quidam discipuli Christi hoc fecerunt. Rectè ergo in quibuslibet gradibus constituti, clerici vocantur: quorum nomina & rationes nominum Isidorus exponens, ait, Cleros & clericos hinc appellatos esse credimus, Quia Mathias electus est forte: quem primum per Apostolos legimus ordinatum. Cleros enim Græcè, Latine fors vel hæreditas dicitur. Ideo ergo dicti sunt clerici, quia sunt de sorte Domini, vel quia Deum patrem habent. Generaliter verò clerici nuncupati sunt omnes, qui in ecclesia Dei seruiunt: quorum gradus & nomina sunt hæc, Ostiarius, Lector, &c.

De Ostiarij.

OSTIARIJ iidem & Ianitores sunt, qui in veteri Testamento electi sunt ad custodiam templi, vt non ingrederetur in illud immundus. Dicti sunt autem ostiarij, eo quod præsent ostiis templi. Ipsi enim tenentes clauem, omnia intrus & extrâ custodiunt: atque inter bonos & malos habentes iudicium, dignos recipiunt, indignos respuunt. Vnde & eis cum ordinantur, clauis ecclesie dantur ab episcopo. Et dicitur eis, Sic agite, tanquam rationem Deo reddituri pro rebus quæ clauibus istis recluduntur. Hoc officium Dominus in sua persona suscepit, quando flagello de faniculis facto vendentes & ementes eiecit de templo. Ipse enim se ostiarium significans dicit, Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pasca inueniet.

De Lectoribus.

SECVNDVS est gradus Lectorum. Lectores à legendo, sicut Psalmistæ à Psalmis canendis, vocati sunt. Illi enim prædicant populis quid sequantur: isti cantant, & excitant ad compunctionem animos audientium, licet quidam lectores ita miserabiliter pronuncient, vt quosdam ad luctum & lamentationem compellant. Iidem etiam Pronunciatores vocantur, qui potè ante nunciant: & viatam erit clara eorum vox, vt etiâ longè positorum auribus adim-

Act. 18. e
1. Cor. 11. e

Isid. in li.
7. Erym.
es allega-
tur di. 21.
c. Cleros.

C

ibidem 1.
S. 26. a.

De conse.
Dist. 23. c.
Ostiarj.
Ioan. 2. e

Ioan. 10. b

D

Is. 21. dist.
c. Cleros.

Idem. dif. 25. cap. Perlectio. pleat. Ad lectorem autem pertinet lectiones pronuntiare, & ea quæ Prophetæ vaticinauerunt, populis prædicare: vt iam ex officio in ecclesia legat prophetias & lectiones. Vnde & ei vidente populo traditur ab episcopo codex diuinarum lectionum, & dicitur, Accipe, & esto Verbi Dei relator: habiturus, si fideliter impleueris officium, partem cum his qui bene Verbum dei ministrauerunt. Qui ad hunc gradum prouehitur, literarum scientia debet esse instructus, vt sensum verborum intelligat, vim accentuum sciat, distinctè legat: ne confusione prolationis intellectum auditoribus auferat. Atrendat quid indicatiuè, quid interrogatiuè, sit legendum, vbi sit in oratione facienda distinctio. Hæc enim malè seruata intellectum turbant, & alios ad risum prouocant, Auribus & cordi consulere debet vox Lectoris. Hoc officium impleuit Christus, cum in medio Seniorum librum Esaiæ aperiens, distinctè ad intelligendum legit: Spiritus Domini super me, &c. Ex quo Lectoribus datur intelligi, quia gratia spiritali clarere debent, qui aliis Verbum dei annunciant. Hic ordo formam & initium à Prophetis accepisse videtur: quibus dicitur, Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam.

6.

*Luc. 4. c.**Esa. 61. a.**Esa. 58. a.**Isid. d. 21**c. Cleros.**Dif. 25. c.**Perlectio.**Luc. 4. d.**Dif. 23. c.**exorcista.**Mar. 7. d.*

De exorcistis.
TERTIVS est ordo Exorcistarum. Exorcistæ autem ex Græco in Latinum adiurantes vel increpantes vocantur. Inuocant enim super cathecumenos, & super eos qui habent spiritum immundum, nomen Domini: adiurantes per eum, vt egrediatur ab eis. Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manibusque super energumenos & cathecumenos in exorcizando imponere. Debet autem habere spiritum mundum qui spiritibus immundis imperat: & malignam expellere de corde suo, quem expellit de corpore alieno, ne medicina quam alij facit, sibi non profuit, & dicatur ei, Medice cura te ipsum. Hi cum ordinantur, accipiunt de manu episcopi librum exorcismorum: & dicitur eis, Accipite, & habetote potestatem imponendi manus super nergumenos vel cathecumenos. Hoc officio vsus est Dominus, quando salua sua tetigit aures & linguam surdi & muti, dicens, Effer a, quod est. Ad aperire: per hoc docens nos spiritaliter debere aperire aures præcor-

diorum hominum ad intelligendum, & ora ad confitendum: vt pulso dæmone, spiritus sanctus vas suum recipiat. *Mat. 8. d.* Hoc etiam officio vsus est Christus, cum dæmoniacos multos sanauit. Hic ordo à Salomone videtur descendisse: qui quandam modum exorcizandi inuenit, quo dæmones adiuuari ex obsessis corporibus pellebantur. Hic officio mancipati Exorcistæ vocati sunt. De quibus Christus in Evangelio, Si ergo in Beelzebub ciicio dæmonia: filij vestri, scilicet Exorcistæ, in quo eiiciunt?

De Acolytho.

QVARTO loco succedunt Acolyti. Acolythi verò Græcè, Latine ceroferarij dicuntur, à deportandis cereis quando legendum est euangelium vel sacrificium offerendum. Tunc enim accenduntur luminaria, & deportantur ad eis: non ad effugandas aëris tenebras, eum sol eo tempore rutilat, sed ad signum lætitiæ demonstrandum: vt sub typolominis corporalis illa lux ostendatur, de qua legitur, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ad Acolythum pertinet præparatio luminarium in sacrario. Ipse cereum portat, ipse vrcolum cum vino & aqua suggesta pro eucharistia subdiaconis præparat. Hi cum ordinantur, cum edocti fuerint ab episcopo qualiter in officio suo agere debeant ab archidiacono accipiunt candelabrum cum cereo, & vrcolum vacuum. Hoc officium Dominus se habere testatur dicens, Ego sum lux mundi qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Huius officij formam illi gerebant in veteri Testamento, qui lucernas candelabri componebant, & candelabrum igne cælesti, ad illuminandas tenebras Aquilonares.

De Subdiaconis.

QVINTVS est ordo Subdiaconorum. Græcè Hypodiacones vocantur, quos nos Subdiacones dicimus. Qui ideo sic appellantur, quia subiacent præceptis & officiis Levitarum. Oblationes enim in templo à fidelibus suscipiunt, & Leuitis superponendas altaribus deferunt. Hi apud Hebræos, Nathinæi vocabantur, id est, in humilitate Domino seruientes. Ad Subdiaconum pertinet calicem & patenam ad altare Christi deferre, & Leuitis tradere, eisque

ministrare. Vreolum quoque & aquamanile & manutergium tenere, episcopo & presbyteris & Leuitis, pro lauandis ante altare manibus aquam præbere. His lex continentie imponitur: quia altari propinquantes, vasa corporis & sanguinis Christi portant. Vnde illud implere debent. Mundamini qui fertis vasa Domini. Ad hos etiam pertinet tantum de oblationibus ponere in altari, quantum sufficere possit populo: necnon corporales, & pallas, & substratoria lauare. Hi cum ordinantur accipiunt de manu episcopi patenam & calicem vacuum: ab archidiacono verò vreolum cum aquamanili, & manutergium. Hoc officio vsus est Dominus, quando linteo se præcinxit, & mittens aquam in peluim, pedes Discipulorum lauit, & linteo terxit.

De Diaconibus.

DIACONORVM ordo sextum tenet locum propter senarij perfectionem. Hic ordo in veteri Testamento à tribu Leui nomen accepit vel traxit. Dicuntur enim & Leuitæ. Præcepit quippè Dominus Moyse, vt post ordinationem Aaron & filiorum eius, prorsus tribus Leui ad diuini cultus ministeria ordinaretur & consecraretur Domino, & seruirent pro Israël coram Aaron & filiis eius in tabernaculo: ipsique gestarent arcam & tabernaculum, & omnia vasa eius & in circuitu tabernaculi excubarent, & in transportando tabernaculo ipsi deponerent, rursumque componerent. A vigintiquinque annis & supra iussi sunt seruire in tabernaculo, quam regulam in nouo Testamento sancti Patres constituerunt: quia hæc ætas adferenda onera est robusta. Leuitæ ergo ex nomine authoris vocati sunt. De Leuitim Leuitæ exorti sunt: à quibus in templo mystici sacramenti mysteria explebantur. Hi Græcè Diacones, Latine ministri dicuntur: quia sicut in sacerdote consecratio, ita & in diacono mysterij dispensatio habetur. Ad diaconum pertinet assistere sacerdotibus & ministrare in omnibus quæ aguntur in sacramentis Christi, scilicet in baptismo, in chrismate, in patena, & calice: oblationes quoque inferre, & disponere in altari. Componere etiam mensam Domini & vestire, crucem ferre, & prædicare euangelium & epistolam ad populum. Nam sicut Lectoribus vetus Testamentum, ita Diaconibus nouum prædicare præceptum

est. Ad ipsum etiam pertinet officium precum, & recitatio catechumenorum nominum. Ipse præmonet aures habere ad Dominum: ipse donat pacem, & ipse annunciat. Quod autem huic ordini à Moyse statutum est, hoc etiam in nouo Testamento repræsentatur, cum Diacono super lauum humerum stola ponitur, & casula in diebus ieiunij complatur: quia quicquid laboris & sustentie in hac vita toleratur, quasi in læua portatur, donec in dextera, id est, in æternitate requies habeatur. Hic ordo ab Apostolis celebratus est, quando (vt legitur in Actibus Apostolorum) septem viros plenos spiritu sancto ad hoc officium elegerunt, & oratione præmissa manus eis imposuerunt. Vnde & consuetudo inoleuit, vt in omni matrice ecclesia septem Diacones circa Christi aram, quasi septem columnæ, assistant. Hi sunt septem angeli tuba cauentes in Apocalypsi, qui quales esse debeant, Apostolus docet Timotheo scribens. Hi cum ordinantur, solus episcopus eis manum imponit: quia ad ministerium applicantur. Ponit eis orarium, id est, stolam super lauum humerum, vt per hoc intelligant se accepisse iugum Domini suauè: quo ad sinistram pertinentia diuinitimor subiiciant. Accipiant & textum Euangelij, vt intelligant se esse præcōnes Euangelij Christi. Hi autem antequam ordinentur, præbentur vt docet Apostolus: & sic ministrent, nullum crimen habentes. Hoc officio vsus est Christus, quando post cœnam sacramentum carnis & sanguinis Discipulis dispensauit: & quando Apostolos dormientes ad orationem excitauit dicens, Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem.

De presbyteris.

SEPTIMVS est ordo Presbyterorum. Presbyter Græcè, senior interpretatur Latine: non modò pro ætate vel decrepita senectute, sed propter honorem & dignitatē quam acceperunt, presbyteri nominantur: qui motum prudentia & maturitate conuersationis præcellere debent in populo. Vnde scriptum est, Senectus venerabilis est, non diuturna, nec annorum numero computata. Cui enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vira immaculata. Ideo autem etiam presbyteri sacerdotes vocantur, quia sacrum dant: qui licet sint sacerdotes, tamen pontificatus apicem non

Act. 8. c. habent sicut episcopi: quia ipsi nec chrismate frontem fignant, nec paracletum dant, quod solis debere episcopis legitio actuum Apostolorum demonstrat. Vnde & apud Veteres iidem episcopi & presbyteri fuerunt: quia illud est nomen dignitatis, non ætatis. Sacerdos nomen habet compositum ex Græco & Latino, quod est sacrum dans, siue sacerdux. Sicut enim rex à regendo, ita sacerdos à sacrando dictus est: cõsecrat enim & sanctificat. Antistes verò sacerdos dictus est ab eo, quod ante stat: primus enim est in ordine ecclesie. Ad presbyterum autem pertinet sacramentum corporis & sanguinis Domini in altari Dei cõficere, orationes dicere, & dona Dei benedicere: qui cum ordinatur, inunguntur eis manus, ut intelligat se accepisse gratiam cõsecrandi, & charitatis opera debere extendere ad omnes. Accipiunt & stolam, quæ utrunque tenet latus: quia debent esse muniti armis iustitiæ cõtra aduersa & prospera. Accipiunt etiam calicem cum vino & patenam cum hostiis: ut per hoc sciant se accepisse potestatem placabiles Deo hostias offerendi. Hic ordo à filiis Aaron sumpsit initium. Sumos enim pontifices & minores sacerdotes instituit Deus per Moysen: qui ex præcepto Dei, Aaron in summum pontificem, filios verò eius vixit in minores sacerdotes. Christus quoque duodecim elegit discipulos prius, quos & Apostolos vocauit: quorum vicem gerunt in ecclesia maiores Pontifices. Deinde alios septuaginta & duos Discipulos designauit: quorum vicem in ecclesia tenent presbyteri. Vnus autem inter Apostolos princeps extitit Petrus: cuius vicarius & successor est pontifex summus: vnde dicitur Apostolicus, qui & papa vocatur, scilicet pater patrum. Qualis autem eligi debeat presbyter, Apostolus scribens Timotheo ostendit, ubi nomine episcopi presbyterum significat. Hoc autem officio vsus est Christus, cum seipsum in ara crucis obtulit, id est sacerdos & hostia: & quando post cenam panem & vinum in corpus suum & sanguinem cõmutauit. Ecce de septem ecclesie gradibus breuiter elocuti, quid ad quæquã pertineat insinuauimus. Cumque omnes spirituales sunt & sacri, excellenter tamẽ canones duos tantum sacros ordines appellari censeat. Diaconatus scilicet & presbyteratus: quia hos solos primitiua ecclesia legitur habuisse, & de his solis præceptum Apostoli habemus. Apostoli enim in

singulis ciuitatibus episcopos & presbyteros ordinauerunt. Leuitas etiam ab Apostolis ordinatos legimus. quorum maximus fuit beatus Stephanus. Subdiaconos verò & Acolythos procedente tempore ecclesia sibi constituit.

Quid sit quod hic dicitur ordo.

SI autem quaeritur, quid sit quod hic vocatur ordo. Sane dici potest signaculum esse, id est, sacrum quoddam, quo spiritualis potestas traditur ordinato, & officium. Character ergo spiritualis, ubi sit promotio spiritualis, ordo vel gradus vocatur. Et dicuntur hi ordines sacramenta: quia in eorum perceptione res sacra, id est, gratia conferitur, quam figurant ea quæ ibi geruntur.

De nominibus dignitatum vel officij.

SVNT & alia quædam non ordinum, sed dignitatum vel officiorum nomina. Dignitatis simul & officij nomen est Episcopus. Episcopatus autem vocabulum inde dictum est, quod ille qui Episcopus efficitur, superintendat curam scilicet, subditorum gerens. Scopein enim Græcè, Latine interdere dicitur. Episcopi autem Græcè, Latine speculatores interpretantur. Nam speculator est præpositus in ecclesia: dictus eo quod speculetur, atque perspiciat populorum infra se positum morès & vitam. Pontifex est princeps sacerdotum, quasi via sequentium. Ipse & summus sacerdos nuncupatur. Ipse enim Leuitas & sacerdotes efficit, ipse omnes ecclesiasticos ordines disponit.

De quadripartito ordine Episcoporum.

ORDO autem Episcoporum quadripartitus est, scilicet in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis & Episcopis. Patriarcha Græcè summus patrum interpretatur: quia primum, id est, Apostolicum tenet locum; ut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus: sed omnium summus est Romanus. Archiepiscopus, princeps episcoporum: archos enim Græcè, Latine princeps dicitur. Metropolitanæ autem à mensura ciuitatum dicuntur. Singulis enim prouinciis & ciuitatibus præminent: quorum in authoritati & doctrinæ cæteri sacerdotes subiecti sunt. Sollicitudo enim totius prouincie, ipsis episcopis commissa est. Omnes autem superius designati ordines episcopi nuncupantur. Nota quod archiepiscoporum nomine Primates superius significasse videretur, & Metropolitanæ

Di. 21. ca.

Cleros.

Eze. 33. b

Di. 21. c.

Cleros.

quasi per

sotum.

quasi per

sotum.

quasi per

sotum.

quasi per

sotum.

quasi per

sotum.

quasi per

sotum.

quasi per

sotum.

quasi per

sotum.

quasi per

sotum.

quasi per

sotum.

quasi per

sotum.

quasi per

sotum.

quasi per

sotum.

quasi per

sotum.

quasi per

sotum.

quasi per

sotum.

quasi per

sotum.

quasi per

sotum.

quasi per

sotum.

quasi per

sotum.

quasi per

sotum.

tradi valeant: nec ab hæreticis redeuntés, qui illis ordinati sunt & baptizati, iterum ordinandi sunt, sicut nec baptizati in *li. 2. cõdi.* Vnde Augu. De hæreticis etiam damnatis quod quidam *ira epist.* dicunt, Baptisma quod accepit nõ amittit, qui recedit ab ec- *Parment.* clesia, ius dandi quod accepit amittit: multis modis apparet *cap. 13. in* inaniter dici. Primò, quia nulla ostèditur causa, cur ille qui *tom. 7.* illud baptisma amittere non potest, ius dandi possit amittere. Vtrunque enim sacramentum est, & quadam cõsecratio ne vtrunque homini datur: illud cum baptizatur, & istud est ordinatur. Ideò non licet in catholica ecclesia vtrunque iterari. Nam quando ex ipsa parte venientés, etiam præpositi, pro bono pacis correcto schismatis errore suscepti sunt: restitutum est opus esse vt eadem officia gererent quæ agebant non sunt rursus ordinandi. Sed sicut baptisus in eis, ita mansit ordinatio integra: quia in præcisione fuerat vitium, quod in vnitrate pacis est correctum, non in sacramentis, quæ ubique sunt, ibi vera sunt. Et cum ipsi expedire videtur ecclesiæ, vt propositi eorum venientes ad catholicam societatem, honores suos ibi non administrant, non eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur, sed super eos manent. Ideòq; non eis manus imponitur: ne non homini, sed *Augu. in* ipsi sacramento fiat iniuria. Sicut autem in baptismo est ius, *eadem li.* quod per eos dari possit: sic in ordinatione ius dandi est: *Ep. ca.* vtrunq; quidem ad perniciem suam. Sed aliud est non habere, aliud perniciosè habere, aliud salubriter habere. Idem, *Eph. 4. a* De his qui ab ecclesiæ vnitrate separati sunt, nulla iam quaestio est quin habeant & dare possint: sed perniciosè habent, perniciosè quæ dant, quia extra vinculum pacis sunt. Neutri sacramento facienda est iniuria. Sicut nõ rectè habet qui ab vnitrate recedit, sed tamen habet, & ideò redeunt non redduntur: sic etiam non rectè dat qui ab vnitrate recedit, & tamen dat, & ideò qui ab eo accipit, venienti ad vnitratem non iteratur. Idem. Aliud est non habere aliquid, aliud est non iure habere, vel illicitè vsurpare. Non ergo ideò non sunt sacramenta Christi & ecclesiæ, quia eis illicitè vtantur non modo hæretici, sed etiam omnes impij: sed illi corrigendi sunt & puniendi, illa autem sunt agnoscenda & veneranda. Item Gregorius. Quod dicitur vt qui ordinatus est iterum ordine *Augu. in* aur, valde ridiculosum est. Vt enim baptizatus semel, iterum

baptizari non debet: ita qui cõsecratus est semel, in eodem *Ioan. Ra* ordine non valet iterum cõsecrari. His aliisque authoritatibus *mènat* cõsecrari videtur asseri, in omnibus impiis, etiam in hæreticis *piscopodi.* præcis & damnatis Christi sacramenta permahere, cum in *68. ca. Si-* re dandi. Possunt enim dare, sed perniciosè: & quibus dedit *ius mel.* riant, non sunt iterum ordinandi, quæ præmissis ex opposi- *Lib. 2. e-* to obuiare videntur. *pist. 32.*

*Determinatio præmissa contradictionis
authoritatum.*

C

H AEC autem quidam ita determinant. Dicunt enim hæreticos accepta sacerdotali vel episcopali vnctione ab ec- *Et habe-* clesia recedentes baptismi quidem dandi ius retinere: sed nõ *ur. 1. q. 1.* habere facultatem tribuendi sacros ordines, vel consecran- *parab* di dominicum corpus postquam præcisi & damnati sunt ab *Opposi-* ecclesia. Sicut degradatus episcopus non habet potestatem *ur autè.* largiendi sacros ordines: facultatem tamen baptizandi nõ *Primo-* amittit. Quod Aug. ait, intelligitur dictum de hæreticis, qui *pino* cõsententia ecclesiæ, sed præiudice sensus sui à fidei veri *falsa. cap.* tate ac doctrinæ vnitrate diuisi sunt, qui licet tales sint, ius *proximo.* tamen ordinandi & consecrandi habent. Et qui ab eis ordi- nantur ante manifestam præcisionem, etiam si cum eis aperte exierint, & sententia ecclesiæ damnati fuerint: tamen si redierint, iterum ordinandi non sunt. Et ubique legitur de ordinatis ab hæreticis, quod seruatis ordinibus ministrare valeant, vel iterum ordinandi non sint: de huiusmodi accipiendum dicunt. Nam postquam præcisi fuerint & damnati iudicio ecclesiæ, ius ordinandi & cõsecrandi eis detractum asserunt, vt degradatis vel excommunicatis. *Secunda o-* Alij verò dicunt, sacramenta ab hæreticis & præcis secundum *pino pro-* formam ecclesiæ celebrata, vera esse & rata: quia recedentes ab ecclesia, ius dandi & consecrandi non perdid- *babili.* erunt: & qui sic ab hæreticis ordinantur, cum redeunt, iterum ordinandi non sunt. Quæ verò ab hæreticis aliter quam in ecclesia fiunt, falsa sunt, & inania: & qui à talibus ordinarum videntur, non munus, sed vulnus accipiunt. Et secundum hanc differentiam variè de his loquuntur Doctores.

Quidam verò dicunt eadè sacramenta ab hæreticis præcis posse celebrari, quæ à catholicis, si ab illis forma eccle- *Tertio.*

fiæ seruetur, & ab eis celebrata vera esse & rata, quantum ad se: quantum verò ad effectum, falsa esse & inania, & in *In tom. 6.* his qui malè tractant, & in his qui malè suscipiunt, & ideo *ad cap. 9.* irrita & falsa: quia quod promittunt, & conferre creduntur, *Super Q.* non tribuunt. Damnanda etiam dicuntur: quia illicitè dantibus vel accipientibus sunt in iudicium. Polluta etiam dicuntur, non quantum ad se, sed propter indignam hæreticorum tractationem. Ideo Greg. communionem Arrii vocat execrationem, & Innocentius Bonosij ordinationem, *sa. 83. ca.* damnationem: non quòd ita in se sint, sed quia malè dantes *de reu. 10.* vel accipientes tales facit. Sicut etiam Hierony. sacrificia eorum panem luctus vocat: non quantum ad se, sed quantum ad effectum. Nonnulli verò tradunt illos hæreticos, qui in ecclesia ordinati sunt, ius ordinandi & consecrandi etiam cum separati fuerint, habere. Qui verò in schismate vel hæresi positi, ab eis ordinati & iniuncti fuerint, illo iure carènt. Ideo q; cum ordinate volunt, vulnus potius infligunt, quam gratiam conferant.

De simonia vnde dicitur 1. q. 1. cap. 1.

DE simoniaci verò non est ambigendum quin sint hæretici: qui tamen ante sententiam degradationis & ordinantur, & consecrant. Et licet simoniaci propriè dicantur, qui instar Simonis Magi impreciablem gratiam precio conducere volunt, & qui pro ministerio sacro precium recipiunt in modum Giezuræ vocandi sunt. Omnes tamen & dantes & accipientes simoniaci dicuntur: & vtrique eadem sententia percelluntur.

De his qui scienter à simoniaciis ordinantur.

DIFFERT tamen inter eos qui ordinantur à simoniacis scienter, & eos qui ignorant. Qui enim scienter à simoniaciis se permiserint consecrari, imò execrari: eorum consecratio omnino irrita est. Qui verò ordinantur à simoniaciis, quos cum ordinantur, nesciunt esse simoniacos, qui & tunc pro catholicis habentur: eorum ordinatio misericorditer sustinetur.

De his qui dicunt se emere corporalia, non spiritualia.

SI verò aliqui obiecerint, se non consecrationes emere, sed res ipsas quæ ex consecratione proveniunt: penitus de-

spere probantur. Nam quisquis horum alterum vendit, sine quo alterum non habetur, neutrum vendere derelinquit. *1. q. 1. cap. 1. §. 1.*

Distinctio simoniacorum.

SIMONIA CAE autem hæresis tripartita est distinctio. Alij enim simoniacè à simoniaciis ordinantur: Alij simoniacè à non simoniaciis: Alij non simoniacè à simoniaciis. Vnde Nicolaus papa, Statuimus decretum de simoniaca tripartita hæresi: id est: de simoniaciis simoniacè ordinantibus vel ordinatis; & de simoniaciis simoniacè à non simoniaciis, & simoniaciis non simoniacè à simoniaciis. Simoniaci simoniacè ordinari vel ordinarores, secundum canones à proprio gradu decident. Simoniaci etiam simoniacè à non simoniaciis ordinati, similiter ab officio removeantur. Simoniacos verò non simoniacè à simoniaciis ordinatos misericorditer per manus impositionem pro temporis necessitate in officio permittimus permanere. Quod intelligendum est de his, qui ordinantur à simoniaciis, ignorantes eos esse simoniacos. Hoc facit simoniacos, non reatus criminis, sed ordinatio simoniaci.

Alexander papa de his qui violentè à simoniaciis ab hæreticis ordinantur.

SIMILITER, cum decernit Alexander Papa simoniacos omnino damnandos ac deponendos: subintelligendum est, nisi violentè quis attractus fuerit. De his enim & à quibuslibet hæreticis violentè ordinatis, dicit Innocentius quòd possunt habere aliquem colorem excusationis, si statim discedunt ab eis, & pessimo eorum conciliabulo renunciant.

De aetate ordinandorum ita decreuit

Nicolaus papa.

SA C R I, inquit, canones sanxerunt, vt Subdiaconus non ordinetur ante quatuordecim annos, nec Diaconus ante viginti quinque, nec Presbyter ante triginta. Deinde si dignus fuerit, ad episcopatû eligi potest: quod nos etiam pari modo seruare iubemus. Item Fabianus, Si quis triginta ætatis non impleuerit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etsi valde sit dignus: quia & ipse Dominus triginta annorum baptizatus est, & sic cepit docere.

Lucæ 2. 40

DE SACRAMENTO CONIUGII,
cuius institutio & causa
ostenditur.

Distinct. XXVI.

*De matrimonio
secundum
causam
malem.*

Gen. 2. d

Gen. 1. d

*Super G.
ne. li. 9. c.
7. in 10. 3.
Rom. 6. c*

CVM alia sacramenta post peccatum, & propter peccatum exordium sumpserint, matrimonij sacramentum, etiam ante peccatum legitur, institutum à Domino: non tamen ad remedium, sed ad officium. Refert enim scriptura Genes. in Adam misso sopore, atq; vna de costis eius sumpta, & exinde muliere formata, virum in spiritu intelligentem ad quem vsum mulier facta esset, post eccliam prophetice dixisse, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhaerebit vxori suae: & erunt duo in carne vna.

De duplici institutione coniugij.

Heb. 13. d

CONIUGII autem institutio duplex est. Vna ante peccatum ad officium facta est in paradiso, vbi esset thorax immaculatus, & nuptiarum honorabiles: ex quibus sine ardore conciperent sine dolore parerent. Altera post peccatum ad remedium facta extra paradysum, propter illicitum motum deuitandum. Prima, vt natura multiplicaretur: Secunda, vt natura exciperetur, & vitium cohiberetur. Nam & ante peccatum dixit Deus, Crescite & multiplicabimini, & post peccatum omnibus penè hominibus per diluuium consumptis. Quòd verò ante peccatum institutum fuerit coniugium ad officium: post peccatum verò ad remedium concessum, Augustinus testatur, dicens. Quòd sanis est ad officium, & grous est ad remedium. Infirmas enim incontinentiae, quae est in carne per peccatum mortua, de cadat in ruinam flagitiorum, excipitur honestate nuptiarum. Si verò non peccassent primi homines, sine carnis incentiuo ac feruore libidinis ipsi ac successores eorū cõuenirent. Et sicut remunerabile est aliquod bonum opus, sic coitus eorum bonus esset & remunerabilis. Quia verò propter peccatum lethali concupiscentiae lex mēbris nostris adhaesit, sine qua carnalis non sit commixtio, reprehensibilis est & malus coitus, nisi excusetur per bona coniugij.

Quando se iudicium præceptum, & quando secundum indulgentiam contractum sit coniugium.

A

B

C

PRI MA institutio habuit præceptum, secunda indulgentiam. Didicimus enim ab Apostolo, humano generi propter vitandam fornicationem indultum esse coniugium. Indulgentia verò quia meliora non eligit, remediū habet, nõ præmiū: à qua si quis declinauerit, meretur exitiale iudiciū. Quòd secundum indulgentiam cõceditur, voluntariū est, non necessarium: alioquin transgressor esset, qui illud non faceret. Et potest sanè intelligi illud sub præcepto dictum hominibus primis ante peccatum, Crescite & multiplicamini. Quo etiam post peccatum tenebantur, vsque quòd est facta multiplicatio: postquam secundum indulgentiam matrimonij contractus fuit. Ita etiam post diluuium, quo vniversum penè humanum genus deletum est, secundum præceptum dictum est filiis Noë, Crescite & multiplicamini. Multiplicato verò homine secundum indulgentiam contractum est, non secundum imperium.

Quibus modis accipitur indulgentia.

INDULGENTIA autem diuersis modis accipitur, scilicet pro concessione, pro remissione, pro permissione. Et est permissio in nouo Testamento, de minoribus bonis, & de minoribus malis. De minoribus bonis est coniugium, quòd non meretur palmam, sed est in remedium. De minoribus malis, id est, de venialibus, est coitus qui fit causa incontinentiae. Illud scilicet coniugium indulgetur, id est, conceditur. Illud verò, id est, coitus talis permittitur, id est, toleratur, ita quòd non prohibetur.

Quòd nuptiae sint bona.

FVERVNT autem nonnulli hæretici nuptias detestantes, qui Tatiani appellati sunt. Hi nuptias omninò damnant, ac pares fornicationibus aliisque corruptionibus faciunt: nec recipiunt in suorum numerū coniugio vtentem marem vel foeminam. Quòd autem res bona sit cõiugium, non modò ex eo probatur, quòd Dominus legitur coniugium instituisse inter primos parentes: sed etiam quòd in Cana Galilee nuptiis interfuit Christus, eaq; miraculo commendauit, aqua in vinum conuersa. Qui etiam postea virum dimittere vxorem prohibuit, nisi causa fornicationis. Apostolus etiam ait, Virgo non peccat, si nubat. Constat ergo rem bonam esse matrimonium: alioquin non es-

Gen. 1. d

Gen. 9. b

*explicatio
ille f 2*

E

*Aug. de
Heresib.
cap. 2. s. in
romo 6. d
Hugo 4.
Sen. ca. 3
Gen. 2. d
Ioan. 2. a
Mat. 19. b
1. Cor. 7. c*

Matt. 5. ceter sacramentum. Sacramentum enim sacrum signum est.

Es 19. b.

Eph. 5. 8.

Gene. 2. d.

Cuius rei sacramentum sit coniugium.

CVM ergo coniugium sacramentum sit, & sacrum signum est, & sacre rei, scilicet coniunctionis Christi & ecclesie, sicut ait Apostolus. Scriptum est, inquit, Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Ut enim inter coniuges coniunctio est secundum consensum animorum, & secundum permixtionem corporum: sic ecclesia Christo copulatur voluntate & natura, qua idem vult cum eo: & ipse formam sumit de natura hominis. Copulata est ergo sponsa sponso spiritualiter & corporaliter: id est, charitate ac conformitate naturæ. Huius utriusque copulæ figura est in coniugio. Consensus enim coniugum copulam spirituales Christi & ecclesie, quæ sit per charitatem, significat. Commixtio vero sexuum illam significat, quæ sit per naturæ conformitatem.

Qualiter intelligendum sit illud, Mulier illa non pertinet ad matrimonium, cum qua non est commixtio sexuum.

INDE est quoddam Doctorem dixerunt illam mulierem non pertinere ad matrimonium, quæ non experitur carnalem copulam. Ait enim Augu. Non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse commixtio sexus. Item Leo Papa, Cum sollicitas nuptiarum ira à principio sit instituta, ut præter commixtionem sexuum non habeat in se Christi & ecclesie sacramentum: non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur non fuisse nuptiale mysterium. Item Augustin. Non est perfectum coniugium sine commixtione sexuum. Hoc si secundum superficiem verborum quis acceperit, inducitur in errorem tantum, ut dicat sine carnali copula non posse contrahi matrimonium: & inter Mariam & Ioseph non fuisse coniugium, vel non fuisse perfectum: quod nefas est sentire. Tantò enim sanctius fuit atque perfectius, quanto à carnali opere immunitus. Sed superius posita ea ratione dicta intelligendum est, non quis pertineat mulier illa ad matrimonium, cum

27. c. 2. c.

Non est.

Ibidem.

Cap. cum societas.

In Solilo.

quiji.

qua non est permixtio sexuum: sed non pertinet ad matrimonium, quod expressam & plenam tenet figuram coniunctionis Christi & ecclesie. Figuratur enim illam unionem Christi & ecclesie, quæ est in charitate: sed non illam quæ est in naturæ conformitate. Est ergo & in illo matrimonio typus coniunctionis Christi & ecclesie: sed illius tantum, qua ecclesia Christo charitate vnitur: non illius, qua per susceptionem carnis capiti membra vnuntur: nec ideo tamen minus sanctum est coniugium: quia ut ait Augustinus, In nuptiis plus valet sanctitas sacramenti, quam fecunditas ventris. Est etiam coniugium signum spiritualis coniunctionis & dilectionis animorum, qua inter se coniuges vniri debent. Vnde Apostolus ait, Viri, diligite uxores vestras, ut corpora vestra.

Eph. 5. 8.

In libro de Bono Coniugali cap. 8. in tomo 6.

Eph. 5. c.

QUAE SVNT CONSIDERANDA in coniugio.

Distinc. XXVII.

A

Post hæc advertendum est quid sit coniugium, & quæ sit efficiens causa coniugij, & causa propter quam contrahi debeat, & quæ sint bona coniugij, & quomodo per ea excusetur coitus carnalis, quæ sint legitimæ personæ ad matrimonium. Sunt alia plura in matrimonio consideranda, quæ sub compendio perstringemus,

De matrimonio secundum causam efficientiæ, determinans generaliter quod consensus sit matrimonij causa.

Quid sit coniugium.

B

SVNT ergo Nuptiæ vel Matrimonium, viri mulierisque, coniunctio maritalis inter legitimas personas, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. Ad indiuiduam consuetudinem vitæ pertinet, quod absque consensu alterius neuter continentiam profiteri potest, vel orationi vacare: & quod inter eos dum viuunt, vinculum coniugale permanet, ut alij se copulare non liceat: & ut inuicem alter alteri exhibeat, quod quisque sibi. Hæc autem descriptione legitimorum & fidelium tantum matrimonij includitur.

37. q. 1. in princ.

De consensu qui efficit coniugium.

C

EFFICIENTS autem causa matrimonij est consensus, non quilibet, sed per verba expressus: nec de futuro, sed de presenti. Si enim consentiunt in futurum, dicentes, Accipiam te in virum, & ego te in uxorem: non est iste consen-

fus efficax matrimonij. Item si consentiant mente, & non exprimant verbis vel aliis certis signis: nec talis consensus efficit matrimonium. Si autem verbis explicant quod tamen corde non volunt, si non sit coactio ibi vel dolus, obligatio illa verborum, quibus consentiunt dicentes: Accipio te in virum, & ego te in uxorem, matrimonium facit.

Authoritatibus probat, quod solus consensus facit matrimonium.

Q. V O D autem consensus matrimonium faciat, subditis probatur testimoniis. Ait enim Isidorus, Consensus facit matrimonium. Item Nicolaus papa; Sufficiat solus secundum leges eorum consensus, de quorum coniunctionibus agit: qui solus si forte in nuptiis defuerit, cetera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur. Item Ioanni Chrysolasto. Matrimonium quidem non facit coitus, sed voluntas & ideo non soluit illud separatio corporis. Item Ambr. Non defloratio virginittatis facit coniugium, sed pactio coniugalis. Ex his apparet quod consensus, id est coniugium est: etiam si non praecessit vel secuta est copulatio carnalis.

Quando incipiat esse coniugium.

Q. V O D enim ab ipsa desponsatione in qua pactio coniugalis exprimitur, coniuges sint, Sanctorum testimonia probant, Ait enim Ambr. Cum initiatum coniugium, coniugij nomen asciscitur, cum coniungitur viro, coniugium est, non cum viri admixtione cognoscitur. Item Isidor. Coniuges verius appellantur a prima desponsationis fide, quam nis adhuc inter eos ignoretur coniugalis concubitus. Item Aug. Coniunx vocatur ex prima desponsationis fide quam concubitu non cognouerat nec fuerat agniturus. Nec perierat, nec mendax manserat coniugij appellatio, vbi non fuerat, nec futura erat carnis vlla commixtio. Propter hoc quod fidele coniugium ambo parentes Christi vocari meruerunt, non solum illa mater, sed etiam ille pater eius, sicut coniunx matris eius: vtrunque tamen mente, non carne. Ex his euidenter insinuat, quod ex tempore quo intercedit consensus voluntarius ac maritalis (qui solus coniugium facit) veri coniuges sunt sponsus & sponsa.

Secundum quosdam non est coniugium ante carnalem copulam, sed sponsi & sponsa sunt.

Q. V I D. A. M. tamen asserunt verum coniugium non contrahi ante traditionem & carnalem copulam: nec vere coniuges esse aliquos, antequam intercedat commixtio sexus: sed a prima fide desponsationis. vir sponsus, & mulier sponsa est, non coniunx. Sponso autem & sponsas coniuges frequenter appellari dicunt, non quia sint: sed quia futuri sunt cuius rei sponsonem inuicem fecerunt. Et secundum hoc verba praemissarum autoritatum intelligenda fore tradunt.

Qua ratione nituntur.

Q. V O D vero inter sponsam & coniugem plurimum interit, ex eo astruitur: quia licet sponsa ante carnalem copulam inconsulto vel nolente sponso monasterium eligere: quo facto sponso etiam licet aliam ducere. Coniugatus vero vel coniugata nec continentiam (nisi ex communi consensu) seruare valent, nec monasterium petere, nisi uterque continentiam pariter profiteatur. Quod vero liceat sponsae monasterium eligere autoritatibus Sanctorum probatur. Ait enim Eusebius papa. Desponsatam puellam non licet parentibus alij viro tradere tamen licet sibi monasterium eligere. Item Grego. Decreta legalia desponsatam, si conuerti voluerit nullo penitus censuerunt damno multari.

Refert etiam Hiero. quod Macharius inter Christi heremitas praecipuus, celebrato nuptiali conuiuio cum vespere thalamum esset ingressurus, ex vrbe egrediens transfarinam petit, & heremi solitudinem sibi elegit. Beatus etiam Alexius similiter ex nuptiis diuina gratia vocatus, sponsam deseruit, & nudus Christo famulari cepit. His autoritatibus & exemplis liquet licere sponsis sine consensu suarum sponsarum, & e conuerso, continentiam profiteri.

Quod coniugatus, vel coniugata nequeant continentiam profiteri sine alterius consensu.

H O C autem coniugatis nullatenus licet. Non enim potest vir melioris vitae propositum sumere sine vxoris consensu, & e conuerso. Vnde Gregorius scribens Theotistae Patritiae, Sunt qui dicunt religionis gratia coniugia debere solui. Verum sciendum est, quia etiam hoc lex humana con-

27. q. 2. c. cessit, tamen lex diuina prohibuit. Si verò vtriusque conueniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat accusare? *Sut qui.* Sic enim multos Sactorum nouimus cum suis coniugibus & prius continentem vitam duxisse, & post ad sanctam ecclesiam regimina migrasse. Si verò continentiam quam vir appetit mulier non sequitur aut quam vxor appetit, vir recusat, coniugium diuidi non potest: quia scriptum est, Mulier potestatem suam carnis non habet, sed vir. Similiter & vir potestatem suam carnis non habet sed mulier. Idem, Agatha latricæ presentium, quæta est virum suum contra voluntatem suam in monasterium esse conuersum. Quapropter experientiam tuam præcipimus, vt diligenti inquisitione discutias, ne fortè eius voluntate conuersus sit, vel ipsa mutare se promiserit. Et si hoc repereris, & illum in monasterio permanere prouideas, & hanc sicut promisit, mutare vitam compellas. Si verò nihil horum est, nec quondam fornicationis crimen (propter quod licet vxorem dimittere) prædictam mulierem commisisse cognoueris: ne illius conuersio vxoris relicta in seculo fieri possit perditionis occasio, volumus vt maritum suum illi, etiam si iam consummatum est reddere debeas, omni proflus excusatione cessante. Quia nisi fornicationis causa virum vxorem dimittere nulla ratio concedit. Postquam enim copulatione coniugij viri & mulieris vnum corpus efficitur, non potest ex parte conuerti, & ex parte remanere in seculo. Item ex 80. Synodo, Si quis conjugatus conuerti ad monasterium velit, non est recipiendus, nisi prius à coniuge castimoniam profuerit fuerit absolutus. Tales ergo coniuges tunc sine culpa sequuntur Christum relicto seculo, si habent ex pari voluntate castitatis consensum. Item, Si vir & vxor diuertere pro sola religiosa inter se consenserint vita, nullatenus sine consensu episcopi fiat: vt ab eo singulariter prouiso constituantur loco. Nam vxore nolente vel altero illorum etiam pro talite matrimonij non soluitur. Item, Aug. Si abstines sine vxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam: & peccatum illius tuæ imputabitur abstinentiæ. Item Nicolaus papa, Scripsit nobis Thaberga regina regia se velle dignitate vel maritali copula exui, & sola vita priuata esse contentam desiderare. Cui scripsimus non hoc aliter fieri posse, nisi eandem

vitam vir eius Lotharius elegerit. Ex his patet quòd coniugari sine communi consensu monasterium eligere, continentiam profiteri, vel habitum religionis sumere non valent: & si fecerint, reuocari debent. Sponsi verò possunt sine communi consensu monasterium eligere. Vnde videtur inter sponsum & sponsam coniugium non esse. Ideoque asserunt à prima fide desponsationis coniuges appellari, non re presentium, sed spe futurorum: quia ex fide quam ex desponsatione sibi inuicem debent, postea efficiuntur coniuges. Præmissas autem auctoritates, quibus asseritur quòd consensus matrimonium facit, ita intelligi volunt, vt consensus vel pactio coniugalis non ante coitum faciat matrimonium, sed in coitu. Sicut enim defloratio virginitatis non facit matrimonium, nisi præcedat pactio coniugalis: ita nec pactio coniugalis, antequàm ad sit copula carnalis. Ex pactio ergo coniugali, sponsi & sponsa fiunt ante coitum: in coitu verè efficiuntur coniuges. Facit etiam pactio coniugalis, vt quæ prius erat sponsa, in coitu fiat coniunx.

Responsio ad prædicta cum determinatione superiorum.

HIS autem ita respondemus. Fit aliquando desponsatio, vbi est compromissio viri & mulieris de contrahendo matrimonio: non est autem ibi consensus de presenti. Est & desponsatio habens consensum de presenti, id est, pactio nem coniugalem, quæ sola facit coniugium. In illa ergo desponsatione, vbi est pollicitatio contrahendi matrimonium, sponsi tantum & sponsa fiunt, non coniuges: & talibus sponsis licet sine communi consensu continentiam profiteri, & monasterium eligere. In ea verò desponsatione vbi est consensus de presenti, coniugium contrahitur, & ab illius desponsationis prima fide verè coniuges appellantur. Secundum hanc distinctionem desponsationis de sponsis variè loquuntur Doctores.

Quomodo accipiatur sponsa in subditis capitulis.

ALIQUANDO enim sponsas vocant, quæ talem habuerunt desponsationem, vbi fuit pactio coniugalis de presenti: & illæ verè coniuges sunt. Vnde Grego. Si quis vxorem desponsauerit vel subtrauerit, quanquam post-

Quod spō modum præueniente die mortis eius æquiuertit eam ducere
iam dimis re in vxorem tamen nulli de cōsanguinitate eius licet acci-
am alius pere eam in coniugio: & si inuentū fuerit factum, separetur
copnatus omnino. Item Iulius Papa, si quis desponsauerit vxorē vel
non potest subarrauerit, & vel præueniente die mortis, vel irruentibus
ducere. quibusdam causis eam non cognouerit, nec frater eius, nec
 27.9.2.c. vllus de cōsanguinitate eius eandem sibi tollat in vxorem.
Si quis & villo vquam tempore. Item Greg. Qui desponsatā proximi
xorē & vbi sui puellam cōperit in coniugium, anathema sit ipse, & om-
supra c. si nes consentientes ei: quia secūdem legem dei mori decer-
quis des- nitur. Nā diuinæ legis mos est sponsas appellare coniuges.
pōsauerit vt in Euan. Accipe Mariam coniugē tuam. Et in Deuter. Si
Ibidem c. quis alterius spōsam in agto vel quolibet loco oppresserit,
 Quid de vel adduxerit in domum suam, moriatur: quia vxorem pro-
spōsata ximi sui violauit: nō quæ iam vxor erat, sed quæ à parenti-
 bus vxor fieri debebat. Ex his colligitur quod spōsæ quædā
 coniuuges sunt ante commixtionem sexuum. Sed forte illud
 dicitur. 1. d. f. monet quod in fine capituli dicitur, Nō quæ iam vxor erat
 sed quæ vxor fieri debebat. Quod nō ita intelligi debet, quia
 si vxor verè non fuerit, ex quo pactio cōiugalis intercessit:
 sed quia nondum traducta fuerat, nec res vxoria intercesse-
 rat, scilicet concubitus coniugalis.

Quod aliter accipitur in his aliis capitulis
sponsa.

HAEC etiam sponsa est, quæ sic viro desponsata vt
 non intercesserit consensus de præsentī, sed sponsio futu-
 ri. Secundum quem modum illud decretum intelligitur.
 Si quis sponsam filij oppresserit, & post filius eius eam du-
 xerit, pater postea non habeat vxorem, nec mulier virum:
 filius qui patris facinus ignorauit, aliam ducat. Si coniunx
 illa fuisset (quod vtrique foret si in sponsalibus pactio con-
 iugalis intercessisset) non permitteretur spōsō aliam ducere.
 Mæchis autem pœna nō nubēdi ex rigore infligitur, vt
 alij terreantur. Idem ex eodem, Quidam desponsauit vxo-
 rem & dotauit, & cum ea coire non potuit, quam clanculo
 frater eius corrupit & grauidam reddidit: decretum est, vt
 quamuis nupta non potuerit esse legitimo viro, desponsatā
 tamen fratri frater habere non possit: sed mæchus & mæ-

Ex conc.
Tiburice
& habe-
tur 27.9.
2.c. si quis
sponsam.

Ibidem c.
Quidam de
sponsauit

cha fornicationis quidem vindictā sustineat, licita verò eis
 coniugia non negetur. De illa desponsatione hoc intelligi
 debet, vbi nō fuit consensus cōiugalis de præsentī: alioquin
 non liceret eis alia sortiri coniugia. Se eūdem hoc etiam il-
 lud intelligi debet. Statutum est à sacro conuentu, vt si quis
 sponsam alterius rapuerit, publica pœnitētia muldetur, &
 sine spe coniugij maneat. Et si ipsa eadem crimini cōsenti-
 ens non fuerit, licentia nubendi alteri nō negetur. Apparet
 hanc fuisse desponsatam sine pactione coniugali de præsen-
 ti, & ideo non fuisse coniugem: cui viuente spōsa alteri nu-
 bendi licentia nō negatur. Sunt enim quædam nuptialia pa-
 cta de futuro, ex quibus sponsi & sponsæ vocantur, nec ex in-
 de coniuges sunt. Et est pactio quædam coniugalis de præ-
 senti, quæ spōsum & spōsam etiam coniuges facit. Et vtra-
 que pactio desponsatio vel sponsalia interdum dicuntur:
 proprie tamen sponsalia dicuntur quædam solennia pacta
 nuptialia.

Quare non statim tradantur sponsæ.

DE nuptialibus pactis, vbi est tantum sponsio futuri,
 ait Aug. Institutum est, vt iam pactæ sponsæ non statim tra-
 dantur, ne vilem habeat maritus daram, quam suspirant
 sponsus dilatam.

Quæ sponsa sit vidua mortuo sponso, & quæ non.

ET est sciendum quod illa sponsa, quæ tantum in futu-
 ro est pacta, mortuo sponso non remanet vidua: quia non
 fuerat vir eius. Vnde si quis eam duxerit, ad sacros ordines
 conscendere non prohibetur: quia nō duxit viduam. Viduæ
 enim maritus æquē sicut bigamus, sacerdos fieri prohibe-
 tur. Ex tali autem copula nullus arcetur à sacris ordinibus.

Qui alteram sponsam eo mortuo ducit, ad sacros
ordines accedere potest.

SE C V N D V M hoc intelligendum est quod ait Pela-
 gius papa, de illo qui mortuo sponso eius sponsam ducit in
 vxorem. Nihil est, inquit, quantum ad hunc articulum atti-
 net, quod ei obuiet de canonicis institutis, quin ad sacros
 ordines promoueri valeat. Si verò talis sponsa fuisset, inter
 quā & sponsum eius consensus de præsentī intercessisset
 eo mortuo vidua remansisset: cui copulatus in coniugio, v-

Ex conc.
Pelagiano
vbi supra
cap.
1. 2. 3.

M
Ibidem c.
Institu

N

28. b. 1.

Disti. 34
c. 1. 2. 3.

terius ad sacros ordines nō accederet, cūm viduā duxerit. Non est ergo ambigendum, quia solus de præsenti consensus coniugium efficiat, & exinde veri coniuges appellentur. Ideo post talem cōsensum si quis alij se copulauerit, etiam si carnis commixtio illic sequatur, ad priorem copulam reuocandus est.

SI CONSENSVS DE FUTURO
cum iuramento faciat coniugium.

Distinct. XXVIII.

Hic quaeri debet, vtrum consensus de futuro, addito etiam iuramento coniugium efficiat: vt si quis promittat vel etiam iuret alicui se vsque ad tempus placitum illam ducturum: & illa promittat vel iuret se illi nupturam: nunquid talis sponsio eos coniuges faciat? Si mutato proposito alter vel vterque ad alienam copulam transit, nunquid ob priorem sponsonem iuramento subnixam, secundæ forderationis pactum scindetur? Considera quia longè aliud est promittere, & aliud facere. Qui promittit, nondum facit. Qui ergo promisit se in vxorem ducturum aliquā, nondum eam duxit in vxorem, & quæ spondit se nupturam, nondum nupsit. Quomodo ergo appellari cōiuges possunt, qui nondum contrahunt, sed in futuro se contracturos iurando promittunt? Item, Si ex vi iuramenti ad futurum pertinentis mox efficiuntur coniuges: cur iurāt in futuro se facturos, quod in præsenti efficiunt? Item, Si ex quo iurant mox efficiuntur cōiuges tūc rē hāc efficiūt, quādo iurāt se facturos. Ideo dico quod cōiugium tūc nō fuit, sed futurum promittitur. Si verò ille post vxorem duxit, & illa marito nupsit, coniugiū vtrinque fuit, & non potest dissolui. Præcedens ergo mendaciū vel periurium pœnitentia est corrigendū, sed coniugiū sequens non est dissoluendum. Non autē sic est, quando iuramentum coniugij præsantis consensus attestacione firmatur: quia post talem cōsensum si quis alij se copulauerit, etiam si prolem procreauerit, & irritum debet fieri, & ipse ad priorem copulam reuocari.

Qua videntur obuiare pramissis.

P R A E M I S S A E autē sententiæ videtur obuiare illud

quod leges tradit, Si quis tactis diuinis Scripturis iurauerit mulieri se eam legitimam vxorem habiturum, vel etiam si in oratorio tale sacramētum dederit, si illi legitima vxor: quibus nulla dos, nulla alia scriptura interposita sit. Sed hic ostenditur quid fieri vel esse debeat, non quid tunc fiat. Nō enim per illud iuramentum tūc fit vxor, sed fieri debet: quia iuratum est. Potest & de illo iuramento hōc dictum intelligi, vbi de præsenti consentiunt, ac se inuicem suscipiūt. Illi etiam sententiæ qua dictum est solū cōsensum facere coniugiū, videtur obuiare quod Euanistus papa ait, Aliter legitimum non fit coniugium, nisi ab his qui super fœminā dominationem habere videntur, & à quibus custoditur. Vxor petatur, & à parentibus sponsetur, & legibus doteatur, & à sacerdote (vt mos est) benedicatur, & à paranympis custodiatur, ac solenniter accipiatur. Itē, Ita legitima scitote est: & honestate debita. In huius enim sacramenti celebratione sicut in alijs, quædam sunt pertinentia ad substantiā sacramenti, vt cōsensu de præsenti, qui solus sufficit ad cōtrahendum matrimonium: quædam verò pertinentia ad decorem & solennitatem sacramenti, vt parentum traditio, sacerdotū benedictio, & huiusmodi: sine quibus legitime fit coniugiū, quantum ad virtutem, non quantum ad honestatem sacramenti. Sine his ergo non quasi legitimi cōiuges, sed quasi adulteri vel fornicatores conueniunt, vt illi qui clāculo nubunt: & vrique fornicatores essent, nisi eis suffragaretur voluntas verbis expressa de præsenti, quæ legitimū inter eos facit matrimonium. Nam & consensus occultus de præsenti per verba expressus, coniugium facit, licet non sit ibi honestus contractus: sed matrimonium non sanxit consensus, qui in occulto fuit. Si enim alter alterum dimiserit, non cogitur iudicio ecclesiæ redire, & commanere quasi cum coniuge: quia non potest probari testibus contractus, qui in occulto est factus. Quod si ipsi qui in occulto sibi consenserunt, eundem cōsensum voluntariè in mani-

sesto profiteantur, tunc utique propria voluntas suffragatur, & legitima vota succurrunt ad sancendum coniugium, quod prius occulte fuerat contractum. Voluntas ergo verbis expressa in occulto ad hoc suffragatur, ut fiat coniugium, manifeste verò expressa suffragatur, ut sanciat & roboret, ac liberum sit ecclesie de hoc iudicare si expedierit.

De qua re sit consensus ille: an de carnali copula, an de cohabitatione, an de alio.

HIC quaeritur, cum consensus de praesenti matrimonium faciat cuius rei consensus sit ille: An carnalis copula, an cohabitationis, an utriusque. Si cohabitationis consensus matrimonium facit, tunc frater cum sorore, pater cum filia, potest contrahere matrimonium. Si carnalis copula: tunc inter Mariam & Ioseph non fuit coniugium. Proposuerat enim Maria in virginitate manere, nisi Deus aliter facere iuberet: secundum quod videtur angelo dixisse, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, id est, me non cognituras proposui. Neque enim quia virum tunc non cognoscebat, necesse erat inquiri quomodo posset habere filium: sed quia se nunquam cognituras proposuerat. Dicit enim Beda quod in virginitate manere disposuerat. Si ergo contra suum propositum post consentit in carnalem copulam, videtur facta voti rea, mente, etsi non opere violata. Dicamus ergo quod consensus cohabitationis vel carnalis copulae non facit coniugium, sed consensus coniugalis societatis, verbis secundum praesens tempus expressus: ut cum vir dicit, Ego accipio te in meam, non dominam, non ancillam, sed coniugem. Quia enim non ancilla vel domina datur, ideo nec de summo, nec de imo à principio formata est, sed de latere viri, ob conjugalem societatem. Si de summo fieret, ut de capite, videretur ad dominationem creata. Si verò de imo, ut de pedibus, videretur ad seruitutem subiicienda. Sed quia nec in dominam, nec in ancillam assumitur, facta est de medio, id est, de latere, quia ad conjugalem societatem assumitur. Cum ergo sic conveniunt, ut dicat vir, Accipio te in meam coniugem: & dicat mulier, Accipio te in meum virum: his verbis vel aliis idem significantibus exprimitur consensus, non copulae carnalis vel cohabitationis corporalis, sed conjugalis societatis: ex qua oportet eos cohabitare, nisi forte causa religio-

27. q. 2. c. 1.
subiciat,
§. Cx. er.
go. inter.
illos.
Auli. de
facta vir-
ginitate c.
5. in 20. d.
Luca. 1. d.
Super Lu-
ca. 3. ad
c. 1. Luca.
Ecce in
qua rem
fuit ille co-
sensus.
Quare de
latere viri
visu est
missus.
Gene. 2. c.

nis pari voto corporaliter separantur, vel ad tempus, vel usque in finem.

COACTIO EXCLVDIT CON-
sensum conjugalem.

Distinct. XXIX.

Oportet autem consentium conjugalem liberum esse à coactione. Coactus enim consensus, qui nec consensus appellari debet, coniugium non facit: sicut testatur Urbanus papa scribens Sancto regi Arragonum in hæc verba, De neptis tuae coniugio, quam te cuidam militi daturum necessitatis instante articulo sub fidei pollicitatione confirmasti, hoc æquitate dictante decreuimus, ut si illa virum illum omnino (ut dicitur) renuit, & in eadem voluntate persistit, ut viro illi se prorsus denegeret nupturam: nequaquam eam inuitam ac renitentem eiusdem viri cogas coniugio copulari. Idem, Si verum esse constiterit quod nobis legati Iordanis principis retulerunt, scilicet quod ipse coactus & dolens filiam suam nolentem, stentem, & pro viribus renitentem, Raynaldo desponsauerit: quoniam legum & canonum auctoritas talia sponsalia non approbat, ne ignorantibus leges & canones nimis durum videatur, ita sententiam temperamus, ut si princeps cum assensu filiae id quod coeptum est perficere voluerit, concedamus. Si autem legatus noster utraque partes audiat: & si nihil fuerit ex parte Raynaldi quod amplius impediatur, ab ipso Iordane sacramentum, quo content hæc quæ dicta sunt, accipiant. Et nos canonum & legum scripta sequentes, deinceps non prohibemus, quin alij viro si voluerit, prædicta eius filia tantum in Domino nubat. Ex his apparet coniugium fieri inter consentientes & spontaneos, non inter renitentes & inuitos. Veruntamen qui inuiti & coactè coniuncti sunt, si postea ab aliquo temporis spatio sine contradictione & querimonia cohabitauerint, facultate discedendi vel reclamandi habita, consentire videntur: & consensus ille consequens supplet, quod præcedens coactio tulerat.

In libro Pandectarum.

CONSENTIRE autem probatur, qui euideret non contradicit, secundum illud, In sponsalibus eorum consensus exigendus est, quorum in nuptiis desideratur. Intelli-

A.
Consensus
qui est ef-
ficax ma-
rimonij
causa non
debet esse
defectus
ex aliquo
interni
s. soluta
re. 31. q. 2.
c. de nu-
pti. ibid.
c. 5. serm.

gitur tamen semper patri filia consentire, nisi euidēter dissentiat. Item, Sponsalia, sicut nuptiæ, consensu sunt contractum. Et ideo sicut in nuptiis, ita & in sponsalibus patris familiæ filiam consentire oportet: quæ si patri voluntati non repugnat, consentire intelligitur.

DE ERRORE QUI EVACUAT consensum.

Distinct. XXX.

Nec solum coactio impedit vel excludit consensum, sed etiam error. Non autem omnis error consensum impedit. Est enim error alius personæ, alius fortunæ, alius conditionis, alius qualitatis. Error personæ, quando hic putatur esse homo ille, & est alius. Error fortunæ, quando putatur esse diues qui pauper est, vel e converso. Error conditionis, quando putatur esse liber, qui seruus est. Error qualitatis, quando putatur esse bonus, qui malus est. Error fortunæ & qualitatis coniugij consensum non excludit. Error vero conditionis postmodum tractabimus. Error quoque personæ consensum coniugalem non admittit: ut si quis feminam nobilem in coniugium petat, & pro ea alia ignobilis tradatur ei, non est inter eos coniugium: quia non consensit vir in istam, sed in aliam. Ut si quis promitteret mihi se venditurum aurum, & pro auro offerret mihi aurichalcum, & ita me deciperet, nunquid diceret consensisse in aurichalcum? nunquam volui emere aurichalcum: nec ergo in illud consensit, quia consensus non nisi voluntatis est. Sicut ergo error materiæ excludit consensum, ita & in coniugio error personæ. Sed obiicitur de Jacob, qui pro Rachel septem annis seruiert, & supposita est ei Lyra: nunquid error personæ excludit coniugium, cum non in eam, sed in Rachel consensit? Sed quod ibi factum est, in mysterio gestum non improbe traditur, ibi tamen etiam non præcessit, securus est consensus: nec ex illo concubitu qui consensum præcessit, fornicarij iudicantur, cum ille maritali affectu eam cognouerit, & illa vxorio affectu debitum persoluerit: putans lege primogenitarum, & paternis imperiis se illi iure copulatam. Excusatur etiam, quia Dei consilio in mysterio ita actum sit. Hodie etiam excusaretur ille, cui inficio vxoris soror

lectulum eius ingressa se subiceret: quæ cum sine spe coniugij perpetuo manere censeatur, ille tamen qui cognouit eam per ignorantiam excusatur, quod per simile probatur. Si enim diabolus transfigurans se in angelum lucis creditur bonus, non est error periculosus. Quod autem vir ille in illam mulierem non consenserit, ex simili ostēditur. Si quis hæreticus nomine Augustini vel Ambrosij, alicui catholico se offerret, eumque ad suæ fidei imitationem vocaret: si ille assentiret, an cuius sententiam fidei diceretur consensisse? Non in hæreticorum sectam, sed in integritatem fidei, quam ille hæreticus se mentiebatur habere. Error vero fortunæ consensum non excludit. Quæ enim nubij pauperi, putans illum esse diuitem, non potest renuciare priori conditioni, quauis errauerit. Nec error qualitatis: ut si quis ducat vxorem meretricem, vel corruptam, quam putat esse castam vel virginem, non potest eam dimittere.

De coniugio Mariae & Ioseph.

PRAEMISSIS aliquid addendum est de modo illius consensus, qui inter Mariam & Ioseph intercessit. Sanè credi potest, non solum Mariam, sed etiam Ioseph apud se dispositum fuisse virginitatem seruare velle, nisi Deus aliter iuberet: eosque sic consensisse in coniugalem societatem, ut uterque de altero reuelate spiritu sancto, intelligeret quod virginitatem seruare vellet, nisi Deus aliter inspiraret: sed vnâ voluntatem verbis non expresserant, postea vero expresserunt, & in virginitate permanserunt. Consensit ergo Maria in maritalem societatem, sed non in carnalem copulam, nisi de eodem specialiter Deus præciperet, cuius etiam consilio in maritalem consensit copulam, quia virginitatem seruare volebat: & ideo non aliter consensisset in coniugalem societatem, nisi familiare Dei consilium habuisset: de qua Augustinus sic ait, Beata Maria proposuit se seruaturam in lib. de Nuptiis & Cœnu. & habetur. 29. q. 2. c. Sufficit & ergo.

Consensum qui esse facit eam monij non debet esse defectum ex parte rationis. 29. q. 1. post principium, ubi totum ponitur quod hic habetur & sequitur ad c. Praemissis. Oppositio Gen. 29. d. Solutio.

B An. li. 24 contra Faustum Manichæi. c. 8. §. 9. in romo 6.

Quod perfectum inter eos fuit coniugium.

INTER quos, ut ait Augustinus, perfectum fuit coniugium: perfectum quidem non in significatione, sed in sanctitate. Sanctiora sunt enim coniugia pari voto continentium. Vnde Augustinus, Quod Deo pari voto & consensu voveratis, ambo perseveranter reddere debuitis: a quo propositum si lapsus est ille, tu saltem persevera. Non quia pariter temperabaris a commixtione carnali, ideo maritus, tuus esse destiterat: imò vero, tanto sanctius coniuges manebatis, quanto sanctiora concorditer placita servabatis. Perfectum ergo fuit Mariæ & Ioseph coniugium in sanctitate. Perfectum etiam fuit secundum triplicem boni coniugij, fides scilicet, prolem & sacramentum. Omne enim nuptiarum bonum, ut ait Augustinus, impletum est in illis parentibus Christi, c. 11. in fides, proles, sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum domo 7. Et fidem, quia nullum adulterium: Sacramentum, quia nullum diuortium. Solus ibi nuptialis concubitus non fuit: quia in carne peccati fieri non poterat sine pudenda concupiscentia carnis, quæ accidit ex peccato: sine qua concipi voluit, qui sine peccato futurus erat. Et licet non intercesserit conjugalis concubitus, coniuges tamen verè fuerunt mēte non carne, sicut & parentes: quavis Ambrosius dicat perfectum fieri coniugium per carnalem copulam. In omni, inquit, matrimonio cōiunctio intelligitur spiritualis: quam confirmat & perficit cōiunctorum commixtio corporalis. Sed intelligendum est, coniugium perfici commixtione corporali, non quantum ad veritatem vel sanctitatem coniugij, sed quantum ad significationem: quia perfectius unio-nem Christi & ecclesie tunc figurat.

De causa finalis coniugij.

EXPOSITIO quæ sit efficiens causa matrimonij, consequens est ostendere ob quam causam soleat vel debeat contrahi matrimonium. Est igitur finalis causa matrimonij contrahendi principalis procreatio prolis: propter hoc enim instituit Deus coniugium inter primos parentes, quibus dixit, Crescite & multiplicamini, &c. Secunda est post peccatum Adæ vitatio fornicationis. Vnde Apostolus, Propter fornicationem unusquisque habeat uxorem suam, & unaquæque habeat virum suum. Sunt & aliæ causæ ho-

nestæ, ut inimicorum reconciliatio, & pacis reintegrationio. Sunt etiam & aliæ causæ minus honestæ, propter quas aliquando contrahitur: ut viri mulierisq; pulchritudo, quæ animos amore inflammatos sæpè impellit inire coniugium, ut valeant suum explere desiderium. Quæstus quoque & diuitiarum possessio frequenter est coniugij causa: & alia multa, quæ cuique diligentiam adhiberi facile est discernere. Nec est assentiendum illis, qui dicunt non esse cōiugium, quod propter has causas minus honestas contrahitur. Constat enim ex præmissis coniugium fieri ex communi consensu verbis de præsentibus expresso, quamvis amor ad hoc attraxerit. Cuius rei documentum præstat Iacob, qui Rachel decorem facie & venusto aspectu amavit, eamq; multum diligens ait, Seruiam tibi pro Rachel septem annis. In Deuteronomio etiam legitur, Si videris in medio captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, voluerisq; uxorem habere, introduces eam in domum tuam, &c.

Quod malus finis non contaminat Sacramentum.

ET licet sine non bono contrahatur coniugium, quando species contrahentis mouet animum, coniugium tamē bonum est: quia vita mala, vel intentio peruersa alicuius, sacramentum non contaminat. Habuit autem coniugium Mariæ & Ioseph alias causas speciales, scilicet ut virgo solatio viri sustentaretur, & ut diabolo partus celaretur: ut Ioseph esset testis castitatis, defendens eam ab infamia suspitionis, ne ut adultera damnaretur.

DE TRIBVS BONIS CONIUGII.

Distinct. XXXI.

Post hæc de bonis coniugij quæ sint, & qualiter cōiugium excusent, dicendum est. Tria sunt principaliter bona coniugij. Vnde Augustinus, Nuptiale bonum tripartitum est, scilicet fides proles, sacramentum. In fide attenditur, ne post vinculum coniugale cum alio vel alia coætatur: In prole, ut amanter suscipiatur, religiose educetur: In sacramento, ut coniugium non separetur, & dimissus vel dimissa ne causa prolis alteri coniungatur.

De duplici separatione.

SEPARATIO autem gemina est, corporalis scilicet

*Gen. 29. c.
Deu. 21. h.*

*De matris
monio se-
cundum*

*causam
finale
ad bona
coniugij
commu-
niter.*

*Super Ga
ne. l. 9. c.*

*B ne. l. 9. c.
7. in 10. 3.*

Mat. 16. b & sacramentalis. Corporaliter possunt separari causa fornicationis, vel ex communi consensu causa religionis, siue ad tempus siue vsque in finē. Sacramentaliter verò separari non possunt dum viuunt, si legitimæ personæ sint. Manet enim vinculum coniugale inter eos, etiamsi alii à se discederes adhererint. Vnde Aug. Vsque ad eò manent inter viuentes *In lib. de Mup. c. 3* semel inita iura nuptiarum, vt potius sint inter se coniugati etiam separati, quam cum aliis quibus adhererunt. Itē, Manet inter viuentes quoddam coniugale vinculum, quod nec *Concu. c. 10. in 10. mo 7.* separatio, nec cum altero copulatio possit auferre: sicut apostata anima velut de coniugio Christi recedens, etiam fide perdata, sacramentum fidei non amittit, quod lauacro regenerationis accepit. Redderetur enim redeūti, si amisset abscedens. Habet autē hoc qui recesserit ad cumulum supplicij, non ad meritum præmij. Item, Quibus placuit ex consensu ab vsu carnalis concupiscentiæ in perpetuum continere, absit vt vinculum inter illos coniugale rumpatur, imò firmitus hæret, quo magis ea pacta secum gerunt quæ charius concordiusq; seruāda sunt, non voluptuariis corporū nexibus, sed voluntariis animorū affectibus. Et attende quod tertiū bonum coniugij dicitur sacramentum: non quòd sit ipsum coniugium, sed quia eiusdem rei sacræ signū est, id est, spiritualis & inseparabilis coniunctionis Christi & ecclesiæ.

Hac tria non ad sunt omni coniugio.

ET est sciendum, ab aliquibus contrahi coniugium, vbi hæc tria bona non comitantur. Deest enim fides, vbi vitæ cum alia, vel mulier cum alio coit. Hoc ergo bonum ita coniugio adheret, vt ex eo, si adsit, ampliùs commendetur coniugium: si non adsit, non inde annihilatur. Quæ enim *Hug. de Sacramēti, parte II. cap. 8.* adultera est, non ideo coniunx non est; imò si coniunx non esset, adultera non foret: nō enim est adulterium, nisi cum fides thori violatur legitimi. Quod cum sit, culpa committitur, sacramentum verò non cassatur. Bonum quoque prolis non omnibus adest coniugibus. Quidā enim pari voto continentiam seruant. Alij pro ætatis defectu vel alterius rei causa generare non valent. Nec omnes illi etiā qui prolem recipiunt bonum prolis habent. Nam bonum prolis dicitur non ipsa proles, vel prolis spes quæ ad religionem non refertur, imò ad hæreditariam successionem (vt cum quis hæ

redes

redes terrenæ possessionis habere desiderat) sed spes ac desiderij quo proles ad hoc quæritur, vt religione informetur. Multi ergo prolem habent, qui tamen bono prolis carent; nec ideo tamen coniugium esse desinit. Sacramentum verò ita inseparabiliter coniugio hæret legitimarū personarū, vt sine illo coniugium nō esse videatur, quia semper manet inter viuētes vinculum coniugale: vt etiā interueniente diuortio fornicationis causa, coniugalis vinculi firmitas non soluatur. Vbi verò non inter legitimas personas contrahitur coniugium, non adest illud bonum quod dicitur sacramentum; quia potest solui taliū copula, de quibus post dicitur. Quod verò coniugium sit inter eos, qui coniugali affectu, non tamen gratia prolis, sed explēdæ libidinis causa conueniunt; nec fornicarij, sed coniuges appellentur, ostendit Aug. inquit, Solet quæri, Cum masculus & femina, nec ille maritus, nec illa vxor alterius, sibimet non filiorum procreandorum, sed pro incontinentia solius concubitus causa copulatur, eā fide media, vt nec illa cū altero, nec ille cum altera faciat id: vtrū nuptiæ sint vocandæ, Et pot fortasse nō absurdè hoc appellari connubium si vsque ad mortem alienius eorum id inter eos placuerit: & prolis generationem, quauis non ea causa coniuncti sunt, non tamen vitauerint vt vel nolint sibi nasci filios, vel etiam opere malo aliquo agant ne nascantur. Cæterum si vel vtrunque, vel horum vnum desit, non inuenio quomodo has nuptias appellare possimus. Etenim si aliquam sibi ad tempus adhibuerit, donec aliquam dignam honoribus, aut suis facultatibus inueniat, quam in coniugio adducat; animo ipso adulter est; nec cum illa quam cupit inuenire, sed cum ista cum qua sic cubat, vt cum ea non habeat maritale consortium. Ecce coniuges dicuntur, qui solius concubitus causa conueniunt, si tamen prolis generationem aliquo malo dolo non vitent.

De his qui procurant venena sterilitatis.

QVI verò venena sterilitatis procurant, non coniuges, sed fornicarij sunt. Vnde Aug. Aliquando eousque peruenit hæc libidinosa crudelitas, vel libido crudelis, vt etiam venena sterilitatis procuret; & si nihil valuerint, conceptos fetus intra viscera aliquo modo extinguat vel fundat, volendo prolem suam prius interire quam viuere: aut si in

In lib. de bono coniugali. c. 1. in 10. mo. 6.

De nupt. c. 10. c. 15.

Z

utero vivebat, occidi antequam nasci prorsus si ambo tales sint, coniuges non sunt: & si ab initio tales fuerunt, non sibi per concubitus, sed per stuprum potius conueniunt. Si vero ambo tales non sunt, audeo dicere, aut illa quodammodo est mariti metetrix, aut ille adulter vxoris.

Quando sunt homicida qui procurant abortum.

HI C quæri solet de his qui abortum procurant, quando iudicentur homicidæ, vel non. Tunc puerperium ad homicidium pertinet, quando formatum est & animam habet: vt Aug. super Exod. asserit. In forme autem puerperii, vbi non est anima viua, lex ad homicidium pertinere noluist. Dicit etiam Aug. quod informe puerperium non habet animam, ideoque mulctatur pecunia, non redditur anima pro anima. Sed iam formato corpori anima datur, non in cõceptu corporis nascitur cum semine deriuata. Nam si cum semine & anima exiit de anima, tunc & multæ animæ quotidie pereunt, cum semen fluxu non proficit natiuitati. Primum oportet domum compaginari, & sic habitatorem induci. Cum ergo liæamenta compacta non fuerint, vbi erit anima? Item Hiero. ad Algafiam. Semina paulatim formantur in utero: & tandiu non reputatur homicidium, donec elementa confecta suas imagines membræque suscipiant. His apparet tunc eos homicidas esse, qui abortum procurant, cum formatum est & animatum puerperium.

De excusatione coitus qua fit per hæc bona.

CV M ergo hæc tria bona in aliquo coniugio simul concurrunt, ad excusationem coitus carnalis valent. Quando enim seruata fide thori causa prolis coniuges conueniunt, sic excusatur coitus, vt culpam non habeat. Quando vero deficiente bono prolis, fide tamen seruata conueniunt causa incontinentiæ, non sic excusatur, vt non habeat culpam sed venialem. Vnde Aug. Coniugalis concubitus generandi gratia non habet culpam: cõcupiscentiæ vero satiandæ, sed tamen cum coniuge propter thori fidem, venialem habet culpam. Item hoc quod coniugari victi concupiscentia vtuntur inuicem, vltra necessitatem liberos procreandi, ponam in his pro quibus quotidie dicimus, Dimitte nobis debita nostra, &c. Vbi autem hæc bona defunt, fides scilicet & proles, non videtur coitus defendi à crimine. Vnde in Sen-

teuolis Sexti Pythagorici legitur, Omnis aduentor a maior propriæ vxoris adulter est. Item Hierony. Sapiens 32.9.4. c iudicio amat coniugem, non affectu: non regnat in eo imperus voluptatis, nec præceps fertur ad coitum. Nihil est dem. foedius quam vxorem amare quasi adulteram. Qui dicunt se causa humani generis vxoribus iungi, imitentur saltem sapientes. pecudes: & postquam venter vxoris intumuerit, non perdat filios, nec amatores se vxoribus exhibeant, sed maritos. Idem, In matrimonio opera liberorum concessa sunt, voluptates autem quæ de meretricum amplexibus capiuntur, in vxore sunt damnatæ.

De indulgentia Apostoli quomodo sit accipiendâ.

SE D si concubitus qui fit causa prolis culpa caret: quid Apostolus secundum indulgentiam permittit? ita enim ait, Hoc autem dico secundum indulgentiam. Cui enim præstatur venia, nisi culpæ? Per hoc etiam quidam probare volunt nuptias esse peccatum. Sed, vt prædictum est indulgentia alia est concessionis, alia permissionis. Egerat Apostolus de nuptiis, & de carnali coitu: & ad vtrumque renulit illud, Hoc autem dico secundum indulgentiam. Indulgentur enim nuptiæ secundum concessionem: & concubitus nuptialis, qui fit tantum causa prolis. Concubitus vero qui est præter necessitatem generandi ob incontinentiam, indulgetur secundum permissionem: quia ibi est aliqua culpa, sed leuis. Ideoque non iuberur, nec conceditur, sed permittitur, quia non est laudabilis, sed venialis. De hoc August. sic ait, Forrè aliquis dicet, Si veniam concessit Apostolus: ergo peccatum sunt nuptiæ. Cui enim venia, nisi peccato conceditur? Planè quod infirmitati permisit secundum veniam, audeo dicere peccatum esse, veniam tanque concedens Apostolus, concubitus attendit cõiugatorum, vbi est incontinentiæ malum. Incontinentiæ malum est, quod vir cognoscit vxorem etiam vltra necessitatem procreandi liberos, sed & ibi est nuptiarum bonum. Non enim quia incontinentia malum est, ideo coniugium. Vbi est concubitus præter intentionem generationis, non est bonum: non propter illud malum culpabile est hoc bonum, sed illud malum fit veniale propter bonum nuptiale: quod non

Mar. 6. b

Sapiens 32.9.4. c

origo qui

dem.

Ibidem c.

sapient.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

Ibidem c.

reprehendit Apostolus, sed malum incontinentiæ. Idem, Concubitus qui non sit causa prolis, nuptiæ non cogunt fieri, sed impetrant ignosci: si tamen non ita sit nimius, ut impediatur tempora quæ orationi debentur: nec immuretur in eum yfium qui est contra naturam. Concubitus enim necessarius causa generandi, inculpabilis, & solus ille nuptialis est. Ille vero qui ultra necessitatem progreditur, non rationi, sed libidini obsequitur, & hunc non exigere, sed reddere coniungi ne fornicetur, ad coniugem pertinet. Si vero ambo tali concupiscentiæ subiguntur, rem faciunt quæ non est nuptiarum: cuius delicti non sunt nuptiæ hortatrices, sed deprecatrices. Decus quidem coniugale est castitas, procreandi & reddendi carnalis debiti fides, hoc est opus nuptiarum, quod ab omni peccato defendit Apostolus dicens, Non peccat virgo si nupserit. Cum ergo culpabilis non sit generandi intentione concubitus, qui propriè nuptiis imputandus est: quid secundum veniam concedit Apostolus, nisi quod coniuges debitum carnis exposcunt, non propagationis voluntate, sed libidinis voluptate: quæ tamen voluptas non propter nuptias cadit in culpam, sed propter nuptias accipit veniam. Immoderata ergo progressio secundum veniam conceditur. Quocirca & hinc laudabiles sunt nuptiæ: quia etiam illud quod non pertinet ad se, ignosci faciunt propter se. Non enim iste concubitus quo seruitur concupiscentiæ, agitur ut impleatur fœtus quem postulant nuptiæ. Omnino ergo in genere suo nuptiæ bonæ sunt: quia fidem thori seruant, & prolis suscipiendæ causa vtrunque sexum commiscunt, & impietatem separationis horrent. Sanctitati etiam coniugij nec coniunx infidelis obesse potest, sed potius fidelis prodest in fidei, ut Apostolus docet. Ex his ostenditur, quod coniuges qui causa prolis tantum conueniunt, vel qui exigentibus debitum reddunt, defendit à peccato sanctitas coniugij bonumque nuptiale. Si enim absque peccato non possent fieri concubitus coniugalis, non præcepisset Dominus post diluuium eos copulari, dicens: Crescite & multiplicamini: cum iam sine carnali concupiscentia non possint commisceri.

Quod non omnis delectatio carnis peccatum est.

H

SED forte aliquis dicet, omnem carnis concupiscentiam & delectationem, quæ est in coitu, malum esse & peccatum: *Hic. 4. senten. cap. 4.* quia ex peccato est & inordinata. Et nos dicimus illam concupiscentiam semper malam esse, quia fœda est, & peccati: sed non semper peccatum est. Sæpe enim delectatur vir sanctus secundum carnem in aliqua re, ut requiescendo post laborem, edendo post esuriam: nec tamen talis delectatio est peccatum, nisi sit immoderata. Sic & delectatio quæ fit in coitu coniugali: cui adsunt illa tria bona, à peccato defenditur. Videtur tamen beatus Gregorius aliter sentire, scilicet quod sine peccato non possit fieri carnalis commixtio, dicens, Vir cum propria coniuge dormiens, nisi lotus aqua ecclesiam intrare non debet. *Greg. 33. 9. 4. c. Vir cum propria.* Quamuis diuersæ hominum nationes de hac re diuersa sentiant, & alia custodire videantur. Romanorum tamen super antiquioribus usus fuit, post admixtionem propriæ coniugis, & lauacri purificationem quærere, & ab ingressu ecclesiæ paululum temperare. Nec hoc dicentes culpam deputamus esse coniugium, sed quia ipsa licita admixtio coniugis sine voluptate carnis fieri non potest, à sacri loci ingressu est abstinendum: quia voluptas ipsa sine culpa, nullatenus esse potest.

Determinat auctoritatem.

I

HOC autem ne prædictis obuiet, intelligendum est in illis qui non gratia prolis conueniunt, quorum voluptas non est sine peccato. Et vix aliqui reperiri possunt adhuc amplexus carnales experientes, qui non interdum conueniunt præter intentionem procreandæ prolis. Hoc autem quoties fit, ab ingressu ecclesiæ abstinendum est. Et quod ita intelligendum sit Gregorius consequenter ostendit. Si quis vero ita sua coniuge, non cupidine voluptatis raptus, sed tantum creatorum liberorum gratia utitur, iste profecto siue de ingressu ecclesiæ, siue de sumendo corporis dominici mysterio, suo est iudicio relinquendus: quia prohiberi à nobis non debet accipere, qui in igne positus nescit ardeat. Cum vero non amor procreandæ sobolis, sed voluptas dominatur in opere commixtionis: habeant coniuges etiam de commixtione sua quod desinant. Tunc autem vir qui post admixtionem coniugis lotus aqua fuerit, etiam sacram communionem

Z 3

Aug. in li. de bono cõm. c. 10. libro 6.

1. Cor. 7. c. Aug. c. 4. de un. c. concupis. I. libro 7.

Aug. contra Iulianum haereticum 10. 7. c. 21. c. 22. 1. Cor. 7. b.

Hic. 4. c. 4. Gen. 9. c.

valeat accipere cum ei secundum præfinitam sententiam ecclesiam etiam licuerit intrare.

DESOLUTIONE CARNA-

lis debiti.

Demetri

Distinct. XXXII.

monia je-
cudâ cau-samsina-
lem quâ
tâ adfidē
shori.1 Cor. 11. a
1 Cor. 7. a

Aug. in li.

de Bono

Cōiug. c.

6. in 10. 6.

Ibid. c. 7.

Sciendū etiam est, quia cum in omnibus aliis vir præsit mulieri, vt caput corpori (est enim vir caput mulieris) in soluendo tamen carnis debito pares sunt. Ideo Apostolus vtrique pariter præcepit in hac causa sibi inuicem subii- ti, inquit, Vir debitum reddat vxori, similiter & vxor vi- ro, quia mulier nō habet potestatem sui corporis, sed viri si- militer & vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: quia nec mulier ad alium vitum, nec vir ad aliam mulierē potestatem sui corporis habet: nec vir ad continentium, nec mulier potestatem habet sine mutuo cōsensu: sed alter alte- rius potestatem habet corporis, vt poscenti alteri nō liceat alteri negare debitum. In hoc enim pares sunt quia nec vi- ro, nec mulieri corpus suum licet alij tradere: sed sibi inui- cem debitores sunt in hac causa, ne peccadi detur occasio. Per quod non dominiū tollitur viro, sed viriū. Debēt enim sibi coniugati non solum ipsius sexus sui commiscendi fi- dem liberorum procreandorum causa quæ prima est in ista mortalitate societas: verum etiam infirmitatis inuicem ex- cipiendæ ad illicitos cōcubitus deuitandos, mutua quod- dammodò seruitutem, vt et si alteri eorum cōinentia pla- ceat, nisi ex alterius consensu non possit. Ad hoc enim neuter habet potestatem sui corporis quod ad eodē verum est, vt etiam quod non filiorum procreandorum, sed infirmitatis & incontinentiæ causa expetit vel ille de matrimonio, vel il- la, non sibi alterutrum negent ne per hoc incendant in dam- nables corruptelas. Reddere enim debitū coniugale nul- lius est eriminis: exigere autem vltra generandi necessita- tem culpæ est venialis. Fornicari verò vel mœchari punien- di est criminis.

Quod neuter continere valeat, nisi ex com-
muni consensu.

QVOD verò sine consensu vxoris vir continere non valeat subditis probatur testimoniis. Ait enim August. Si dicat vir, Continere iam volo, Nolo autem, dicit vxor: non

potest. Quod enim tu vis, illa non vult. Nunquid per conti- nentiam tuam illa debet fieri fornicaria? Si alij nupserit te viro, adultera erit. Non vult tali lucro deus tale damnū cō- pensari. Redde debitum: & si non exigit, redde. Pro sanctifi- catione perfecta deus tibi computabit, si non quod tibi de- betur exigit, sed reddis quod debēs vxori. Idem, Secundum verba apostolica, etiam si vir cōtinere voluisset, & tu noluis- ses, debitum tibi reddere cogererur: & illi deus imputaret continentiam, si non fuisset, sed tuq̄ concederetur infirmitati, ne in adulterium caderes. Quisquis ergo compatiens infir- mitati vxoris reddit, non exigit debitum: aut si propter pro- priam infirmitatem duxit vxorem plangens potius, quia si- ne vxore esse nō potuit, quàm gaudens quia duxit, securus expectat diem nouissimū. Idem, Vna sola causa esse potest, qua te ad id quod vovisti non modò non hortaremur, sed etiam prohiberemus implere: fortè tua cōiunx hoc tecum suscipere animi vel carnis infirmitate recusaret. Nam vouē- da talia non sunt à coniugatis nisi ex consensu & voluntate communi, & si præpropere factum fuerit, magis est corri- genda temeritas quàm persoluenda promissio. Non enim deus exigit si quis ex alieno aliquid vouerit, sed potius vsur- pare vetat alienum. Idem, Apostolus nec ad tempus, vt va- cent orationi, nisi ex consensu voluit coniuges carnali inui- cem fraudari debito. Idem, Manifestum est ita voluisse legem, sceminam sub viro esse, vt nulla eius vota quæ abstinē- tiæ causa vouerit, reddatur ab ea, nisi author fuerit vir per- mittendo. Nā cum ad peccatum eiusdem viri pertinere vo- luerit lex, si prius permisit, & postea prohibuit: non ta- men dixit vt faciat mulier quod vouerat, quia permilla iam prius à viro fuerat. Viri dixit esse peccatum, quia abnu- iuit quod prius concesserat: non tamen mulieri ex hoc iustum dedit, vt cum prius vir ei concesserat, postea si prohibuerit contemnatur. Ex his apparet, quod vir vel mulier continen- tiam deo offerre non potest sine communi consensu, nec al- ter alteri debitum negare debet. Si verò quilibet eorum al- terum à suo iure absoluerit, ad præteritam seruitutem nun- quid reuo care poterit? Hoc enim videtur Augustinus supra voluisse. Quibusdam videtur, quod mulier non discedens à domo viri, quæ viro permittebat continentiam vouerit vel

Super Ps.
46. 15 ha
berur. 33.
9. 5. ca. 50
dicat.

Idem ad
Armeta-
rium. epis.
4. 10. 2.

Au. in li.
de Adul-
terio. cō-
iugis. ca.
14. Idē in
Quæstio-
nibus Nu-
merorū.
li. 4. 6. 59a
in tom. 4.

promiserit, eodem prohibente soluere non valeat: & hoc propter dignitatem viri, qui est caput mulieris. Sed melius hoc intelligitur in tali casu, vbi vir cōcedit mulieri vouere continentiam, & ante votum prohibet implere. Si verò habitum mutauerit, non potest reuocari, secundum illud, Qui vxorem suam velare permiserit, aliam nō accipiat, sed simi liter conuertatur.

*In cocil.
Remen.
32.7.5.*

Quibus temporibus cessandum sit à coitu,

ET licet debitum poscenti semper sit soluendum, non licet tamen qualibet die poscere. Vnde Angu. Christiano cum vxore sua aliquādo licet conuenire, aliquādo non. Propter Processionis enim dies & ieiuniorum aliquādo nō licet conuenire: quia etiā à licitis abstinentum est, vt facilius impetrari possit quod postulat. Idem, Quoties enim vel dies natiuitatis, vel reliquæ festiuitates aduenerint, nō solū à concubinarum consortio, sed etiam à propriis vxoribus abstinere. Idem Ambr. Si causa procreandorum filiorum ducitur vxor, nō multum tempus cōcessum videtur ad ipsum vsum: quia & dies festi, & dies Processionis, & ipsa ratio cōceptus & partus iuxta legem cessare vsum carnis his debere temporibus demonstrant.

*In lib. de
Quest. no
us 65 & c.
Te. 10. 4.
c. 187. ad
finem.
33.7.4.*

*Hieronymus videtur dissentire
à praemis.*

ILLI autem quod dictum est, reddere debitum non est. *Sermone* se peccatum, videtur obuiare quod ait Hiero. Quicumque vxori debitum reddit, vacare non potest orationi, nec carnes agni edere. Idē, Si panes Propositionis ab his qui vxores suas retigerāt comedi non poterant, quātō magis panis qui de caelo descēdit, nō potest ab his qui cōiugalibus paulo ante hāere cōplexibus, violari atque contingi nō quod nuptias condēnemus, sed quod eo tēpore quo carnes agni māducaturī sumus, vacare à carnalib⁹ operibus debeam⁹. Hoc capitulum maximē ad ministrōs ecclesiā pertinet videretur: quibus non licebat sacra officia celebrare atq; myste-
*Hier. su-
per Mat-
thaeum.
32.9.2.*

ria tempore coniugalis amplexus: quo etiam praesentia spiritus sancti non datur. Vnde idem ait. Connubia legitima carent quidem peccato: nec tamen tempore illo quo coniu-

gales actus geruntur, praesentia spiritus sancti dabitur, etiā si

Propheta esse videatur, q officio generationis obsequitur.

Quibus temporibus non sunt celebranda nuptia.

NO N solum in opere carnali obseruanda sunt tempora, sed etiam in celebrandis nuptiis: secundum illud, Non oportet à Septuagesima vsque in Octauā Paschæ, & tribus hebdomadis ante festum sancti Ioannis, & ab Aduētu Domini vsque post Epiphaniā celebrare nuptias. Quod si factum fuerit, separentur. Item Nicolaus papa, Nec vxorem ducere, nec coniugia facere quadragesimali tempore conuenire posse vilo modo arbitror.

**DE DIVERSIS CONIUGII
legibus.**

Distin. XXXIII.

QUæritur hic de antiquis Patribus, qui plures simul leguntur habuisse vxores vel concubinas, vtrum peccauerint. Ad quod dicimus, Pro varietate temporum varia inuenitur dispensatio Conditoris: ab exordio enim temporis inter duos tantum, Adam scilicet & Eam inchoatum est coniugium, Deo per os Adæ dicente, Homo adhaerebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: & secundum inchoationis modum inter duos tantum per omnem successione temporum contraheretur coniugium, si primi homines in obedientia perstitissent. Post eorum verò copulam filij & filia eorum matrimonio coniuncti sunt, sed vnus vni tantum. Ideo autem fratres sororibus tunc sunt copulati, quia non erant alie mulieres vel viri, quibus Adg filij vel filia iungerentur. Primus omnium Lamech duas legitur simul habuisse vxores: & hoc in eo arguitur, quia pro expletione carnalis voluptatis id fecisse perhibetur. Postea verò, cum iam penè omnes homines falsis diis seruiret, paucis in cultu Dei permanentibus, cōsultum est à Deo plures in matrimonio copulare sibi: ne illis paucis deficientibus, cultus & notitia Dei deficeret. Vnde Abraham viuēte vxore ad ancillam intrauit, & ex ea genuit. Iacob etiam liberis & ancillis se copulauit. Et filiae Loth patre ebrio vxæ sunt. Cum enim cæteris in idololatria relictis, Abraham & filios eius in peculiarem populum sibi Dominus elegisset,

E

*38.9. 4. c.
Non oportet.*

Nicolaus papa ad consulum

Burgundorum. 33. quæst. 4. c.

Nec vxo-

em qua inter fides

shorti fuerit in patrib. anti-

quæ. 32.9.4. c. R. euryat m. c. 5. h. 10. ita.

Gene. 2.

Gene. 4. c.

Gene. 16. c.

Gene. 26. c. 30.

Gene. 19. d. Dem. 7. c.

ritè multarum fecunditate mulierum populi Dei multiplicatio quærebatur: quia in successione sanguinis erat successio religionis. Vnde etiã in lege maledicta erat sterilis, quæ non relinquibat semen super terram. Hinc etiam sacerdotibus coniugia decreta sunt: quia in successione familie successio est officij. Nõ ergo Abraham vel Iacob deliquit, quia præter vxorem filios ex ancilla quæsiuit: nec tamen illorũ exemplo præter coniugale debitum, fecunditatẽ in aliqua licet alicui quærere, cum illorum coniugia nostrorum æquentur virginitati: & immoderatus vsus coniugij nostri

In libr. de bono cõ. temporis. turpitudinem ferè imitetur fornicationis illius. De hoc Augustinus sic ait, Antiquis iustis nõ fuit peccatum, quod pluribus sceminis vtiebantur: nec cõtra naturam hoc faciebãt: cum non saltuendi causa, sed gignendi hoc facerent nec cõtra morem, quia eo tempore ea fiebãt: nec cõtra præceptũ, quia nulla lege erat prohibitum. Idem,

13. q. 4. c. Obiiciuntur Iacob quatuor vxores: quod quando mos erat, Et habebat criemen nõ erat. Sic Patriarchæ cõiugibus excipientibus se, Obiiciuntur. In luptatis, sed prouidentia propagandæ successione: sicut Apostoli auditoribus suis admirantibus doctrinam suam cõdelectabantur, non aueritate cõsequendæ laudis, sed charitate Idem de Bonis feminandæ veritatis. Idem alibi, Antiquis temporibus cum no cõtinu adhuc salutis nostræ mysterium velaretur, iusti officio propagandi nuptias contrahebant, non victi libidine, sed ducti pietate: qui multo facilius continere possent & vellent. Vt bantur tamen cõiugibus, & plures vni viro habere licebat: quas castius habebat, quàm nunc vnã quilibet istorum in quibus videmus quod secundum veniam concedit Aposto

32. q. 4. c. lus. Habebant enim eas in opere generandi, non in morbo *Dixit Sara* desiderij. Item Ambrosius, Dixit Sara ad Abraham, Ecce conclusit me Dominus vt non pariam. Intra ergo ad ancillam meam, vt filium facias ex ea: & ita factum est. Considera primũ quod Abraham ante legem Moyse, & ante Euãgelium fuit. Non ergo in legem commisit Abraham, sed legem præuenit. Nondũ enim interdictum videbatur. Secundò considera, quod nõ ardore aliquo vage succensus libidinis, non petulantis formæ captus decore, ancillæ cõtubernio coniugalem post habuit thorum: sed studio quæren

dæ posteritatis, & propagandæ sobolis. Adhuc post Diluuiũ raras erat humani generis, erat etiam religionis. Denique & Loth sancti filix hanc causam quærendæ posteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum: & ideo publici muneri gratia priuatam culpam prætexit. Item Augustinus, Iustus quãuis cupiat dissolui, & esse cum Christo, tamen suum init alimentũ, non cupiditate viuendi, sed officio consulendi, vt maneat quod necessarium est propter alios. Sic misceri sceminis iure nuptiarum officiosum fuit sanctis viris, non libidiniosum. Quod enim est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem humani generis, & vtrũque nõ est sine delectatione carnali: quæ tamẽ modificata, & refrænantate temperantia in vsu naturalem redacta, libido esse non potest. Quod autem in sustentando vitam illicitus est cibus, hoc est, in quærenda prole fornicarius vel illicitus concubitus: & quod est in cibo licito immoderatio appetitus, hoc est, in coniugibus venialis ille concubitus.

Non præferatur Virginitas Ioannis castitati Abraham.

QUOD xerò castitas virginalis non præferatur in merito coniugali castitati Abraham, August. ostendit, inquit, Sicut non est impar meritum patientiæ in Petro qui passus est, & in Ioãne qui passus non est: sic nõ est impar meritum continentiæ in Ioanne qui nullas expertus est nuptias, & in Abraham qui filios genuit. Nam illius coelibatus, & istius connubium, pro temporum distributione Christo militauerunt: sed continentiam Ioannes in opere, Abraham in solo habebat habitu. Melior est autem castitas coelibum, quàm nuptiarum: quarum vnã Abraham habebat in vsu, ambas in habitu. Castè enim & cõiugaliter vixit. Esse autẽ castus sine coniugio potuit, sed tunc nõ oportuit. Item Hier. Quis ignoret sub alia dispõsatione Dei omnes retro Sãctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc Christiani sunt? Quomodo Abraham antè placuit in coniugio, sic nunc virgines placet in castitate? Seruiuit ille legi & tempori suo: seruiamus & nos legi & tempori nostro, in quos fines seculorum denenerunt. Ex his apparet, quod sancti Patres ante Legem sine peccato plures habuerunt vxores vel concubinas. Eas enim tunc vxores appellat Scriptura, nunc concubinas. Rachel tamen & Lya ambæ vxores fuerunt, non concubinae:

Gen. 19. d
In libr. de bono cõ
ingali. ca.
15. in 10. 6
ibidem.
Cap. 16.

In lib. de bono cõ
ingali. c. 21

32. q. 4. c.
Quisigno
ret.

1. Co. 10.

Gen. 30. c.

Oppositio.

SI quis opponat, quod fidem thori non seruabant illi Pa-
Qua erat tres, Dicimus in hoc seruasse fidem thori, quia non alius, sed
consuetu proprius vxoribus vel ancillis miscebantur. Ecce quae fuerit
dolegalis. consuetudo in hac re ante Legem. Legis vero tempore in-
Leuit. 18. terdixit Moyses carnalem copulam fieri cum matre, cum
Deut. nouerca, cum sorore, cum nepte, cum amita, cum matre-
24. a ra, cum nuru, & aliis quibusdam. Permisit autem diuortium
Mat. 19. a fieri dato libello repudij, in quo vir scribebat causas, pro
 quibus vxorem repudiabat. Permisit autem aliam ducere
 dato priori libello: quod propter duritiam cordis eorum per-
 missum Christus dicit, non ut concederetur dissidium, sed
 ut tolleretur homicidium. Permisit fieri mala, ne fierent pe-
 iora: & hoc permittendo non Dei iustitiam demonstrauit,
 sed in peccatore minuit culpam.

Cui licebat plures habere, vel non.

SED nunquid sub Lege licebat habere plures vxores?
2. Re. 11. b Audi quid scriptum est in Deuteronomio: Non habebit rex
Lib. 5. in vxores plurimas quae alliciant animam eius. Super quem
Deut. 27. locum ait Augustinus, Manifestum est Salomonem hoc praec-
c in tomo ceptum transisse: Dauid autem plures habuit, nec praec-
4. ceptum praeteriit. Permissum est enim regi plures habere, non plu-
 rimas quae alliciant animam, multiplicare. Cum tamen ad-
 ditur, Ut non eleuetur cor eius, alienigenas prohibitum esse
1. Reg. 1. c videtur. Veruntamen multiplicatio vxorum generaliter pro-
Gal. 4. a hibita est. Permissum est autem regi plures habere, sed non
 multiplicare. Veniente autem plenitudinis tempore, quo
 Christi gratia vbique est dilatata, reducta est lex nuptiarum
 ad priorem honestioremque institutionem: ut vnus vni in
 figura Christi & ecclesiae coniugatur. Nec quaeritur electio
 muneris in successione generis, sed in perfectione vi & syn-
 ceritatem scientiae: & virginitas foecunditati praefertur, &
 sacerdotibus continentia indicitur.

De virginitate mentis & carnis.

MELIOR est autem virginitas mentis quam carnis.
In li. 2. de Vnde Ambr. Tolerabilius est mentem virginem quam car-
Virgini- nem habere. Vtrunque bonum est, si liceat: si non liceat, sal-
bis & ha tem non homini, sed Deo casti sumus. Virgo prostitui po-
betur. test, adulterari non potest: nec lupanaria infamant casti-

tem, sed castitas etiam loci abolet infamiam. Idem, Non
 potest caro corrumpi, nisi mens ante fuerit corrupta. Item
 Idorus, Non potest corpus corrumpi, nisi prius animus cor-
 ruptus fuerit. Mundata enim a contagione anima, caro non
 peccat. In fine huius capituli aperitur quomodo verum sit,
 nisi anima prius fuerit corrupta, corpus non posse corrumpi,
 scilicet peccato. Illud etiam Augustini aduertendum est:
 Sicut, inquit, sanctius est mori fame, quam idolohytis ve-
 scita sanctius est defungi sine liberis, quam ex illicito coi-
 tu stirpem quaerere. Unde cunq; vero nascantur homines,
 si parentum vitia non sectentur, & Deum recte colant, ho-
 nesti & salui erunt. Semen enim ex qualicumq; homine,
 Dei creatura est: & eo male vtenti, male erit, non ipsum ali-
 quando malum erit.

DE PERSONIS LEGITIMIS.

Distinct. XXXIIII.

Nunc superest attendere, quae personae sint legitimae ad
 contrahendum matrimonium. Legitimae iudicantur
 personae secundum statuta Patrum, quae diuersa sunt. Aliae
 namque fuerunt legitimae ante Legem, aliae sub Lege, aliae
 in tempore gratiae. Item in primitiua ecclesia quaedam erant
 legitimae quae modo non sunt. Earum vero quae modo legiti-
 mae sunt vel illegitimae, quaedam sunt plenae legitimae, quae-
 dam omnino illegitimae, quaedam mediae. Plenae legitimae
 sunt, quibus non obuiat votum continentiae, vel ordo sacer-
 vel cognatio, vel dispar cultus, vel conditio, vel naturae frigi-
 ditas, & si quid est aliud. Penitus vero illegitimae sunt per
 votum, per ordinem, per cognationem, per disparem cul-
 tum. Mediae vero sunt, nec plenae legitimae, nec omnino il-
 legitimae, per frigiditatem, per conditionem. Si enim tales
 iunguntur ignoranter, commanere possunt quibusdam ac-
 cedentibus causis, & eisdem deficientibus diuidi.

De frigidis separandis.

DE his enim qui causa frigiditatis debitum reddere non
 possunt, consulit Gregorius, ut permaneant. Sed si mulier
 causatur dicens, Volo esse mater, & filios procreare, decre-
 uit, ut vterque eorum septima manu propinquorum iuret,

Sententia
huius c.

summa-

tum conti-

netur ex-

tra de fr-

gidis &

malep.

32. q. 5. c.
Tolerabi-
litas.32. q. 4. c.
Reuera.Idorus
in synony-

ma Aug.

in li. de
Bono Co-mug. c. 16.
in tom. 6.

quòd nunquam carnaliter conuenerint : & tunc mulier secundas nuptias cōtrahat. Vir autem qui frigida naturæ est, absque spe coniugij permaneat. Ait enim sic, Interrogasti de his qui matrimonio iuncti sunt, & nubere non possunt, si ille aliam, vel illa alium ducere possit de quibus scriptum est, Vir & mulier si se coniunxerint, & post dixerit mulier de viro quòd coire non possit cum ea, si potest probari quòd dicit per iustum iudicium, alium accipiat: si verò ille acceperit aliã, separentur. Item, Requisiti de his qui ob causam frigida naturæ dicunt se non posse inuicem operam carnaliter, commiseri. Ille verò, si nõ potest ea vii pro vxore, habeat eam quasi sororem. Quòd si retinaculum cōiugale voluerit rescindere, maneat vterque innupti: nam si huic non potuit naturaliter concordare, quomodo alteri conueniet? Item, Si vir aliam vxorem vult accipere, manifestè patet ratio, quia suggerere diabolo odij fomité exosam eam habuerit: & ideo eam dimittere mēdacij falsitate molitur. Quòd si mulier caufatur, & dicit, Volo esse mater, & filios procreare: vterque eorum septima manu propinquorum tantis sacrosanctis reliquiis iureiurando dicat, vt nunquam per commixtionem carnis coniuncti vna caro effecti fuissent. Tunc videtur mulier secundas posse cōtrahere nuptias. humanum dico propter infirmitatem carnis eorum. Vir autem qui frigida naturæ est, maneat sine coniuge. Quòd si & ille aliam cōiugem acceperit, tunc hi qui iurauerāt, per iurij crimine rei teneantur: & pœnitētia peracta priora cogantur recipere connubia. Hoc seruandum est, cum vterque idem fateatur. Sed vir asserit se debitum reddidisse vxori, & illa diffitetur: cui potius fides habenda sit meritò queritur. De hoc ita statutum est, Si quis ita acceperit vxorem, & haec acceperit buerit eam aliquo tempore, & ipsa femina dicit quòd nunquam coisset cum eo, & ille vir dicit quòd sic fecit: in veritate viri consistat, quia vir est caput mulieris. Hoc de naturali impossibilitate statutum est.

De his qui maleficis impediti coire non possunt.

DE maleficij autem impedimento hoc tenendum discernitur: Quòd si per fortianas & maleficas cōcubitus non sequitur, hortandi sunt quibus illa eueniunt, vt spiritu contrito & humiliato Deo & sacerdoti de omnibus peccatis

confessionem faciant, & lachrymis, elemosynis, orationibus, & ieiuniis Domino satisfaciant: & per exorcismos ac cetera ecclesiasticæ disciplinæ munimina ministri ecclesiæ tales sanare procurent. Quod si non poterint separari valebunt. Sed postquam alias nuptias expetierint illis viuentibus quibus post iunctæ fuerint, prioribus quos reliquerant: etiam si possibilitas cōcumbendi eis reddita fuerit, reconciliari nequibunt. Quod in fine huius capituli continetur, ex rigore magis dictam intelligendum est, quàm ex canonica æquitate. Vel intelligendum est nõ posse reconciliari prioribus, nisi iudicio ecclesiæ, quo diuisio facta fuerat.

De furiosis addit.

DE FURIOSI quoque dum in amentia sunt, matrimonium contrahere non valent. Vnde Fabianus, Neque furiosus neque furiosa matrimonium contrahere possunt: sed si cōtractum fuerit, non separentur. Item Nicolaus papa, Hi qui matrimonium sani contraxerunt, & vni ex duobus vel ambobus amentia, vel furor, vel aliqua infirmitas accesserit, ob hanc infirmitatē talium coniugia solui non possunt. Similiter est etiam sciendum de his qui ab aduersariis exæcantur, vel membris truncantur, vel à barbaris exacti fuerint.

De his qui cum duabus sororibus dormiunt.

DE his etiam qui cum duabus sororibus, vel quæ cum duobus fratribus dormiunt, videndum est quid censeant canones. Qui dormierit cum duabus sororibus, & vna ex illis antè fuerit vxor, neutram ex ipsis habeat: nec ipsi adulteri vnquam in coniugio copulentur. Item nec propriæ vxori licet sibi reddere debitum: quam sibi reddidit illicitam, sororem eius cognoscendo. Nec post mortem vxoris licet ei adulteræ vel adulteri copulari in coniugium. Item Zacharias papa, Cōcubuiisti cum sorore vxoris tuæ, si fecisti, neutram habeas: & vxor tua si non fuerit conscia sceleris, & cōtere non vult, nubat in Domino, cui vult. Tu verò & adultera sine spe coniugij manearis: & dum viuitis pœnitentiam agere. Quod ait, cui vult nubat, intelligendum est post mortem viri. Vnde Gregorius, Qui vxores suas in adulterio deprehendant, nec ille, nec illa aliam vxorem accipiat, vel alium virum, quãdju ambo viuunt. Si verò adultera mortua

D

Fabianus

32. q. 7. c.

Neq. frs.

Ibidem c.

Hi qui

matrimo

nium.

E

Ex Anre

lianēsi cō

cilio sibi

suprà, ca.

Qui dor-

merit.

Zacha-

rias papa

ibidem c.

Concu-

buiisti.

Gregori⁹

ibidem c.

Hi serò

qui.

fuerit, vir eius, si vult, nubat: adultera verò nunquam, et si mortuus fuerit vir eius: sed omnibus diebus poenitentiae lamenta persoluat. Hic de illo adulterio agitur, quod cum cognato viri, vel cognata vxoris committitur.

Et ca. Si quis cum nouer. c. Non est dimittenda vxor pro aliqua macula seu deformitate corporis.

ILLVD etiam sciendum est, quòd pro aliqua infirmitate vel macula corporali nò licet viro vxorem dimittere, & econuersò: sed debet alter alteri subsidia providere. Vnde Augustinus, Si vxorem quis habeat sterilem, siue deformem corpore, vel debilem membris, vel cæcam, vel claudam, vel surdam, vel si quid aliud, siue morbis vel laboribus doloribusque confectam, & quicquid excepta fornicatione excogitari potest vehementer horribile: pro societate fidèque sustineat.

EODEM IVRE VTITVR

vir & mulier.

Distinct. XXXV.

De diuor- no quod fit propter adulterium. Mat. 19. Hiero. de Mori: F. biola. Et habetur 32. q. 5. c. 1. Precepit. Ibidem. Innocen. papa. 32. q. 5. cap. Christid.
HOC etiam notandum est, quòd Dominus cõcedat viro rem dimitti causa fornicationis viro, eadem licentia non tollitur sceminis. Vnde Hieronymus, Præcepit Dominus vxorem non dimitti, excepta causa fornicationis: & si dimissa fuerit, manere innuptam. Quicquid viris præcipitur, hoc consequenter redundat ad sceminas. Non enim adultera vxor dimittenda est, & vir mæchus tenendus. Item apud nos quod non licet sceminis, æquè non licet viris: & eadem seruitus pari conditione censetur. Ex his ostenditur, quòd mulier potest super fornicatione virum conuenire, vt vir mulierem, Vnde Innocentius papa, Christiana religio adulterum in vtroque sexu pari ratione cõdemnat: sed viros suos mulieres non facillè de adulterio accusant, viri autem liberius vxores suas adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt. Et ideo mulieribus prodito earum crimine, negatur communicio: virorum autem latète commisso, non facillè quisquam ex suspitionibus arçetur: qui tamè submouebitur si eius flagitium detegatur.

Quòd fornicariam nequis diruit ore Ser, nisi ipse expers fuerit, & econuersò.

SI VE

SI verò quæritur, an adulter adulteram possit dimittere causa fornicationis: Dicimus quia nequit adultera vxor dimitti à viro, nisi & ipse expers fornicationis existat & econuersò, Vnde Augu. Nihil iniquius est quàm causa fornicationis dimittere vxorem, si & ipse conuincitur fornicari. Occurrit enim, illud, In quo alterum iudicas, teipsum condemnas. Quapropter quisquis fornicationis causa vult abiecere vxorem, prior debet esse fornicatione purgatus: quod similiter & de scemina dixerim. Idem, Indignantur mariti, si audiant adulteros viros pendere similes adulteris formis pœna: cum tanto grauius eos puniri oportuerit, quanto magis ad eos pertinet & virtute vincere, & exemplo regere sceminas. Ex his apparet quòd adulter adulteram dimittere non valet, & econuersò,

Quòd possunt reconciliari, qui separantur causa fornicationis.

SI quis autem fornicationis expers fornicariam dimittere, alij copulari non potest, sed contingere oportet vel ad dimissam redire, sic & de scemina. Vnde & apostolus, His qui matrimonio iuncti sunt præcipio nò ego, sed Dominus, vxorè à viro nò discedere, q̄ si discesserit, maneat innupta, aut viro suo reconcilietur. Et de viro addit, Et vir vxorè non dimittat. Sed Ambr. ait, Ideo nò subdit de viro sicut de muliere, quia licet viro aliã ducere. Sed hoc à Fallariis in Ambrosij libro positum creditur: supplendum enim esse in viro q̄ de vxore præmisit, aperte dicit Aug. sic, Quare nò addit de muliere, quod præmisit de viro, nisi q̄ simile formã vult intelligi? vt si dimiserit (quòd causa fornicationis permittitur) maneat sine vxore, aut reconcilietur vxori? Idè, Si nec nubere illi cõceditur viro viro à quo recessit, ne huic alterã ducere viua vxore quã dimisit: multo minus fas est illicita cū quibuslibet supra cõmittere. Idem, Vt non facillè dimittatur vxor, Dominus solam fornicationis causam excipit: cæteras verò vniuersas molestias: si quæ exiterint, iubet pro fide cõiugali & pro castitate fortiter sustineri: & mæchum dixit, qui à viro solutam duxit. Ex his ostenditur q̄ si causa fornicationis sit separatio, nò pòt vir vel mulier aliam transire copulam. Possunt autem reconciliari & cohabitare sicut prius, si dimissam alter reuocare voluerit.

31. q. 6. §. Ecce. In li. x. de sermone Domini in monte post me- 10. 4. Rom. 2. a iul. 2. do adulteri- C. ni coniu- gii.

1. Cor. 7. b Mat. 19. a In 7. c. 1. Cor. Super e- vito. ad Cor. 32. q. 7. c. Apo- stoles di- cit. Ibidè. De Ser- Domini in monte Et habe- tur. 32. q. 7. Ibidem c. in Domino ad illud Mat. 22.

A a

Quæ prædicta videntur obuiare.

DICIT tamen Ioanes Chryf. Sicut crudelis & iniquus est: qui castam dimittit: sic fatuus est & iniquus, qui retinet meretricem. Patronus enim turpitudinis est, qui celat crimen vxoris. Item Hiero. Cum mulier vnam carnem in aliam diuiderit, & se fornicatione à marito separauerit, non debet teneri: ne virum quoque sub maledicto faciat, dicente Scriptura, Qui tenet adulteram, stultus est & insipiens. Idem ad Amandum presbyterum scribens de quadam, quæ viro suo viuente, alij nuplerat, sic ait, Rem nouam loquor: imò non nouam sed veterem, quæ veteris Testamenti auctoritate confirmatur. Si reliquerit secundum virum mulier, & reconciliari voluerit priori, non potest.

32. q. 1. c.
Crudelis.
Ibidem. c.
Dixit Do-
minus.
 Prom. 18.
 34. q. 2.
 No. satii.
 Dem. 24.

Determinatio.

SED hæc omnia intelligenda sunt de illa quæ ab adulterio recedere noluit, nec per pœnitentiam peccatum deleat. Quod si vir scierit paritur, consentire videtur. Si enim in adulterio perseuerare elegit, patronus turpitudinis & leuocinij reus maritus habebitur, nisi eam adulterij ream facere voluerit. Si autem à peccato recesserit, & per pœnitentiam illud purgauerit, poterit viro reconciliari. Vnde Aug. Quod tibi durum videtur, vt post adulterium reconcilietur coniunx: si fides adsit, non erit durum. Cur enim ad huc deputamus adulteros, quos credimus pœnitentia esse sanatos? Idem, Non erit turpis nec difficilis, etiam post parata & purgata adulteria reconciliatio coniugij, vbi per elaves regni cælorum non dubitatur fieri remissio peccatorum: nou vt post viri diuortium adultera reuocetur, sed vt post Christi consortium adultera non vocetur. Itè Greg. Debet recipere peccatricem, quæ pœnitentiam egit, sed non sæpè. Item Hermes, Si vir scierit vxorem suam deliquisse, & non egerit pœnitentiam mulier, sed permanet in fornicatione sua: & viuat cum illa vir, reus erit & particeps peccati eius. Quod si mulier dimissa egerit pœnitentiam, & voluerit ad virum reuerti, debet recipere peccatricem quæ pœnitentiam egit, sed non sæpè.

Ad Pel.
 leuitum.
 32. q. 1. c.
 Quod au.
 tem in li.
 de Adul.
 coniu.
 In li. qui
 dicitur
 Pastor.
 In lib. de
 Anelste-
 rius con-
 iu.

De illis qui se ante polluerunt per adulterium.

SOLET etiam queri, an valeat duci in coniugium quæ prius est polluta per adulterium. De hoc Leo papa ait,

Nullus ducat in matrimonium quam prius polluit adulterio. Item, Relatum est auribus sanctorum sacerdotum, quendam alterius vxorem stupro violasse: & insuper moechæ iuramentum dedisse, quod post legitimi mariti mortem si superuueret, duceret eam in vxorem: quod & factum est. Tale ergo connubium prohibemus & anathematizamus. His aliisque auctoritatibus vetantur in coniugium copulari, qui se prius adulterio maculauerunt. Sed contra Augustinus ostendit dicens, Denique mortuo eo cum quo fuit verum coniugium, fieri potest coniugium cum qua præcessit adulterium. idem, Posse fieri sanè licitas nuptias ex personis illicitè coniunctis honesto placito subsequente manifestum est.

31. q. 1. e.
 Nullus.
 Ex concilio
 Tibu-
 riens.
 Ibidem. c.
 Relatū.
 In libr. de
 Nuptiis
 Et conc.
 August.
 Ibidem. c.
 Denique
 Et ca. se-
 quen.

Determinatio.

SED hæc vltima auctoritas de concubinis loquitur, perhibens concubinas posse transire ad honestum placitum nupriarum, si castitatem & fidem seruare velint. Prima vero auctoritas Augustini de illis agit, qui de peccato pœnituerunt, & nihil in mortem viri machinatæ sunt, nec viuente viro fidem adulteræ dedit moechus, quod eam in coniugio duceret si superuueret. Qui verò hæc faciunt, illi permissis auctoritatibus prohibentur copulari.

G
 Et ca. se-
 quen.
 Ibidem.

DE PRO EXTREMA CONDITIONE

VALEAT VXOR SEPARARI

à viro, & econuersò,

Distinct. XXXVI.

De impe-
 dimēto cō-
 ditionis
 A

Nunc de conditione videamus an valeat cōiugium diuidere. Ad quod dicimus, quia non negatur ingenua posse subere seruo: sed si nescitur esse seruilis conditionis, libere potest dimitti cum seruitus eius fuerit deprehensa, secundum illud, Si quis ingenuus homo ancillam alterius vxorem acceperit, & æstimat q̄ ingenua sit: si ipsa scemina fuerit postea in seruitutē deiecta, si eā à seruitute redimere potest, faciat: si nō potest, si voluerit aliā accipiat. Si verò ancillā eam scierat & collaudauerat post, eam vt legitimā habeat. Itè ex eodē, Si scemina ingenua acceperit seruū, sciens quod seruus esset, habeat eū: quia omnes vnum patrem ha-

quod re-
 spicit sta-
 tum legio-
 humane.
 In concilio
 apud
 Verme-
 riam
 Et ha-
 betur.
 Si quis

ingenū. bemus in cælis, vna lex erit viro & fœminæ. Cum dicitur, *Ibidem c.* Sciens illum seruum, datur intelligi, quòd si nescierit illum, Si fœmini-
na inge- seruum esse non cogitur manere cum ipso. Si enim condi-
na. tionis dolum patitur, non cogitur adhærere ei cuius fraude
Ibidem c. decepta est. Si autem scierit vir conditionem mulieris, vel
Si quis l. econtruersò: non valet eam dimittere. Vnde Zacharias papa, licentiam dimittendi eam, si consensu amborum coniuncti sunt, nisi ob fornicationem. De illis agit, quibus altervtrius conditio nota est, quando coniunguntur.

De copula serui & ancilla diuersorum dominorum.

In concilio
Cabilonē
si. ibidē c.
Distū xst
Mut. 19.
QVAERITVR etiam si seruus vnus ancillā alterius acceperit, an sit inter eos coniugium? De hoc etiam ita statutum est: Dictum est nobis quòd quidam legitima seruum matrimonia potestatiua quadam præsumptione dirimant: non attendentes illud, Quod Deus coniunxit homo non separet. Vnde nobis visum est vt coniugia seruorum non dirimantur, etiam si diuersos dominos habeant: sed in vno coniugio permanentes dominis seruiant suis. Et hoc in illis obseruandum est vbi legalis coniunctio fuit, & per voluntatem dominorum. Attende finem huius capituli vbi videtur innui præter voluntatem dominorum inter seruum & ancillam non posse contrahi coniugium, vel si contrahitur non esse ratum. Quibusdam tamen videtur inter eos posse fieri coniugium dominis ignorantibus.

De viro, qui se facit seruum & dimittitur ab vxore.

In Thibru
viēsi con-
cilio, sibi.
c. p. vltim.
ILLVD etiam norandum quòd si mulier virum liberum acceperit, & ille vt causam præster dissidij se alicuius seruum fecerit, nec ille vxorem dimittere, nec illa ob vinculum coniugij in seruitutem redigi poterit. Vnde illud, Perlatum est ad sanctam Synodum, quòd quidam ingenuum ingenuā acceperit vxorem, & post filiorum procreationem occasione diuortij cuiusdam seruum se fecerit. Vtrum & mulierē necessario tenere debeat: & si tenuerit, an illa etiā seruituti subici debeat quaesitum est. Iudicatum est vxorem minimè debere dimitti: non tamen ob Christi legem mulierem in seruitutē redigi, dum ille non ex consensu coniu-

gis se seruū fecerit, quem liberum ipsa maritum acceperat.

De etate contrahentium.

HOC etiam sciendum est quòd pueri ante xiiij. annos, & puellæ ante xij. annos secundum leges matrimonium in ire nequeunt. Quod si ante prædicta tempora copulam iniierint, separari possunt, quanuis voluntate & assensu paratum iuncti fuerint. Qui verò in pueritia copulati post annos pubertatis nolunt se relinquere, sed in coniunctione permanere: iam ex hoc efficiuntur coniuges, & deinceps nequeunt separari. Item, sponsalia ante septimum contrahi non possunt: solo enim consensu contrahuntur, qui interuenire non potest, nisi ab alterutra parte intelligatur quòd inter eos agitur. Duo illa executi sumus cum aliorum quòrundam adiectione, quibus coniugium solui potest, nec tamen solui semper necesse est. Nunc de illis quæ personas illegitimas penitus faciunt, addendum est, & primum de ordinae.

IN QVO ORDINE NEQVEAT

fieri coniugium.

Distinct. xxxvii.

Sunt igitur quidam ordines, in quibus nullatenus potest contrahi coniugium: & si intercesserit copula, sit ad diuortium: vt sacerdotium, diaconatus, & subdiaconatus. In aliis verò permittitur contrahi coniugium, nisi religionis habitum sumpserint, vel continentiaē votum fecerint. Vnde sic in Leopapa, Clericos, lectores, ostiarios, exorcistas, acolythos, si extra votum & habitum inueniuntur; & continentiam profiteri nolunt, vxorem ducere virginem ecclesia Romana permittit, non viduam vel repudiatam: quia deinceps ad subdiaconatū prouchi poterunt, nec laicus vxorem Carthaginensi Concilio, Placuit episcopos, presbyteros, diaconos, subdiaconos etiā ab vxoribus abstinere: quod si non fecerint, etiam ab ecclesiastico remoueantur officio. Ceteros verò clericos ad hoc non cogit. Item Leo papa, Lex continentiaē eadē est ministris altaris, quæ episcopis & presbyteris: qui cum essent laici, vel lectores, licitè vxores ducere poterant, sed cum ad prædictos peruenerūt gradus, coepit

28. q. 2. *quis per
10. Presb.* eis non licere quod prius licuit. Item in sexta Synodo, si quis eorum qui ad clericatum accedunt, voluerit nuptiali lege mulieri copulari: hoc ante ordinem subdiaconatus faciat. Item Calixtus papa, Presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, monachis, concubinas habere seu matrimonium contrahere penitus interdiximus: contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis disungi, & personas ad poenitentiam debere redigi, iuxta sanctorum canonum definitione iudicamus. Itē Grego. Nullū facere subdiaconū episcopi præsumat, nisi qui se castē victurum promiserit, quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

De interfectioibus suarum coniugum.

HIS adiciendum est de occisoribus suarum coniugum: de quibus Nicolaus papa scribit Radulpho Bituricensi archiepiscopo: Interfectores suarum coniugum sine iudicio (cūm non addis adulterarum, vel aliquid huiusmodi) quid aliud habendi sunt, quām homicidæ? ac per hoc ad poenitentiam redigendi: quibus penitus denegatur coniugium. Hic videtur Nicolaus permittere maritis, pro adulterio aut alio huiusmodi vxores suas interficere: sed ecclesiastica disciplina spiritali gladio, non materiali criminosos ferire iubet. vnde idem Nicolaus, Inter hæc vestrā sanctitas addere studuit: si cuius vxor adulteriū perpetraverit, vtrum marito eius secundū mundanā legem interficere liceat? sed sancta Dei ecclesia nunquā mundanis constringitur legibus, gladium non habet nisi spiritualem. Item, Pius papa, Quicumque propriam vxorem absque lege & sine causa interfecerit, aliāque duxerit, armis depositis publicam agat poenitentiam: & si contumax extiterit, anathematizetur vsquequo consentiat.

DE VOTO.

Distinct. XXXVIII.

NVc de voto inspiciamus. Votum est testificatio quādam promissionis spontaneæ: quæ Deo, & de his quæ Dei sunt, proprie fieri debet. Sunt tamen & vota stultorum, quæ frangenda sunt.

De votorum differentiis.

SCIENDVM verò quòd votorum aliud est commune, aliud singulare. Commune, vt illud quod in baptismo omnes faciunt, cūm spondent renunciare diabolo, & pompis eius: Singulare, vt cūm aliquis sponte promittit seruare virginitatem, & continentiam, vel aliquid huiusmodi. Item singulare votum aliud est priuatum aliud solēne. Priuatum est in abscondito factum: Solenne verò in conspectu ecclesie factum. Item priuatum votum si violetur, peccatum est mortale: Solenne verò violare peccatum & scandalum est. Qui priuatum faciunt votum continentie, matrimonium contrahere non debent: quia contrahendo mortaliter peccant. Si tamen contraxerint, non separentur: quia probari non potest quod occulte factum est. Qui verò solēnter volunt, nullatenus coniugium inire queunt, quibus nō solum nubere, sed & velle damnabile est. Vnde August. In coniugali vinculo si pudicitia seruetur, dānatio non timetur: sed in viduali continentia, & virginali excellentia virtus muneris amplioris expetitur: quæ expetita, & electa, & voto oblata iam non solum capescere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere velle damnabile est. Augustinus, Volentibus enim virginitatem vel viduitatem, non solum nubere, sed etiam velle damnabile est. Quod Apostolus ostendit Timotheo scribens, Adolescentiores viduas deuita: cūm enim luxuriatæ fuerint, in Christo nubere volūt, id est, cūm post votum continentie in delitiis egerint vitam, non dico nubūt, sed nubere volunt in Christo, quasi tunc non sit peccatum: sed quòd sit ostendit, subdens: Habentes damnationem: & quare, subdit: quia primam fidem irritam fecerunt, et si non nubendo, tamen volendo, vt volūratem quæ à proposito cecidit, appareat esse damnatam siue sequantur nuptiæ, siue non. Damnatur enim propositi fraus: damnantur tales, quia continentie fidem primam irritam fecerunt, id est, votum vel in voto violato fidem, quam in baptismo professæ sunt. Si autem pro voluntate nubendi damnantur, constat si eam effectui mancipauerint, reuocandum id esse in irritum, cās que attendas redire ad propositū. Vnde Gregorius, Viduas à proposito recedentes viduitatis, super quibus nos consuluisti credo te nosse à sancto Paulo, nisi conuertantur, olim viduas à esse damnatas: quas & nos apostolica autoritate damnauimus.

*Ad Iulianum de
Sacta Virginitate
Allegatur 279.2
Nuptiarum bonū.
Alias
Hier. &
habetur.
dist. 27. c.
Concilio
I. Tim. 5.*

*Ad Bonifacium
fac. & ha
bitur
27. 1. c.
viditas à
proposito.*

das, & à communione fidelium atque à limitibus ecclesie arcendas fore censemus, vsque quò obediãt episcopis suis, & ad bonum quod cõperunt, inuicẽ aut voluntariẽ reuerantur.

De virginibus non velatis.

DE virginibus autem non velatis, si deuiauerint, à pietate decedere nostro Innocẽtio papa tale decretum habemus: Hæ quæ necdum sacro velamine rectæ, tam en in proposito virginali semper se simulauerunt, permanere: licet velata non fuerint, tamen si nupserint aliquo tempore, his agenda pœnitentia est: quia sponsio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratio hæc dissolui: quãtò magis ista pollicitatio quam cum Deo pepigerit, solui sine vindicta non poterit? Item, Si virgines nondum velatæ taliter publica pœnitentia puniuntur, & à cœtu fidelium vsque ad satisfactionem excluduntur: quãtò magis viduæ, quæ perfectioris ætatis, & maturioris consilij existunt, & habitum religionis assumpserunt: & deinde apostatauerunt, atque ad priorem vomitum sunt reuersæ: à nobis & ab omnibus fidelibus, à limitibus ecclesie, & à cœtu fidelium vsque ad satisfactionem sunt eliminandæ, & carceribus tradendæ. Ex his apparet virgines vel viduas voto continentie astrictas, siue fuerint velatæ siue non, nullatenus coniugium sortiri posse. Quod itidem de omnibus intelligendum est, qui continentiam vouerunt. Quod enim antè erat licitum, post votum fit illicitum. Non est igitur præmittendũ quod Innocentius papa de viduis & puellis decreuit, quæ Christo spiritualiter nubunt: si postea publicè nupserint, non eas admittendas esse ad pœnitentiam, nisi hi quibus se iunxerant, de mundo recesserint. Si enim de omnibus hæc ratio custoditur, vt quæcunq; viuente viro alteri nupserit, adultera habetur, nec ei agenda pœnitentie licentia cõceditur, nisi vn̄ de illis fuerit defunctus: quãtò magis de illa tenenda est, quæ antè se immortali sponso cõiunxerat, & post hoc ad humanas nuptias transmigravit? Attendite quòd nõ solum coniugium talibus negare videtur, sed etiam locum pœnitentie. Sed non ita intelligendum est, vt aliquando excludantur à pœnitentia, quæ dignè pœnitentiã agere voluit: sed illæ non sunt admittendæ ad pœnitentiam, quæ ab inq̄-

27. l. c.
Hæc verò

Ibidem c.
Quæ Christo
suo.

stus copula discedere noluerint: quia post religionis profectum non potest deo reconciliari per pœnitentiam, quæ ad habitum suæ professionis redire neglexerit. Tunc enim ille qui se coniunxerat ei defunctus erit, cum ab eius illicitis amplexibus hæc penitus recesserit. Cum ergo dicitur eas non esse admittendas ad pœnitentiam, nisi hi quibus se iunxerant, de mundo recesserint, subaudiendum est eis. Tunc enim eis viri de mundo recesserunt & defunguntur, cum ab eorum cõcupiscentia istæ se alienant, quem sensum similitudo subdita declarat & confirmat.

Quid grande malum sit adulterium.

CVM vir & mulier legitime coniuncti sunt, constat alterum altero viuente ad aliam nõ posse transire copulã: alioquin adulteriũ cõmittitur, de quo Clemens papa ait, Quid in omnibus peccatis adulterio est grauius? Secundũ nanque in pœnis tenet locum, quem primum illi habent qui aberrant à deo. Grauius ergo peccant adulteri, grauius fornicarij, sed cunctis his grauius incautus, quos omnes transeunt contra naturã delinquẽtes. Vnde Aug. Adulteri malũ vincit fornicationem, vincitur ab incauto. Peius enim est cum matre quam cum aliena vxore dormire: sed horum omnium pessimum est, quod contra naturã fit: vt si vir mēbro mulieris nõ ad hoc cõcesso vtatur, hoc execrabilius fit in meretrice, sed execrabilius fit in vxore.

De illis qui post longam captiuitatem redeunt.

HIC queritur de illis fœminis, quæ putantes viros suos interemptos, vel in captiuitate, vel ab iniqua dominatione nunquam liberandos, in aliorum coniugia transferunt, si illi qui putabantur periisse remeauerint, vtrũ eis reddi debeant: & an secundi fornicari sint, & ipsæ res adulteri. De hoc Leo papa sic ait, Necessè est vt legitimarum fœdera nuptiarum redintegrandam credamus: & remotis his bellis, quæ hostiliter intulit, cuique id legitime reformetur quod intulit: procurandumque est, vt recipiat quisque quod proprium est. Nec tamen culpabilis iudicetur, & quasi alieni iuris puafor habeatur, qui personã eius mariti qui iã non esse existimabatur, assumpsit. Sic enim multa quæ ad eos q̄ in captiuitatem ducti sunt, pertinebant, in ius alienum

D 32. q. 6. c.
Quid in
omnibus.

De Adul
conjugis
& habe-
sur. 32. q.
7. c. adul-
terij ma-
lum.

32. q. 1. c.
Cum per
bellam.

transire poterunt: & tamen plenæ iustitiæ est, ut eisdem reuerfis reformentur. Ideo que si viri post longâ captiuitatem reuertis, ita in dilectione suarum coniugum: perseuerant, ut eas cupiant in suum redire consortium, dimittendum est, & inculpabile iudicandum quod necessitas intulit, & restitutum quod fides poscit. Sin autem aliquæ mulieres ita virorum posteriorum amore sunt captæ, ut malint his coherere quàm ad legitimum transire consortium: merito sunt notandæ, ita ut ecclesiastica communione priuentur: quæ de re excusabili contaminationem criminis elegerunt. Re deant ergo in suum coniugia statum: quia sicut mulieres quæ ad viros suos reuertuntur noluerint, impiæ sunt habendæ ita illæ quæ redeunt, merito sunt laudandæ. Ex his ostenditur illos qui taliter iunguntur, ut credant virum interemptum per ignorantiam, aliquam excusationem habere de peccato: & tantum primam copulam esse legitimam, non secundam: veniam tamen habere, si careat opprobrio malæ voluntatis.

Hugo. 4. Sed si quis relicta in patria sua vxore in longinquâ abiens regionem aliam ducat vxorem, deinde penitentia ductus eam dimittere velit, asserens se aliã habuisse quæ viuunt: nec ecclesiã permittat, quæ quod ille asserit ignorat: quærit an in hac secunda copula sit coniugium. Sane dici potest non esse coniugium, & mulierem de crimine excusari per ignorantiam, virum autem adulterium admisisse. Sed ex quo ad primam redire volens nec valens, cogitur ecclesiæ disciplina hanc tenere, incipit excusari per obedientiam & timorem, de hoc quod poscenti mulieri debitum reddit, à qua ipse De impedimento nunquam poscere debet: & sic de aliis huiusmodi sententiam quæ dum est.

DE DISPARI CULTU.

Distinct. XXXIX.

A **POST** hæc de dispari cultu videndum est, hæc est enim una de causis, quibus personæ illegitimæ sunt ad matrimonium trahendum matrimonium. Non enim licet Christiano cum Gentili vel Iudæa inire coniugium: quia etiam in veteri Testamento prohibitum est fideles viros infideles ducere: cuiusmodi uxores, Domino dicente, Non accipias uxores de filiabus nationum: quod licenigenarum filiis tuis, ne traducant eos post deos suos. Iuxta hoc Domini præceptum Iudæorum coniugia cum

alienigenis inita Esdras separauit. Hoc idem etiam in nouo testamento seruatur. Vnde Aug. Ne nubat scilicet, nisi iuxta distinctionem religionis viro: vel ne vir talē ducat vxorem. Id enim, ut dicitur, iuber Dominus, docet Apostolus, utrumque præcipit Testa. *Exod. 24. mentum. Item Ambrosius. Caue Christiane Gentili vel Iudæo Des. 7. filiam tuam tradere: caue ne Gentilem vel Iudæam vel alieni Genam, id est, hæreticam, & omnem alienam a fide tua, vxorem accersas tibi. Item, Si quis Iudææ, sine Christiana Iudæo, siue Iudæa Christiano carnali consortio miscetur, qui cumque rãtum nefas admiserit, à Christiano certu pronus segregetur. Ex his aliis que pluribus testimoniis apparet nõ posse contrahi coniugium ab his qui sunt diuersæ religionis & fidei.*

Exod. 34. De coniugio fidelis & infidelis & duorum infidelium. B. I. Cor. 7.

H **V** **I** **C** autē videtur obuiare quod Apostolus ait de imparibus coniugiis. Ego dico, non Dominus, Si quis frater habet vxorem infidelē, & hæc consentit habitare cū illo, nõ dimittat illã: & si qua mulier, &c. Sed aliud hoc esse, aliud, illud, euidenter ostendit Aug. Ibi enim agitur de illis coniugiis fidelium & infidelium, quæ contrahuntur ab eis in dispari religione & fide manēibus. Apostolus verò agit de illis, qui vnus cuiusdēq; infidelitatis fuerunt, quãdo coniuncti sunt. Sed cum venisset Euangeliū, alter sine altera credit. Intelligis ne quid dicã? Attende ut rem ipsam diligēter explanẽ. Ecce coniuges duo vnus infidelitatis fuerunt quando coniuncti sunt: nulla de his quæstio est quæ pertineat ad illud præceptum veteris & noui Testamēti, quo prohibetur fidelis cū infideli copulare coniugium. Iam sunt coniuges & ambo ad huc sunt infideles. Tales sunt adhuc quales coniuncti sunt. Venitque Euangelij prædicator, credidit eorum vnus vel vnus, sed ita ut infidelis cū fidelis habitare cõsentiat, non iuber Dominus ut infidelis dimittat taliter coniunctum. Nec Apostolus iuber ut non dimittat, sed consulit ut si quis aliter agat, nõ sit transgressor, sicut & de virginibus cõsultat. Monet autem quod est lucrandi occasio, cū possit licitè relinquere, sed non expedit. Tunc enim non expedit id quod licitum est, quando permittitur quidem, sed ipsius vsus aliis affert impedimentum salutis: sicut discessio fidelis ab

infideli, quam non prohibet Dominus, quia coram illo non est iniusta: sed Apostolus ne fiat consilio charitatis suadet, ut nemo in ea re iussione necessitate teneatur, sed consilij voluntate liberè faciat. Ex his monstratur inter infideles coniugium esse: & consilium Apostoli non obviare præcepto Domini, quo iubet fidelem non iungi infideli, & si coniuncti fuerint, separari. Legitur enim quod Esdras propheta, imò Dominus per eum iussit Israëlitis vxores dimittere alienigenas: per quas ibant ad deos alienos, non illæ per maritos acquirebatur Deo. Rectè hoc præcepit: quia per Moysen iusserat Dominus ne quis vxorem alienigenam duceret. Merito ergo quas duxerant Domino prohibente, Domino iubente dimiserunt: quia ut ait Ambrosius, non est putandum matrimonium, quod extra decretum Dei factum est: sed cum cognoscitur, emendandum: ut quando fidelis infideli copulatur. Sed ut ait Augustinus, cum copisset gentibus Euangelium prædicari, iam cõiunctos Gentiles Gentilibus comperit coniugibus: ex quibus si non ambo crederent, sed vnus vel vna, & infidelis cum fidele consentiret habitare, nec prohiberi à Domino debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi. Ideo non prohiberi, quia iustitia permittit à fornicante discedere. Et infidelis hominis fornicatio est maior in corde, nec vera eius pudicitia cum coniuge dici potest: quia omne quod non est ex fide, peccatum est, quanuis veram fidelis habeat pudicitiam, etiam cum infideli coniuge, quæ non habet veram. Ideo autem nec iuberi, quia nec contra iussione Domini Gentiles fuerunt ambo coniuncti. Licetum ergo erat per iustitiam fidele infidelem dimittere: sed licitum non erat faciendum propter liberam beneuolentiam. Evidenter apparet & inter infideles coniugium esse, & Apostolum de illis agere, qui in infidelitate coniuncti fuerunt, & post alter ad fidem conuersus est: cum quo etiam infidelis habitare consentit, & hunc non dimittere fidele consilium Apostolus: quia fortè per fidelem saluabitur infidelis.

De fornicatione spirituali, ab quam potest dimitti coniug.

POTEST tamen dici licitè dimittere: quia in infide-

li est fornicatio, si non corporis, tamen mentis. Causam enim fornicationis Dominus exceptit. Fornicationem verò generalem & vniuersalem intelligere cogimur, non modo scilicet corporalem, sed & spiritualem: de qua Augustinus ait, Idololatria & quælibet noxia superstitio fornicatio est. Dominus autem permittit ex causa fornicationis vxorem dimitti, sed non iussit: & sic dedit Apostolo locum mouendi, ut qui voluerit non dimittat: potest tamen licitè dimittere. Si enim fornicatio carnis detestanda est in coniuge, quanto magis fornicatio mentis, id est, infidelitas?

Pro quibus vitis possit dimitti.

SI autem queris, an propter aliud vitium nisi propter infidelitatem vel idololatriam possit dimitti: Atterde quod Augustinus ait, Si infidelitas fornicatio est, & idololatria infidelitas, & auaritia idololatria: non est dubitandum & auaritiam fornicationem esse. Quis ergo quamlibet illicitam concupiscentiam potest à fornicationis genere separare, si auaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur, quod propter illicitas concupiscentias non tantum quæ in stupris cum alienis viris vel fœminis committuntur, sed ob quælibet quæ animam à lege Dei aberrare faciunt & perniciosè cor umpi possit sine crimine & vir vxorem suam dimittere, & vxor virum. Item, Rectissime dimittitur, si viro suo dicat, Nō ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congreges: vel nisi solita scrocinia exerceas, aut si quid aliud facinosum vel flagitiosum à viro suo expetat. Tunc ille, si veraciter pœnitens est, habetque fidem per dilectionem operantem, membrum quod eum scandalizat amputabit. Ex his apparet quod non solum infidelitas, sed etiam quælibet concupiscentia, quæ perniciosè turpiterq; corrumpit, fornicatio spiritualis est: per quam vir vxorem, vel vxor virum dimittere potest. Consulit tamen Apostolus, ne fidelis dimittat infidelè volentè cohabitare, nec à Deo reuocare.

Si fidelis liceat aliam ducere infideli discedente vel dimissa.

HIC queritur, si fidelis dimittat infidelem, vel infidelis à fidele discedat, an liceat fidele aliam ducere. Videtur autoritas testari, quod illa viuente alteram ducere non

in gloss.

Cor. 7.

Si quis.

Mat. 5. et

19. in Ser.

Domini

in mōte.

Et habe-

tur 28. 9.

D

1. c. Idolo-

latria.

27. 9. 1. c.

idol. ibidē

Sibi supra

An. de Fi

de Op

ribus. Et

habetur.

28. 9. 1. c.

Vxor legi

tima.

Mat. 5. et

1. Cor. 7.

E

valeat. Ambrosius enim verba Apostoli exponens ait, Alio-
*In cō. cir-*quin si disceditis ab invicem, & volentes cohabitare dimit-
ca. 7. cap. titis, & aliis vos copulatis, adulteri estis: & filij vestri qui de
priori ad hac copula nascuntur, immundi, id est, spurij sunt. Item, Si
Cor. 6. quis habuerit vxorem virginem ante baptismum, viuentē
28. q. 2. illa post baptismum alteram habere non potest. Crimina e-
ne quasi nim in baptismo soluuntur, non coniugia.

per totū
tracta- SED contrā Ambrosius testatur, Si infidelis (dicit Apo-
stolus) discedit, discedat. Non enim est seruituti subiectus
quasi. frater aut foror in huiusmodi: quia non debetur reuerentia
Ex cōcil. coniugij ei qui horret autorem cōiugij. Non est enim ra-
*Meld. 8.*tum matrimonium, quod sine deuotione Dei est: & ideo nō
28. q. 2. est peccatū ei qui dimittitur propter Deum, si alij se copu-
Si quis. lauerit. Contumelia enim Creatoris soluit ius matrimonij
Ad Hila circa eum qui relinquitur, ne accuseret alij copulatus. Infide-
*rium 8.*lis autem discedens, & in Deum peccat, & in matrimo-
*habetur.*nium, nec est seruanda ei fides coniugij, qui ideo recessit,
28. q. 5. ne audiret Christum esse Deum Christianorum coniugio.
*In gloss. 1.*rum. Si verō ambo crediderint, per cognitionem Dei, con-
*Co. 7. Nō*firmatur coniugium.
est enim.

Determinatio. G
 ATTENDE hæc prædictis contraria posse videri, ita
 vt sibi Ambrosius contradicere videatur. Sed distinguen-
 dum est hic aliud esse dimittere volentem cohabitare, aliud
 dimitti propter Deum ab illo qui horret nomen Christi. Ibi
 lex beneuolentiæ non seruatur, hic veritas custoditur. Et
 ideo cum liceat dimittere volentem cohabitare, non tamē
 ea viuentē aliam ducere licet. Discedentem verō sequi nō
 oportet: & ea viuentē aliam ducere licet. Sed hoc non est
 intelligendum, nisi de his qui in infidelitate sibi copulari
 sunt. Sed si ad fidem vterque conuersus est, vel si vterque fi-
 delis matrimonio coniunctus est, & post alter eorum à fide
 discesserit & odio fidei coniugem reliquerit: dimissus disce-
 dentem non comitabitur, nec tamen illa viuentē alteram
 ducere poterit: quia inter eos fuerat ratum coniugium,
 quod non potest dissolui.

Quidam dicunt coniugium non esse inter in-
fideles, 8. quare.

H

SVNT tamen nonnulli, qui inter infideles asserūt non
 esse coniugium: quia nec rata, nec legitima est eorum co-
 pula. Rata non est, quia solui potest: nec legitima, quia Apo-
 stolus ait, Omne quod non est ex fide, peccatum est. Eorum
 autem coniunctio non est ex fide, & ideo peccatum est. Nō
 est ergo coniugium: quia nullum cōiugium peccatum est.
 Augustinus etiam dicit, quia non est vera pudicitia infide-
 lis cum fidei. Sed vera negatur esse pudicitia: nō quod infi-
 delium coniugium non sit verum, sed quia non habet illud
 triplex bonum, quod excusat coitum & meretur præmium.
 Item illud Apost. Omne quod non est ex fide, peccatum est:
 non ita intelligendum est, vt quicquid sit ab infidelibus pec-
 carum sit: sed omne quod fit contra fidem, id est, conscien-
 tiam, malè fit: & ad gehennā ædificat. Vel in omni eo quod
 infidelis facit, peccat: non quia illud facit, sed quia non eo
 modo illud facit quo debet, non referens ad debitum finē.

Quod legitimum sit coniugium infidelium,
Id non ratum, 8. quare.

I
 COPVLA ergo maritalis quæ est inter infideles, con-
 iugium est legitimum, sed non ratum. Legitimum, quia est
 inter legitimas personas: sed non ratum, quia sine fide. Con-
 iugium verō fidelium est legitimum, & ratum, si tamen legi-
 timæ sunt personæ. Quod autem legitima sit infidelium
 coniunctio. Augustinus testatur dicens, Vxor legitima so-
 cietate coniuncta sine vlla culpa relinquitur, si cum viro
 Christiano permanere noluerit. Ex hoc etiā probatur, quod
 infideli ad fidē conuerso Apostolus consulit infidelem non
 dimittere: quod non faceret, si non esset inter eos legitimum
 coniugium. Legitimum est, quod legali institutione vel pro-
 nunciæ moribus, non contra iussionem Domini cōtrahitur.

DE COGNATIONE CARNALI ET

spirituali, & prius de carnali.

Distinct. XL.

Nunc superest de cognatione aliquid dicere. Est autem
 cognatio alia carnalis, alia spiritualis. Primum de car-
 nali cognatione & affinitate inspiciamus. Cognati ergo vel
 affines in septimo gradu, vel infra, copulari non debent. Vn-

Hic locus

quasi de

verbo ad

verbum ha-

betur 28.

9. in pr.

Rom. 14.

28. q. 1. in

S. Huius

que.

In li. de

Fide 8.

Operibus

8. habe-

tur 28. q.

1. cap.

Vxor le-

gitima.

Hugo. 4.

Senr. c. 9.

1. Cor. 7.

De impe-

ditia

que fa-

ciunt om-

nino illa-

gissimū.

de Greg. Progeniem suam vnumquēque vsque ad septimā observare decernimus generationem: & quandiu se agnoscent affinitate propinquos vel cognatos ad cōiugalem copulam accedere denegamus: quod si fecerint, separentur. Item Nicolaus Papa, De consanguinitate sua nullus vxorē ducat vsque post generationē septimam, vel quousque parentela cognosci potest. Item, Nulli ex propinquitāte sui sanguinis vsque ad septimum gradum vxores ducant. His autoritatibus aliisq; pluribus consanguineorum coniunctiones prohibentur vsque ad septimum gradum.

secarnali

qua est

cōsanguinitas.

Greg. epi

scopus Gal

lia. 35.9.

3.c. Proge

niem sua.

ibidē c. de

cōsanguinitate.

Ex conei

lio Lug-

dunenst.

ibidem.

Nulli. li.

9. Etymo

c.3. Et ha

betur. 31.

9.5. ca. Se

ries.

Ibidem c.

parētele.

De computatione graduum consanguinitatis. B
QUOMODO autem gradus consanguinitatis computandi sint, Isidorus ostendit sic: Series consanguinitatis sex gradibus dirimitur, hoc modo: Filius & filia, quod est frater & soror. sit ipse truncus. Illis scorsum seiunctis, ex ra dice illius trunci egrediuntur isti ramusculi, Nepos & neptis, primus. Pronepos & proneptis, secundus. Abnepos & abneptis tertius. Adnepos & adneptis, quartus. Trinepos & trineptis, quintus. Trinepotis nepos & trineptis neptis, sextus. Attende quod sex gradus tantum ponit Isidorus, quia truncum inter gradus non computat. Alij verò qui septem gradus ponunt, truncum inter gradus computant. Variè nāque computantur gradus consanguinitatis. Alij enim patrem in primo gradu, filios in secundo ponunt. Alij primum gradum filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem & filium esse, cum vna caro sint pater & filius. Alij in septimum gradum prohibent, patrem ponunt in primo gradu. Illi verò qui vsque ad sextum gradum prohibent, primum gradum filios appellant. Atque ita fit, vt eadem personæ secundum hanc diuersitatem inueniantur in sexto & septimo gradu. Patrem verò in primo gradu ponit, qui fratres dicit esse secundum gradum. Hoc modo computat Zacharias papa, iniquiens, Parentelæ gradus taliter computamus. Ego & frater meus vna generatio sumus, primumque gradum efficitur. Rursus, filius meus & fratris mei filius secunda generatio sunt, & secundum gradum faciunt: atque ad hunc modum ceteræ successiones. Inter illos verò qui sex computant gradus, & illos qui

septem

septem computant gradus, nulla in sensu existit diuersitas, quanuis in numero graduum varietas videatur. Vltima enim generatio, si à fratribus sumat initium numerandi, septima inuenitur.

Quare sex gradus computantur.

QUARE verò sex gradus computet Isidorus, ipse aperit dicens, Consanguinitas dum se paulatim propaginum ordinibus dirimēs vsque ad vltimum gradum protraxerit, & propinquitas esse desierit, tunc primum lex in matrimonij vinculum eam recipiet, & quodam modo incipiet reuocare fugientem. Ideo autem vsque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, vt sicut sex ætatibus mundi generatio & hominis status finitur: ita propinquitas generis tot gradibus terminetur. In his sex gradibus omnia propinquitatum nomina continentur: vltra quos nec affinitas inueniri, nec successio potest ampliùs prorogari. Secundum alios septem gradus ideo computantur, ita vt post septem gradus sponsus sponsæ iungatur: sicut post hanc vitam quæ septem diebus agitur ecclesia Christo iungetur. His autē occurrit illud quod Gregorius Augustino Anglorum episcopo, à quo requisitus fuerat quota generatione debeat copulari, rescribit sic: Quædam lex Romana permittit, vt siue fratris, vel sororis, seu duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius & filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Vnde necesse est, vt quarta vel quinta generatio fidelium licenter sibi coniugatur. Sed post multum temporis idem Gregorius à Felice Messinæ Siciliæ præside, requisitus verum Augustino scripserit, vt Anglorum quarta generatione contracta matrimonia non soluerentur, inter cetera talem reddidit rationem: Quod scripsi Augustino Anglorum episcopo, ipsi etiam Anglorum genti, quæ nuper ad fidem venerat, ne à bono quod cœperat metuendo austeriora recederet, specialiter & non generaliter me agnoscas scripsisse. Nec ideo hæc eis scripsi, vt postquam in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerint, non separentur: aut infra affinitatis lineam, id est, vsque ad septimam generationem iungantur.

B b

Nunc de affinitate videndum est: de qua Greg. ait, Porro de affinitate, quam dicitis parentelam esse, quæ ad virum ex parte vxoris, seu quæ ex parte viri ad vxorē pertinet, manifesta ratio est: quia si secundum diuinam sententiam ego & vxor mea sumus vna caro, profectò mihi & illi mea suæque parentela propinquitas vna efficitur. Quocirca ego & soror vxoris meæ in vno & primo gradu erimus: filius verò eius secundo gradu erit à me: nepos vero in tertio. Idque vtrinque in cæteris agendum est in successione. Vxorem verò propinqui cuiuscunque gradus sit ita me oportet attendere, quemadmodum ipsius quoque gradus aliqua scemina propriæ propinquitatis sit. Quod nimirum vxori meæ de propinquitate viri sui in cunctis cognationis gradibus conuenit obseruare. Qui verò aliorum sentiunt, Antichristi sunt. Item Iulius papa, Aequaliter vir conjugatur consanguineis propriis, & consanguineis vxoris. Item Isidorus, Sanè consanguinitas, quæ in proprio vitæ conseruanda est etiam in vxoris parentela de lege nuptiarum custodienda est: quia constat eos duos fuisse in carne vna. Ideoque communis est illis vtraque parentela. Item Iulius papa. Nullum in vtroque sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis vel vxoris, vsque in septimum generationis gradum, vxorem ducere vel in casti macula copulari: quia sicut non licet cuiquam Christiano de sua consanguinitate, sic nec de consanguinitate vxoris coniugem ducere propter carnis vnitatem. Item Grego. De affinitate consanguinitatis per gradus cognationis placuit vsque ad septimam generationem obseruare. Nam & hæreditas rerum per legales instrumentorum definitiones sancita, vsque ad septimum gradum hæredum protendit, successionem. Non enim eis succederent, nisi de propagine cognationis deberetur. His autoritatibus insinuat & quæ sit affinitas, & vsque ad quem gradum sit obseruanda, scilicet vsque ad septimum.

Varia traditiones de affinitate.

SE D alij videntur concedere in quinta generatione inter affines contrahi coniugium, & in quarta, etiam si con-

tractum fuerit non separari. Ait enim Fabianus papa, De propinquis qui ad affinitatem per virum & vxorē veniunt, defuncta vxore vel viro in quinta generatione iungantur: in quarta si inuenti fuerint, non separantur. In tertia verò propinquitate nō licet vxorē alterius accipere post obitum eius. Aequaliter vir iugatur in matrimonio eis qui sibi consanguinei sunt, & vxoris suæ consanguineis, post mortem vxoris. Ecce hîc cōceditur, in quinta vel quarta propinquitate affiniū fieri coniugium. Iulius etiā papa ait, Statutum est vt relictam patris vxoris suæ, relictā fratris vxoris suæ, relictam filij vxoris suæ, nemo sibi in matrimonium sumat: relictam vxorem consanguineorum vxoris suæ vsq; in tertiam progeniem nemo in vxorem sumat. In quarta verò & quinta si inuenti fuerint, nō separētur. Ecce quā varîe de affinitatis obseruatione loquūtur Authores. Alij enim vsq; ad septimū gradum eā obseruari sanciūt. Alij verò in quinto vel quarto matrimonia cōtracta non diuidūt. Sed illi veritatis rigorem, isti misericordiæ dispensationem videntur proponere. Potest enim ecclesia dispensare in cōpula affinium vsque ad tertium gradum: sicut Grego. dispensauit in quarto gradu consanguinitatis. Illud autem non est prætereundum, quod Grego. Venerio episcopo scripsit, Sedem apostolicam consulere decreuisti, si mulier cōpula nuptiali extraneo viro cōiuncta, cognationi eius pertineat, si eo defuncto cognatio maneat, vel si sub alio viro cognationis vocabula dissoluantur, vel si susceptæ soboles possint legitime ad prioris viri cognationis transire copulam. Si vna caro sunt: quomodo aliquis eorū potest propinquius vni pertinere, nisi pertineat alteri? Hoc minime posse fieri credendū est. Porro vno defuncto in superstitē affinitas non deletur. nec alia cōpula coniugalis affinitatem cōpulae prioris soluere valet: sed nec alterius cōiunctionis soboles placet ad affinitatis prioris viri consortium transire. Si quis ergo sacrilego & temerario ausu in defuncto quærit propinquitatē extinguere, vel sub altero affinitatis vocabula dissipare, vel si susceptas soboles alterius cōpulae propinquitati prioris credit legitime sociari: hic negat Dei Verbum validū esse quod dixit, Erūt duo in carne vna. Ecce hîc prohibet, si mortuo primo viro vxor eius alij nupsertit, filios de secūdo viro

Ibidem.
Et hoc quoque.

35.7.10. c.
Frater-
matris.

Gene. 2.
Mat. 19.

genitos ducere. vxores de cognatione prioris viri: quia filij medianre matre, ad cognationem prioris viri pertinent, cum quo mater eorum vna caro extiterat. Hoc idem etiam Innocentius papa ait, Si qua mulier ad secundas nuptias traaserit, & ex eis sobolem genuerit, nullatenus potest ad consortium cognationis prioris viri pertingere. Hoc autem obseruandum est vsque ad septimum generis gradum: sed maxime vsque ad tertium & quartum, sicut supra positum est.

Si coniugium sit inter eos, qui nota consanguinitate diuiduntur.

ET EST sciendum, quod ecclesia infra predictos gradus consanguinitatis coniunctos separat. Si autem ignoranter coniuncti fuerint in conspectu ecclesie, & postmodum probata consanguinitate eiusdem iudicio separati: queritur vtrum copula illa coniugiu fuerit. Quibusdam videtur non fuisse coniugium, quia non erat legitime personarum: sed tamen de crimine excusantur per ignorantiam, & quasi coniugium reparatur, quia bona fide, & per manum ecclesie conueniunt. Vnde & filij eorum legitimi habentur. Alij vero dicunt fuisse coniugium, licet non essent legitime personarum: quia talium coniunctiones vocantur canones coniugia, vbi de personis agitur, quarum testimonio consanguineorum sit dirimenda coniunctio. Vnde Urbanus papa, Si duo viri vel tres consanguinitate iureiurando firmauerint, vel ipsi forte confessi fuerint, coniugia dissoluantur. Si vero neutrum contigerit, episcopi eos per fidem Christi obtestentur, quatenus palam fateantur, si se recognoscunt consanguineos. Si se iudicio episcoporum segregauerint, alia matrimonia non prohibeantur contrahere. Idem, Notificamus tibi, vt cum tres vel duo ex propinquioribus eius qui accusatur, hanc propinquitatem iuramento firmauerint: vel si duo vel tres ex antiquioribus, Ianuensibus, quibus hanc propinquitas est nota qui bonae fame & veracis testimonij sint, remoto amore, timore, precio, & omni malo studio, predicta firmauerint sine mora coniugia dissoluantur. Consanguineos vero extraneorum nullus accuset, vel consanguinitatem in Synodo computet: sed propinqui ad quorum notitiam pertinet. Si autem pro-

25. q. 10. c.
Si qua
mulier. 1.
c. 2.

Quibus
personis
testifican-
tibus sint
diuidenda
coniugia.
35. q. 6.
Si duo vi-
ri. Idem
Ricardo
Ianuen.
episcopo
vbi sup.
Notifica-
mus.

genies tota defecerit, ab antiquioribus & veracioribus, quibus propinquitas tota nota sit, episcopus canonicè perquirat: & si inuenta fuerit, separentur. Ecce quibus accusantibus vel testificantibus dirimenda sit consanguineorum coniunctio, quae coniugium vocatur.

Distinctio vtilis, Quod sit fornicatio, stuprum, adulterium, incestus, & raptus.

HIC dicendum est, quod aliud est fornicatio, aliud stuprum, aliud adulterium, aliud incestus, aliud raptus. Fornicatio, licet sit genus omnis illiciti coitus qui fit extra vxorem: tamen specialiter intelligitur in vsu viduarum, vel meretricum, vel concubinarum. Stuprum proprie est virginum, illicita defloratio. Adulterium est alieni thori violatio. vnde de adulterio dicitur, quasi alterius thori accessio. Incestus est consanguineorum, vel affinium abusus. Vnde incestuosi dicuntur, qui consanguineis vel affinibus suis abutuntur. Raptus admittitur, cum puella violenter a domo patris educitur, vt corrupta in vxorem habeatur. Siue puella, siue parentibus vis illata constiterit, hic morte mulctatur. Sed si ad ecclesiam cum rapta confugerit, privilegio ecclesie mortis impunitatem meretur. Addendum est etiam illud Alexandri, qui ait, Quod frater sororis vxoris tue cognati dicuntur, æquiocationis iure fit, & necessitate vulgaris appellacionis potius quam vlla cognacionis causa. Vxor enim fratris, fratrisa potius, quam cognata vocatur. Mariti frater leuir dicitur. Duorum fratrum vxores ianices vocantur, quasi eandem ianuam intrantes. Viri soror glos appellatur. Sororis autem vir non habet speciale nomen, nec vxoris frater.

DE SPIRITUALI COGNATIONE.

Distinct. XLII.

DE parentalium graduum famosa questione aliquid licet minus sufficienter, diximus. Iam de spirituali cognatione addamus, quæ etiam personas impedit vt non sint legitime ad incedas nuptias. Tria quidem sunt consanguinitas, affinitas, & spiritualis germanitas. Consanguinitas h.

Fabianus
papa ibi-
dem. cap.
Consan-
guinitas
D. 111.

Hoc totum
vsque ad
§. Atten-
dendum,
36. q. 1. c.
Lex pre-
teritorum
para. Sed
non om-
ni.

Quid sit
Fornica-
tio, Stu-
rum, In-
cestus,
Raptus.

Quod an-
te frater.
De impe-
dimento
matrimo-
nij quod

Genus ex-
propin-
quitate
spiritualis

est inter eos, qui iunguntur secundum lineam generis. Affinitas inter eos qui genere quidem non sunt coniuncti, sed mediante genere sunt sociati: verbi gratia, Vxor filij fratris mei qui non est de genere meo, per ipsum qui est de genere meo, mihi affinis facta est, & ego illi. Spiritualis proximitas est inter comparam & commatrem; & inter eos, quorum vnus alterum de sacro fonte leuauit, vel in cathecizatione aut confirmatione tenuit. Est etiam inter filios eiusdem hominis carnales & spirituales.

Qui sunt filij spirituales.

30. q. 1. ca. 9. ad litem. 30. q. 1. Omnes quos

SPIRITUALES filij sunt, quos de sacro fonte leuamus, vel in cathecizatione seu confirmatione tenemus. Filij etiam & filia spirituales eorum sunt, qui trine personis vocabulo eos sacro baptisate tingunt. Dicitur etiam spirituales filia sacerdotis, quae ei peccata sua confitetur. Vnde Symachus papa, Omnes quos in poenitentia suscipimus, ita nostri spirituales sunt filij: vt & ipsi quos vel nobis suscipientibus, vel sub trine personis vocabulo mergentibus, vnda baptisati regenerauit. Syluester etiam admonet, vt ad suam filiam poenitentialem nullus sacerdos accedat: quia scriptum est, Omnes quos in poenitentia accipimus, ita nostri filij sunt vt in baptismo suscepti: quorum omnium flagitiosa est commixtio. Quod autem comater & commater sibi iungi nequeant, nec pater spiritualis, nec mater filia, vel filio spirituali, ex Concilio Maguntinensi docetur: De eo quod interrogasti, si aliquis filiolam suam duxerit in vxorem, & de eo qui concubuit cum matre spirituali, & de eo qui filium suum baptizauit, & vxor eius eum de fonte suscepit, hac causa vt dissidium fieret coniugij, si post in tali copula possunt permanere: sic respondendum est, si filiolam aut comatrem suam aliquis in coniugium duxerit, separandos esse iudicamus, & graui poenitentia plectendos. Si vero coniuges legitimi, vel vnus, vel ambo ex industria hoc fecerint, vel filium suum de fonte susceperint: si innupri manere voluerint, bonum est: si autem grauis poenitentia insidiatori iniungatur, & simul maneat? & si prauaricator coniugij superuixerit, acertima poenitentia mulctetur. & sine spe coniugij maneat. Ex his apparet, quod aliquis filiolam suam vel commatrem non

In concilio Maguntinensi 30. q. 1. De eo.

potest sibi copulare nuptialiter: & si praesumptum fuerit, separandi sunt. Qui autem legitime coniuncti sunt, non ideo separandi sunt, quia alter eorum infidiosus filium de fonte leuauit. Quod etiam Nicolaus confirmat dicens, Nolle de fideras, vtrum mulier quae viri filium ex alia femina genitum de sacro fonte leuauerit, postmodum possit cum eodem viro copulari. Quos ideo coniungi posse decernimus, quia secundum canones sacros, nisi amborum consensu nullius religionis obrentu debet coniunx dimittere coniugem, cum Apostolus praecipiat, Nolite fraudare inuicem: nisi forte ex consensu ad tempus, &c. Item dictum est nobis quaedam feminas desidiosae, quaedam vero fraudulentes vt a viris suis separaretur, proprios filios coram episcopis ad confirmandum tenuisse. Vnde nos dignum duximus, vt si qua mulier filium suum desidia aut aliqua fraude coram episcopo tenuerit ad confirmandum, propter fallaciam vel fraudem, quando viuat, poenitentia agat: tamen a viro suo separetur. Item Ioan. papa, Ad limina sancti Petri homo nomine Stephanus veniens, nostro praesulatu innotuit, quod filium suum in extremo vitae positum, necdum baptisati vnda lotum, absentia sacerdotum cogente baptizauit, eumque propriis manibus suscepit. Atque pro huiusmodi negotio reuerentia tua praesatum hominem a sua coniuge iudicauit esse separandum. Quod fieri nullatenus debet, dicente scriptura: Quos deus coniunxit, homo non separet, Et Dominus non dimittere vxorem, nisi causa fornicationis iubet. Et nos tanta auctoritate freti dicimus non dimittendum esse, & inculpabile iudicandum quod necessitas intulit. Nam baptizandi opus laicis fidelibus, si tamen necesse fuerit, liberè conceditur. Vnde si supradictus homo filium morientem aspiciens, ne animam perpetuo perire dimitteret, vnda baptisati lauit, vt eum de potestate mortis eriperet, bene fecisse laudatur. Ideoque suae vxori sibi iam olim legitime sociatae, impudum vixerit iudicamus manere coniunctum: nec ob hoc separari debere. His aliisque pluribus autoritatibus edocetur coniuges non esse separandos, si post legitimam copulam alter alterius filium de fonte leuauerit, vel in confirmatione tenuerit.

Quid praemis obuiat.

B b 4

C

HIS autem obuiare videtur, quod Deusedit Papa ait, *ibidem c.* Peruenit ad nos Diaconus sanctitatis vestrae epistolam de *Peruenit* ferens, quod quidam viri & mulieres praeterito sabbato *ibidē.* *Si* chali, pro magno populi incursum nescientes filios suos, *quos ad si* scieperunt de lauacro. Cupis ergo scire, an propter hoc *de* *liastrum.* beant viri ac mulieres ad proprium usum thori redire, vel nō. Nos verò hac re mœsti, priorum inquisimus dicta: & inuenimus in archiuis, id est, in armariis apostolicæ sedis iam talia contigisse in pluribus ecclesiis, quarum episcopis ab hac apostolica sede volentibus scire, vtrum viri ac mulieres redirent ad proprium thorum, Beatæ memoriæ sancti patris Iulius papa, Inno. & Cælestinus cum episcoporum plurimorum cōsensu in Apostolorum principis ecclesia præfidentes, talia rescripserunt & confirmauerunt: vt nullo modo se in coniugio reciperent viri ac mulieres, quicumque hac ratione susceperunt natos: sed separarent se, ne suadente diabolo tale vitium inualescat. Item, Si quis filiastrum vel filiastram suam ante episcopum tenuerit ad confirmationē, se pareatur ab vxore sua. & aliam nunquam accipiat. Hæc autē vel ad terrorem dicta sunt, non quod ita esset faciendum, sed ne illud fieret summopere cauendum: vel de illis est intelligendum, qui prius filios suos vicissim de fonte susceperunt, quam fierent coniuges, præmissis autē autoritatibus omnino cōsentendum est: vt siue proprium, siue tantum viri filium mulier de fonte susceperit, non ideo à viro separetur: quod & de viro similiter oportet intelligi.

De copula spiritualium, vel adoptiuorum, vel naturalium filiorum.

D *Ad cōsul* Quod autem spirituales vel adoptiuini filij naturalibus *in Bulla* copulari nequeant, Nicolaus papa testatur ita inquit: Ita *rorū. 359.* diligere debet homo eum qui se suscepit de sacro fonte, sicut *5. In dō* patrem. Inter fratres & filios spirituales gratuita & sancta *ligere.* communio est: quæ dicenda non est consanguinitas, sed habenda spiritualis proximitas. Vnde inter eos arbitror non posse fieri legale coniugium, quia nec inter eos, qui natura, & eos qui adoptione filij sunt, venerandæ leges matrimonia contrahi permittunt. Item, Si inter eos non cōtrahitur matrimonium quos adoptio iungit, quāto potius à car-

nali inter se contubernio cessare oportet, quos per cælestis sacramentum regeneratio sancti spiritus vincit.

Si filij ante compaternitatem vel post nati valent coniungi.

HOC autem quidam volunt intelligere tantum de illis filiis quibus compatres facti sunt. De aliis verò qui ante compaternitatem vel post geniti sunt, concedunt quod legitime & licite iungi possunt. Quibus videtur consentire Urbanus I. dicens, Super quibus cōsuluit nos tua dilectio, hoc videtur respondendum: vt & baptisimus sit, si instante necessitate femina puerum in nomine trinitatis baptizauerit: & quod spiritualium parvum filij & filix ante vel post compaternitatem genitæ, possunt legitime coniungi, præter illam personam, qua compatres effecti sunt.

Paschalis papa.

PASCHALIS verò II. post compaternitatem genitos copulari prohibet, scribens Regino episcopo: Post susceptum filium de fonte vel filiam spiritualemente, qui ex com-
patre vel ex commatre fuerint nati, matrimonio iungi non possunt. Illud etiam notandum est, quod in Tiburienſi concilio legitur, Si quis suæ spiritualis commatris filiam fortuito, & ita contingente rerum casu in coniugium duxerit: maturiori seruatō consilio habeat, atque legitimo cōnubio honeste operam det.

Si quis ducere possit duas commatres vnam post alteram.

SOLET etiā queri, si commatrem vxoris post eius obiit quis ducere valeat. De hoc Nicolaus papa sic scribit. Sciscitatur à nobis sanctitas vestra, si quis duas commatres habere valeat, vnam post alteram. In quo meminisse debes scriptum esse, Erunt duo in carne vna. Cum ergo cōstitet quod vir & mulier vna caro efficiuntur, restat virum commatrem constitui mulieris, cuius assumpta vxor commater erat: & ideo virum illi feminae non posse coniungi, quæ commater eius erat, cum qua idem fuerat vna caro effectus. Huic autem illud contrarium videtur, Qui spirituale habet commatrem cuius filium de lauacro susceperit, & vxor eius commater non est, licet ei defuncto commatre suo

E *De copula filiorum qui ante compaternitatem vel post nati sunt* *vsq; supra cap. super quibus.*

F *ibidem c. post suscipiunt.*

Ex *Tiburienſi concilio. ibidem c. illud etiam.*

G *Constat episcopo 30. q. 4. c. Sciscitatur. Ex Tiburienſi concilio. ibidem c. Quis spirituale.*

*Determi
natio ibi
dem.*

eius viduam ducere in vxorem: quos nulla generatio spiri-
talis fecerit. Item ex epistola Paschalis papæ, Post vxoris
obitum, cum commatre vxoris coniugio copulari nulla ra-
tio vel authoritas videtur prohibere: Non enim per carnis
vniõnem ad vniõnem spiritus transiunt. Sed sciendum quod
authoritas Nicolai de illo agit, qui vxori suæ debitum red-
didit, postquam commater illius exiit. Aliæ verò autho-
ritates de illo agunt, cuius vxor postquam à viro suo dere-
linquitur, illius commater efficitur, nec post paterni-
tatem à viro suo cognoscitur: vel de illo potius agunt, cuius
vxor atè defungitur, quam ab eo cognoscatur.

*Si vir & vxor possint simul
tenere puerum.*

H

SOLET etiã quæri, Si vxor cum viro simul debeat in
baptismo suscipere puerum. De hoc Urbanus ait, Quod
vxor cum marito in baptismo simul non debeat suscipere
puerum, nulla authoritate videtur vel reperitur prohiberi:
sed vt ipsa puritas spiritualis paternitatis ab omni labe &
infamia cõseruetur immunis, decreuimus vt vtrique simul
ad hoc aspirare non præsumant. Quia verò piaculare flagi-
tium commisit, qui duabus commatribus velut sororibus
nupsit, magna poenitentia debet ei iniungi.

De secundis & tertiis nuptiis, & deinceps.

I

SCIENTIUM est etiam, quod non solum primæ
vel secundæ nuptiæ sunt licitæ, sed etiam tertiæ & quartæ
non sunt damandæ. Vnde Augustinus, Secundas nuptias
omnino licitas Apostolus concedit. De tertiis autè & quar-
tatis, & de vitrà pluribus nuptiis solènt homines mouere que-
stionem. Sed quis audeat definire, quod nec Apostolum vi-
detur de finisse? Ait enim, Si dormierit vir eius, cui vult nu-
bat. Nō dicit, primus, vel secundus, vel tertius, vel quorun-
libet: nec à nobis definiendum est, quod non definit Apo-
stolus. Vnde vt breuiter respondeam, nec illas nuptias de-
beo damare, nec eis verecundiæ numerositatis auferre:
nec contra humanæ verecundiæ sensum audeo dicere, vt
quoties voluerint nubāt, nec ex meo corde præter Scriptu-
ræ authoritatem, quoralsibet nuptias damnare. Item testat-
ur Hieronymus, Ego nunc libera voce exclamo, nec dam-
nari in ecclesia bigamam, imò nec trigamam: & ita licet

quinto & sexto, quemadmodum secundo marito nubere.
Apostolus tamen bigamos à sacerdotali honore excludit. 1. Tim. 3.
Sed hoc non facit pro vitio bigamiæ: imò pro sacramenti
virtute, vt sit vna vnus, sicut vnica vnici. Illud tamen Ca-
sarien. concilij videtur innuere bigamiam esse peccatum: *De his
ibid. c.*
Presbyterum, inquit, in nuptiis bigami prandere non con-
uenit: quia cum poenitentia bigamus indigeat, quis erit pres-
byter qui talibus nuptiis possit præbere consensum? Sed hoc
de illo intelligi potest, qui primæ vxori infidiatus putatur
desiderio secundæ: vel pro signaculo sacramenti illud dicitur,
quod primæ nuptiæ tantum à Domino sunt institutæ: se-
cundæ verò sunt permixtæ. Et primæ nuptiæ sub benedi-
ctione Dei celebrantur sublimiter: secundæ verò etiam in
præsenti carent gloria.

DE RESURRECTIONE ET IV-

DICI CONDITIONE.

DISTINCT. XLIII.

A

POSTremo de conditione resurrectionis, & modo resur-
gentium, necnon & de die iudicij & misericordiæ qua-
litate breuiter differendum est. Omnibus quæstionibus quæ
de hac re moueri solent, satisfacere non valeo: resurrectio-
nem tamen carnem omnium quicumque nati sunt atque na-
scuntur, & mortui sunt & morientur, nullatenus ambigere
debet Christianus. Ait enim Esaias, Resurgent mortui, &
resurgent qui erunt in sepulchris. Et Aposto. Nolumus au-
tem vos igno. fra. de dor. vt non confiteatur & ceteri qui spem
non habent, scilicet resurrectionis. Si enim credimus quod
Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & Deus eos qui dormie-
runt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis di. in ver.
Do. quia nos qui vi. qui re. su. non præ. eos qui dor. Quoniã
ipse Do. in iussu, & in vo. ar. & in tu. Dei desc. de cæ. & mor.
qui in Christo sunt re. primi. Deinde nos qui vi. qui relin. si.
ra. cum illis in nub. obu. Christo in aëra, & sic semper cum
Domino erimus. His verbis & veritas resurrectionis, & cau-
sa atque ordo resurgentium præclarissimè insinuat.

De voce tubæ.

B

CAUSA enim resurrectionis mortuorum erit vox tu-
bæ, quæ in aduentu iudicis ab omnibus audietur: & cuius

virtute excitabuntur mortui, & de monumentis resurgent. Vnde Propheta, Dabit voci suae vocem virtutis, id est, effectum resuscitandi mortuos. Et Ioannes Euangelista ait, Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii. Si vero quaeritur, cuius vel qualis erit vox illa: Apollus dicit, quod erit archangeli, id est, ipsius Christi, qui est princeps angelorum. Vel vox erit alicuius, vel plurimum angelorum. Eademque dicitur tuba: quia erit manifesta & nouissima, quia post eam non erit alia. Haec tuba (vt ait Augustinus) est clamor: de quo dicitur in Euangelio. Media nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit: exite obuiam ei. Tubae nomine aliquod euident & praclarum signum intelligitur. Quod vox archangeli & tuba Dei ab Apollolo dicitur, in Euangelio vox filij Dei & clamor appellatur. *Mat. 25.* quod signum mortui audient, & resurgent.

1. Th. 4. d.

De media nocte.

C

MEDIA autem nocte dicitur venturus, vt Augustinus ait, non pro hora temporis: sed quia tunc veniet, cum non speratur. Media ergo nocte, scilicet cum valde obscurum erit, id est, occultum, veniet. Dies enim Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. Potest tamen non incongrue intelligi media noctis tempore venturus: quia vt ait Cassiod. hoc tempore primogenita Aegypti percussa sunt, quando etiam spon-
Super O- sus venturus est. Pluribus etiam locis contestantur aucto-
tonariu. res, quod aduentus Christi dies dicitur Domini, non pro
Exod. 12. qualitate temporis, sed reru: quia tunc cogitationes & con-
Dan. 7. c. silia singulorum patebunt. Vnde in Daniele, Vetustas die-
De libris rum sedit, & libri aperti sunt coram eo. Libri sunt conscien-
qui tunc tia singulorum, quae tunc aperientur aliis. Et tunc implebitur,
aperti e- runt, Nihil occultum quod non reueletur. Adueniens autem
runt. summo iudice, non solum aëris tenebrae illuminabuntur, sed abscondita cordium manifestabuntur. Virtute ergo di-
Met. 10. c. uina fiet, vt cuique opera sua bona vel mala cuncta in memoriam reuocentur: & mentis intuitu mira celeritate cernantur: vt accuset vel excuset hominem conscientia, eaque teste damnetur vel saluetur.

De memoria electorum, si tunc praecedentia mala seneant. D

HIC quaeritur, vtrum electis tunc adfit memoria praecedentium malorum, sicut bonorum. Quaedam auctoritates videntur tradere bonos non habituros tunc memoriam praecedentium malorum, id est, peccatorum vel tormentorum. Ait enim Esaias, Ego creo caelos novos, & terram nouam: & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor, sed gaudebitis in aeternum. Item, Obluioni traditae sunt angustiae priores, & absconditae ab oculis nostris. Quae de futuro exponens Hieron. ait, Obluioni tradentur priora mala: quia forsitan in futuro pristinae conuersationis memoria omnino delebitur, succedentibus bonis aeternis: ne sit pars malorum prioris angustiae memorari. Sed haec & his similia possunt accipi sic, vt non excludant memoriam praecedentium malorum, sed ex ea molestiam & laesionem amoueant. Non enim eorum memoria Sanctos contristabit, vel eorum beatitudinem obfuscabit, sed gratiores Deo reddet. Vnde super Psalmum 88. ait, Gregor. Quomodo in aeternum misericordias Domini canit, qui miseriam non meminisset? Quomodo autem plena beatitudo, si memoria rearsus mentem tangit? Sed saepe laeti tristitia meminimus, & sani dolorum meminimus sine dolore: & inde amplius laeti & grati sumus. Ex his apparet, quod si priorum malorum memoriam Sancti habebunt in futuro, non eis tamen erit ad poenam, vel gloriae derogationem, sed ad gratiarum actionem. Si vero quaeritur, vtrum peccata quae fecerunt electi, prodeant tunc in notitiam omnium, sicut mala damnatorum omnibus erunt nota. Non legi hoc expressum in Scriptura. Vnde non irrationabiliter purari potest, peccata hinc per poenitentiam tecta & delata, illic etiam tegi aliis: alia vero cunctis propalari.

De his qui sunt reperientur.

E

QVAERI solet, vtrum illi quos viuos inueniet Christus, si nunquam omnino morturi sint, an ipso temporis puncto, quo sapienter obuiam Christo, ad immortalitatem mira celeritate sint transaturi. Non enim dicendum est, fieri non posse, vt dum per aëra in sublimem portentur, in illo spatio & moriantur, & reuiuiscant. Ad hunc autem sensum, quo existimemus illos in paruo spatio & passuros mortem,

Esa. 65. o

*Ibidem.
in Glo. sa
per illum
locu. Esa.*

*Aug. de
Ciu. Dei
l. 20. ca.
20.*

*1. Cor. 15. & accepturos immortalitatem, Apollolus nos vrgeré vi-
c. lbi. An.* detur, vbi dicit, Omnes in Christo viuificabimur. Et alibi
Quod feminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Cur au-
tem nobis in credibile videatur, illam multitudinem corpo-
rum in aère quodammodo seminari, atque ibi protinus im-
mortaliter & incorruptibiliter reuiuiscere, cum credamus
in ictu oculi futuram resurrectionem, & in membra sine fi-
ne victura, tanta velocitate redituros antiquissimorum ca-
daverum puluerem. Sed vellem de his potius audire do-
ctiores. Si ergo Sanctos qui reperientur Christo veniente
viuentes, eiq; obuiam rapiuntur, crediderimus in eodem
rapu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadem mox
1. Cor. 15. immortalia redituros: nullas in verbis Apostoli patiemur
8 angustias, generaliter accipientes illud quod dictum est,
1. The. 4. Omnes quidem resurgemus, scilicet tam boni quam mali;
Super il- sed non omnes immutabimur, scilicet in solennitatem re-
lud, Quo surrectionis. De hoc etiam Ambrosius ait, In ipso rapu eor-
miam ipse um qui viui reperientur, mors erit & resurrectio: vbi ani-
Dominus ma quasi per soporé egressa de corpore, eidem in momen-
Epist. c. 4 to reddatur. Contra verò scribens ad Marcellam Hierony-
mus testari videtur, dicens quosdam in fine seculi adue-
niente Christo nõ esse morituros, sed viuos repositos in im-
mortalitatem repente mutandos. Horum autem quid veri-
us sit, non est humani iudicij definire.

*Quomodo intelligitur Christus iudex viuorum
& mortuorum.*

Aug. in HIS autem adiiciendum est, dupliciter intelligi, quod
Enc. c. 55. dicitur Christus iudicaturus viuos & mortuos. Aut enim
viui accipiuntur, qui in aduentu eius viui reperientur, li-
cet in rapu moriantur, & mortui, qui antè decesserant: vel
viui vel mortui accipiuntur iusti & iniusti.

Quomodo omnes incorrupti resurgent.

Aug. in CVM QVE ex prædictis sanè credi valeat omnes re-
Enc. c. 55. surrecturos, credendum est etiam quod omnes resurgent
in corrupti: credendum est etiam quod omnes resurgent
in corrupti: quia reprobis in corrupti, quia reprobis mortem
patientur a ternam: sed sine diminutione membrorum om-
nia humani corporis habituri membra, nec tamen gloriæ
ac spe impassibilitatis induentur.

Distinct. XLIIII.

*De resur-
rectione
quasi*

Solent autem nonnulli percontari & querere an in eadẽ ad modũ
ætate & statura corporis omnes resurrecturi sunt. Qui-
sue quã-
dam putauerunt omnes resurrecturos secundum men-
turam ad
ram ætatis & staturæ Christi: ideo quia Apollolus ait, Do-
qualisa-
nec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram
sem &
ætatis & plenitudinis Christi. Sed his verbis non eadem re-
quiddita-
surgentibus assignatur statura, sed ætas. Omnes enim in ea-
tẽ resur-
dem ætate resurgent, in qua Christus mortuus est & resur-
gentium.
rexit, cuiuscunque ætatis mortui fuerint. Virum autem po-
Eph. 4. c
sunt, non vt distingueret sexum, sed vt significaret perfe-
Haymo
ctionem virum quam tunc habebunt: sed non omnes ean-
mglo. lu-
dem staturam corporis obrinebunt. Vnde Augustinus, Non
per illud
ait in mensuram corporis vel staturæ, sed ætatis: quia vnus-
Eph. 4.
quisque suam recipiet mensuram corporis, quam vel ha-
Donc o-
buit in iuuentute, etiam si senex obiit: vel fuerat habitu-
mnes oc-
rus, si antè est defunctus. Ætas verò erit illa ad quam per-
cyr. In li.
uenit Christus, scilicet iuuenilis, vt circa 33. annos. Trigin-
de Cinit.
ta enim ætatum annorum & trium mēsiũ erat ætas Chri-
Des. li. 2.
sti, in qua mortuus est, & resurrexit. Non est autem fas di-
cap. 14.
cere, quod in resurrectione accedat corpori magnitudo,
quam nec habuit hęc, nec erat habiturum diu viuendo: nec
maiora corpora redigenda sunt admodum dominici cor-
poris. Periret enim multum de illis corporibus, cum nec
periturus sit capillus, vt ait Dominus, Capillus de capite
Luca 21
vestro non peribit.

*Quod resurget quicquid fuit de substantia & natura
corporis, & ex eadem parte corporis.*

Aug. in NON enim perit de eo terrena materies, de qua mor-
Enchir. talium creatur caro: sed in quocumque puluerem cinerem ve-
c. 8. ibi. soluatur, in quolibet halitũ aurãque diffugiat, & in qua-
Aug. Hu. cunque aliorum corporum substantiam, vel in ipsa elemen-
lu. 2. de Sa- ta vertatur, in quorumcunque etiam animalium vel homi-
crumẽtis num cibum, carnẽque muretur, illi animæ in puncto tem-
parte 1. poris redibit, quæ illam carnem primitus vt homo fieret,
cap. 19. crederet, viueret, animauit. Ipsa ergo terrena materies

quæ discendente anima sit cadauer, non ita in resurrectione reparabitur, vt ea quæ dilabuntur, & in alias atque alias rerum species vertuntur: quauis ad corpus redeant vnde dilapsa sunt: ad eandem quoque corporis partes vbi fuerunt, redire necesse sit. Alioquin si capillus redit, quem tam crebra tonsura detraxit: si vnguis, quos toties depressit exercitio immoderata & indecens, cogitatibus resurrectionem carnis, & ideo non credentibus occurrit infirmitas. Sed quemadmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli, igne liqueceret, vel contereretur in puluerem, vel confunderetur in massam: & eam veller artifex rursus ex illius materia & quantitatem reparare, nihil interesset ad eius integritatem, quæ particula materiae cui membro statuae redderetur, dum tamen totum ex quo constituta fuerat, restituta resumeret. Ita Deus mirabiliter atque ineffabiliter artifex, de toto quo caro nostra extiterat, eam mirabili celeritate restituet: nec aliquid arripet ad eius redintegrationem, vtrum capilli ad capillos redeant, & vngues ad vngues: an quicquid eorum perierat, mutetur in carnem, & in partes alias corporis reuocetur: curante artificis prouidentia, ne quid indecens fiat. Indecorum quippe aliquid ibi non erit: sed quicquid ibi futurum est, hoc decebit, quia nec futurum est, si non decebit.

*Cōgrua
similitu-
do per e-
xemplū
statuae.*

*Idē Aug.
Cap. 90.*

*Aug. in
od. c. 91.*

Mat. 13.

Quod Sancti sine omni deformitate resurgent. C

HOC autem in corporibus Sanctorum intelligendum est, de quibus consequenter adiungit, Resurgent, ergo Sanctorum corpora sine vilo vitio sine vlla deformitate, sicut sine vlla corruptione, onere, difficultate: in quibus tanta facilitas, quanta felicitas erit: propter quod & spiritualia dicta sunt, cum proculdubio corpora sint futura, non spiritus. Ex his apparet quod vna erit ætas omnium resurgentium, scilicet iuuenilis: statura verò diuersa, scilicet quæ quisque habuerat in iuuenili ætate, vel erat habiturus, si ante est defunctus. Nec de substantia de qua hominis caro creatur aliquid scribit: sed omnium particularum ante dispersarum collectio, ne, reintegrabitur naturalis substantia corporis, Sanctorum quoque corpora sine omni vitio fulgida sicut sol resurgent, præcisus cunctis deformitatibus quas hic habuerunt.

*Si uali tunc habeant quas hic habuerunt, deformitates. D
DE*

DE reprobis autem queri solet, an cum deformitatibus hic habitis resurgant. Hoc autem Aug. non asserit, sed dubium reliquit, ita inquit, Quicumque ab illa perditionis massa quæ per Adam facta est, non liberatur per Christum, resurgent quidem etiam ipsi unusquisque cum sua carne: sed vt cum diabolo eiusque angelis puniantur. Vtrum verò ipsi cum vitiis & deformitatibus suorum corporum resurgant, quæcunque in eis gestarunt, inquirendo laborare quid opus est? Non enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo vel pulchritudo, quorum erit certa & sempiterna damnatio. Ecce non desinit, an tunc habeant deformitates, quas hic habuerunt, reproborum corpora.

Quod non consumantur corpora qua tunc ardebunt. E

SI verò queritur de corporibus malorum, quomodo in igne ardeant & non consumantur: Aug. variis exemplis astruit, & sempiternis ignibus ea ardere, & non consumi illa combustionem, sicut animas cuius presentia corpus viuit, & dolorem pati potest, mori autem non potest. Hoc enim erit tunc in corporibus damnatorum, quod nunc esse scimus in animis omnium.

Si demones corporali igne cremantur. F

QVAERI etiam solet, an demones corporali igne ardeant. Ad quod August. respondens ait, Cur non dicamus (quauis miris, veris tamen modis) etiam spiritus incorporeos posse pœna corporali ignis affligi, si spiritus hominum etiam incorporei, & nunc potuerunt includi corporalibus membris, & tunc poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari? Gehenna illa, quæ stagnum ignis & sulphuris dicta est, corporeus ignis erit: & cruciabit damnatorum corpora vel hominum, vel demonum: sed solida hominum, aërea demonum. Vnus enim vtrisque ignis erit vt Veritas ait. De quo igne si queritur qualis vel vbi sit. Aug. sic respondet, Ignis æternus cuiusmodi sit, & in qua mundi vel rerum parte futurus sit hominem scire arbitror neminem, nisi forte cui spiritus diuinus ostendit.

Si anima sine corporibus sentiunt ignem corporalem. G
CVM autem constet animas igne materiali in corporibus cruciandas, queri solet, an interim ante resurrectionem

*Super Ge-
ne. 22 de
Ci. Dei li.
11. c. 10.
Apo. 19.*

*Mat. 25. d
De Cius.
Dei li. 20
c. 16.*

Qualis

Sol. Sbi

fit ille t-

nem corporum animarum defunctorum reproborum materialiter igne cremantur. De hoc Iulianus Toletanus ecclesiam episcopi scopus, Gregorij dicta secutus, ita scripsit: Si uiuentis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore: cur non post mortem etiam corporeo igne teneatur? Teneri autem per ignem spiritum dicimus, ut in tormento ignis videndo atque sentiendo puniatur. Quod autem non solum videndo, sed etiam experiendo anima ignis tormentum patiat, ex Euangelio colligitur, ubi Veritatis uoce diues mortuus dicitur in inferno sepultus: cuius anima, quod in igne teneatur, insinuat, cum Abraham deprecatur, dicens, Mitte Lazarum, ut intingat ex. di. sin. a. ut ref. l. m. quia cru. in hac flama. Dum ergo peccatorem diuitem damnatum in ignibus Veritas perhibet, quis sapiens reproborum animas teneri ignibus neget? Præcipue cum humanam animam corporis similitudinem habere doceat Aug. ita inquit, Prosteri animam habere posse similitudinem corporis & corporalium omnino membrorum quiscumque renuit, potest negare animam esse, quæ in somnis uidet vel ambulare se, vel sedere, vel huc atque illuc gressu vel etiã uolatu ferri: hoc sine quadã similitudine corporis non fit. proinde si hanc similitudinem etiam apud inferos gerit non corporale, sed corpori simile: ita etiam in locis uidetur esse non corporalibus, sed corporalium similibus siue in requie, siue in doloribus. In Cassiani etiã Voluminibus legitur, quod non sint ociosæ, neque nihil sentiãt, cum diues ille in inferno se flamma cruciari clamer. Vnde probatur animas defunctorum non solum suis sensibus non priuari, sed nec illis affectibus, scilicet spe, tristitia, gaudio, ac metu carere: & ex his quæ sibi in illo generali examine referuãtur, eas quædam iam incipere prægustare.

De abortiuis fetibus & monstris. H

ILLUD etiam inuestigari oportet, si abortiui factus & in Ench. monstra resurgant, & qualia. De quo Aug. ita ait, Occurrit cap. 85. de abortiuis fetibus quæstio, qui iam nati sunt in ueris atende. matrum, sed non ita ut iam possint renasci. Si enim resurre- ibi. c. 87. cturos eos dixerimus: de his qui iam formati sunt, tolerari potest utrunque quod dicitur. Informes uero quis non procliuus perire arbitretur, sicut semina quæ cõcepta non fue-

runt: Scrupulosè quidem inter Doctores quæri ac disputari potest, quando incipit homo in utero uiuere, an sit quædam uita occulta, quæ nondum motibus uiuentis appareat. Negari enim uixisse puerperia, quæ ideo membratim execantur, ut eiiciantur ex uteris prægnantium: ne matres etiam, si mortua ibi relinquuntur, occidant, impudentia nimia uideatur. Ex quo autè incipit homo uiuere, ex illo utique iam mori potest: mortuus uero ubicunque illi potuit mors euenire, quomodo ad resurrectionem non pertineat reperire nequeo. Neque enim & monstra quæ nascuntur & uiuunt, quantumlibet citò moriantur aut resurrectione negabuntur, aut ita resurrectione credenda, sunt: sed potius correctæ eorum emendatæ natura. Absit enim ut illum bimbrem, quem nuper natum in Oriente fratres fidelissimi qui eum uiderunt retulerunt, & sanctus Hiero. scriptum reliquit, ut unum hominem duplicem, ac non potius duos: & quod futurum erat, si gemini nascerentur: resurrecturos existimemus. Ita & cætera quæ nimia deformitate monstra dicuntur, ad humanæ naturæ figuram in resurrectione reuocabuntur.

DE DIVERSIS ANIMARUM RECEPTACULIS.

Distinct. XLV.

PRÆTEREÀ sciendum est quod omnes animæ (ut ait Aug.) cum de hoc seculo exierint, diuersas habent receptationes: bonæ habent gaudium, malæ uero tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quando cum corpore torquentur. Ex his ostenditur quod maius erit gaudium sanctorum in resurrectione & post, quam fuerit antè: & quod diuersa receptacula habebunt animæ sanctorum. De quibus idem Aug. ait, Tempus, quod inter hominis mortem & uelut interim resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut uiaqueque digna est uel requie, uel ærumna, pro eo quod sortita est in carne dum uiueret.

De suffragiis defunctorum.

NEQUE uideandum est, ut ait August. defunctorum animas pietate suorum uiuentium releuari, cum pro illis sacrificium mediatori offertur, uel elemosynæ fiunt in ec-

De monstris. ibid. cap. 87. De bimembribus.

De statu & conditione bonarum animarum

A post mortem.

Super Ioannem

Trac. 49

& i. G. o. super illud.

1. Thes. 4.

Deinde nos.

De uerbis Apostoli.

In Ench. ubi supra. ca. 19. &

134
Tempus
Quibus
pro sunt o-
rationes:

habetur. **cl**esia. Sed hæc eis tantum profunt, qui cum viuerent, hæc sibi vt postea possent prodesse, meruerunt. Est enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt non requiratur ista post mortem nec tam malus, vt ei non proficiat ista quicquam. Est vero talis in bono, vt ista non requiratur, & est rursus talis in malo, vt nec his valeat, cum hæc vita transierit, adiuuari. Quo circa hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc vitam quispiam grauari vel releuari. Nemo autem speret quod hic neglexit, cum obierit apud deum promereri. Non ergo ista quæ pro defunctis commendandis frequentat ecclesia illi Apostolicæ sunt aduersa sententiæ qua dictum est Omnes stabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque secundum ea quæ per corpus gessit, scilicet bona vel mala: quia etiam hoc meritum sibi quisque cum in corpore viueret comparauit, vt possint eis ista prodesse, non enim omnibus profunt. Et quare? Non nisi propter differentiam vitæ, quam quisque gessit in corpore. Cum ergo sacrificia siue altaris, siue quauicunque aliarum eleemosynarum pro baptizatis omnibus offeruntur: pro valde bonis gratiarum actiones sunt, pro non valde malis, sunt propitiations. Sed pro valde malis etsi nulla sunt adiumenta mortuorum, tamen qualescunque viuorum consolationes sunt. Quibus vero profunt, vel ad hoc profunt vt sit plena remissio, vel certe vt tolerabilior sit ipsa damnatio. Orationibus ergo sanctæ ecclesiæ, & sacrificio salutari, & eleemosynis quæ pro eorum spiritibus offeruntur, non est dubium mortuos adiuuari: vt cum eis misericordius agatur à Domino, quam eorum peccata meruerunt. Hoc enim à Patribus traditum tota obseruat ecclesia, vt pro eis qui in communionem corporis & sanguinis Domini defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur, ac pro illis quoque id offerri commemoretur. Non est ergo ambigendum ista prodesse defunctis: sed talibus, qui ita vixerunt ante mortem, vt possint eis hæc vitia esse post mortem. Nam qui sine fide operante per dilectionem, eiusque sacramentis, de corpore exierunt, frustra illis à suis huiusmodi pietatis officia impenduntur: cuius dum hic essent, pignore caruerunt, non misericordiam sibi thesaurizantes, sed iram. Non ergo mortuis noua merita comparantur, cum pro eis aliquid boni operantur sui: sed

Augu. in
Sermonem
de Verbis
Apostoli
Es i Glor.
super il-
lud
1. Thes. 4.
ca. Nolu-
mus Vos.
Gala 1.

Rom. 2. 4

ningun sacrificio operante suo
victoria apud deum aliquid adiuuano
no obsequio esse merito notado ex eccl
corpus usque 1792 porque las
pinturas de la vida en suma de ore gunt

eorum meritis precedentibus consequentia ista redduntur. Nam istam quisque finiens vitam, nisi quod in ea meruerit, non poterit habere post eam. Ecce quibus & qualiter proficiat illa quæ pro defunctis frequentat ecclesia. Mediocriter malis suffragantur ad poenæ mitigationem: mediocriter bonis ad plenam absolutionem, qui non habent tantæ perfectionis merita, vt non indigeant iuuari per pauperes quorum est regnum celorum, quos sibi fecerunt amicos de manumonia iniquitatis. Quorum tanta est perfectio, vt his adiutoriis non indigeant: quales sunt Apostoli & Martyres. Vt enim ait Augu. Inuita est pro Martyre orare in ecclesia, cuius nos debemus orationibus commendari: pro aliis autem defunctis oratur.

De officio sepultura.

DE pompis vero exequiarum idem August. ira dicit, Pompa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepultura, viuorum sunt qualiacunque solatia, non adiutoria mortuorum. Quia si aliquid prodest impio sepultura preciosa, obierit pro vilis vel nulla. Præclaras exequias in conspectu hominum purpurato illi diuici exhibuit turba famulorum: sed multo clariore in conspectu Domini vicerofio illi pauperi ministerium exhibuit angelorum, qui eum extulerunt non in marmoreum tumulum, sed in Abrahæ gremium. Sit tamen cura mortuos sepeliendi, & sepulchra construendi: quia hæc in Scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt: nec solum in corporibus Patriarcharum aliorumque Sanctorum, sed etiam in ipsius Domini corpore qui ista fecerunt, laudati sunt. Impleat igitur homines erga suos officia postremi muneris, & sui humani lenimenta mortis. Verum illa quæ adiuuant spiritus defunctorum, scilicet oblationes, orationes, multo obseruantius procurent.

De duobus aquæ bonis, quorum alter plura post mortem habet auxilia.

SOLE T moueri quæstio de duobus, vno diuite, altero paupere. pariter, sed mediocriter bonis, qui prædictis suffragiis indigent, & meruerunt pariter post mortem iuari: pro altero vero, id est, pro diuite speciales & communes sunt orationes, multæque eleemosynarum largitiones:

Mat. 5. a
Luc. 6. c
De Ver-
bis Apo-
stoli ser.

17.
Augu. in
Sermonem
de Verbis
Apostoli
Es de Ci-
ni. Dei li.
1. cap. 12.
Es ili. de
Cura pro
Mort. ge-
rada. c. 2.
Luc. 16.
f &
Augu. in
Sermonem
de Verbis
Apostoli
Es li. 1. de
Trin. c. 13
Gen. 23. a
Es 25. a
Es 35. b
Es 50. a

Y rayta J. Breuili 4 2 p. a y loma
verdadero

pro paupere verò non fiunt nisi communes largitiones & orationes. Queritur ergo an tantum iuuetur pauper paucioribus subsidiis, quantum diues amplioribus. Si non pariter iuuatur, non ei redditur secundum merita. Meruit enim pariter iuari, quia pariter boni exiuerunt. Si verò tantum suffragij consequitur pauper, quantum diues, quid contulerunt diuiti illa specialiter pro eo facta? Sanè dici potest non ei magis valuisse generalia & specialia, quam pauperi sola generalia suffragia. Et tamen profuerunt diuiti specialia, non quidem ad aliud vel maius aliquid, sed ad idem ad quod generalia, vt ex pluribus & diuersis causis vnum perciperetur emolumentum. Potest tamen dici aliter, illa plura subsidia contulisse diuiti celeriore ab solutione, non pleniore.

Quibus suffragiis iuuantur mediocriter boni, qui in fine inueniuntur.

SE D iterum queritur, de aliquo mediocriter bono, qui talibus indigens suffragiis in ipso consummationis seculi articulo cum reliquis migrabit, si saluus fuerit: pro eo non offertur vterius sacrificium, vel oratio, vel elemosyna, nec habebat tantam perfectionis merita, quam his suffragiis non egerent. Nunquid ergo saluabitur? Existimo eum quasi per ignem transeuntem, saluati meritis & intercessionibus celestis ecclesie: que pro fidelibus semper intercedit voto & merito, donec impleatur Christus.

Quomodo Sancti glorificati audiunt preces supplicantium: Et quomodo intercedunt pro nobis ad Dominum.

SE D fortè queris, nunquid preces supplicantium Sancti audiunt, & vota postulantium in eorum notitiam perueniunt? Non est incredibile animas Sanctorum, quæ in abscondito faciei Dei veri luminis illustratione letantur, in ipsa contemplatione ea quæ foris aguntur intelligere, quantum vel illis ad gaudium, vel nobis ad auxilium pertinet. Sicur enim angelis, ita & Sanctis qui Deo assistunt, petitiones nostræ innotescunt in verbo Dei quod cõtemplantur. Vnde & dicuntur angeli orationes & vota nostra offerre Deo: non quia eum doceat, vel quia eius voluntatè super eis consulat.

Responsio

2. Melior.

1. Corint.

13. a. b.

Hug. de

Sacramē

ti. lib. 2.

parte. 16.

cap. 8. l.

Tob. 3. d.

Vnde Aug. Angelis, qui sunt apud Deum, innotescunt petitiones nostræ, vt quodam modo eis offerant Deo, & de his cõsulant: & quod Deo iubente implendum esse cognouerint, hoc nobis euidenter vel latenter reportent. Vnde & angelus hominibus ait, Cum oraretis, orationem vestram obtuli Deo. Ad omnia quidè scienda sufficit Deo sua perfectio: habetamen nuncios, id est, angelos, non qui ei quæ nescit annuntient. Non enim sunt vlla quæ nesciat, sed bonum eorum est de operibus suis eius cõsultare veritatem: & hoc est quod ei dicuntur nonnulla nunciare, non vt ipse ab eis discat, sed vt ab eo ipsi per Verbum eius sine corporali sono nuncièr etiã quod voluerit ab eo missi ad quos voluerit, totum ab illo per illud Verbum eius audiètes, id est, in eius veritate inuenientes quid sibi faciendum, quid, quibus, & quando nunciandum sit. Nam & nos orantes eum non eum docemus: quia nouit (vt ait Verbum eius) Pater vester quid vobis necessarium sit, priusquam petatis ab eo. Nec ista ex parte cognouit: sed futuram omnia temporalia, atque in eis etiam quid & quando ab illo petitori fueramus: & quos, & de quibus rebus vel exauditurus, vel non exauditurus esset, sine initio ante præciuit. Non ergo dicitur angelus orationes nostras offerre Deo, quasi Deus tunc nouerit quid velimus & quo indigeamus: quæ omnia antequam fiant, sicut & postquam facta sunt, nouit: sed quia necesse habet rationalis creatura temporale se assuas ad æternam veritatem referre, siue petendo quid erga se fiat, siue consulendo quid faciat.

Quod dictum est de angelis, attribuit sanctis animabus.

SI autem angeli à Deo per Verbum eius discunt petitiones nostras, & quid de his implendum sit, & quid non: cur non credamus & animas Sanctorum Dei faciem contèplacium, in eius veritate intelligere preces hominum, & quæ implenda sunt vel non? Inde est quod Deus dicitur exaudire preces quorundam, non solum quando effectui mancipat, sed etiã quando innotescit curi angelorum & sanctarum animarum quid inde futurum sit vel non: & quod cognoscunt in Dei voluntate esse, volunt & ipsi. Adeo enim supernæ voluntati addicti sunt, vt nihil præter eius voluntatè queat velle. Intercedunt ergo ad Deum pro nobis Sancti: & merito, dum illorum

In libr. de Orãdo ad Deum.

Tobie. 12. c. Aug. in lib. 15. de trin. c. 13. Aug. ibi de consuetudine.

Mat. 6. d. Au. in li. de Gratia noui Test. Et super illud.

Phil. 4. c. Gaudere

merita suffragantur nobis: & affectu, dum vota nostra cupiunt impleri, quod tamen non faciunt, nisi in voluntate dei implenda didicerint. Oramus ergo ut intercedat pro nobis, id est, ut merita eorum nobis suffragentur, & ut ipsi velint bonum nostrum, quia eis volentibus deus vult, & ita fiet. Ex præmissis constat, quod cum quibusdam misericordius agit deus, quam eorum peccata meruerint, scilicet cum medio ceteris malis, qui suffragiis ecclesie iuuantur.

SI VALDE MALIS DETVR MITIGATIO PŒNÆ.

Distinct. XLVI.

De statu
Es conditio
tionis ma
loris post
mortem.
Jacob. 2. c.
super octo
narum 19.
Matth. 5.

SED queritur hic de valde malis, vtrum & ipsi in aliqua pœnarum mitigatione dei misericordiam sentiant, vt minus quam meruerint, puniantur. Quidam autem eos nullam releuationem pœnæ habituros: quod confirmant fieri auctoritate dicentis, Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam. Aug. etiam ait, Misericordia hic, iudicium in futuro. Idem distinguens quomodo omnes viae Domini sint misericordia, & veritas, ait, Erga Sanctos omnes viae dei misericordia: erga iniquos omnes veritas, quia & in iudicando subuenit, & ita non deest misericordia: & in miserando id exhibet quod promisit, ne desit veritas. Erga omnes autem quos liberat & condemat, omnes viae sunt misericordia & veritas: quia vbi non miseretur, vindicta veritas datur. Dicēs, vbi non miseretur, dat intelligi aliquid à deo fieri, vbi ipse non miseretur. Sed his occurrit quod ait, Cassiod. super Plal. 50. loquēs de misericordia & pietate dei. Hæc duo, inquit, res iudicio dei semper adiunctæ sunt. Ergo & in punitione malorum non est iustitia sine misericordia. Idem de iudicio & misericordia ait, Hæc duo mutua societate si se iungunt. In his breuiter omnia opera dei includit. Aug. Psal. 100 quoque respondens illis qui reproborum supplicia sine halitu contendant, ita illorum repellit opinionem, asserens contra se reprobos perpetuo puniendos, vt eorum supplicia mitigari non possint. Frustra, inquit, nonnulli aternam damnationem pœnam & cruciatum sine intermissione perpetuos humano miserantur affectu, atq; ita futurum esse non credunt: quod quidem Scripturis aduersando diuinis, sed pro suo motu minando, dura quæque moliendo, & leuiorum stectendo sententia m-

quæ putant in eis terribilius esse dicta, quàm verius. Non enim (inquunt) obliuiscetur misereri deus, aut continebit in ira sua misericordias suas. Hoc quidem in Psalmo legitur: sed de his intelligitur qui sunt vasa misericordiae, quia & ipsi non pro meritis suis, sed deo miserante de miseria liberantur. Aut si hoc ad omnes existimant pertinere, non ideo necesse est vt damnationem opinetur finire posse eorum, de quibus dictum est, Ibunt hi in supplicium æternum. Nec hoc modo poterit habitura finem felicitas eorum. De quibus e contrario dictum est, Iusti autem in vitam æternam. Sed pœnas datorum certis temporibus existiment (si hoc his placet) aliquatenus mitigari. Et sic quippe intelligi potest manere ira dei in illis, id est, ipsa dānatio. Hæc enim vocat ira dei, non diuini animi perturbatio: vt in ira sua, id est, manente ira sua, non contineat miserationes suas, non æterno supplicio finem dando, sed leuamē adhibendo vel interponendo cruciatibus: quia nec Psalms ait Ad finiendam iram suam, vel post iram suam, sed, In ira sua. Quæ si sola esset, alienari à regno dei, & carere magna multitudine dulcedinis dei, tam grandis tamen est pœna, vt ei possint nulla tormenta quæ nouimus, comparari: si illa sit æterna, ista autem sit quamlibet multis seculis longa. Manebit ergo sine fine mors perpetua damnatorum: & ipsa omnibus erit communis, sicut manebit communiter omnium vita æterna Sanctorum. Ecce ita asserit hic pœnas reproborum non esse finiendas, quod non improbat, si dicatur eorum supplicio aliquod leuamen adhiberi. Vnde non incongrue dici potest, Deum etsi iuste id possit, non omnino tantum punire malos in futuro quantum meruerunt: sed eis aliquid, quantumcunque mali sint, de pœna relaxare.

Determinant præmissas auctoritates.

QUOD ergo dictum est, iudicium sine misericordia fieri illi qui non fecit misericordiam: ita intelligi potest, quod iudicium damnationis fiet illi qui non fecit misericordiam, pro eo quod fuit sine misericordia. Vel fiet iudicium ei sine misericordia liberante & saluante: qui tamen in aliqua pœnæ alleuatione misericordiam dei sentiet. Ita cum dicit, Misericordia hic, iudicium in futuro: non negat quin in futuro sit misericordiae effectus, & in electis qui per misericordiam ab omni miseria liberabuntur, & in reprobis, qui min-

quàm meruerint cruciabantur. Sed hoc non sine causa dicitur fieri dei misericordia, & iudicium in futuro: quia & hic multis modis miseretur Deus, quibus non miseretur tunc. Vocat enim Deus nunc peccatores & iustificat, quod tunc non faciet: & tunc reddes singulis secundum merita sua, manifeste iudicabit, qui nunc occulte iudicat. Cuius occultum iudicium (ut ait Aug.) intelligitur poena qua quisque, vel exercetur ad purgationem, vel admonetur ad conversionem: vel si contemnit, exaceratur ad damnationem. Occultum ergo iudicium Dei poena dicitur: quia iudicat purgatio, convertendo, vel excaecando. Iudicia quoque Dei interdum appellatur diuersitates eius de omnibus rebus. Unde: Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius. & Iudicia eius abyssus multa. Iudicium autem quo in futuro iudicabit, intelligitur sententia iudicis, qua ventilabitur area. id est, diuidentur localiter boni à malis ministerio angelorum: & isti in vitam ducentur, illi in supplicium mittentur, qui nunc simul mixti sunt.

De iustitia & misericordia Dei.

SED quomodo iustitiam dei & pietatem, id est, misericordiam supra Cassiodorus duas esse res dixit, quae semper adiunctae sunt iudicio Dei: Iustitia enim Dei & misericordia non duae res sunt, sed una res, id est, una diuina essentia est, si cur supra pluribus autoritatibus ostensum est. Quia non est Deo aliud esse misericordem, quam misericordiam: nec iustum, quam iustitiam, sed idem prorsus. Nec aliud est ei esse misericordem quam iustum, vel misericordiam, quam iustitiam, sed omnino idem: quia non denominatur, sed essentialiter haec de Deo dicitur. Cur ergo dicit Scriptura de operibus Dei, quaedam esse misericordiae, quaedam iustitiae? Si enim iustitia Dei, misericordia est: quaecumque sunt opera misericordiae, esse videtur iustitiae, & e converso. His responderi potest sic, illis locutionibus quibus huiusmodi operum sunt distinctiones, ut alia misericordiae, alia iustitiae alia bonitati attribuatur: non diuersitas subiacentis, id est, rei: his vocabulis significatur ex primitur, sed varietas sensuum & affectuum in creaturis monstratur. Cum enim dicitur Deus iustus vel iustitia essentia diuina praedicatur: & etiam quod ipse sit distributor, & iudex metitorum intelligi datur. Ita & cum dicitur misericors, essentia

Luce 5. c
De occulto iudicio dei.

Super psalm. 8.
Rom. 11. d
Psalm. 35.
De sententia iudicis.
Mat. 25. c

De operibus iustitiae & misericordiae bonitatis dei.
Responso.

tia diuina praedicatur: & insuper quod ipse sit miserorum liberator intelligi datur. Similiter cum dicitur bonus, essentia diuina praedicatur. Et cum dicitur deus, & insuper author omnium bonorum ostenditur. Ita & cum dicitur deus, essentia diuina praedicatur, & ipse timendus ostenditur. Inde ergo quaedam opera misericordiae quaedam iustitiae dicuntur: non quia diuina essentia haec & illa operetur, & illa sine opera diuinae essentiae, quae dicitur misericordia & iustitia, sed quia quaedam sunt quibus ostenditur iudex & aequus distributor, quaedam quibus ostenditur miserator. Misericors enim dicitur in natura, miserator in exhibitione. Et in quibusdam operibus dicitur effectus esse misericordiae, in quibusdam effectus iustitiae: non quod aliud efficiat iustitia, aliud misericordia Dei, si ad essentiam referas, sed quia ex quibusdam effectibus intelligitur iudex, ex quibusdam miserator, vel (ut quibusdam placet) iustus & misericors. Sed secundum hoc occurrit quaestio, quomodo ex aliis ostendatur iustus, & ex aliis misericors, cum sit idem ei esse iustus & esse misericordem. Si enim secundum eandem rationem dicitur iustus & misericors, ex eo opere quo intelligitur iustus, intelligitur misericors, & e converso. Sed dixi supra, quia cum dicitur deus iustus & misericors: ita eadem diuina essentia significari, & secundum eam idem praedicatur, ut etiam quaedam diuersa intelligantur. Intelligimus enim per hoc eum esse miseratorem & iustum iudicem. Quod euidenter Origenes ostendit dicens, Omnia quae Dei sunt, Christi est. Ipse sapientia eius, ipse fortitudo, iustitia, sanctitas, ipse prudentia, ipse veritas. Sed cum vnus sit in subiacenti pro varietate sensuum, diuersis nuncupatur vocabulis. Aliud enim significat sapientia, alicuius iustitia. Quando enim sapientia dicitur, disciplinis te diuinarum humanarumque rerum instruere intelligitur. Quando iustitia, distributor vel iudex meritorum innuatur. Ita & prudentia cum dicitur, doctor, & demonstrator bonarum vel malarum rerum, vel neutrarum intelligitur.

Autoritatibus probat quaedam iustitia, alia misericordia, alia bonitatis attribui.

Q. V. O D autem quaedam opera misericordiae, quaedam iustitiae, quaedam bonitati attribuuntur, in Scripturis sa-

Super Hieremi dicit, am. ca. 10
Super Iud. Qui fecit terram
for.

cile est reperire. Et de misericordia quidē, & iustitia manifestum est, de bonitate verò & misericordia amplius later. *Super Psal. 135.* Sed Aug. docet illa opera proprie ad misericordiam pertinere quibus aliqui à miseria liberantur. Ad bonitatē verò non solum illa, sed facturam & gubernationem naturalium: ita dicens, Ad misericordiam pertinet, quòd à peccatis mōdat & de miseria liberat: ad bonitatem verò, quòd cælū & terram & omnia valde bona creauit vt essent. Idem, Cæli non indigent misericordia, vbi nulla est miseria: & in terra hominis abūdāt miseria, & superabūdāt Dei misericordia. Miseria ergo hominis & misericordia Dei plena est terra, non cæli, qui nō indigent misericordia, indigent tamen regente Domino. Omnia enim indigent Domino, & misera & foelicia: quia sine illo miser non subleuatur; foelix non regitur. Itē alibi, Misericordia est erga miseros, bonitas erga quoslibet. Interdū tamen misericordia largē accipitur, vt bonitas.

Idē super illud, Secundum misericordiam diuinam memento mei.

Psal. 24.

Ad Psal. 100.

Quomodo vniuersæ viae Domini dicantur misericordia & veritas.
 POST hæc considerari oportet ex quo sensu vniuersæ viae Domini dicantur misericordia & veritas. Hoc multiplicem recepit expositionē. Vniuersæ enim viae Domini misericordia & veritas quibus ad nos venit, vt ait August. super Psal. intelligūtur duo aduētus. Primus, in quo manifestam & multiplicem misericordiam nobis exhibuit: & secundus in quo requirendo merita, iustitiam exhibebit. Vniuersæ etiam viae Domini, id est, quibus ad Dominū ascendimus, sunt iustitia, qua à malo declinamus: & misericordia qua bonū facimūs. In his enim duobus omne bonum meritum includitur. Sed cum superius Cassio. dixerit, in his duobus omnia opera Dei includi, meritò queri potest, an in omni opere Domini hæc duo mutuò sibi iungātur. Quibusdam placuit non in omni opere Domini hæc duo cōcurrere, secundū effectum dico: nam secundū essentiam non diuiditur misericordia à iustitia, sed vnum est. Verūm secundū effectum non in omni opere Domini dicūt esse misericordiam & iustitiam: sed in quibusdam fatentur tantū misericordiam, in aliis iustitiam, atque in aliis misericordiam & iustitiam. Fatentur tamen Dominum omnia quæ fecit misericorditer agere & iustē, referentes rationem dicti ad Dei

volūtatē, quæ iustitia est, & misericordia: non ad effectus misericordiae & iustitiae, qui sunt in rebus. Aliis autem videtur, quod sicut dicitur, Deus omnia opera sua iustē facere & misericorditer: ita cōcedendum sit in omni opere Dei iustitiā esse & misericordiam, id est, clementiam, secundū effectum vel signum, quia nullum opus Dei est, in quo non sit effectus vel signum æquitatis & clemētiæ, siue occultæ, siue apertæ. Aliquando enim manifesta est clementia siue benignitas, & occulta æquitas, aliquando e conuerso.

DE SENTENTIA IVDICII.

Distinct. XLVII.

Solet etiam queri, qualiter dabitur iudicij sententia. Sed non est perspicuum id explicare. Non enim Scriptura aperte definit an voce illa proferantur, Venite benedicti: &, Ite maledicti: an virtute iudicis ita fiet, conscientis singulorū attestantibus, vt modò dicitur futurū, vt iudicis potentie effectus ipsius dictione significetur. Illa etiam, Esurini, & non dedistis mihi manducare, & huiusmodi, magis conscientis exprimēda plurimi putant quàm verbis: quia Apostolus in momento & in ictu oculi mysterium cōsummandum tradit. Sed illud ad resurrectionis starum tantūm referunt, nō ad iudiciū: qui aliis iudicij sententiā, & malorū increpationes, & bonorū præmia verbis exprimēda asserunt. *g*

Quòd iudicabunt Sancti, & quomodo.

NON autem solus Christus iudicabit, sed & Sancti cum eo iudicabunt nationes. Ipse enim Apostolis ait, Sedebitis & vos super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israël. Nec est purandum quòd duodecim Apostolis tantūm hoc promiserit Christus. Vbi enim sedebit Paulus, qui plus omnibus laborauit, si non ibi sedebunt nisi duodecim? Per duodecim ergo sedes perfectio tribunalis, id est, vniuersitas iudicium intelligitur, scilicet omnes perfecti, qui relictis omnibus secuti sunt Christū. Per duodecim tribus vniuersitas iudicandorum. Iudicabunt verò eos Sancti, nō modò cooperatiōe, sed etiā autoritate & potestate. Vnde, Gladij accipites in manibus eorum, id est, sententia de bonis & malis in potestate eorum. Si verò queritur, quæ erit eorum potestas vel autoritas in iudicādo. Puro non antè posse sciri, quàm videatur, nisi diuina reuelatione quis didicerit.

A De iudicio extremo quantum ad modum secundum quod dabitur. Matt. 25. d. Ibidem. 1. Cor. 15. Sap. 3. b. Mat. 19. d. De duodecim sedibus. 1. Cor. 15. b. Mat. 19. b. Mar. 10. d. Psal. 149

De ordinibus eorum qui iudicandi erunt.

Super Iob ERUNT autē quatuor ordines in iudicio. Duæ quippè
libr. 26. sunt partēs, electorum scilicet & reproborum, vt Grego. in
cap. 24. Moralibus ait. Sed boni ordines eisdem singulis partibus
 continentur. Alij enim iudicantur, & pereunt, alij non iudi-
 cantur, & pereunt. Alij iudicantur, & regnant: alij non iudi-
Mat. 25. c. cantur, & regnant. Iudicantur & pereunt, quibus dominica
 inclamatione dicitur, Esuriui, & non dedistis mihi mandu-
Ioan. 3. c. care, &c. Non iudicantur, & pereunt, quibus Dominus ait,
 Qui non credit, iam iudicatus est. Eorum enim damnatio
 toti ecclesiæ nota est & certa: & ideo dicuntur tunc non iu-
Iacob. 2. b. dicari, quia ad conspectū districti iudicis cum aperta dam-
 natione suæ infidelitatis accedent. Qui verò professionem
 fidei sine operibus habent, iudicabuntur & peribunt, id est,
 redarguentur vt pereant. Qui verò nec fidei sacramenta tē-
 nuerunt, increpationem iudicis in se fieri non audient: quia
 infidelitatis suæ tenebris præiudicati, eius quem despex-
 erant inuectione redargui non merentur. Illi autem saltē ver-
 ba iudicis audient, qui eius fidem saltē verbo tenuerunt.
 Illi autem in damnatione sua æterni iudicis nec verba per-
 cipient, qui eius reuerentiam nec verbo tenus seruare vo-
 luerunt: & ideo illi iudicādi, sed isti non iudicandi dicuntur.
 Ex electorum verò parte alij iudicantur, & regnant, scilicet
 qui vitæ maculas lachrymis tergunt, & elemosynarum su-
Mat. 25. c. perinductione operiunt: quibus iudex veniens in dextera
 consistentibus dicit, Esuriui, & dedi. mi. man. Alij autē non
 iudicantur, & regnāt qui etiam præcepta legis perfectione
Esa. 3. c. virtutum transcendunt: quia non hoc solum quod lex præ-
Pro. 11. c. cipit implere contenti sunt, sed & quod ad perfectionē con-
Iob. 36. a. sultitur, implere student. De quibus Propheta ait, Dominus
 ad iudicium veniet cum senatoribus populi sui. Et Salomō
 de ecclesiæ spōso loquēs ait, Nobilis in portis vir eius quan-
 do federit cum senatoribus terræ. Et Iob ait, Non saluat im-
 pios, & pauperibus iudicium tribuit. Hi ergo rectē sub ge-
 nerali iudicio non tenentur, sed iudices veniūt: quia & præ-
 cepta generalia viuendo vicerunt, & omnibus relictis Chri-
 stum secuti sunt. Rectē pauperibus iudicium tribuit: qui
 quanto huic mundo magna humilitate despecti sunt tanto
 tunc maiori culmine potestatis excreſcent. De talibus di-

cutur, Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: si-
 cut & ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius. Vin-
 cens Dominus cum patre, in throno sedet: quia post passio-
 nis certamen & resurrectionis palmam, quod patri esset æ-
 qualis omnibus claruit. Nobis verò in throno filij sedere,
 est ex eiusdem filij potestate iudicare. Quia enim iudican-
 di principatum ex eius virtute percipimus, quasi in throno
 eius residemus. Ex his apparet quòd etiam perfectiores San-
 cti cum Christo iudicabunt potestate: & quare quidam di-
 cuntur iudicandi, alij non iudicandi.

De ordine iudicij & ministerio angelorum.

De ordine iudicij & ministerio angelorum. D
 CVM autem in Euangelio legatur, quòd Dominus mit-
 tet angelos suos, qui colligent de regno eius omnia scanda-
 la, & mittent iniquos in caminum ignis. Et iterum, Exibunt
 angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent
 eos in caminum ignis. Et iterum, Mittet angelos suos cum
 tuba, & congregabunt electos à quatuor ventis. Et prophe-
 ta dicit, Congregate illi Sanctos eius. Ministerio angelorū
 illa impleri dubitandum non est. Domino enim veniēte ad
 iudicium, præcedet ante eum ignis, quo comburetur facies
 mundi huius: & peribit cælum & terra, non secundum sub-
 stantiam, sed secundū speciem quæ immutabitur: cælū qui-
 dem æreum, non æthereum. Tantū enim ascendet ignis
 in iudicio, quantum ascenderunt aquæ in diluuiō. Ille autē
 ignis malis qui reperti fuerint vini, erit consumptio: bonis
 verò, nō, vt ait Aug. Hoc erit incendiū mundi Sanctis, quòd
 fuit caminus tribus pueris. In quibus si aliquid purgandum
 fuerit, per illum ignem purgabitur. Aliis verò nullam inge-
 ret molestiam. Purgato verò per ignem mundo, & ad iudi-
 cium veniente Domino emittetur vox illa magna, qua re-
 surgent omnes mortui: & tunc ministerio angelorū ventila-
 bitur area, quia boni congregabuntur ibi de quatuor parti-
 bus mūdi angelico ministerio: quòd & rapientur obuiā Chri-
 sto in æra, reprobis in terra quam dilexerūt remanentibus.
 Et tunc præconia illa bonorū (Esuriui, & dedistis mihi man-
 ducare: & increpationes illæ malorum, Esuriui, & non de-
 distis mihi mand. &c.) proferentur vel sono vocali, vel alio
 modo. Denique proferetur sententia super utrosque. Venite
 benedicti: &, Ite maledicti, &c. Et ministerio angelorum

Apo. 3. d
Gregori. 9.

Mat. 13. f

Mat. 24. c

Psal. 49.

De Civi.

des. li. 20.

c. 18.

Mat. 3. c

Luca. 3. d

1. Thess.

4. d

Mat. 23. c

Mat. 25. g

Idem 13. j

virtute Dei cooperante, mittentur mali in caminum ignis, hoc est, in infernum.

Si post iudicium dæmones præerunt hominibus ad puniendum.

1. Cor. 15. ET solet queri, vtrum in inferno malis ad puniendum præsent dæmones post iudicium, quos carnifices tortoresq; animarum Scriptura appellat. Apostolus dicit, quod Christus tunc euacuabit omnem principatum, & potestatem, & virtutem. Dum enim durat mundus, angeli angelis, dæmones dæmonibus, homines hominibus præsent. Sed omnibus collectis, iam omnis prælatio cessabit. Hinc quidam putat post iudicium dæmones non habere potestatem cruciandi homines, sicut modò. Sed vt dæmones virtute Dei cruciari sine creaturæ ministerio asserunt, sic reprobos homines ibi nõ per operatione dæmonũ, sed virtute diuina tantum æternis subiici cruciatibus. Præmissa tamé autoritas nõ id cogit sentire: quæ etsi asserat tunc nec dæmones dæmonibus, nec homines hominibus præesse, non desinit tamen ad dæmones præsent hominibus ad torquendum. Vnde quibusdã videtur eos sic extare hominibus tortores in pœna, sicut extiterunt in cœtos in culpa.

DE FORMA IUDICIS.

Distinct. XLVIII.

A *De forma* SOlet etiam queri in qua forma Christus iudicabit. In forma vtriusque serui iudicabit: quæ omnibus in iudicio apparebit, vt videant mali in quem pupugerunt. Diuinitatem vero eius mali non videbunt. Vnde Esaias, Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. Humanitatem videbunt, vt timeant: diuinitatem vero non, ne gaudeat. Diuinitas enim sine gau

Secundũ

70. *Qualis apparebit tunc in forma serui.* **B** SED cum in forma humana constet eum appariturum, queritur an in forma illa gloriosa appareat, sicut verè est, an in forma qualis in passione extitit. Quidam putant à malis talem videri, qualem crucifixurũ, id est, infirmum: quis Zach. 12. dicit Scriptura, vt videant in quem pupugerunt. Sed aperit Super Io. tẽ Augustinus dicit formam serui glorificatam, à bonis & ma

& à malis tunc videris, Cum in forma serui glorificata & Tract. iudicatem viderint boni & mali, tollatur impius, vt non videat claritatem Dei de qua Deus est: quam soli mudo cor. 1. ca. 3. 16. de videbunt, quod erit eis vita æterna. Forma ergo humana & 17. in Christo glorificata videbitur à cunctis: vnde & Christus dicitur iudicaturus, quia filius hominis est. Ita enim legitur Christus in Evangelio Ioannis, Et potestatem dedit eis iudicium facere: quia filius hominis est. Non quod ipse ex virtute hominis sit iudicaturus, vel quod ipse solus sine patre & spiritu sancto sit iudicium facturus: sed quia ipse solus in forma serui iudicatis bonis & malis videbitur. Cum ergo pater non iudicet quæquam, sed omne iudicium dedit filio: non ista est intelligendum, quasi filius solus iudicet, & non pater, sed quia forma filij humana cunctis in iudicio apparebit, non in forma, infirma sed gloriosa. Iudicabit autem ex virtute diuinitatis, nõ sine patre & spiritu sancto, & apparebit terribilis impiis, & miris iustis. Erit enim terror malis, & lumen iustis.

Quare secundum formam serui dicitur Christus suscitaturus corpora.

C ET sicut dicitur Christus secundum formam serui iudicaturus, propter causam præmissam: ita etiã dicitur suscitaturus corpora mortuorum, secundum humanitatem, cum tamè virtute diuinitatis sit suscitaturus, non humanitatis. Sed hac ratione illud dicitur, quia in humanitate suscepit quod causa nostræ resurrectionis, id est, passionem & resurrectionem. Ideo ei ascribitur secundum hominem suscitatio mortuorum. Vnde Aug. Per verbũ filij dei sit animarũ resurrectio. Per Verbum factũ in carne filij hominis sit corporũ resurrectio. Itẽ. Iudicat & suscitatur corpora non pater, sed filius secundum dispensationem humanitatis: in qua minor parte est Christus. In eo quod est filius dei, est vita quæ viuificat animas: in eo quod est filius hominis, iudex. Ecce secundum formam humanitatis dicitur suscitaturus corpora, & iudicaturus. Iudicaturus autem, quia illa forma cunctis in iudicio apparebit: & suscitaturus, quia in eadẽ forma meritũ & causam resurrectionis nostræ suscepit. Et quia secundum eandẽ formam vobis dabit, qua mortui de monumentis resurgẽt & procedent. Secundum quod deus est, viuificat animas, nõ pater tantum:

Ioan. 5. e Super Io. an. Trac. 23. ibidẽ.

D

quia non tantum pater vita est, sed & filius cum eo, & spiritus sanctus eadem vita est, quæ pertinet ad animam, non ad corpus. Corpus enim non sentit vitam sapientiam, sed anima quæ illuminatur à lumine æterno. Licet ergo Christus potentia diuinitatis uiuificet animas, & suscitetur corpora, & iudicet: non obiosè tamen & præter rationem ei secundum formam dei tribuitur uiuificatio animarum, & secundum formam serui iudicium, & resuscitatio corporum.

De loco iudicij.

Iohel. 3. a PVTANT quidam Dominum descensurum in vallem Iosaphat in iudicio: eò quòd ipse per Iohelem prophetam sic loquitur. Cōgregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat, & disceptabo ibi cum eis. In cuius capituli expositione ita reperi. Hoc quidè pueriliter intelligit, quòd in valle quæ est in latere montis Oliueti, descensurus sit Dominus ad iudiciū, quod frivolum est. Quia non in terra, sed in spatio huius aeris sedebit contra locum montis Oliueti, ex quo ascendit. Et sicut Ioannes Chrysostomus dicit, angeli deferent ante eum signum crucis: unde in Euāgelio Veritas dicit, Et tunc apparebit signum filij hominis, &c. Iosaphat, autè interpretatur iudiciū Domini. In vallè ergo Iosaphat, id est, iudicij Domini congregabuntur omnes impij, iusti verò non descendent in vallem iudicij, id est, damnationem: sed in nubibus eleuabuntur obuiam Christo.

De qualitate luminarium, & temporis post iudicium.

Luc. 21. c VENIENTE autem ad iudicium Domino in fortitudine & potestate magna, sol & luna, dicitur obscurari: non sui luminis priuatione, sed superueniente maioris luminis claritate. Virtutes quoque cælorum, id est, angeli dicuntur moueri: non metu damnationis, vel aliqua perturbatione pauoris, sed quadam admiratione eorum quæ viderint. Vnde Iob, Columnæ cæli pauent aduentum eius. Ante diem verò iudicij sol & luna eclipsim patientur, sicut Iobel testatur dicēs, Sol cōuerteretur in tenebras, & luna in sanguinem, antequā veniat dies Domini magnus & horribilis. Magnus verò dicitur propter magna quæ ibi sent. Cum autem factum fuerit cælum nouum & terra noua, tunc erit lux lunæ sicut lux Solis testatè Esaia, Et erit lux Solis septēplīciter,

id est, sicut lux septem dierum: quia quantum luxit sol in prima conditione septem dierum ante peccatū primi hominis, tantum lucebit post iudicium. Minorata enim fuit lux Solis & Lunæ aliorumque syderum per peccatum primi hominis. sed tunc recipiet sol mercedem sui laboris, quia septēplīciter lucebit: & tunc non erit vicissitudo diei & noctis, sed tantum dies. Vnde Zacharias, Et erit dies vna quæ nota est Domino, non dies neque nox: & in tēpore vesperæ erit lux: quia tūc non erit varietas diei & noctis quæ modò est, sed continua dies & lux. Esaia tamen videtur dicere, quod tūc non luceat sol vel luna, loquēs cōgregationi Sāctorum: Nō erit tibi, inquit, amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucē sempiternā. Sed his verbis non negat solē & lunam tunc lucere, sed significat his qui tunc erūt in æterna beatitudine, nullum lucis vsum præstare. Quia vt ait Hieronymus super eundem locum, Cæli & terræ, Solis atque Lunæ nobis cessabit officium, & erit ipse Dominus lumen suis in perpetuum. Potest etiam intelligi illud Esaia: ea ratione dictum, quia sol & luna tunc non habebūt ortum & occasum sicut nunc. Vnde Hido, illud Esaia: quasi exponens, ait. Post iudiciū sol laboris sui mercedem suscipiet. Vnde Propheeta, Lucebit septēplīciter, & non veniet ad occasum, nec sol nec luna: sed in ordine quo creati sunt stabunt, ne impij in tormentis sub terra positi, fruantur luce eorum. Vnde Abacuc, Sol & luna steterunt in ordine suo. Ecce apertè dicit solent & lunam tunc lucere, sed stabiliter permānere: vbi etiam significat infernum esse sub terra. Si verò quæritur quis sit vñs lucis solis & lunæ, tunc fateor me ignorare, quia in Scripturis non memini me legisse.

Zach. 14. b.

Esa. 60. d.

Hieron. lib. 10.

De ordine creaturarū. i. cap. 5.

Esa. 30. f.

Abac. 3. e.

DE DIFFERENTIA MANSIONVM

in cælo & in inferno.

Distinct. XLIX.

A De statu conditione bonorum post iudicium.

POST resurrectionem verò facto vniuerso impletòque iudicio, suos fines habebunt ciuitates duæ: vna Christi, alia diaboli, vna bonorum, altera malorum: vtraque tamen angelorum & hominum. Istis volūtas illis facultas non po-

Aug. in Ench. ca. III. terit esse peccandi, vel vlla conditio moriendi. Istitis in æterna vita foeliciter viuētibus, illis infœliciter in æterna morte sine moriendi potestate durantibus: quoniã vtrique sine fine. Sed in beatitudine isti, alius alio præstabilis: in miseria verò illi alius alius tolerabilis permanebunt: Ex his apparet quòd sicut boni differēter glorificabūtur, alij magis, alij minùs: ita & mali differēter in inferno puniētur. Sicut enim in domo patris, id est, in regno cœlorum mansiones multæ sunt, id est, præmiorū differentia: ita & in gehenna diuersæ sunt mansiones, id est, suppliciorum differentia.

Joã. 14. a Omnes tamen æternam pœnã patientur, sicut omnes electi eundē habebunt denarium, quem paterfamilias dedit omnibus qui operati sunt in vinea. Nomine denarij aliquid omnibus electis cōmune intelligitur, scilicet vita æterna, deus ipse quo omnes fruētur, sed impariter. Nam sicut erit differēs clarificatio corporū, ita differēs gloria erit animarū. Stella enim à stella, id est, electus ab electo differt in claritate mētis & corporis. Alij enim aliis viciniùs clariùsque dei speciē contēplabuntur: & ipsa contēplandi differentia diuersitas mansionum vocatur. Domus ergo est vna, id est, denarius est vnus: sed diuersitas est ibi mansionū, id est, differentia claritatis: quia vnū est summū bonū beatitudo & vita omnium, id est, deus ipse. Hoc bono omnes electi perfruentur, sed alij aliis plenius. Perfruentur autē videndo per speciem, nō per speculū in ænigmatē. Habere ergo vitam, est videre vitam, id est, cognoscere deum in specie. Vnde veritas ait in Euangelio, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum deum, & quē misisti Iesum Christum: esse vnū & solū verum deum, hoc est, habere vitam, id est, cognoscere te, non est ipsa cognitio, quæ tu es, sed per cognitionem habere bonum, quod tu es, id est, vita.

Si omnes homines volunt esse beati.

SOLET etiam quæri de beatitudine, vtrum eam omnes velint, & sciant quæ sit vera beatitudo. De hoc August. in lib. 13. de Trin. ita differit. Mirum est cum capescendæ retinendæque beatitudinis voluntas vna sit omnium, vnde tanta existat ipsa beatitudine rursus diuersitas voluntatum: non quòd eam aliquis nolit, sed quòd non omnes

Cap. 4.

eam norint. Si enim eam omnes noscerent, non ab alijs putaretur esse in virtute animi, ab alijs in voluptate corporis, ab alijs atque alijs alibi atque alibi. Quomodo ergo omnes amant quod non omnes sciunt? Quis potest amare quòd nescit, sicut supra disputauit? Cur ergo beatitudo amatur ab omnibus, nec tamen scitur ab omnibus? An forte sciūt omnes quæ ipsa sit, sed non omnes sciūt vbi sit, & inde cōtentio est? An forte falsum est quod pro vero posuimus, beatè viuere omnes homines velle. Si enim beatè viuere est (verbi gratia) secundum animi virtutem viuere: quomodo beatè viuere vult, qui hoc non vult? Nōne verius dixerimus, Homo ille non vult beatè viuere quia, non vult secundū virtutē viuere: quod solū est beatè viuere? Non ergo omnes beatè viuere volūt, imò pauci hoc volunt: si non est beatè viuere, nisi secundum virtutem animi viuere, quod multi nolūt, itane falsum erit, vnde nec ipse Cicero dubitauit? Ait enim, Beati cerrè omnes esse volumus. Absit vt hoc falsum esse dicamus. Quid ergo? An dicendum est, etiam si nihil aliud sit beatè viuere, quàm secundum virtutem animi viuere: tamen & qui hoc non vult, beatè viuere vult? Nihil quidem hoc videtur absurdum. Tale enim est ac si dicamus: qui non vult beatè viuere, vult beatè viuere. Istam repugnantiam quis audiat? quis ferat? & tamen ad hanc contridit necessitas. Si omnes beatè viuere velle verum est, & non omnes volunt sic viuere: quomodo solū viuunt beatè? An illud ab his angustiis poterit eos eruere, si dicamus nihil aliud esse beatè viuere, nisi viuere secundum delectationē suā: & ideo falsum non esse quòd omnes beatè viuere velint, quia omnes ita volūt vt quæque delectati: Sed id quidem falsum est. Velle enim quod non deceat, est esse miserum. Nec tam miserū est non adipisci quod velis, quàm adipisci velle quod non oporteat. Quis ita cæcus sit, vt dicat aliquem ideo beatum, quia viuunt vt vult, cum profectò est miser esset, minùs tamen esset, si nihil eorum quæ perperam voluisset, habere potuisset. Mala enim voluntate vel sola miser quisque efficitur: sed inferior, cum desiderium malæ voluntatis impletur. Quapropter quoniam verum est quod omnes homines esse beati velint, idque ardentissimo amore appetant & propter hoc cætera quæcunque

Ibidē pau- lo post.

Cicero in Hortē.

Ibidē. c. 5. in prim. ca.

appetant: nec quisquam potest amare, quod omnino quid vel quale sit nescit, nec potest nescire, quid sit, quod se velle scit: sequitur vt omnes beatam vitam sciant. Omnes autem *Quis sit beatus. c.* beati habent quod volunt, quāuis non omnes qui habent quod volunt: quod volunt continuo sint beati. Continuo autem miserii sunt, qui vel non habent quod volunt, vel id habent quod non recte volunt. Beatus ergo non est nisi qui & habet omnia quæ vult, & nihil vult malè. Ille quippe beatè viuunt, qui viuunt vt vult, nec malè aliquid vult. Cùm ergo ex his duobus constet beata vita, licet in malis sit aliquis bonus, non tamen nisi finitis omnibus malis est beatus. Cùm ergo ex hac vita, qui in his miseris fidelis & bonus est, venerit ad beatam vitam: tunc erit verè, quod nunc nullo modo esse potest, vt sic homo viuat quomodo vult. Non enim ibi vult malè viuere, aut vult aliquid quod deerit aut deerit aliquid quod voluerit. Quicquid amabitur aderit, nec desiderabitur quod non aderit. Et omne quod ibi erit, bonum erit, & summus deus, summum bonum erit: & quod est omnino beatissimum, ita semper forè certum erit. Beatos autem esse se velle omnium hominum est. Beatos se esse velle omnes in corde suo vident, nec tamen omnium est fides, qua ad beatitudinem peruenitur.

Si quid de deo cognoscit aliquis, quod ibi non intelligant omnes. C

SOLE T etiam quæri, vtrum aliquid de deo cognoscat aliquis magis meritis, vt Petrus: quod non cognoscat aliquis minus meritis, vt Linus. Pluribus videtur quod omnia de Deo ad beatitudinem spectantia omnes communiter electi cognoscant, sed differenter. Nihil enim in Deo noscibile maius digniusque videtur, quàm cum intelligere trinum & vnum. Hoc autem omnes tunc per speciem cognoscant. Vnde sequitur, vt non sit aliquid beatitudini pertinens incognitum alicui beatorum. Omnes ergo cuncta illa videbunt quorum cognitio seruit beatitudini: sed in modo videndi different. Alius enim alio magis, alius alio minus fulgebunt.

De paritate gaudij. D

SOLE T etiam quæri, An in gaudio disparès sint, sicut

ut in claritate cognitionis differunt. De hoc Aug. ait, multæ mansiones in vna domo erunt, scilicet variaz prætorum dignitates sed vbi deus erit omnia in omnibus, erit etiā in dispari claritate per gaudium: vt quod habebūt singuli, commune sit omnibus: quia etiā gloria capitis omnium erit per vinculū charitatis. Ex his datur intelligi, quod per gaudium omnes habebunt, etsi disparè, cognitionis claritatè: quia per claritatem quæ in singulis erit perfecta, raturū quique gaudebit de bono alterius, quātum gaudebit si in seipso habere. Sed si par erit cunctorum gaudium, videretur quod par sit omnium beatitudo: quod constat omnino non esse. Ad quod dici potest, quod beatitudo par esset si ita esset par gaudium, vt etiam par esset cognitio: sed quia hoc non erit, non faciet paritas gaudij paritatè beatitudinis. Potest etiam accipi per gaudium, vt non referatur paritas ad intensiorem affectionis gaudentium, sed ad vniuersitatem rerum de quibus lætabitur: quia de omni re vnde gaudebit vnus, gaudebunt omnes.

Si maior sit beatitudo Sanctorum post iudicium. E Super O-

POST hoc quærit solet, si beatitudo Sanctorum maior sit futura post iudicium quā interim. Sine omni scrupulo credendum est eos habituros maiore gloriam post iudicium, quā antè: quia & maius erit gaudium eorum, vt supra nos post testatus est Aug. & amplior erit eorum cognitio. Vnde Hier. tres dies. Peracto iudicio ampliorem gloriam suæ charitatis deus demonstrabit electis. Si quæ mouet quid opus sit spiritibus defunctorum corpora sua in resurrectione recipere, si eis potest sine corporibus summa beatitudo præberi: difficilis quæstio est, nec potest à nobis perfecte definiri. Sed tamen dubium non est, & raptam à carnis sensibus hominis mentè & post mortem ipsa carne deposita non sic videre posse incommutabilem substantiam, id est, deū sicut sancti angeli vidēt, sine alia latèriori causa: siue ideo quia inest ei naturalis quidam appetitus corpus administrandi quo retardatur quodā modo, ne tota intèrione pergat in illud summū cælū donec ille appetitus conquiescat. Porro si tale sit corpus, cuius sit difficilis & grauis administratio, sicut hæc caro quæ corrumpitur: multo magis auertitur mens ab illa visione summi

cæli. Proinde cum hoc corpus iam non animale, sed spiritua-
 I. Co. I. s. se receperit æquata angelis, habebit perfectum naturæ suæ
 modum obediens & imperans, viuificata, & viuificans, tam
 ineffabili facilitate, ut sit ei gloriæ, quod fuit sarcinæ.

SI MALI IN INFERNO

peccabunt.

Distinct. L.

De statu **H**IC oritur quæstio ex præmissis ducens originem. Su-
Et condi præ enim August. loquens de malis in inferno dam-
nomo dā natis & bonis in cælo glorificatis, dixit quod nec bonis volun-
natorum tatis, nec malis facultas esse peccandi poterit. Et de bonis qui
Et malo dem constat, sed de malis à quibus voluntatem malam non
rum poss remouet, quæritur quomodo sit verum eos non posse pecca-
iudicium reimo quomodo verum sit eos non peccare, cum malā ha-
Et quan béant voluntatem. Quidam autem illam voluntatem non
in ad ra esse peccatum, sed supplicium tantum. Alij verò peccatum esse fa-
nonē et tunc, sed per illud eos non mereri aliquam poenā: quia non est
Volunta ibi locus merendi. Illud ergo peccatum dicunt non esse me-
tem. ritum supplicij, sed supplicium mali meriti, quod in hac vita
Enchir. c. præcessit. De hoc autem Aug. ita dicit, Tempus acquirēdi
 III. *Solutio* vitam æternam in hac tantum vita deus hominibus dedit, vbi
secundā voluit etiam poenitentiam esse fructuosam. Ideo hic poeniten-
dimersos, tia fructuosa est, quia potest hic homo deposita nequitia be-
in libr. de ne viuere, & mutata voluntate merita simulque opera mu-
fi. ad Res. tare, & ea gerere quæ deo placeant. Quod qui in hac vita
cap. 3. 26. non fecerit habebit quidē poenitentiam in futuro seculo de ma-
 lis suis, sed indulgentiam in conspectu Domini non inueniet:
 quia etsi erit stimulus poenitudinis, tamen nulla erit ibi cor-
 rectio voluntatis. A talibus enim ita culpabit iniquitas sua,
 vt nullatenus ab eis possit vel diligi vel desiderari iustitia.
In Ench. Voluntas enim eorum talis erit, vt habeat semper in se ma-
cap. III. lignitatis suæ supplicium, nunquam tamen recipere possit
 bonitatis effectum. Quia sicut illi qui cum Christo regnabunt
 nullas in se malas voluntatis reliquias habebunt, ita illi qui
 erunt in supplicio æterni ignis cum diabolo & angelis eius
 deputati, sicut nullam habebunt vlteriùs requiem: sic bonam
 nullatenus poterunt habere voluntatem. Et sicut coheredi-
 bus Christi dabitur perfectio gratiæ ad æternam gloriam: ita
 I. Co. II. s. d. cōfortibus diaboli cumulabit ipsa malignitas poenā, quādo

exterioribus deputati tenebris, nullo illustrabuntur interiori
 lumine veritatis. Ex his apparet reprobos in inferno poeni-
 tentiam sic gesturos, vt per eam prauam voluntatem non
 deserant: & illa maligna voluntas erit eis ad cumulum poe-
 næ per quam tamen non merebuntur, quia nullus meretur,
 nisi in hac vita.

Quare dicuntur tenebra exteriores.

HIC quæri potest, quare illæ tenebræ quibus inuoluen-
 tur mali in gehenna, dicuntur tenebræ exteriores. Quia
 tunc mali poenitens extra lucem corporalem & spiritualem,
 scilicet, deum, erunt. Nunc enim etsi patiantur tenebras
 in cæcitate mentis, non tamen poenitens extra lucem dei sunt,
 nec corporali luce priuatur. De hoc Aug. sic ait, Ita dei & in
 iudicio erit, & hic est in cæcitate mentis, cum dantur mali in
 reprobis sensum. ibi exteriores tenebræ erunt, quia tunc peccato-
 res poenitens erunt extra deum. Quid est enim poenitens
 esse extra deum, nisi esse in summa cæcitate? Siquidem ha-
 bitat deus lucem inaccessibilem. Hæ autem tenebræ hic iam inci-
 piunt in peccante, cum ab interiori dei luce secluditur, sed non
 poenitens dum in hac vita est. Ecce quare ibi peccator dicit
 pati exteriores tenebras, & non hic: quia ibi secludetur poe-
 nitens à luce dei, quod non hic. Sed quomodo intelligenda est
 illa seclusio? An quia non videbunt deum per speciem, sed nec
 aliquis videt hic deum per speciem. An per dissimilitudinem
 quæ facit peccatum inter deum & hominem? sed & hic multi per
 grauiora peccata elongantur à deo. An quia deum odiant, ita
 vt velint deum non esse: sed & hic multi deum oderunt: de
 quibus scriptum est, Superbia eorum qui te oderunt, ascen-
 dit semper. Quæ est ergo illa elogatio? Sanè exteriores tene-
 bræ intelligi possunt, quædam malignitas odij & voluntatis
 quæ tunc excrescet in mentibus reproborum, & quædam obli-
 uio dei, quia tormentorum interiorum & exteriorum dolori-
 bus adeo afficientur & turbabuntur, vt ab illis ad cogitandum
 aliquid de deo vix, vel raro, vel nunquam mentem reuocet.
 Vt qui nimio premuntur pondere, adeo stupefunt & turbantur,
 vt intetum in aliam cogitationem non se extendant: sed
 illic tendit impetus cogitationis, vbi sentitur vis doloris.
 Sed in hac vita nullus adeo malus est, vt poenitens secludatur

B

Super Ps.
6. Super il-
la Gerba,
Turbas
est à furo.
ccu. memu
1. Tr. 6. c.

Ps. 73.

à cogitatione Dei, quia nec perdit appetitum beatitudinis, & quendam boni amorem, quem naturaliter habet rationalis creatura, illas autem exteriores & profundissimas tenebras reprobos perpeffuros post iudicium dicit Augustinus, opponens de illo diuite, qui in inferno positus, eleuâs oculos, vidit Abraham, & in sinu eius Lazarum: cuius cōparatione coactus est confiteri mala sua, vsque adeo, vt fratres roget ab his præmoneri: quod ante iudicium factum legitur. Sed post iudicium in profundioribus tenebris erit impij, vbi nullam Dei lucem videbunt cui confiteantur.

*De animabus damnatorum, si quædam habent
notitiam eorum quæ hic fiunt.*

P R A E T E R E A quæri solet, si reproborum animæ quæ nunc in inferno cruciantur, notitiam habeant eorum quæ circa suos in hac vita geruntur, & si aliquo modo doceant super infortuniis suorum charorum. Hanc quæstionem Augustinus commemorat, ex parte eam explicans, ex parte verò insolutam relinquens: ait enim, Quæret aliquis an vllus dolor tangat mortuos de his quæ in suis post mortem contingunt, vel quomodo ea quæ circa nos aguntur, nouerint spiritus defunctorum. Cui respondeo magis esse quæstionem, nec in præsentem differendam. Veruntamen breuiter dici potest, quod est cura mortuis de suis charis, vt de diuite legitur: qui dum tormenta apud inferos pateretur, leuauit oculos ad Abraham. & inter alia dixit: Habeo enim quinque fratres: mitte aliquem ex mortuis, vt testetur illis ac & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Habent enim mortui curam de viujs, quos sciunt viuere, quia nec in locis pœnarum vident eos, vbi diues sine fratribus erat: nec in requie Beatorum, vbi Lazarum & Abraham, quamuis longè, agnoscebat. Non tamen ideo consequens est eos scire quæ circa charos suos aguntur hic, vel læta, vel tristia.

*Quomodo accipienda sunt quæ de Lazaro
& diuite leguntur.*

S I quis autem quærat quomodo intelligatur, quod de Lazaro & diuite legitur: audiat Augustini responsum, ad h. 8. c. dicens, Si quis putat animas corpore exutas locis corporalibus contineri, cum sint sine corpore, non deerunt qui

faucant, & diuitem sitientem in loco corporali fuisse contendant, ipsamque animam corporeâ præparasse linguam, & stillam de Lazari digito cupiisse. Sed melius est dubitare de occultis, quam ligare de incertis. Diuitem in supplicio, pauperem in refrigerio esse non dubito. Sed quomodo intelligatur diuitis lingua, digitus Lazari, flamma inferni, sinus Abraham, & eiusmodi, vix à mansuetis, à contentiosis autem nunquam inuenitur.

Si se vident boni & mali.

S O L E T etiam quæri, vtrum vicissim se videant illi qui sunt in inferno, & illi qui sunt in gloria. Sicut Sancti tradunt, & boni malos, & mali bonos vident vsque ad iudiciū. Post iudicium verò boni videbunt malos, sed non mali bonos. Vide Grego. Infideles in imo positi, ante diem iudicij fideles super se in requie attendunt, quorum gaudia post contemplari non possunt.

De chaos inter bonos & malos.

S E D cum Sancti malos in tormentis videant, nonne aliqua compassione erga eos mouentur? nonne eos de tormentis liberari cupiunt? Recole illud Euangelicum, quod Abraham diuiti respondit, Inter vos & nos chaos magnum firmatum est, vt hi qui volunt hinc transire ad vos non possint, neque inde huc transire. Quid est illud chaos inter bonos & malos, nisi hinc iustitia, inde iniquitas, quæ nullatenus sociari valent: A deo enim Sancti Dei iustitiæ addicti sunt, vt nulla compassione ad reprobos transire valeant, nulla pro eis inter Sanctos fiat intercessio. Quomodo ergo inde volūt aliqui transire ad illos, sed nō possunt? Quia si Dei iustitia admitteret, non fieret eis molesta liberatio eorum. Vel ita dicuntur velle & non posse: non quia velint, & non possint, sed quia etsi velent, nō possent eos iuuare. De hoc ita Gregorius ait, Sicut reprobi à pœnis ad gloriam Sanctorum transire volunt, & non possunt: ita iusti per misericordiam mente ire volunt ad positos in tormentis, vt eos liberent, sed non possunt: quia iustorum animæ etsi in naturæ suæ bonitate misericordiam habent, iam nunc auctoris sui iustitiæ coniunctæ tanta rectitudine constringuntur, vt nulla ad reprobos compassione moueantur.

*Grego. super
per Lucā
16. in glo.*

*super il-
lud, Fa-
ctum est
autem.*

Hom. 4.

Luc. 16. e

*Greg. su-
per Lucā*

Quod *Visa* impiorum *pœna* non minuit *Beatorum* gloriam.

POSTREMO quæritur, an *pœna* reproborum *visa* decolorer gloriam *Beatorum*: an eorum beatitudini proficiat. *Luce* 16. De hoc ita *Gregorius* ait, Apud animum iustorum non obfultat fulcat beatitudinem aspecta *pœna* reproborum: quia ubi daret, *Ho* iam cõpassio *miseriæ* non erit, minuire *Beatorum* lætitiã *misa* 40. non valebit. Et licet iustis sua gaudia sufficiãt, ad maiorem tamen gloriã vident *pœnas* malorũ, quas per gratiam euaserunt, quia qui *Dei* claritatem videt, nil in creatura agitur

Hie li. 3. quod videre non possint. Non est autem mirandum, si *Sanc.* 66. *san*cti iam immortales reprobos videant mentis intelligentia, cum prophetæ mortales adhuc videre hæc omnia mem sine, suerunt. Egre dientur ergo electi, non loco, sed intelligentia per illud, vel visione manifesta, ad videndum impiorum cruciatu: Egre dientur, quos videntes non dolore afficientur, sed lætitiã satiabuntur elec. tur, agentes gratias de sua liberatione, *visa* impiorum ineffabili calamitate. Vnde *Esaia* impiorum tormenta describens, & ex eorum visione lætitiã bonorum exprimens, ait, Egre dientur electi, scilicet, & videbunt cadauera

virorum, qui præuaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur, & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni, id est, electis,

ibidem.

Lætabitur enim iustus, cum videbit vindictam.

*

Hæc de pedibus sedentis super solum excelsum, quos Seraphim duabus alis Selabant, scriptori, et si non auditori, commemorasse sufficit: qui a facie exoritur sedentis per media ad pedes usque via duce peruenit.

PE. LOMBAR. EPISCOPI PARI
SIENSIS SENTENTIARVM
librorum quatuor,

F I N I S.

ERRONEI OMNIVM PENE FACVL
tatum in Anglia & Parisiã studiũ & autho
ritatũ condemnati, cum renouatio
nibus eorundem.

P R A E F A T I O.

VNiuerfis præsentis literas inspecturis, *Stephanus* permissione diuina *Parisiensis* ecclesiæ minister indignus, Salutem in filio *Virginis* gloriosæ. *Magnarum* & personarum grauium crebra zelõque fidei accensa insinuaui relatio, quod nonnulli *Parisiis* studentes in artibus propriæ facultatis limites transcendentes, quosdam manifestos & execrabiles errores, imò potius vanitates & insanias in rotulo seu schedulis his annexo, seu annexis contentos, quasi dubitabiles in scholis tractare & disputare præsumunt: non attendentes illud *Gregorij*, Qui sapienter loqui nititur, magnoperè metuat ne eius eloquio audientium vnitas confundatur: præsertim cum errores prædictos *Gentilium* scripturis muniant, quos, proh pudor, ad suã imperitiã asserunt, sic cogentes, vt nesciãt eis respondere. Ne autẽ quod sic innunt, asserere videãtur, responiones ita palliãt, quod dum putãt vitare *Scyllã*, incidunt in *Charybdim*. Dicunt enim ea esse nora & vera secũdũ *Philosophiã*, sed non secũdũ fidem catholicã, quasi sint duæ veritates contrariæ, & quasi contra veritatem sacre Scripturæ sit veritas in dictis *Gentilium* damnatorum, de quibus scriptum est, Perdam sapientiã sapientum, quia vera sapientia perdet falsã sapientiã. Vtinam tales attenderent dictum *Sapientis*, seu consilium dicentis, Si tibi est intellectus, responde proximo tuo: si autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisziplinato, & confundaris. Ne igitur incauta locutio trahat simplices in errorem, nos tam *Doctõrum* sacre theologiæ, quã aliorum communicato consilio, districtè talia heri consilia prohibemus, & ea totaliter condemnamus, excommunicantes omnes illos qui dictos errores dogmatizauerint, vel aliquem de eisdem dogmatizare aut defendere, vel sustinere præsumperint quoquo modo: & audientes eorum, nisi infra septem dies nobis, vel *Cancellario* *Parisi*

fieri duxerint reuelandum, nihilominus processuri ad poenas contra eos pro qualitate culpæ, prout ius distauerit infligendas. Librum etiam de amore siue de Deo amoris, qui sic incipit. Cogit me multū, &c. & sic terminatur, Caue igitur Galtere amoris exercere mandata, &c. Item etiam librum Geomantiæ, qui sic incipit, Aestimauerunt Indi, &c. & sic terminatur, Ratiocinare igitur super eam, & sic inuenies, &c. Item libros & rotulos & quaternos, Nigromanticos aut continentis experimenta fortilegorum, inuocationes dæmonum, seu cōiurationes in periculum animarum, seu in quibus de talibus & similibus fidei orthodoxæ & bonis moribus aut operibus euidenter aduersantibus tractatur, per eandem sententiam nostram condemnamus, & omnes qui dictos rotulos, libros, & quaternos dogmatizauerint & audierint, nisi infra septem dies nobis vel Cancellario Parisiensi reuelauerint, eo modo quo superius est expressum. In his scriptis sententiam excommunicationis ferentes, ad alias poenas prout grauitas culpæ exegerit nihilominus processuri. Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, die Dominica, qua cantatur, Letare Hierusalem, in ecclesia Parisiensi.

COLLECTIO ERRORVM PARISIENSIS CONDEMNATORVM.

ERRORES PARISIENSIS CONDEMNATI à Domino Gulielmo Episcopo Parisiensi.

DE erroribus quos conlibero arbitrio. damnauit Stephanus Episcopus Parisiensis. Errores de mundo & mundi æternitate.
De erroribus quos idem dominus condemnauit alia vice, ubi primò ponuntur errores de Deo. Errores de necessitate euentus rerum, Errores de accidente. Errores de intelligentia, vel angelo. Errores de fide & sacramentis. Errores de anima vel intellectu. Errores de raptu. Errores de voluntate, siue Errores de vitiis & virtutibus.

Errores de resurrectione. contra errores fratris Iohannis de Montefono ordinis Prædicatorum, in quo continentur etiam errores contra immaculatam virginis Mariæ conceptionem.

Errores Iohannis Guion, ordinis fratrum minorum. Isti sunt errores detestabiles contra catholicam veritatem, reperti in quibusdam scriptis. Quos quicumque dogmatizauerit vel defecerit, a venerabili patre Guillelmo Parisiensi episcopo, conuocato cōcilio omnium magistrorum tunc Parisiis de gentium, vinculo anathematis est innodatus. Et ideo eos cauere debent omnes professores fidei orthodoxæ.

Errores Iohannis de Mercuria, ordinis Cisterciensium.

Errores magistri Nicolai de Vlricuria. Primus est, quod diuina essentia in se nec ab angelo, nec ab homine videatur vel videbitur.

Item quidam articuli damnati ab episcopo Parisiensi, & magistris theologiæ anno domini 1340. Secundus error est, quod licet diuina essentia eadè sit in patre & filio & spiritu sancto: tamè vt hæc essentia est in ratione formæ vnæ, est in patre & filio, licet nõ vnà in spiritu sancto & in his, & tamen forma idem est quod diuina essentia.

Copia schedulæ reuocationis quorundam articulorum fratris Diony. Soulechat, ordinis fratrum minorum, factæ per eundem Parisiis & in curia Romana.

Reuocatio magistri Iohannis de Calore. Tertius est, quod spiritus sanctus, prout est amor & nexus, non procedit à filio, sed tantum à patre.

Reuocatio Ludouici facta anno domini 1362. Quartus est, quod multæ veritates fuerunt ab æterno quæ non sunt ipse deus.

Reuocatio fratris Guidonis, ordinis heremitarum sancti Augustini.

Reuocatio Simonis facta anno domini 1301.

Articuli in quibus magister sententiarum communiter non tenetur.

Determinatio quædam Parisiis facta per aliam facultatem theologicam. Anno domini 1318. super quibusdam superstitionibus nouiter exortis.

Excerpta principalium articulorum tractatus cuiusdam

Quintus, est primum nunc vel principium & creatio passio non sunt creator vel creatura.

Sextus, quod angelus malus in primo instanti sue creationis fuit malus, & nunquam fuit non malus.

Septimus est, quod nec animarum glorificatae nec corpora gloriosa vel glorificata erunt in caelo Empyreo cum angelis, sed in caelo aequo vel crystallino quod est super firmamentum, Quod etiam dicere praesumunt de beata Virgine.

Octavus, quod angelus in eodem instanti potest esse in diuersis locis: & est ubique si velit esse ubique.

Nonus est, quod qui habet meliora naturalia, de necessitate habebit maiorem gratiam & gloriam.

Decimus est, quod diabolus nunquam habuit unde posset stare. Nec etiam Adam in statu innocentiae.

A S S E R T I O N E S
oppositae erroribus praedictis.

Firmiter credendum est & nullatenus dubitandum, quod deus in sua substantia, essentia, vel natura videatur ab angelis sanctis & animabus glorificatis.

Item quod vna est essentia

substantialis vel natura in patre & filio & spiritu sancto.

Et eadem essentia in ratione formae in patre & filio & spiritu sancto.

Item quod spiritus sanctus, prout est sanctus est amor, procedit ab utroque, scilicet patre & filio.

Item quod vna sola veritas fuit ab aeterno quae est deus. Et quod nulla veritas fuit ab aeterno quae non sit illa veritas.

Item quod primum nunc & creatio passio est creatura.

Item quod malus angelus aliquando fuit bonus & non malus, & post peccando factus est malus.

Item quod idem est locus corporis, scilicet Empyreum caelum sanctorum angelorum, & beatarum animarum, & idem erit corporum humanorum glorificationum: & similiter idem est locus spiritualis sanctorum angelorum & hominum bonorum.

Item quod angelus est in loco per distinctionem, ita quod si est hic, non est ibi in eodem instanti: impossibile est enim eum in eodem instanti esse ubique, cum hoc sit proprium dei.

Item quod secundum quod praedictum est & praedictum a Deo, dabitur gratia & glo

& gloria.

Item quod malus angelus & Adam habuerunt unde possent stare, etsi non unde possent proficere.

Item eodem anno, Dominica qua cantabatur Lætare Hierusalē. 1270. Gulielmus postmodum Constantien.

Episcopus in sermone beati Ioannis baptistae in domo minorum Parisiis praedicauit, quod liberum arbitrium habet potentiam naturalem ad recipiendum gratiam non effectiuam aliquo modo: quod falsum est, quia nolens non recepit eam. Secundò, quod quidam natus nunquam fuit in gratia; sed semper Hirmael, aut Iudas fuit, & nunquam Ioannes: quod est contra fidem, baptizati enim habent gratiam. De qua reprehensus publice in consequenti die Apostolorum Petri & Pauli publice retractauit. Pax & gratia omnibus asserentibus hanc veritatem.

Data fuit haec sententia Parisiis, anno Domini 1240. in octaua Epiphaniae.

I S T I errores sunt condemnati & excommunicati cum omnibus qui eos scienter docuerint vel asseruerint à Domino Stephano Parisiensi episcopo, anno Domini 1270. die Mercurij ante

festum beati Nicolai hymalis.

Primus articulus est, quod intellectus omnium hominum est vnus & idem numero.

Secundus est, quod illa est falsa vel impropria, Homo intelligit.

Tertius est, quod voluntas hominis ex necessitate vult vel eligit.

Quartus, quod omnia quae in inferioribus aguntur subsunt necessitati corporum caelestium.

Quintus, quod mundus est aeternus.

Sextus, quod nunquam fuit primus homo.

Septimus, quod anima quae est forma hominis secundum quod homo corrumpitur corrupto corpore.

Octavus, quod anima separata post mortem non patitur ab igne corporeo.

Nonus quod liberum arbitrium est potentia passiva non actiua. Et quod necessitate mouetur ab appetibili.

Decimus, quod Deus non cognoscit singula.

Vndecimus, quod Deus non cognoscit aliud à se.

Duodecimus, quod humani actus non reguntur prouidentia diuina.

Tredecimus, quod deus non potest dare immortalitatem,

E c

vel incorruptibilitatem rei corruptibili vel mortali.

ISTI articuli qui sequuntur cōdemnati sunt à domino Stephano Parisien. episcopo de consilio Magistrorum theologiae, anno Domini 1226. die dominica qua cantatur Latrare Hierusalem, in ecclesia Parisiensi. Vbi excommunicauit in scriptis omnes illos qui eos docuerint & defenderint. Et primò ordinantur illi qui sunt de deo.

Primus, quòd deus nō est trinus & vnus: quoniā trinitas non stat cum summa simplicitate. Vbi enim est pluralitas realis, ibi necessariò est additio & cōpositio. Exemplum de aëro lapidam.

Item quòd deus nō potest generare sibi similem, quod enim generat ab aliquo habet principiū aliquod à quo depēdet, & q̄ in deo generare non est signū perfectionis.

Item quòd deus non cognoscit alia à se.

Item quòd deus nō potest dare perpetuitatem rei trāsmutabili vel corruptibili, vt est corpus humanum.

Item quòd deus siue prima causa non posset producere effectū sibi æquale, nisi temperaret suam potētiam.

Item q̄ deus nō posset facere plures aīas in numero.

Item quòd deus nūquam plus creauit intelligentiam quā modo creauit.

Itē q̄ deus est infinitē virtutis in duratiōe, nō in actiōne talis em̄ infirmitas nō est nisi in corpore finito si esset.

Et quòd prima causa non posset plures mūdōs facere.

Item quòd sine agēte proprio vt patre à solo deo non posset fieri homo.

Item quòd deum in hac vita mortali possumus intelligere per essentiam.

Item quòd deus nō potuit fecisse primam materiā nisi mediante corpore cælesti.

Itē à volūtate antiqua non potest nouū procedere absq̄ transmutatione præcedente.

Itē quòd prima causa non habet cognitionē aut scientiam futurorum contingentium. Primò quia futura contingentia sunt non entia. Secundò, quia futura cōtingentia sunt particularia. Deus autē cognoscit virtute intellectiua, qui nō potest cognoscere particulare. Vnde si nō esset sensus, fortē intellectus non distingueret inter Socratem & Platonem: licet distingueret inter hominem & asinum. Tertium, propter ordinē causæ ad causatū: præsciētia enim diuina est necessaria causa præcitorū. Quarta

ratio, est ordo scientiæ ad scitum: quanuis enim scientia nō sit causa fati, ex quo tamē scitur determinatur ad alterā partē contradictionis: & hoc multò magis in scientia diuina, quā in scientia nostra.

Item quòd primum principium non potest esse sine diuersorum factorū hīc inferiori, nisi mediantibus aliis causis, eò quòd nullum transmutans diuersimodē transmutat nisi transmutatum.

Item quòd ab vno primo agente non potest esse multitudo effectuum.

Item quòd primum principium non est causa propria æternorū, nisi metaphoricè, id est, quia cōseruat ea, quia nisi esset, ea non essent.

Itē quòd sicut ex materia non potest aliquid fieri ex agēte: ita nec ex agente potest aliquid fieri sine materia. Et quòd deus nō est causa efficiēs, nisi respectu eius quod habet esse ī potētia materiæ.

Item quòd entia declināt ab ordine causæ primæ in se consideratæ, licet non in ordine ad reliquas causas agētes in vniuerso. Hoc est error, quia essentialior & inferior, quia essentia, quā ad causas inferiores.

Item quòd deus nō potest

esse causa noui facti: nec potest aliquid de nouo producere.

Item quòd deus nō potest mouere cælum motu recto. Et est ratio, quia tunc relinqueret vacuum.

Item quòd deus nō potest irregulariter, id est, alio modo quā mouet mouere aliquid: quia in eo nō est diuersitas voluntatis.

Itē quòd deus est æternus in agēdo & mouēdo sicut in cōsēdo, aliogn ab alio determinare qd̄ esset prius illo.

Item illud quod de se terminatur vt deus, aut semper, aut nunquam: & quòd multa sunt æterna.

Itē quòd deum necesse est facere quicquid immediatē fit ab ipso. Error, siue intelligatur de necessitate coactionis, quia tollit libertatē arbitrij: siue de necessitate immutabilitatis, quia ponit possibilitatem aliter faciendi.

Item quòd primum principium non potest immediatē producere generalia: quia sunt effectus noui.

Effectus autē nouus existit causam immediatam, quæ potest aliter se habere.

Itē q̄ primū principium non potest aliud à se producere: quia oīs differentia, quæ est inter agēs & factū, est per naturā.

Itē quòd deus nō potest in

mediate cognoscere contingētia nisi per aliā causam particularem & proximam.

Itē q̄ si omnes causæ fuerint aliquando in quiete necesse est ponere deū mobilē.

Itē q̄ deus est prima & necessaria causa primæ intelligentiæ, qua posita ponitur effectus, & sunt simul duratiōe.

Item quod deus non est necessaria causa motus corporum superiorum & coniunctionis & diuisionis contingētis in stellis.

Itē ad hoc quod effectus omnes sint necessarij respectu causæ primæ, nō sufficit quod ipsa causa prima non sit impediibilis: sed exigitur quod causæ mediæ non sint impediibiles, Error: quia tunc deus non posset facere aliquem effectum nouum sine causis posterioribus.

Item quod deus possit agere contraria, hoc est mediante corpore cælesti, quod est diuersum in vbi.

Item quod deus infinitus virtute, non quia faciat aliquid de nihilo: sed quia communicat motum infinitum.

Itē quod deus nō potest in effectū causæ secundariæ sine ipsa causa secundaria. Error.

Itē q̄ effectus immediatus à primo debet esse vnus tantum & simillimus primo.

Itē quod deus vel intelligentia non infundit scientiam animæ humanæ in somno, nisi mediāte corpore cælesti.

Itē quod plures sunt motores primi cæli. Error.

Item quod primū immobile simpliciter non mouet, nisi mediante aliquo motu, & quod tale mouens immobile est pars moti ex se.

Item quod potētia actiua, nō potest esse sine operatione, & permixta potētiæ passiuæ. Error. si intelligatur de quacunque operatione.

Item quod deus nō potest indiuidua multiplicare sub vna specie sine materia.

Item forma quam oportet fieri & esse in materia, non potest agi ab illo quod non agit ex materia.

Itē q̄ deus nō potest facere accidētia sine subiecto, nec plures dimēsiōes simul esse.

Itē quod impossibile simpliciter nō potest fieri à deo vel ab agente. Error, si intelligatur de impossibili secundum numerum vel naturam.

Itē q̄ aliud est intellectus in ratione secundum q̄ deus intelligit se & alia. Error: quia licet sit alia ratio intelligendi, non tamen alius intellectus secundū rationem.

Item quod prima causa est causa omnium entium remo-

tissima. Error, si intelligatur cum præcisione: ita scilicet quod nō propinquissima est.

Item quod aliqua possunt casualitea euenire respectu primæ causæ: & quod falsum est omnia esse præordinata à prima causa, quia tunc euenirent de necessitate.

Item quod in causis efficientibus causa secunda habet actionem, quam non accipit à prima causa.

Itē quod in causis efficientibus, cessante causa prima nō cessat secūda ab operatione sua, dū tamē secūda operetur secūdum materiā suā.

Item quod de deo non potest cognosci, nisi quia est siue ipsum esse.

Item quod deum esse ens per se positiuē non est intelligibile, sed priuatiuē est ens aut per se intelligibile.

ERRORES DE angelo vel intelligentia.

Itē q̄ omnia separata cœterna sunt primo principio.

Item quod intelligentiæ superiores creant animas racionales sine motu cæli: intelligentiæ autem inferiores creant vegetatiuam, sensitiuam motu cæli mediante.

Itē q̄ intelligentia angelus, vel aia separata nusquā est.

Item substantiæ separatae quod habent vnum appe-

titum, non mutantur in opere aut operatione.

Itē quod intelligentiæ sine substantiæ separatae, quæ dicuntur esse æternas, non habent propriē causam efficientem sed metaphoricē: quia habent causam conseruantē in esse, sed non sunt factæ de nouo: quia sic essēt trāsmutabiles.

Itē quod in substantiis separatis nulla est possibilis trāsmutatio: nec sunt in potentia ad aliquam mutationem ad aliud, quia æternæ sunt & immunes à materia.

Item quod substantiæ separatae quæ non habent materiā per quam plus sint in potentia quā in actu, & sunt à causa semper eodem modo se habēte, ideo sunt æternæ.

Item quod substantiæ separatae per suum intellectum causant res ad extrā.

Itē quod intelligentia motrix cæli influit in animā racionalem, sicut corpus cæli influit in corpus humanum.

Item quod angelus non potest in actus oppositos immediate, sed in actus mediatos: & hoc mediante alio, vt orbe, sole, vel cælo.

Item quod angelus nihil intelligit de nouo.

Itē quod si esset aliqua substantia separata, quæ non moueret aliquod corpus in hoc

mundo sensibili non clauderetur in vniuerso.

Item quod substantię separatae a materia habet bonum quod est eis possibile cum producitur: nec desiderant aliquid quo careant. Item quod substantię separatae sunt sua essentia, quia in eis idem est quod est, & per hoc quod est.

Item quod omne quod non habet materiam est aeternum, quia quod non est factum per transformationem materię prius non fuit, ergo aeternum.

Item quia intelligentię non habent materiam, deus non potest plures res eiusdem speciei facere: & quod materia non est in angelis, contra fratrem Thomam.

Item quod intelligentię superiores non sunt causa alicuius nouitatis in inferioribus. Et quod superiores inferioribus sunt causa aeternae cognationis.

Item, quod intelligentia perficitur a deo in eternitate, quia secundum se totam immutabilis est, anima autem caeli non.

Item quod intelligentia inferior recipit esse a deo per intelligentias medias.

Item quod scientia intelligentię non differt a substantia intelligentię: ibi enim non est diuersitas intellecti ab intelligentiabilitate, nec diuersitas intellectorum.

Item quod substantię separatae sunt in actu infinitae: infinitas enim non est possibilis nisi in rebus materialibus.

Item, quod intelligentię superiores imprimunt in inferioribus: sicut anima vna intellectiua imprimit in aliam & in animam sensitiuam: & per talem impressionem incantator aliquis proficit Camelum in forcam solo visu.

Item quod intelligentia cum sit plena formis, imprimit alias formas in materia per corpora caelestia, tanquam per instrumenta.

Item quod substantię separatae sunt alicubi per operationem: & non possunt moueri ab extremo in extremum, nec medium: nisi quia possunt vel

le operari, aut in medio, aut in extremis. Error: si intelligatur sine operatione substantiam non esse in loco, nec transire de loco in locum.

Item quod intelligentia sola voluntate mouet caelum.

Item substantię separatae nusquam sunt secundum substantiam. Error, si intelligatur ita quod substantia sit res essendi in loco: verum est quod nusquam sunt secundum substantiam.

ERRORES DE anima & intellectu.

Item quod intellectus non est forma corporis, nisi sicut

nauta nauis: nec est perfectio essentialis hominis.

Item quod intellectus quod vult induit corpus, quando non vult non induit.

Item quod ex sensitiuo & intellectu non fit vnum per essentiam, nisi sicut ex intelligentia & orbe, hoc est vnum per apositionem.

Item quod intellectus humanus est aeternus, quia est a causa semper eodem modo se habente: & quoniam non habet materiam, per quam prius est in potentia quam actu.

Item quod anima separata nullo modo paritur ab igne.

Item quod intellectus est vnus numero omnium, licet omnino separatur a corpore hoc: non tamen ab omni.

Item quod intellectus Sorotis corrupti non habet scientiam eorum quae habuit.

Item quod anima humana nullo modo est mobilis secundum locum nec per se nec per accidens: & si ponatur alicubi secundum substantiam, suam, nunquam mouebit de vbi ad vbi.

Item quod scientia animae est terrena: & quod intellectus agens & possibilis sunt aeterni.

Item quod motus caeli sunt propter animam intellectiuam & quod anima intellectiua sui intellectu non potest edu-

ci, nisi mediante corpore. Item quod nulla forma ab extrinseco veniens potest facere cerebrum cum materia, quod enim separabile est cum eo quod est corruptibile vnum non facit.

Item anima separata non est alterabilis secundum philosophiam, licet secundum fidem alteretur.

Item quod anima rationalis quando recedit ab animalis adhuc remanet animal vnum.

Item quod anima intellectiua cognoscendo se cognouit omnia alia: species enim omnium rerum sibi sunt concreatae: sed hoc cognoscere non debetur intellectui nostro ut noster est: sed secundum quod intellectus est agens, error est.

Item quod anima est inseparabilis a corpore, & ad corruptionem harmoniae corporalis corrumpitur anima.

Item quod scientia magistrorum & discipuli est vna & eadem numero: & ratio est quia intellectus vnus est: quia forma non multiplicatur, nisi quia educitur de potentia materiae.

Item quod intellectus agens non copulatur nostro possibili, & quod intellectus possibilis non vnus nobis secundum substantiam: & si vniretur, & forma nobiscum esset inseparabilis.

Item operatio intellectus non uniti copulatur corpori, ita quod operatio est rei non habentis formam qua operatur. Error est: quia ponitur quod intellectus non sit forma hominis.

Item quod nihil potest sciri ab intellectu post eius separationem.

Item quod intellectus qui est postrema hominis perfectio, est penitus abstractus. Vel quod intellectus ultima est vel postrema operatio hominis, & est totaliter abstractus.

Item quod intellectus possibilis est inseparabilis a corpore simpliciter quantum ad hunc actum qui est specierum receptio, & quantum ad iudicium quod fit per simplicem specierum acceptionem vel intelligibilium compositionem. Error: si intelligatur de receptione omnimoda.

Item quod intellectus agens est quedam substantia separata superior ad intellectum possibilem & secundum substantiam, potentiam, & operationem est separatus a corpore, nec est forma corporis humani.

Item quod inconueniens est ponere aliquo intellectus nobiliores aliis: quia cum illa diuersitas non possit esse a parte corporum, oportet quod sit a parte intelligentiarum: & sic

animarum nobiles & ignobiles essent necessaria diuersarum specierum sicut intelligentiarum Error: quia sic anima Christi non esset nobilior anima Iudae.

Item quod intellectus speculatiuus simpliciter est eternus & incorruptibilis, respectu vero huius hominis corrumpitur corruptis phantasmatis in eo.

Item quod intellectus possibilis nihil est in actu antequam intelligat quia in natura intelligibili esse aliquid in actu est esse actu intelligens.

Item quod ex intelligente & intellecto fit una substantia, & quod intellectus sit ipsa res intellecta formaliter.

Item quod nos peius vel melius intelligimus, hoc prouenit ex intellectu passiuo quem dicunt esse potentiam sensitiuam. Error est quia hic ponitur unum intellectum in omnibus, aut aequalitatem in omnibus animalibus.

Item quod intellectus non potest transire de corpore in corpus: ita quod successiue sit motor diuersorum corporum.

Item quod intellectus non potest per sua naturalia potest pertingere ad cognoscendam essentiam primae causae. Hoc male sonat, & est error, si in-

tellegatur de cognitione mediata.

Item quod anima nunquam moueretur nisi corpus moueretur: sicut graue vel leue nunquam moueretur, nisi aer moueretur.

ERRORES DE voluntate, siue libero arbitrio.

Item quod de sua natura non est determinandum ad esse vel non esse, non determinatur nisi ad aliquod quod est necessarium respectu sui. Error.

Item quod voluntas manente passione & scientia in particulari & in actu, non potest agere contra eam.

Item si ratio recta, & voluntas recta. Error est, quia est contra glo. Ang. super illud Psal. Concupiuit anima mea desiderare, &c. Et quia secundum hoc ad rectitudinem voluntatis gratia non esset necessaria, sed solum scientia, quia fuit error Pelagi.

Item quod voluntate existente in tali dispositione in qua nata est moueri, & mouente sic disposito, quod natum sic mouere, impossibile est voluntatem non velle.

Item quod morbus est causa voluntatis medici ut sanet.

Item quod voluntas & in-

tellectus non mouentur in actu per se, sed per causam sempiternam, scilicet per corpora caelestia.

Item quod appetitus cessantibus impedimentis necessario mouet ab appetibili. Error est de intellectiuo.

Item quod voluntas secundum se est indeterminata ad opposita, sicut materia. Determinatur autem ab appetibili sicut materia ab agente.

Item quod homo agens ex passione coacte agit.

Item quod post conclusionem factam de aliquo faciendovoluntas non manet libera, & quod poenae non adhibetur a lege nisi ad correctionem ignorantiae & vt correctio sit aliis principium cognitionis vel generationis.

Item quod voluntas hominis necessitatur per suam cognitionem sicut appetitus bruti.

Item quod nullum agens est ad vtrumlibet, imo determinatur.

Item quod effectus stellarum super liberum arbitrium sunt occulti.

Item quod voluntas noustra subiacet potestati corporum caelestium.

Item quod voluntas necessario profecquitur quod firmiter creditum est a ratione: & quod non potest abstinere, ab

eo quod ratio dicitur. Hæc autem necessitatio non est eo ratio, sed natura voluntatis.

Item quod homo in omnibus suis actionibus sequitur appetitum & semper maiorem. Error est, nisi intelligatur de maiore & in mouendo.

Item quod non est possibile esse peccatum in potentiis animarum superioribus, & ita peccatur passione, & non voluntate.

Item quod scientia contra rationem solum est causa quare anima rationalis potest in opposita, nisi per accidens & ratione alterius.

Item quod anima nihil vult nisi mota ab alio à se vnde istud falsum est: Anima seipsa vult. Error, si intelligatur mota ab alio scilicet appetibili vel ab obiecto: ita quod appetibile & obiectum sit tota ratio motus voluntatis ipsius.

Item quod duobus bonis propositis, quod fortius est fortius mouet. Error est, nisi quantum est ex parte boni mouentis.

Item quod omnes motus voluntarij reducuntur ad motum primum. Error, nisi intelligatur in motorem primum simpliciter non creatum. Et intelligendo de motu secundum substantiam, & non secundum deformatem.

ERRORES DE MUNDO & MUNDI æTERNITATE.

Item quod nihil est æternum à parte finis quod non sit æternum à parte principij: quia est contra fidem, & error.

Item quod redemptio corporum celestibus omnibus in idem punctum, quod sit ex 30. milibus annorum, redibunt idem effectus qui & modo.

Item quod non fuit primus homo, nec erit ultimus, imò semper fuit, & semper erit homo ex homine generatio.

Item quod generatio hominis est circularis eo quod forma hominis redit pluries super eandem partem materij.

Item quod quia Sortes factus est non receptibilis eternitatis, & si debet esse æternus, necesse est ut transmutetur natura & specie.

Item quod mundus est æternus quantum ad omnes species in eo contentas, & quod tempus æternum, & motus, & materia agens & suscipiens quia est à potentia Dei infinita, & impossibile est innovatione esse in effectu sine innovatione in causa.

Item quod nihil esset nouum, nisi cælum esset varium respectu materij generabilem.

Item impossibile est solue-

re rationes Philosophi de æternitate mundi, nisi dicamus quod voluntas primi implicat impossibilia.

Item quod duo sunt principia æterna, scilicet corpus cæli & anima eius.

Item quod tria sunt principia æterna in celestibus, subiectum motus æterni, anima corporis celestis, & primum mouens desideratum. Error est quod ad duo prima.

Item quod mundus est æternus, quia omne quod habet naturam per quam possit esse in futuro toto, habet naturam per quam potuit esse in toto præterito.

Item quod mundus licet sit factus ex nihilo, non tamen est factus de nouo, & quantum de non esse exierit ad esse non esse, non præcessit esse duratione, sed natura tantum.

Item quod Theologi dicentes quod cælum quandoque quiescit, arguuntur ex falsa suppositione. Et quod dicere cælum esse, & non moueri, est dicere contradictoria.

Item quod infinita præcesserunt cæli revolutiones, quas non fuit impossibile comprehendere à prima causa, sed ab intellectu creato.

Item quod elementa sunt æterna, sunt tamen facta de nouo in dispositione, quam

non habent. Item quod quantum generatio hominum possit deficere voluntate primi, tam non deficiet: quia orbis primus non tantum mouet ad generationem elementorum, sed etiam hominum.

Item si quod cælum staret ignis in stupam non ageret: quia nec deus esset.

Item quod cælum nunquam quiescit quia generatio inferiorum, quæ est finis motus cæli, cessare non debet.

Alia ratio, quia cælum suum esse, & suam virtutem habet à motore suo, & hoc conseruat cælum per suum motum, vnde si cessaret à motu, cessaret ab esse.

Item quod æuum & tempus nihil sunt in re, sed solum in apprehensione.

Item quod qui generat mundum secundum totum ponit vacuum, quia locus necessarius præcedit generatum in loco: & tunc ante mundi generationem fuisset locus sine locato, quod est vacuum.

Item elementa prima generatione sunt facta ex nihilo chaos, sed sunt æterna.

Item quod vniuersum non potest deficere, quia primum agens habet transmutare materiam æternaliter vicissim, nunc ad istam formam, nunc ad illam, & similiter materia

nata est transmutari.

Item quod tempus est infinitum quantum ad utrumque extremum, licet enim impossibile sit infinita esse pertransita quorum aliquid fuit pertransendum, non tamen impossibile est infinita esse pertransita quorum nullum fuit pertransendum. Error.

Item quod naturalis Philosophus simpliciter debet negare mundi nouitatem, quia innititur causis & rationibus naturalibus. Fidelis autem potest negare mundi aeternitatem, quia nititur causis supernaturalibus.

Item quod ratio Philosophi demonstrans motum caeli aeternum, non est sophistica. Et mirum est quod homines profundi hoc non vident.

Item quod creatio non est possibilis, quauis contrarium sit tenendum secundum fidem.

Item quod non est verum quod aliquid fiat ex nihilo, vel neque factum sit in prima creatione.

Item quod creatio non debet dici mutatio ad esse. Error, si intelligatur de omni modo mutationis.

ERRORES DE CAELO & STELLIS.

Item quod corpora caelestia mouentur a principio intrin-

seco quod est anima, & quod mouentur per animam. & per virtutem appetitiuam sicut animal. Sicut enim anima appetens mouetur, ita & caeli.

Item corpora caelestia ex se habent aeternitatem suam substantiae, sed non aeternitatem sui motus.

Item quod anima caeli est intelligentia. Et orbis caelestes sunt instrumenta intelligentiarum sicut organa: sicut auris & oculus est organum virtutis sensitivae.

Item quod si in aliquo humore virtute stellarum deuenirent ad talem proportionem cuiusmodi proportio est in seminibus primorum parentum, ex illo humore posset generari homo. Et quod sufficienter posset generari ex putrefactione, vel ex putredine.

Item omnium formarum causa effectiua est Orbis.

Item natura quae est principium motus in corporibus caelestibus est intelligentia mouens. Error, si intelligatur de natura quae est actus vel forma.

ERRORES DE NECESSITATE EUENTUS RERUM.

Item quod nihil a casu, sed omnia a necessitate veniunt. Et omnia futura quae erunt, necessitate erunt. Et quae non erunt, impossibile est esse. Et quod nihil euenit, contingen-

ter considerando omnes causas. Error: quia concursus causarum est de definitione causarum superiorum & inferiorum inest homini dispositio Philosophiae.

Item quod ex diuersitate locorum acquiruntur necessitates euentuum.

Item quod ex diuersis signis caeli significatur diuersae conditiones in hominibus tam bonorum aut donorum spiritualium, quam rerum temporalium.

Item quod quibusdam signis aut figuris sciatur hominum intentiones & mutationes intentionum. Et an intentiones illae perficiendae sint. Per quod per tales figuras sciatur euentus peregrinorum: captiuitatem hominum, aut solutio captiuorum, & an nati futuri sint scientes vel latrones.

Item quod ferunt quod dispositio vniuersi procedit ex providentia diuina non immediate, sed mediate motu superiorum. Et quod illud facit non imponit necessitatem inferioribus, quia habet contrarietatem: sed superioribus.

Item quod sanitatem & infirmitatem, vitam & mortem attribuunt positioni syderum & aspectui fortunae, dicentesque si eius aspexerit fortuna, viuet, si non aspexerit, morietur. Error.

Item quod hora generationis hominis in corpore suo,

& per consequens in anima quae sequitur ex ordine causarum superiorum & inferiorum inclinans in tales actiones & euentus. Error, nisi intelligatur de euentibus naturalibus, & per viam dispositionis.

ERRORES DE ACCIDENTE.

Item quod cum Deus non comparatur ad entia in ratione causae materialis vel formalis non facit accidens esse sine subiecto, de cuius ratione est in actu in esse subiecto suo.

Item quod accidens existens sine subiecto non est accidens, nisi a quo. Et quod impossibile est quantitatem siue dimensionem esse per se, hoc enim esset ipsam esse substantiam.

Item quod facere accidens esse sine subiecto habet rationem impossibilis implicitae contradictionis, ut credimus in Eucharistia. quintus error.

Item quod Deus non posset facere accidens sine subiecto, nec plures demensiones simul esse.

ERRORES DE SACRA SCRIPTURA.

Item quod sermones theologiae fundati sunt in fabulis.

Item quod nihil plus scitur propter scire theologiam.

Item quòd fabulæ & falsa sunt in lege Christiana, sicut & in alijs.

Item quòd lex Christiana impedit addiscere.

Itē quòd lex naturalis prohibet interfectionem animaliū irrationabilium, sicut & rationabilium, licet non tantum.

ERRORES DE FIDE & sacramentis.

Item quòd non est curandū de fide, si dicatur aliquòd esse hæreticum, quia est contra fidem.

Itē quòd non esset credendum nisi per se notum, vel ex per se notis possit declarari.

Item quòd non est curandū de sepultura.

Item quòd non est orandū.

Item quòd nō est confessio faciendā nisi ad apparatus.

ERRORES DE RAPTIV.

Item quòd raptus & visio nes non habent fieri nisi per naturam.

ERRORES DE VITIIS & virtutibus.

Item quòd peccata contra naturā, vtpote abusus in coitu, licet sint contra naturam speciei, non tamen cōtra naturam indiuidui.

Item quòd simplex fornicatio, vtpote solutus cum solutā, non est peccatum.

Item quòd dignitas esset in

causis superioribus posse facere peccata & monstra præter intentionem, cum natura hæc possit.

Item quòd delectatio in actibus venereis non impedit actum siue vsum intellectus.

Item quòd cōtinentia non est essentialiter virtus.

Item quòd perfecta abstinentia ab actu carnis corrumpit virtutem & speciem.

Item quòd pauperis hominis fortuna non potest agere in mortalibus.

Item humilitas prout quis ostendat ea quæ habet, sed vilipendit & humiliat se, non est virtus. Error: si intelligatur quòd nec virtus nec actus virtuosus.

Item quòd non sunt possibili alia virtutes, nisi acquisitione vel innata.

Item quòd castitas non est maius bonum quàm perfecta abstinentia.

Itē quòd finis terribilissimus est mors. Error, si excludat terrorem infami qui est extremus.

ERRORES DE RESURRECTIONE.

Item quòd non contingit corpus corruptū redire idem numero, nec idem numero resurget. Error.

Item quòd resurrectio futura nō debet credi, neque concedi à Philosopho, quia im-

possibile est inuestigari per rationem. Error, quia etiam Philosophus debet captivare intellectum in obsequiū fidei Christi.

ERRORES DE FOELICITATE seu beatitudine.

Item foelicitas non potest à Deo infundi immediate.

Item dicere Deum dare foelicitatem vni & non alij est sine ratione & figmentum.

Itē quòd homo ordinatus quantum ad intellectum & effectū, sicut potest esse sufficienter per virtutes intellectuales & morales, de quibus loquitur Philosophus in Ethicis, est sufficienter dispositus ad foelicitatem æternam.

Item quòd foelicitas habetur in hac vita & non in alia.

Item quòd homo post mortem amittit omne bonum.

Item quòd bonum quod homini possibile est, consistit in virtutibus intellectualibus.

I S T I Sunt articuli reuocati anno Domini 1308, 2. die Octobr. Parisiis per fratrem Ioan. Guion, ordinis Minorū in domo Prædicatorum.

Item quòd generare secundum suam rationem formatum non fit in patre.

Item quòd generare realiter elicitum fit in diuinis.

Item quòd generare siue

elicitum siue inelicitum fit in filio.

Item quòd generare & generari in diuinis accepta notionaliter sunt idem inter se in diuinis.

Item dicere quòd pater in diuinis non fit formaliter generasalia generatione quàm illa qua filius formaliter est generus.

ERRORES Ioannis de Mercuria ordinis Cisterciæ.

Articuli cōdemnati per magistrōs Parisienses, anno Domini, 1347. & prohibiti omnibus Baccalaris legētib;

quæ legunt vel legerunt Sententias, sub pœna priuationis ab omni honore Facultatis: quorum articulorum aliqui reputantur erronei, alij suspecti aut malè sonantes in fidē.

Item quòd satis erat possibile quòd per voluntatem aut volitionem creatā Christus aliquid voluit quòd nūquàm debuit euenire.

Item quòd Christus potuit dixisse falsum, & asseruisse asseritione creatā tam vocali quam mentali.

Item: qualitercumque vult Deus, vult efficaciter esse.

Itē quòd Deus facit quòd aliquis peccet & quòd sit peccator, & vult volūrate beneplaciti quòd ille sit peccator.

Item quod nullus peccat volendo aliquo aliter, aliter quam Deus velit eum velle.

Item quod Deus aliquid reprobatur quod ipse vult voluntate beneplaciti.

Item quemlibet peccatorem Deus vult peccare voluntate beneplaciti, & facit eum peccare, & vult quod peccet.

Item quod Deus facit malum esse & peccatum esse.

Item quod peccatum magis est bonum quam malum.

Item quod aliquis faciat aliquid omnino ut Deus vult ipsum facere voluntate beneplaciti quod talis peccet.

Item quicumque peccat, conformatur voluntati suam voluntati beneplaciti Dei, sic quod illa vult, sicut Deus vult eum velle.

Item quod possibile est Christum secundum voluntatem creatam errasse, & secundum hominem mendacium protulisse.

Item quod posset dici quod anima Christi unita verbo saltem per accidens posset odire Deum vel respicere siue deestari.

Item quod si aliquis habes sum liberi arbitrii incidens in tentationem tantam quod non possit illi resistere, moveatur ad illecebram cum aliena uxore, non committit adulterium, & sic de aliis peccatis.

Item quod aliqua est possibilis passio, cui voluntas etiam habita gratia quacunque sine miraculo non posset resistere quia eliceret actum secundum illam, & talis actus non est peccatum.

Item quod non est peior de merito in casu qui vitiosum habet habitum demeritorium cum actu, quam qui habet habitum sine actu.

Item quod non est peior moraliter qui vitiosum habet habitum & actum, quam qui habitum eiusdem rationis habet sine actu.

Item quod non est melior merito qui habet habitum demeritorium & actum, quam qui habet similem habitum sine actu.

Item quod malus quacunque malitia actuali & habituali equalibus adinvicem, non est peior ex actuali simul quam ex actuali tantum, vel ex habituali tantum.

Item quod bonus quacunque bonitate actuali & habituali adinvicem equalibus, non est magis bonus ex utraque, quam ex habituali tantum.

Item quod nulla creatura aut nulla circumstantia rei bona diminuit peccatum, quin sit tantum quantum foret siue illa ceteris paribus.

Item quod pia intentio & naturalis pietas augent peccatum

catum & non diminuat eam demeritorie.

Item quod Deus est causa aliquo aliter actus demeritorij ut demeritorius est.

Item quod Deus est causa peccati ut peccatum est, & mali in quantum malum est.

Item quacunque voluntas causat aliquid, causat taliter in virtute primæ causæ.

Item quod Deus est causa maxima & immediata promotionis & iustitiæ in actu.

Item quod Deus est actio & causa peccati ut peccatum est.

Item quod Deus est causa cuiuslibet modi actus & cuiuslibet circumstantiæ productæ.

Item quod à Deo est quod accidit, sed omnem rem esse substantiam, & quod ubi non esset fides, hoc esset ponendum vel probabiliter poni posset.

Item quod non est evidens evidentiæ reducta ad certitudinem primi principij, quin quodcumque quod est posset produci nobilius.

Item quod tenentes vel communiter tenentur quod intentio, volitio, sentatio sit, qualitates subiectivæ existentes in anima, quas potest Deus creare se solo, & qui hoc potest vult, habet concedere & dicere quod Deus potest facere se solo quod anima odiret proximum & Deum non demeritorie.

Item quod Deus est causa peccati ut peccatum est, & mali in quantum malum est.

Item quacunque voluntas causat aliquid, causat taliter in virtute primæ causæ.

Item quod Deus est causa maxima & immediata promotionis & iustitiæ in actu.

Item quod Deus est actio & causa peccati ut peccatum est.

Item quod Deus est causa cuiuslibet modi actus & cuiuslibet circumstantiæ productæ.

Item quod à Deo est quod accidit, sed omnem rem esse substantiam, & quod ubi non esset fides, hoc esset ponendum vel probabiliter poni posset.

Item quod non est evidens evidentiæ reducta ad certitudinem primi principij, quin quodcumque quod est posset produci nobilius.

Item quod tenentes vel communiter tenentur quod intentio, volitio, sentatio sit, qualitates subiectivæ existentes in anima, quas potest Deus creare se solo, & qui hoc potest vult, habet concedere & dicere quod Deus potest facere se solo quod anima odiret proximum & Deum non demeritorie.

Item quod non sic gratis & misericorditer Deus predestinavit illum quem predestinavit, quin & pro omnibus bonis ipsius futuris vel alterius.

A R T I C V L I contra magistrum Nicolaum de Ultricuria, anno Domini 1348. post festum omnium Sanctorum.

I S T I Sequentes articuli fuerunt in Romana curia condemnati per magistrum Nicolaum supradictum publice in universitate Parisiensi reuocari.

Quod Deus potest precipere creaturæ rationabiliter ut habeat ipsum odio, & ipsa obediens plus meretur quam si ipsum diligeret ex precepto, quoniam hoc faceret eum maiori conatu & magis contra propriam inclinationem. Iustum articulum assero falsum.

Item si aliquis velit conformare voluntatem suam voluntati diuinæ, sequitur necessario altera pars illius distinctiua vel quod Deus cum instrueret de omnibus necessariis & concernentibus salutem suam ita quod errare non posset, vel quod non erraret, & si erraret in quocunque actu suo ille error non esset sibi imputandus nec peccaret, imò mereretur in omni actu consequente ta-

lem errorem, imò plus vel tantum quantum eliciendo actum oppositum sequendo iudicium rationis. Iustum articulum assero falsum, & reputo erroneum prout iacet.

Item quod in principio primo suo tenuisse dicitur quod quilibet tenetur plus diligere meliorem proximum se quam seipsum. Iustum articulum reputo falsum.

Item quod in ecclesia sancti Sepulchri Parisiensi predicasse dicitur, quod quilibet tenetur plus diligere proximum meliorem. Iustum articulum reputo falsum.

Item quod magister Nicolaus de Ultricuria predictus dicere debeat aliter & intelligibiliter quod propter istos articulos & propositiones per eum reuocatas, ac multos alios articulos falsos & hereticos huius epistolæ libelli combusti fuerunt, in scriptis reuocare debeat publice, solenniter, expressè: propositiones per eum coram nobis reuocatas, alios articulos a predictis asserendo aliquos falsos, aliquos presumptuosos: etiam & quod debeat iurare in preesentia nostra ad sancta Dei euangelia quod nunquam tenebit aut docebit etiam clam vel palam: & representauit se Cancellario Parisiensi & uni-

uersitati magistrorum, & scholarium Parisiis studentium & etiam regentium.

I S T I articuli qui sequuntur, sunt condemnati ab episcopo Parisiensi & magistris theologiæ regentibus Parisiis, anno Domini 1340. in octaua Epiphaniæ Domini.

Item quod diuina essentia in se nec ab homine nec ab angelo videbitur.

Item quod diuina essentia licet sit eadem in patre & filio & spiritu sancto ut est essentia, tamen ut est forma siue in ratione formæ, est vna in patre, & filio, & non vna in spiritu sancto.

Item quod spiritus sanctus prout est amor vel nexus, non procedit à patre & filio, sed tantum à patre.

Item quod multe fuerunt veritates ab æterno quæ non erant Deus.

Item quod corpora glorificata non erunt in cælo Emphyreo cum angelis, sed in cælo crystallino vel aliquo quod est supra firmamentum, quod presumebant dicere de beata Virgine.

Item quod primum nunc & creatura, non est creator nec creatura.

Item quod angelus in primo instanti suæ creationis fuit malus & nunquam bonus.

Item quod angelus in eodem instanti potest esse in diuersis locis.

Item quod qui habebit meliora naturalia, habebit de necessitate meliorem gratiam & gloriam.

Item quod diabolus nunquam habuit vnde stare posset.

Item nec Adam in statu innocentie.

C O P I A Schedulæ reuocationis quorundam articulorum fratris Dionysij Soulechat, ordinis fratrum Minorum factæ per eundem Parisiis, & in curia Romana. Reuerendi magistri mei & domini, dixi aliqua in principio meo Senectiarum, quæ in nonnullorum auribus male sonuerunt, & ex causa.

Ego veritate coactus, & ex ordinatione reuerendi patris domini Cancellarij Parisiensi. ac facultate theologiæ magistrorum tanquam ecclesiæ & dictæ Facultatis theologiæ humilis filius, ipsa dicta in prefato principio meo male posita corrigo sub hac forma. Quia tertia conclusio articuli quarti fuit hæc, quod hæc benedicta imò superbenedicta lex & dulcissima, videlicet lex amoris (de qua loquebar) omnem aufert proprietatem

& dominium: probavi, quia non querit vindictam, quia patiens est. Corinth. 13. non grossitiem cordis: quia patiens est doloris proximi.

Itē nō est ambitiosa quantum ad honores. Non querit quæ sua sunt quantum ad temporalia. Vnde glosa, Non æmularur, id est, non invidet quia non eam aliena contristat foelicitas: sed alterius bonum diligit vt suum. Prædictā conclusionē reuoco tanquam falsam, erroneam, & hæreticam, quia Christus & Apostoli illam legem perfectissimè tenuerunt, & adhuc multi tenent, & per Dei gratiam tenebunt, qui proprietatem & dominium habebunt. Dico etiam quod autoritas Apostoli & glosa per quas probabam, non probant dictam conclusionem, nec sunt ad propositum, vt apparet inuenienti textum & glosas authenticas super illo. Ex illa conclusione intuli corollarium primum, quod hæc lex dispelat duo pronomina possessiua, scilicet meū & tuum: probavi, quia ista duo vnum facit, imò etiam omnia in vnum cōgregat, sicut Dionysius dicit de Cælesti Hierarchia cap. primo in principio, Omne datum optimum & omne donum perfectum de

sursum est, descendens à patre luminum. Sed & cunctus processus ad nos bonitatis dono veniens, rursus sunt vnum faciens virtus suscitacione nos adimplet, & conuertit ad cōgregantis patris deitatis deificam simplicitatem, amor enim omnia vnum & vnus facit, scilicet Dei, quia nō querit quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi.

Item intuli 2. corollarium quod nō minus facit omnia communia charitas, quam extrema necessitas: probavi, quia & vnum fit ex amore Dei, & alterū ex amore sui: sed affectio iusti est interior & eligibilior, quam commodum pro baccalaureo de sancto Bernardo in secundo corollario quartæ conclusionis articuli. Igitur cōfirmari per Augustinū in prologo contra quinque hæreses dicentem quod plus obligat charitas quam necessitas: dico nunc quod ista duo corollaria vt sequitur ex cōclusionione prædicta, sunt falsa: & dico quod autoritates illæ quas adduxi, non faciūt ad propositum. Item ex prædicta conclusionē intuli aliud corollarium quod fuit quartū, quod legem hanc dedit Christus, discipulis suis principaliter,

& actualiter exequendā non debet fieri. Sed quia reuera solum habitualiter probavi, paruus color sufficit ad executionem agere volenti; isti vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Ioanis decimoquingentesimo. Per istud corollarium intelligēdo hanc legem amoris & dominii prout conclusiones dicunt hanc conclusionem esse positam vnuerse reputo falsum, erroneum, hæreticum, & contra determinationem ecclesiæ. Dico etiam quod autoritas quam allegavi, non est ad propositum. Item conclusio quarta & finalis mea fuit, quod actualis abdicatio cordialis voluntatis & temporalis potestatis, seu autoritatis statum perfectissimum ostendit & efficit: probavi, quia hoc regula perfectiōis à Christo datū est Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Idem Lucæ 2. Idem Marci 10. vnde non dixit. Po- ne in arca aut in serinio, sed si videas pauperes, da: quia vt dixit Christus Matth. 26. Pauperes semper habetis vobiscum, me autem semper non habebitis, & dicebam quod ideo non dicat homo hanc regulam à Deo esse datam, sed animi præparacionem, scilicet si opus sit, quia ubi semper opus est, semper

debet fieri. Sed quia reuera solum habitualiter probavi, paruus color sufficit ad executionem agere volenti; isti volunt dare intelligere quod aurichalcum est aurum, & fel mel: sed si ex ignorantia crederet, tamen est qui quaereret omnem proprietatem & dominii prout conclusiones dicunt hanc conclusionem esse positam vnuerse reputo falsum, erroneum, hæreticum, & contra determinationem ecclesiæ. Dico etiam quod autoritas quam allegavi, non est ad propositum perfectissimum habuit. Item conclusio quarta & finalis mea fuit, quod actualis abdicatio cordialis voluntatis & temporalis potestatis, seu autoritatis statum perfectissimum ostendit & efficit: probavi, quia hoc regula perfectiōis à Christo datū est Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Idem Lucæ 2. Idem Marci 10. vnde non dixit. Pone in arca aut in serinio, sed si videas pauperes, da: quia vt dixit Christus Matth. 26. Pauperes semper habetis vobiscum, me autem semper non habebitis, & dicebam quod ideo non dicat homo hanc regulam à Deo esse datam, sed animi præparacionem, scilicet si opus sit, quia ubi semper opus est, semper

probaui per regulam nunc dictam, Vade & vende omnia quæ habes, &c. Etia quia vocati omnia dimiserunt Matthæus telonium, Petrus & alij retia Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia. Ista duo corollaria reuoco tanquam falsa, erronea, & hæretica, & contra determinationem decretalis domini Ioannis patris, quæ incipit, Quia quotundam, inter cætera dicitur, omnis vir in cuiuscunque proprietate & in eius vsu. Quæ quidem assertio continet multa falsa, cum nec Christum expropriatione prædictam in se seruasse, nec etiam imposuisse Apostolis, nec sub voto ab eis fuisse assumptam Euangelica seu Apostolica doceat historia, sed contrarium euidentius manifestat hæc decretalis. Dico etia quod autoritates non sunt ad propositum, vt liquide apparet intuenti textum & Glosas Ordinarias & approbatas. Præterea fuit corollarium quartum quod intuli, quod abdicatio rerum temporalium secundum animi præparationem nullam aut valde imperfectam & fragillam ostendit & efficit perfectione: probaui primo, quia semper habent pauperes, secundò quia non valet nisi ra-

tione actus. igitur actualis est perfectior. Istum articulum reuoco tanquam falsum & scandalosum, nec probationes sunt ad propositum. Itè respondendo ad quendam baccalarium de domo beati Bernardi, cum ille dixisset quod Christus talia non abdicauit, illud negaui: & dixi quod Christus nihil sibi retinuit. Ista duo dicta reuoco tanquam falsa & hæretica, quia Christus loculos habuit propter infirmos, à fidelibus oblata conseruans, quæ & suorum necessitatibus & aliis indigentibus tribuebat, vt & Christi euangelium & beatus Augustinus, ac etiam determinatio Romani pontificis hæc testatur. Vltimum corollarium quod posui, fuit, quod non plus curauit Christus de temporalibus, quam faciunt diuites de pauperibus: probaui, quia sitiuit & non habuit potum, & pro nobis nudus in cruce pependit: nunc dico quod Christus de temporalibus curauit, quia non omnia abdicauit, vt superiorum dictum est: quod autem innui de diuitibus, quod non curant de pauperibus, hoc retracto tanquam iniuriosum illis diuitibus, per quorum elemosynas pauperes sustentantur. Hæc igitur

tur omnia male sonantia sic prius expressa in meo dicto Sententiarum principio male posita reuoco & retracto vt dictum est, promittendo bona fide, quod illa de cætero non tenebo nec dogmatizabo: & ita iuro, veniam humiliter imploras de commissis. Hæc omnia prædicta dictus frater Dionysius iterum omnino in præsentia magistri Gulielmi Romani lectoris sacri palatii Apostolici, & aliorum nonem magistrorum in theologia Parisiis reuocauit, & ad sancta Dei euangelia iurauit se appellationem quã interposuerat non profecuturum, ac conclusiones prædictas & corollaria tanquam falsa, erronea, & hæretica abiurauit secundum tenorem reuocationis alias per eum factæ Parisiis modo & forma superius annotatis. Hæc autem reuocatio facta est Auinione in domo præfati magistri Gulielmi Romani, Anno 1365. die vltimo mensis Ianuarij indictione tertia, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Verba ni diuina providentia papæ sexti anno tertio. Reuocatio articulorum prædictorum facta per eundem fratrem Dionysium disputationibus solemnibus pu-

blicè facta in ecclesia Prædictorum Parisiis, anno Domini 1369. die Iouis post Quasi modo, de mandato reuerendissimi in Christo patris domini domini Cardinalis Beluacensis, communiisarij ad hoc per sedem Apostolicam deputati.

Item eum debuim exponere dicta mea in curia Romana coram reuerendissimis patribus dominis Cardinalibus Nemanensi. & Vabrensi addidi propositiones quæ sequuntur videlicet, quod Christus in morte omnia simpliciter abdicauit: istam reputo tanquam falsam, erroneam, & hæreticam.

Item dixi quod quando corpus in sepulchro mansit, ibi charitas abstulit ab eo omnem proprietatem & dominium: istam reuoco tanquam falsam, erroneam & hæreticam.

Item dixi quod tunc vacauit sedes generalis dominij vsque ad diem istam, vt sequitur ex prædictis, seu ad sententiam prædictarum: reuocauim & reuoco tanquam falsam & erroneam.

Item quod aliqui dicunt quod dixi in prædicta declaratione, primo quia lex amoris, id est, charitas quæ itarum perfectum facit, est insepara-

bilis à nobis, & quòd loque-
 bar de charitate siue de lege
 amoris ex cuius obseruatio-
 ne seu obseruantia vnuscu-
 iusque status perfectio men-
 suratur, loquendo de meri-
 toria perfectione in homine
 vsurrationis habeate, secu-
 dùm quia cuilibet creature ra-
 tionali hæc lex naturaliter
 est indita, & tertio quod Deus se-
 cundùm hanc legem, viuit.
 Istas propositiones nõ credo
 me dixisse neque dixi, quia
 istas reputo falsas, erroneas,
 & hæreticas, prædictas autè
 propositiones per me reuoca-
 tas abiuro & promitto eas de
 cætero nect tenere, nec dog-
 matizare publicè vel occultè:
 & veniam petui & peto
 humiliter de commissis.

REVOCATIO MA-
 gistri Ioan. de Calore, an-
 no Domini 1363

ANTEQ. AM. descen-
 dã ad cõclusiones habeo ali-
 qua dicere, quia in primo ar-
 ticulo mearum vespèriarum
 posui duas propositiones, v-
 nam scilicet quod summus legi-
 slator Deus ipse dignus est in-
 finitis perfectionibus, quas
 nec habuit, nec habet, necha-
 bere potest. Nunc dico quòd
 ista propositio malè sonat,
 imò reputo eam in sensu ca-

thegorico falsam, quem sen-
 sum facit: nec in illo sensu
 intellexi eã, sed in sensu hy-
 pothetico, scilicet quòd si es-
 sent infinitæ perfectiones in-
 imaginabiles, quas Deus nõ
 habet, adhuc esset dignus il-
 lis perfectionibus. Eodè mo-
 do de secunda propositione,
 scilicet quòd infinitæ perfe-
 ctiones simul in Legislatore
 essentia sunt, dignitas ad in-
 finitas alias.

Item quia ex prædicta in-
 tuli vnũ corollarium, scilicet
 quòd dicitur Legislator digni-
 ficauit se in carne ad suã as-
 sumptionem hypostaticam,
 intellexi, Significauit, id est,
 manifestauit. Istud autem quod
 vltra addidi, scilicet quòd
 si aliàs non fuisset assumptus
 secundùm hominem, dignus
 esset quia frueretur: & istud
 pluries reiteraui, dico quòd
 disputabile: nunc dico quòd
 intellexi & protuli tanquàm
 disputabile: nunc dico quòd
 non est disputabile, & quòd
 est falsum.

Item quia proposui in mea
 conclusione tertij articuli, quod
 subducta prerogatiua dispa-
 ris acceptionis veritatis sub-
 falitate staret vt verus cul-
 tor non amplius quam falsus
 mereretur, & istam pluries
 reiteraui, dico quòd malè so-
 nat, quia procedit ex vna sup-
 positione impossibili: aliqui-

bus tamen posset apparere
 possibilis.

FVERUNT Parisiis quidam discipuli cuiusdam Al-
 marici nomine studentes Pa-
 risiis, qui dixerunt moruo
 eo, quòd illud quòd alias est
 factũ in charitate nõ est pec-
 carum, impunitatem pecca-
 torum promittentes, deum
 bonum & non iustum dicen-
 tes, qui ab ecclesia propter
 huiusmodi cõdemnati à re-
 ge Franciæ extra portas sunt
 combusti. Hæresiarcha verò
 eorum Almaricus à generali
 concilio Romæ condemna-
 tus est & excommunicatus,
 & ex ciuitate exhumatus, &
 cinis & ossa per sterquilliniũ
 sunt dispersa & meritò.

ARTICVLI LV-
 douici reuocati, anno
 Domini 1362.

PRIMO probando pri-
 mã partè primæ suppositio-
 nis arguitur sic, Ad quòdli-
 bet nomè velle, vel nõlle re-
 spectu cuiuslibet producibi-
 lis ad extra sequitur necessa-
 riò mutatio in volũtate per-
 secta. Deinde arguitur hypo-
 theticè, Si deus de nouo ali-
 quid vellet vel nõllet ad ex-
 trà, seu in deo esset nouũ vel
 le vel nõlle ad extrã, ipse in-
 trinsecè mutaret: igitur vel-
 le & nõlle dicuntur denomina-

tionè intrinsecã. Et hæc fuit
 mēs mea per hoc quòd dixi
 in 2. propositione huius, quod
 Velle vel Nolle ad extrã
 est actus vitalis perfectæ volũ-
 tatis ipsã immutãs vitaliter.
 nõ intellexi quòd per Velle
 & nõlle Deus mutaretur in-
 trinsecè, sed quòd sunt opera
 vitallia. Sed quia apud mul-
 tos istemodus loquedi, Velle
 diuinũ immutat volũtatem
 diuinã, significat enim quòd
 ipse intellectus mutatur: &
 placet dñ. cancellario & Fa-
 cultati quòd de cætero in di-
 uinis tali modo quis vtatur.
 Dixi in 2. corollario primæ
 suppositionis, quod licet perfectæ
 volũtati seu diuinæ essentia
 quòdlibet intrinsecũ sit abso-
 lutè necessarium secundùm
 suum esse reale: tamè est ali-
 quid intrinsecus contingens,
 & nõ est necessarium secundùm
 suũ esse formale, patet
 de nõlle & velle ductis ad ex-
 trà. istud sic explano & dico
 quòd nihil intrinsecum deo
 est contingens secundùm in-
 tellectum què facit, tanquã
 catholicæ fidei dissonũ. Simi-
 liter illud quòd dixi in 3. co-
 rollario quòd stat Deum esse
 intrinsecè aliqualem, & ip-
 sum posse non esse talem, &
 tamen ipsum esse talem im-
 mutabiliter, debet sic intel-
 ligi, id est, Stat deum aliquid

velle ad extra, & ipsum posse hoc nunquam velle, & tamē immutabiliter. Quoddixi in probatione huius quod non est inconueniens quod aliud sit Deus secundum suū esse reale, & tamen non sit Deus secundū suum esse formale, debet sic intelligi, id est, quod aliquid sit Deus realiter, & tamen non aliqua formali denominatione denominatur, quæ sibi non competit præcisè quia Deus, sed ratione alicuius effectus. unde de supradicti damnant hanc propositionem tanquā fidei dissensionem secundum intellectum quæ facit, scilicet quod aliud est Deus secundum suū esse reale, & tamen ipsum non est Deus secundū suum esse formale.

Item dixi nono corollario quod non stat intellectum perfectum cognoscere vera contingentia, & illorum ad extra non esse productiuam voluntatem.

Item dixi in decimo, quod perfectus intellectus ad esse peccati ut peccatum est, non potest immediatè applicari cognoscitino, & quod ex isto sequitur finaliter peccatum esse vel deformitatē animæ non est propriè aliqua veritate verum. Primum est malè dictū & falsum, quia ad hoc

sequitur quod Deus non cognosceret peccata, aut voluntatem diuinam horum esse productiuam quorum veritas que est falsum: & secundum fuit aliàs condemnatum. Et alia corollaria pro eo quod primo conueniunt, falsa sunt & malè sonant. in secundo corollario secundæ suppositionis dixi quod stat aliquid esse actu miraculosum, & tamen in illo quod sic actuatur nullamponere perfectionem simpliciter, magistri nostri istum modum loquendi non approbant, scilicet, quod Deus actuetur, sicut nec illū quod Deus immutetur.

Item in quarto & quinto corollariis secundæ suppositionis dixi quod perfecta voluntas non intensius diligit prædestinatum quam diligit præscitum, & quod non plus intendit siue diligit se quam diligit diabolium in esse naturali, non debui ista dicere, quia in auribus audientium malè sonat & falsa sunt, cū secundum Augustinum aliquid diligere sit ei velle bonum, & ideo intensius diligit se est ei magis bonum velle, & ita communiter intelligunt homines.

Corollarium octauū fuit tale, quod qualibet volitio qua Deus vult, Ac esse, nō mi-

nis distinguitur formaliter à volitione qua vult, B, esse, quæ deus distinguitur à materia prima realiter: probauit per hoc quia qualibet volitio quæ deus vult, A, esse, immensè formaliter distinguitur à volitione qua vult, B, esse. Corollarium hoc est falsum, probatio erronea: quia non est admitendum qualitercunque quod in deo sint plura immensa aut plura immensa esse distincta.

Corollarium nonum fuit, nullum Velle immensum perfectæ voluntatis continet aliquid ad extra producibile: hoc est falsum, quia Velle Dei est causa rerum. in probatione autè corollarij scripsi, quod si potētia volitivæ angelici, volitio Domini, quæ est immensa, esset actualis volitio, quod non reputo impossibile, & tamen per huiusmodi volitionē, &c. Prædictū corollarium nunquam putabā possibile, nec credo dixisse esse possibile, & est erroneū: quia aliàs fuit reprobatū, ac etiam quicquid ex eo sequitur, in quantum ex hoc sequitur est possibile.

in tertio corollario tertie suppositionis dixi quod peccatum esse perfecta voluntas Deus nō potest immediatè nolle, & in alio quod pecca-

tum nō est immediatè odibile à perfecta voluntate. ista malè sonant & discordat Scripturæ & dictis Sanctorū: hoc autè intulit ex duobus corollariis, quorū vnū fuit quod perfecta voluntas quicquid extrinsecus potest immediatè velle potest immediatè nolle, & e converso. Aliud est, quicquid immediatè ipsa potest nolle potest efficere, quæ applicata ad peccatū formaliter sumptū falsa sunt & malè sonant.

Item sextū corollariū fuit, Quodlibet extrinsecū perfectæ libertati seu volūtati æquè ab ipsa est odibile sicut diligibile, & e contra, hæc probatio est erronea, repugnare enim videtur volūtati diuinæ.

Secūda cōclusio mea fuit, Evidentiæ ad contradictoria intellectu diuino formaliter immensæ formaliter repugnant, dixi in probatione quodlibet earū immensa, nūc dico quod illa conclusio eū suis corollariis & sua probatione malè sonat quātum ad hoc quod designatur in Deo esse plura & immensa distincta, quod iam fuit hic & superius reprobatum. Quātū etiam ad hoc quo dicitur, immensè repugnat malè sonat: quia ad hoc datur intelligi quod repugnātia sit intrinsecè in Deo.

FORMA & modus reuocationis facta Parisiis per Fratrem Guidonem ordinis heremitarum sancti Augustini, actu legentis Parisiis Sententias in scholis dicti ordinis, anno Domini 1374. 16. die mensis Maii. Et hoc anno legendo & respondendo, ambulauit in magnis & mirabilibus super me, verbum veritatis non recte tractando, sed verbis contendendo prophanis & vaniloquis, quæ ad impietatem prouocant, & audientium subuersionem, ex quibus factus sum occasio scandali in sanctissima Facultate & ordine meo: quod mihi displicet bono corde. Idecirco iuxta piam & sanctam ordinationem domini Cancellarij Parisiensis, ac cæterorum magistrorum reuerendorum theologicæ Facultatis, quorum correctioni & ordinationi me submissi, & submitto, dicta mea scripta volo reuocare, & intentionem meam ostendere bonam, non obstantibus dictis & scriptis in forma quæ sequitur. Et licet domini & magistri reuerendi istas conclusiones posuerim, non est intentionis meæ nec vnquam fuit per Dei gratiam eas sustinere pertinaciter.

REVOCATIO facta Parisiis anno Domini 1374.

PRIMO dixi istam conclusionem, Charitas quæ semel labitur vel deperditur, nunquam fuit vera charitas, & eam probaui contra Baccalarij beatæ Mariæ de monte Carmelo. Hanc reuoco tantquam falsam & hæreticam, & etiam quæ enervat effectum sacramentorum, scilicet baptismi & penitentia, & etiam contra decretum ecclesiæ in ca. fideliter. extra de sum. tri. & fide ca. in cle. etiam tantquam seipsam interimetem, quod enim nullo modo verè est, deserui non potest, vt ait Gratianus. & presumptuosè positam esse, quia eam dixi valde probabilem, & tamen est contra conclusionem & doctorum opinionem, scilicet magistrorum Sententiarum, Gratiani, & plurimum aliorum. Si quæ verò authoritates Augusti. vel aliorum videantur ad oppositum, intelligendæ sunt de charitate finali quæ manet in Patria, de qua loquitur Apostolus primæ ad Corinthios decimo tertio, Charitas nunquam excidit. Vel intelligendum de charitate secundum efficaciam, vt Magistermet videtur glossare.

Secundo ex hoc intuli quod præcitus existens in charitate non potest mereri vel elicere actum meritorium vitæ iuxta scalam vitæ nostræ: reputo falsum & contumeliosum.

Tertio dixi contra Baccalarij prædicatorem confitendo cum ipso quod homo meretur vitam æternam de condigno, id est, quod si non daretur ei, fieret sibi iniuria; & scripsi quod Deus faceret sibi iniuriam, & hanc probaui, istam reuoco tantquam falsam, hæreticam, & blasphemam, & mihi contradicentem conclusione infra recitanda, quæ dicit totum est à Deo, ita quod nihil à voluntate.

Quarto dixi in disputatione respondendo de quolibet quod si nullum esset liberum arbitrium, adhuc esset peccatum: quod scripsi in hac forma, Pono vnum probabile, scilicet si nullum esset intentum vel volitum, adhuc esset peccatum. tanti mali vel meriti. Probatio fuit, quia imaginato quod nullum esset arbitrium, adhuc esset in Dei conuictu malum. Hanc reuoco tantquam falsam manifestè erroneam, & hæreticam, scandalosam, & blasphemam.

Quinto dixi quod bonum meritum est à Deo, ita quod nihil est à voluntate, quam in hac forma scripsi, Tatum meriti est ex quâ beneplaciti intenti & voliti non ex quanto. Hanc reuoco tantquam falsam, scandalosam, & in fide suspectam, & mihi contradicentem in tertia propositione superius reuocata.

Sexto dixi, quod Deus potest aliquem necessitate proueniendo voluntatem ad bonum actum, quem errorem scripsi in hac forma, Deus quandoque prouenit ita voluntatè puri Viatoris, quod nunquam potest in non actum meritorium. Probaui sic, Aliiter sequeretur quod homo posset mutare diuinum propositum. Secundo, quod non posset facere hominem mendacem. Alia sententia probabilis est ista, quod Deus posset necessitare aliquem ad bonum actum proueniendo. hæc sustineri potest. Probatione tamen adduxi ad hanc scandalosam & in fide suspectam.

Septimo dixi quod est dare plures vnitates, quæ non faciunt numerum, quod reuoco tantquam falsum, scandalosum, & in fide suspectum ad trinitatè in diuinis.

Octavo dixi & scripsi, quod nulla creatura rationalis specialiter est in se, nisi quia Deus est sibi esse: & ex hoc intuli in eodem scripto quod in omni eo quod non est Deus essentialiter est non esse quam esse ipsum, has reuoco falsas falsè positas, & erroneas.

Nonò dixi & scripsi, quod aliquid potest esse sive tempore in merito & peccato, & probaui quia possibile fuit vel est aliquod esse in instanti aternitatis in merito, & consequenter in instanti temporis in peccato, & iterato in instanti aternitatis in merito: hanc reuoco cum sua probatione tanquam falsam, fatuè positam, & intelligibilem.

REVOCATIO FACTA anno Domini 1352.

QUIA ego Simon in respondendo in vesperis exponendo vel declarando terminos quaestionis, quod hoc nomen Iesus dictum est de Deo accidentaliter, & ex parte significat filium Dei qui assumpsit naturam humanam. Ponendo conclusiones posui pro prima conclusione quod haec propositio est possibilis, Iesus non est Deus probaui ex eo quod humanitate assumpta per possibile deposita, Iesus non est Deus, & intuli quod haec est possibilis, Iesus potest non esse de-

Secundo quod Iesus potest esse & non esse Iesus: expositionem & significationem huius nominis Iesus reputo insufficientem falsificantem conclusionem & corollarium. Postea nauque quod hoc nomen Iesus significat, illud quod significat haec oratio Filius dei, qui assumpsit naturam humanam: haec, Iesus non est Deus, non est possibilis, sicut nec ista, Filius Dei qui assumpsit naturam humanam non est Deus.

Item posito eodem, haec Iesus potest esse & non esse Deus, est falsa, sicut illa, Filius Dei qui assumpsit naturam humanam potest esse & non esse Filius Dei qui assumpsit naturam humanam: hanc conclusionem reputo sicut haereticam stante dicta positione.

Item post secundam conclusionem intuli primum corollarium, quod Iesus potest non esse Deus: secundum quod Iesus non potest definire esse Deus, corollaria non fuerunt ponenda sine distinctionibus: itaque expono ea & dico quod si terminus subiectus Iesus stat pro simplici persona quae dicitur Iesus, corollaria sunt catholicè tenenda. Si verò idem terminus Iesus pro vno Christo ex persona verbi & humanitate constituto, videlicet pro implicito quod

significat, & pro quo stat in dicto primae conclusionis, & in dicto primi corollarij ex conclusione prima illati, ipsa corollaria non sunt catholica sed falsa: nec etiam stant cum conclusione prima, nec cum corollario primo ex conclusione prima illato.

Item posui conclusionem secundam quod nulla res quae est Deus potest non esse deus, & intuli corollarium tertium, quod nulla res est aut potest esse quae modò non sit Deus, & aliquando possit esse Deus. Corollarium quoque quartum, quod nulla res est aut esse potest, quae possit incipere esse Deus, conclusionem sic vniuersaliter intellectam quod terminus subiectus distribuitur pro re quae per communicationem idiomatum est vel potest esse Deus, reuoco tanquam falsam & haereticam: corollaria etiam tali vniuersalitate intellecta reputo sicut falsa, erronea, & haeretica.

Item posui conclusionem tertiam, quod Deus potest aliquando se habere qualiter se non habet, ac etiam esse aliquis qualis non est. Et ad probandum hoc induxi pro exemplo quod Deus pater potest esse homo & non esse homo. Conclusio ut posita fuit, non bene sonat in eo quod ra-

tiōe relatiui reciproci sonat quod substantiae Dei de nouo possit aduenire habitudo aut qualitas realis: & ideo intellectus quae habui, potius fuit exprimendus in his verbis, Aliqua creatura se potest habere aliquando ad Deum qualiter se non habet. Exemplo etiam ad conclusionem non conuenit: quoniam adhuc posito quod Deus pater potest esse homo & non esse homo, pro priè sequitur quod Deus potest esse aliquid quod non est, sicut ex Decretali arguitur extrà, de haere. c. Cum Christus. & non sequitur proprie quod Deus pater possit esse aliquis qualis non est, aut aliquando se habere qualiter non se habet. Ex conclusione tertia intuli tertium corollarium quod quauis Iesus fuerit ab aeterno semper patri coaequalis: tamè aliquando fuit Deus, quando non fuit Iesus. Istud corollarium, Aliquando Iesus erat Deus quando non erat Deus, malè sonat & erronee. Item ex conclusione quarta intuli quartum corollarium, quod filius Dei quando incipiebat esse filius Virginis, non incipiebat esse aliquid. Istud corollarium prout in distinctione positum fuit, reuoco sicut erroneum & haereticum: quoniam filius Dei qui inci-

piebat esse filius Virginis, incipiebat esse aliquid secundum quod homo, & incipiebat esse aliquid quod prius non erat.

Item ex conclusione quarta intuli vltimum corollarium, quod nunquam hic homo demonstratus qui est Christus, fiebat Christus, & probaui ex eo quod nec purus homo fiebat Christus, nec homo Christus fiebat Christus. Corollarium istud prout indistincte fuit positum, reuoco sicut falsum & erroneum, quando in sensu quo homo demonstratus, staret pro filio Dei concedendum esset: quod aliquando hic homo fiebat Christus, quando filius Dei uini nunc est homo, aliquando fiebat homo dicente Euangelio, Verbum caro factum est, &c.

ISTI sunt articuli in quibus Magister Sententiarum non tenetur communiter ab omnibus, & primo.

PRIMI LIBRI.

Primo, quod charitas qua diligimus Deum & proximum, & spiritus sanctus, distinetur. 17. cap. 2. vel quod charitas quae est amor Dei & proximi, non est aliquid creatum.

Secundo quod nomina numeralia dicta de Deo dicuntur solum relatiue. distinetur. 24. ca. Et si diligenter, vel haec nomina numeralia trinus & trini-

ras non dicunt positionem, sed priuationem tantum.

Tertio, quod simile & aequale similiter dicuntur de Deo priuatiue. distinetur. 22. cap. Et hoc idem.

Quarto, quod Deus semper potest quicquid aliquando potuit: & uult quicquid uoluit: & scit quicquid sciuit, distinetur. 44. c. Præterea quaeri solet.

IN II. LIBRO.

Primo, quod Angeli non meruerunt beatitudinem per gratiam sibi datam: sed quod praemium praecessit meritum, & postea meruerunt per obsequia fidelibus exhibita: distinetur. 5. cap. Hic quaeri solet, vel quod angelis praemium praecessit, & meritum respectu praemij substantialis habet subsequi.

Secundo quod angeli in merito respectu essentialis praemij & in ipso praemio proficiunt usque ad iudicium: distinetur. 11. cap. Præterea illud.

Tertio, quod charitas est spiritus sanctus, scilicet illa quae animae qualitates informat atque sanctificat. distinetur. 27. cap. Cum igitur.

Quarto, quod in ueritate humanae naturae nihil transit extrinsecum, sed quod ab Adā descendit per propagationem auctum & multiplicatum resurgit in iudicio: distinetur. 30. cap. penult.

Quib

Quibus respondetur vel quod nihil de cibis transiret in pri. Iam ad sacramenta. ueritatem humanae naturae, nec per generationem, nec per nutritionem.

IN III. LIBRO.

Primo, quod anima a corpore exuta sit persona. distinetur. 17. cap. Hic opponitur a quibusdam.

Secundo, quod Christus conuenienter mortuus & non mortuus dicitur passus & non passus: distinetur. 21. cap. vlt.

Tertio, quod Christus in triduo mortuus fuit homo: distinetur. 22. cap. j.

IN IIII. LIBRO.

Primo, quod sacramenta legalia non iustificabant eam si cum fide & deuotione fierent: distinetur. j. c. Non igitur.

Secundo, quod homo sine medio uidebat Deum ante peccatum: eadem distinetur. cap. Triplici.

Tertio, quod circumcisio non conferebat gratiam ad bene operandum, nec uirtutes ad augmentum; sed solum ad peccata dimittenda ualebat: eadem distinetur. cap. Duo igitur.

Quarto, quod paruuli ante octauum diem morientes incircumcisi peribant; & quod causa necessitatis poterant ante circumcidi. eadem distinetur. cap. Si uero.

Quinto, quod quaedam sacramenta nouae legis instituta sunt in remedium tantum,

ut matrimonium: distinetur. 17. cap. pri. Iam ad sacramenta.

Sexto, quod baptizati baptismi Ioannis non ponentes spem in illo, non erant baptizati baptismi Christi: distinetur. 17. ca. vlt. Hic considerandum, uel aliter, baptismus Ioannis cum impositione manuum aequi-

pollebat baptismi Christi, ita quod baptizatus baptismi Ioannis non erat baptizatus.

Septimo, quod Deus potuit dare potentiam creaturae creaturae: & interius abluendi, id est, peccata dimittendi: distinetur. v. ca. vlt. Hic quaeritur quae sit. Vel sic: quod Deus poterat dare potestatem alii baptizandi interius, & quod creatura potuerit suscipere, & similiter quod Deus potest potestatem creando creature communicare, & creare per creaturam tantum per ministrum: distinetur. v.

Octaudo, quod schismatici degradati, praecisi ab ecclesia, haeretici, excommunicati non habent potestatem consecretandi corpus Christi: distinetur. ca. Illi uero.

Nono, quod brutum non sumit uerum corpus Christi, etsi uideatur: distinetur. 13. cap. Illud etiam sanctum.

Decimo, quod scientia discernendi; ut notat habitum scientiae sit clavis: distinetur. 19. c. j.

Vndecimo, quod episcopi

G g

symoniaci degradati nō possunt conferre ordines: distin. xxv. ca. De symoniacis.

Duodecimo, quōd secundus maritus alicuius mulieris incognitę carnaliter à primo sit bigam⁹ per cognitionem illius, & prohibetur ab ordinibus: dist. xxvij. ca. vlt.

Decimotertiō, q̄ cognoscēs sororem vxoris suę non tenetur vxori petēti debitum reddere: dist. xxiiij. c. de his,

Decimoquarto, q̄ ille qui vxore viuente duxit aliam in

aliena patria, qui rediens ad conscientiam vult eam dimittere & non pōtest, si cogitur ab ecclesia remanere & debitum reddere, quia sibi non treditur: dicit Magister quod incipit excusari per obedientiam & timorem, & tenetur reddere debitum si petatur: dist. xxxvij. ca. vlt.

Decimoquinto, quōd peccata deleta non patefiant aliis in iudicio: distin. xliij. cap. Hęc quęritur vtrum electis.

DETERMINATIO PARISIIS

FACTA PER ALMAM FACULTATEM THEOLOGICAM, ANNO DOMINI M. CCCXXVIIJ. SUPER QUIBUSDAM SUPERSTITIONIBUS NOUITER EXORTIS.

P R A E F A T I O.

VNiuerſis orthodoxę fidei zelatoribus Cancellarius ecclesię Parisiensis & facultas theologię in alma vniuersitate Parisiē. matre nostra cū integro diuini cultus honore spē habere in Domino, ac in vanitatibus & insanias falsas nō respicere. Ex antiquis latebris emergēs, nouiter errorū fœda colluuiū recogitare cōmonuit, q̄ plerunq; veritas catholica apud studiosos in sacris Literis apertissima est: quę ceteros later, nimirum cū hoc proprium habeat omnis ars manifestam esse exercitatis in ea, sic ex eis confurgat illa maxima: Cuilibet in sua arte perito credendū est. Hinc est Horatianū illud quod Hier. ad Paulinū scribens assumit. Quod medicorū est promittunt medicis: tractant fabrilia fabri. Accedit ad hęc in sacris Literis aliud speciale, quod nec experiētia & sensu cōstant, vt alię artes, nec possunt ab oculis circūuolutis nube vitiorū facile deprehēdi. Excœcauit enim eos malitia eorū. Ait siquidem

Apostolus, quōd propter auaritiā multī errauerunt à fide: propterea nōn irrationabiliter idolorum seruitus ab eodem nominatur: alij propter ingratitudinem qui cū cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, in omnem idolatrię impietatem (sicut idem commemorat) corruerunt. Porro Salomonē ad idola, Didonem ad magicas artes pertraxit dira cupido. Alios postremō misera timiditas tota excraftino pēdens in obseruatiōes superstitionissimas impię que depulit: quemadmodum apud Lucanum de filio Pompeij Magni, & apud historicos de plurimis notum est. Ita fit vt recedēs peccator à Deo declinet in vanitates & insanias falsas, & ad eum qui pater est mendacię tādē impudenter palamque apostatando se cōuertat. Sic Saul à Domino derelictus Phytionissam cui prius aduersabatur, consuluit. Sic Ochozias Deo Israël spreto misit ad cōsulendū Deū Acharon. Sic denique eos omnes, qui fide vel opere absque Deo vero sunt, vt à Deo falso ludificētur, necesse est. Hęc igitur nefariam, pestiferam, mortiferamque insaniarum falsarum cum suis hęcibus abominationem plus solito nostra ætate cernētes inualuisse, ne forsan Christianissimū regnum, quod olim monstro caruit, & Deo protegente carebit, inficere valeat tam horrendę impietatis & perniciosę contagionis mōstrum: Cūpiētes totis conatibus obuiare, memores insuper nostrę professionis, proque legis zelo suspensī, paucos ad hęc rem articulos damnationis cauterio (ne deinceps fallant incogniti) notare decreuimus, rememorātes inter cetera innumera dictū illud sapiētissimi doctoris Augustini de superstitionis obseruationibus, Quōd qui talibus credūt, aut ad eorū domū euntes, aut suis domibus introducunt aut interrogāt, sciant se fidē Christianā & baptismum præuaricasse, & paganum & apostatam, id est, retrō abeuntem & Dei inimicū & iram Dei grauiter incurrisse, nisi ecclesiastica pœnitētia emēdatus Deo recōcilietur. Hęc ille. Neque tamen intētio nostra est in aliquo derogare quibuscunque licitis & veris traditionibus, sciētis, & artibus: sed insanos errores atque sacrilegos insipientium & ferales ritus pro quāto fidem orthodoxā & religionē Christianā lædūt, cōtamināt, inficiūt, radicētis (quātū fas nobis est) extirpare satagimus: & honorē suū sincerū relinquere veritati.

EST autem primus articulus quod per artes magicas & maleficia & inuocationes nefarias querere familiaritates & amicitias & auxilia demonum, non sit idololatria. Error. Quoniam demon aduersarius pertinax & implacabilis Dei & hominis iudicatur, nec est honoris vel dominij cuiuscunque diuini vere seu participatiue vel aptitudinaliter susceptius, vt alia creatura rationales non dantur: nec in signo ad placitum instituto, vt sunt imagines & templa, Deus in ipsis adoratur.

Secundus articulus, quod dare vel offerre vel promittere demonibus qualescunque, vt adimpleat desiderium hominis, aut in honore eorum aliquid osculari vel portare non sit idololatria. Error.

Tertius, quod inire pactum cum demonibus tacitum vel expressum non sit idololatria vel species idololatrie vel apostasie. Error. Et interdum esse pactum implicitum in omni obseruatione superstitiosa, cuius effectus non debet a Deo vel natura rationabiliter expectari.

Quartus, quod conari per artes magicas demones in lapidibus, annullis, speculis, aut imaginibus nomine eo-

rum consecratis, vel potius exco-
cratis includere, cogere, & actare, vel eas velle viuificationes, non sit idololatria. Error.

Quintus, quod licitum est vti magicis artibus vel alijs quibuscumque superstitionibus a Deo & ecclesia prohibitis pro quocunque bono fine. Error: quia secundum Apostolum non sunt faciendae mala vt bona eueniant.

Sextus, quod licitum sit aut etiam permittendum maleficia maleficijs repellere. Error.

Septimus, quod aliquis cum aliquo possit dispensare in quocunque casu, vt talibus licite vtatur. Error.

Octauus, quod artes magicae & similes superstitiones & earum obseruationes sint ab ecclesia irrationabiliter prohibita. Error.

Nonus, quod Deus per artes magicas & maleficia inducatur compellere demones suis inuocationibus obedire. Error.

Decimus, quod thurificationes & suffumigationes quae sunt in talium artium & maleficiorum exercitio, sint ad honorem Dei & ei placeant. Error & blasphemia, quoniam Deus alias non puniret vel prohiberet.

Vndecimus, quod talibus & taliter vti non est sacrile-

care seu immolare demonibus, & ex consequenti dam-
nabiliter idololatrare. Error.

Duodecimus, quod verba sancta & orationes quaedam deuota & ieiunia & balneationes & continentia corporalis in pueris & alijs, & missarum celebratio, & alia opera de genere bonorum quae sunt pro exercendo huiusmodi artes, excusent eas a malo, & non potius accusent. Error: nam per talia sacrae res, imo ipse Deus in eucharistia demonibus tentatur immolari, & haec procurat demon, vel quia vult in hoc honorari simul altissimo, vel ad fraudes suas occultandas, vel vt simplices illaqueet facilius, & damnabilius perdat.

Decimustertius, quod sancti Prophetae & alij Sancti per tales artes habuerunt suas prophetias & miracula fecerunt aut demones expulerunt. Error & blasphemia.

Decimusquartus, quod Deus per se immediate vel per bonos angelos talia maleficia sanctis hominibus reuelauerit. Error & blasphemia.

Decimusquintus, quod possibile est per tales artes cogere liberum hominis arbitrium ad voluntatem seu desiderium alterius. Error: & hoc conari facere est im-

pium & nepharium.

Decimussextus, quod ideo artes praefatae bonae sunt & a Deo, & quod eas licet obseruare: quia per eas quandoque vel saepe euenit sicut videntes eis quaerunt vel praedicunt, quia bonum quandoque prouenit ex eis. Error.

Decimusseptimus, quod per tales artes demones veraciter coguntur & compelluntur, & non potius ita se cogi fingunt ad seducendos homines. Error.

Decimusoctauus, quod per tales artes & ritus impios, per sortilegia, per carmina, & inuocationes demonum, per quasdam insultationes, & alia maleficia nullus vna qua effectus ministerio demonum subsequatur. Error:

Nam talia quandoque permittit Deus contingere: vt patuit in magis Pharaonis, & alibi pluries: vel quia videntur, seu consulentes propter

malam fidem & alia peccata nephanda dari sunt in reprobis sensum, & demerentur sic illudi.

Decimusnonus, quod boni angeli includentur in lapidibus & consecrent imagines vel vestimenta, aut alia faciant quae in istis artibus continentur. Error, & blasphemia.

Vicesimus, quod sanguis vpu
pe vel hædi vel alterius ani
malis, vel pergamenum vir
gineum, vel corium leonis
& similia habeant efficaciam
ad cogendos vel repellendos
dæmones ministerio huius
modi artium. Error.

Vicesimus primus, quod
imagines de ære, plumbo, vel
auro, de cera alba, vel rubea,
vel alia materia baptizata,
exorcizata, & cõsecrata, seu
potius execrata, secundum
prædictas artes & sub certis
diebus, habent virtutes mi
rabiles, quæ in libris talium
artium recitantur. Error in
fide, & Philosophia naturali,
& Astronomia vera.

Vicesimus secundus quod
viti talibus & fidem dare non
sit idololatria & infidelitas.
Error.

Vicesimus tertius, quod ali
qui dæmones boni sint, alij
benigni, alij omnia scientes,
alij nec saluati nec damnati.
Error.

Vicesimus quartus, quod
suffumigationes quæ fiunt in
huiusmodi operationibus,
conuertuntur in spiritus, aut
quod sint debite eis. Error.

Vicesimus quintus, quod
vnu dæmon sit rex Orien
tis & præsertim suo merito,
& alius Occidentis, alij Septe

trionis, alius Meridiei. Error.
Vicesimus sextus, quod in
telligentia motrix cœli insit
in animam rationalem, sicut
corpus cœli insit in corpus
humanum. Error.

Vicesimus septimus, quod
cogitationes nostræ intelle
ctuales, & volitiones nostræ
interiores immediate cauſen
tur à cœlo & quod per aliquã
traditionem magicam tales
possint sciri, & quod per illã
de eis certitudinaliter iudi
care sit licitum. Error.

Vicesimus octauus articu
lus, quod per quascunque ar
tes magicas possumus deue
nire ad visionem diuinæ es
sentie vel Sanctorum spiri
tuum. Error.

Acta sunt hæc & post ma
turam celebrémque inter
nos & deputatos nostros exa
minationem, cõclusa in no
stra congregatione generali
Parisiis apud sanctum Ma
turinum, de mane super hoc
specialiter celebrata: anno
Domini M. cccc. xvij. die 19.
mensis Septembris. In cuius
rei testimonium sigillum di
ctæ facultatis præsentibus li
teris duximus apponendum.
Originale huius determina
tionis est sigillatum magno
sigillo Facultatis theologicæ
Parisiensis.

SEQUUNTUR EXCERPTA PRINCI
palium articulorum tractatus cuiusdam contra
errores fratris Ioannis de Montefo
no ordinis Prædicatorum Pa
risiis codemnati.

.

P R A E F A T I O.

APOSTOLICIS verbis edocti parati semper ad
satisfactionem omni poscenti nos rationem de ea
quæ in nobis est fide, ad tuitionem eius quam profitemur
orthodoxiam: & vt rationabilis quorundam errorum condem
natio Parisiis nuper facta ac iustificatio exortæ super hoc
causæ & aduersantiũ omnium quæcunque iniusta rationabi
lisq; cõquestio, obloentio, atq; vexatio singulari innotescat,
præsentem tractatum sub apostolicæ Petri sedis & sedentis
in ea summi p̄tificis correctione duximus compilandum.
In quo vniuersis Christi fidelibus, qui ipsum lecturi vel au
dituri sunt supplicamus affectu, vt æquo animo puraque
mentis acie prospiciant vniuersa nobiscum, &c. Ad hono
rem sanctæ & indiuiduæ trinitatis, cuius fidei causam agi
mus, præsentem tractatũ aduersus errores fratris Ioannis
de Montefono ordinis fratrum prædicatorum nuper in Pa
risiensi studio cõdemnatos ex deliberatione Vniuersitatis
studij Parisiensis, & specialiter doctorum baccalaureorum
facultatis theologicæ cõpositum in tria capitula distingue
mus. In primo ad fundandum processum factum contra di
ctum fratrem per dictam facultatem theologiæ, ac etiam
processum inde secutum coram domino episcopo Parisien
ad instantiam Vniuersitatis prædictæ declarabitur qualiter
ad dictos episcopum & Facultatẽ theologiæ pertinet asser
tiones hæreticas vel in fide erroneas & contra asserentes
eas Parisiis condemnare. In secundo declarabitur, & tam ra
tionibus quàm autoritatibus Sanctorum & Doctorũ pro
babitur, quod asseritões dicti fratris per schedulam dictæ
Facultatis dicto domino episcopo traditæ fuerunt rationa
biliter condemnatæ. In tertio quia magister ac procurator
generalis & nonnulli dicti ordinis fratres cõtra prædictum
episcopum & sibi adhærentes ad sedem apostolicã appella

uerunt: inter memoratas dicti fratris assertiones, vt præfer-
 rur damnatas, aliquas ad sancti Thomæ de Aquino pertine-
 re doctrinam, quam asserunt per ecclesiam approbatam
 ideo declarabitur doctrinam huiusmodi sancti Thomæ nõ
 sic approbatam esse, quod propter eam oporteat ante dictã
 condemnationem aut dicti episcopi processum aliquatiter
 impediri.

CIRCA primum princi-
 pale est hæc diuisio præmit-
 tēda. Quod definitio circa
 ea q̄ sunt fidei, id est, appro-
 batio veritatis alicuius tan-
 quàm catholica, vel reprobatio
 aut condemnatio opposi-
 tæ falsitatis tanquàm hæreticæ
 aut in fide erroneæ potest esse
 dupliciter. Vno modo scho-
 lasticè & doctrinaliter. Alio
 modo autoritariuè & iudi-
 cialiter. Et hic secundus mo-
 dus est duplex secundū quod
 hæc autoritas iudiciaria est
 bipartita. Vna est simpliciter
 suprema: alia est inferior &
 subordinata. Iuxta hanc tri-
 membram diuisionem q̄ clara
 est, sunt tres conclusiones
 principales declarandæ, & de
 inde ex eis quedã alia subin-
 ferendæ. Prima erit de defini-
 tione iudiciali, & autorita-
 tiua suprema. Secunda de
 inferiori & subordinata. Ter-
 tia de doctrinali & schola-
 stica. Et ipsarum probatio
 principaliter fundabitur in
 iure diuino.

Prima igitur cõclusio est,

Ad sanctam sedem apostoli-
 cam pertinet autoritate iu-
 diciali suprema circa ea que
 sunt fidei iudicialiter defini-
 re. Et hæc probatur quia ad
 illius tanquàm ad supremi iu-
 dicis autoritatem pertinet
 in fide iudicialiter definire,
 cuius fides nunq̄ deficit. Sed
 sanctæ apostolicæ sedis fides
 nunquam deficit, igitur, &c.
 maior est nota, sed minor
 probatur, quia de hac sancta
 sede in persona Petri aposto-
 li in ea præsentis dictum
 est, Petre rogauit pro te, vt nõ
 deficiat fides tua. Lucæ 22.
 Propter quod dicit Cypria-
 nus 93. distinct. Qui, &c.

Secunda cõclusio est, quod
 ad episcopos catholicos perti-
 net autoritate inferiori &
 subordinata circa ea q̄ sunt
 fidei iudicialiter definire. Et
 hoc probatur. Quia ad eos
 pertinet iudiciali autorita-
 te inferiori & subordinata in
 fide definire, ad quos perti-
 nent consimiliter ecclesiã re-
 gere. Sed ad episcopos catho-
 licos pertinet secundum: igitur

ur, & primum. Maior patet,
 quia ecclesiæ regimē maxi-
 mē cõcernit fidē, & ideo cui
 iure diuino cõmittitur eccle-
 siã regere, ei eodē iure cõmit-
 titur de fide cognoscere &
 iudicare. Sed minor proba-
 tur autoritate Pauli act. 20.
 vbi dicit, Attendite vobis &
 vniuerso gregi, in quo vos
 spiritus sanctus posuit episco-
 pos, ecclesiã regere dei. Vn-
 de patet quod iure diuino &
 autoritate spiritus sancti
 episcopi positi sunt ad regi-
 mē ecclesiæ dei. Regimē au-
 tē importat iudicialē autho-
 ritatē: ergo sequitur quod eos
 pertinet autoritate iudicia-
 li inferiori & subordinata &
 supremæ autoritati subie-
 ctã ecclesiã regere, & per cõ-
 sequens de fide cognoscere,
 & in ea definire. Vnde patet
 quod de tali regimine ad fidem
 pertinere loquatur Aposto-
 lus, &c.

Tertia conclusio est quod ad
 Doctores theologos perti-
 net determinare de doctrina
 li & scholastica circa ea que
 sunt fidei doctrinaliter defini-
 re, ad quos pertinet sacrã
 Scripturã docere, & ex ea hæ-
 reticas assertiones & in fide
 erroneas reprobare, ac veri-
 tates catholicas approbare.
 Sed ad doctores theologos per-
 tinet secundū, igitur & primū.

Probationes minoris & ma-
 ioris vide si vis in dicto Tra-
 ctatu. Ex prædictis cõclusioni-
 bus patet responsio ad principa-
 lē articulū, scilicet, quod ad episcopi
 copū Parisiensem & ad theolo-
 giæ Facultatē pertinet asser-
 tiones hæreticas aut in fide
 erroneas & cõtra eas asseren-
 tes Parisiis cõdemnare, quia
 per secundã cõclusionē patet
 quod hoc ad episcopum pertinet
 definiēdo iudicialiter. Et per
 terciã conclusionem patet quod
 ad Facultatem theologicam
 pertinet definiēdo doctrina-
 liter. Sed adhuc ad magis fun-
 dandum propositū tres alie
 conclusiones ex præmissis
 sunt subinferendæ.

Quarta igitur cõclusio est,
 quod ad dictos episcopum & Fa-
 cultatem theologiæ pertinet
 nõ solū coniunctim sed & di-
 uisim modis prædictis asser-
 tiones hæreticas aut erroneas
 condēnare, licet tamen quã-
 doque rationabiliter consue-
 uerint in huiusmodi condem-
 natione coniunctim procedere.
 Probationes dimituntur
 hinc causa breuitatis.

Quinta cõclusio, Ad dictã
 Facultatem theologiæ cõtra
 certas personas, scilicet, con-
 tra singulares magistros &
 baccalarios eidem Facultati
 iuratos pertinet quinq̄ue non
 solū doctrinaliter, sed etiam

iudicialiter aliquo modo asser-
fessiones hæreticas aut erro-
neas condemnare. Et hæc con-
clusio probatur ex triplici ra-
dice. Prima probatio funda-
tur ex concessa eis potestate
&c. Secunda probatio funda-
tur in observata consuetudi-
ne, &c. Tertia eiusdem con-
clusionis probatio fundatur
in publica utilitate, &c.

Sexta conclusio est, quod
ad superiorē iudicē pertinet
processum per dictos episcopū
& Facultatē theologiæ factū
nec sine magna & notabili
causa fauorabiliter impedire:
nec approbationi contra eos
in causa fidei interiectæ, sine
matura deliberatione & præ-
uia informatione deferre. Et
hæc probatur, &c. Ex dictis
conclusionibus adpropositum
applicatis patet luce clariùs
iustificatio processus facti cō-
tra dictū fratrem Ioannē sicut
patet in singulis articulis.

Primus igitur articulus est,
Quod cum dictus frater in-
frā scriptos errores Parisiis
in scholis publicè dogmati-
zauerit, & coram Facultate
theologiæ euocatus per de-
canum eiusdē Facultatis mo-
nitus charitatiuè ipsos corri-
gere recusauerit, prestās eos
vsque ad mortem velle de-
fendere, dicta facultas erro-
res huius poruit & merito de-

buit doctrinaliter cōdemna-
re. Prima pars, scilicet quod
hoc poruit, patet, &c.

Secundus articulus est, quod
dicta facultas theologiæ co-
assumptis sibi magistris asia-
rū trium facultatū vniuersita-
tis Parisiēsis, Doctores prius
per eos examinatos & doctri-
naliter cōdemnatos, merito
debut dominō episcopo Pa-
risiēsi tāquā iudicio ordina-
rio iudicialiter denunciare. Et
hoc clarè patet ex secunda
conclusionē & eius pbatione:
sed adhuc, &c. Quāobrē præ-
nominatæ Facultatis theolo-
giæ magistri tribus aliis Fa-
cultatibus sibi coassumptis &
coadiunctis nunciauerūt ec-
clesiæ. Ex quib⁹ patet triplex
ratio denūciationis prædictæ,
quam secreta & charitatiua
monitio præcessit, licet tamē
hoc nō esset necesse, sicut pa-
tet ex doctrina sancti Thomæ
2. 2. q. 33. art. 7. vbi docet quod
peccata publica sunt publi-
cè arguenda, iuxta illud A-
postoli ad Tim. 5. Peccatē
corā omnibus argue, vt cæte-
ri timorē habeant. Quod in-
telligitur de peccatis publi-
cis, vt dicit August. in lib. de
Verbis Domini, &c.

Tertius articulus est, quod
dicta facultas in scholis suis
theologicis, & dictus episco-
pus in locis suæ diocēsis, præ-

missorum errorum dogmati-
zationem, publicationē, aut
defensionem finaliter inhibe-
re poterunt, & debuerunt iu-
dicialiter prohibere, &c.

Sed huic articulo opponū-
tur tria, quæ ponit dictus fra-
ter in supplicatione sua sen-
tentiæ domino papæ exposita:
id qua ferè tot sunt menda-
cia quot sunt verba.

Primum est, quod aliqua cō-
clusionū suarū trahuntur ex
doctrina sancti Thomæ: quā
Facultas theologiæ aliās ex-
presse cōmēdauit, & domin⁹
Stephan⁹ episcopus Parisiēsis
per suas literas approbavit.
Secundū est, quod dominus Vrba-
nus papa quint⁹ p̄ eius bullā
vniuersitati studij Tholosani
scripsit & voluit eiusdē san-
cti doctrinam tāquam bene-
dictam & catholicam sequi
& teneri à Christianis & stu-
diosis, & eam pro viribus am-
pliare. Tertium est, quod soli
us sedis apostolicæ est decla-
rare, damnare, & approbare.
Vnde postea concludit quod
dictus dominus episcopus ap-
ponēs falcē in messē sum-
mi pontificis dictas conclu-
siones pronunciauit & decre-
uit falsas, hæreticas, & erro-
neas. Et causam subdit ibidē:
quia ista quæ tangunt fidem:
sunt de maioribus ecclesiæ
capis, & quæ ad solum sum-

mi pontificem pro exami-
natione & decisione defer-
ri debēt. Ex quib⁹ sequi vide-
tur quod nec episcopus nec
Facultas prædicta cōclusiones
prædictas potuerunt iudicia-
liter dānare, nec earū dogma-
tizationem aut publicationē
aut defensionem finaliter co-
hibere. Ad illa autē faciliter
respondetur. Vnde ad primū
respondet Vniuersitas in suis
litteris patribus. Nos inquit
millesies diximus, & vt vide-
mus non sufficit qualiter san-
cti Thomæ doctrinam in di-
ceta nostra cōdemnatione ne-
quaquam reprobamus, sed
hunc eiusque fautores do-
ctrinam eius ad distortum si-
desque absensum sensum ad-
aptantes aut Vltrā quā sic-
toris documentum dilatan-
tes condemnamus, aucter
asserimus. Et hæc clarè pate-
bunt ex dicendis in secundo
& tertio capitulis: vbi mani-
festè probabitur quod prædi-
ctæ erroneæ conclusiones
non trahuntur ex doctrina
sancti Thomæ, sed magis con-
trariantur eidem. Ad secun-
dum respondetur quod præ-
dicta bulla domini Urbani
vel ex præallegata litera do-
mini Stephani episcopi aut
alia quacūque litera authen-
tica non potest sufficienter

cōcludi quòd sancti Thomæ doctrina sit in omnibus approbata, sicut clarè ostēdetur in 3. cap. huius Tractatus. Et ad hoc adiciūt aliqui talem rationem. Illa doctrina nō potest sic esse in omnib⁹ approbata, quæ multa continet in fide erronea. Sed vt dicunt, prædicta S. Thomæ doctrina non solū in materia de absoluta necessitate creaturæ, de qua præsentēs controuersiz, de quibus inferius in tribus vltimis cōclusionibus 3. cap. specialiter tractabitur, sed etiam in pluribus aliis multa cōtinet in fide erronea: quod clarant. Nam in 1. Parte Summæ, q. 47. ar. vltimo, in respōsione vlt. arti. dicit q̄ non est possibile aliā terrā esse quā istā: quia omnis terra naturaliter ferretur ad hoc medium vbicumque esset: & notum est quòd nō loquitur de potentia naturæ. Item in articulo vltimo dicit q̄ impossibile est duos angelos esse vnius speciei: & quòd impossibile est esse plures albedines separatas à substantiis: quæ videntur esse contra articulū de omnipotentia Dei & contra veritates creditas circa sacramentum altaris. Itē infra, q. 78. art. 3. & 6. in quæstionibus disputatis tenet articulum de vnitare formæ substantialis in homine: qui est 14. art. quintæ partis de Euangelio arceno damnatus per Alexandrum. Item ex hac opin. Tho. de vnitare formæ sicut dicit in glos. Okam in dialogo suo, conclusiones sequuntur quæ in Anglia fuerūt scandalosæ, scilicet quòd corpus Christi nō fuit idem numero viuū & mortuū: & hoc cōcedit S. Thomas in quæstionibus disputatis, quæstio. 63. quod non fuit simpliciter. Vnde sequitur vlt. quòd caro mortua nunquā fuit viua: & quòd corpora sanctorum mortuorū nunquā fuerunt corpora sanctorum viuētiū: & ideo reliquæ corporū sanctorū nunquā fuerunt partes corporum viuētrium: nec corpus Christi quod fuit vulneratum in cruce, iacuit in sepulchro, quæ omnia sūt absurda. Ex quibus & aliis pluribus erroribus, contra quos quidam Doctores speciales cōposuerunt tractatus, cōcludunt isti quòd huiusmodi doctrina non potest esse in omnib⁹ approbata: nec hoc obstat eius sanctitati vel canonizationi, qua non obstante glorioso martyrio Cypriani ipse errauit in fide: sicut patet 4. Sententiarum, distin. 6. & infra dicitur cap. 3. Vnde sanctitas viræ non infert san-

ctitatem doctrinæ: sicut patet de Papa martyre, qui fuit patronus sectæ hæreticæ. Vnde de ex his omnibus inferunt quòd prædicta approbatio Vrbani quinti non est huius doctrinæ approbatio vniuersalis, sed tāquam doctrinæ vtilis & in multis probabilis: sicut doctrina Papæ magistratitæ dicta, sola habet auctoritatem magistratalem, sicut dominus Innocentius quartus de suo apparatu testatus est. Sed, de hac materia copiosius infra dicitur in tribus primis cōclusionibus tertij capituli, & ideo breuius pertrāsimus. Ad tertium obiectum respondetur primò quòd nec facultas, &c.

CIRCA secundum principium in quo declarandum est quòd assertiones dicti fratris per schedulam theologicæ facultatis dicto domino episcopo traditam fuerūt rationabiliter condēnatæ. Præmittendum est vnum præambulum generale, quòd in aliquibus dictarum assertionū, & earum condemnatione est necessariò prænotandum, videlicet quòd licet aliqua propositio vel assertio possit habere aliquē sensum verum, tamen rationabiliter eodem nari tanquā reuocāda propter alium sensum falsum in ea vel in eius probatione intellectum. Et hæc suppositio probatur tam rationibus quā auctoritatibus sanctorū Doctorum & specialiter ex dictis sancti Thomæ de Aquino, vt patet aduersa, &c. Quare, probatur suppositio præmissa, & singulariter declaranda est per exēplum sumptum ex doctrina ecclesiæ. Nam per ecclesiā nonnunquā assertio ambigua habens aliquem sensum catholicum est dānata, imò quandoque assertiones contradictoriæ secundum vocem per eam sunt damnatæ, & ideo altera earum vel vtraque aliquem habet sensum catholicum. Et ecce exemplum manifestum. Nam Isidorus in libro Etymologiarum cap. 5. libro 8. & habetur 24. q. 3. cap. quædam autem apertè innuāt quòd vtraque istarum, Deus creat mala, Deus non creat mala, est hæresis condēmnata. Vnde & assertores vtriusque reputat hæreticos dictos Coliciani, à quodam Colico nominati: qui dicunt Deum non facere mala: contra illud quod licet aliqua propositio vel assertio possit habere aliquē sensum verum, tamen rationabiliter eodem nari tanquā reuocāda propter alium sensum falsum in

bona. Ex quibus colligitur, sentiam intueri: & hęc dicit quod vtraque istarum est hęc resis condemnata: & ramen ista assertio, Deus creat mala, habet aliquem sensum catholicū, scilicet istum, Deus creat mala pœnæ. Et similiter ista, Deus nō creat mala, habet sensum catholicum, scilicet istum, Deus non creat mala culpæ, &c. Hac igitur suppositione præambula sic firmiter stabilita sigillatim declarandum est quod assertiones dicti fratris fuerunt rationaliter condemnatæ.

Prima igitur propositio sua fuit, Maior est vnio hypostatica in Christo, quā vnio trium personarū in essentia increata.

Secunda. Possibile est esse aliquā creaturam puram in puris naturalibus, quæ ita posset sibi & homini mereri, sicut anima Christi cōcurrente gratia habituali nō est tamen aliqua possibilis, quæ tā cōuenienter, congruenter, & sufficienter hominem posset redimere & saluare sicut Christus. Et ista condemnatur reuocanda tanquā falsa & male sonans & erronea ad intellectū probationis suæ, videlicet de gratia animæ Christi quod ad primam eius partem.

Tertia, Aliqua pura creatura rationalis potest in puris naturalibus beatificē Dei ef-

ferre de creatura prædicta. Et ista cōdemnatur reuocanda, aliās Parisiis damnata tanquam erronea in fide.

Quarta, Aliqua pura creatura est possibilis perfectio animæ Christi in merēdo, puta gratia animæ Christi. Et hęc damnatur reuocāda tanquā falsa, erronea, absurda in Theologia & Philosophia, & theologicæ doctrinæ irritiua. Addit huic propositioni istam verificationem, etsi nō quod ad quantitatem meriti, tamen quod ad modum merendi hęc omnia eidem prodesse non possunt.

Quinta, Videtur mihi quod talis creatura si poneretur, esset simpliciter genus. Et hęc condēnatur reuocanda, sicut immediatē præcedens.

Sexta, Ponere aliquod creatū vel aliqua creatura esse simpliciter & absolutē necesse est non esse contra fidem. Et hęc condemnatur reuocāda tanquam falsa & malē sonans in fide secundum communē modum Theologorum.

Septima, Necesse esse non repugnat esse causatū. Et hęc cōdemnatur reuocanda tanquā falsa & erronea in fide.

Octaua, Magis est consonum fidei ponere aliquid circa primū esse absolutē & sim-

pliciter necesse, quā ponere ipsum sine aliqua additione esse necesse esse. Et hęc cōdemnatur, reuocāda tanquā falsa & erronea propter falsam implicationē & erroneā cōparationē, quam includit, quod aliqua rem creatā esse necesse esse, sine aliqua additione est cōsonū sacre Scripturæ, & per consequens aliquod creatum est increatū, quod cōtradictionē includit.

Nona, asserere aliquid fore verum quod est contra Sacram Scripturā, est expressiue contra fidem. Et hęc condemnatur, reuocāda tanquā falsa & iniuriosa Sanctis & Doctoribus, si eā intelligat vniuersaliter, prout in probatione eius videtur prætere.

Decima, non omnem hominem præter Christum cōtraxisse ab Adam peccatum originale est expressē contra fidem. Et hęc damnatur reuocanda tanquā falsa, scandalosa, & piarum aurium offensiva, & præsumptuosē asserta, non obstante probabilitate quætionis: vtrum beata Virgo fuerit in peccato originali concepta, &c.

Vndecima, beatā Mariam virginem & Dei genitricem non cōtraxisse peccatum originale, est expressē contra fidem. Et hęc condemnatur,

reuocanda tanquā falsa, scandalosa, præsumptuosē asserta, & piarū aurium offensiva. Duodecima, tantū est contra sacra Scripturā vnū hominem esse exēptū à peccato originali præter Christū sicut si decē homines ponerentur exempti. Et hęc condēnatur sicut præcedēs, reuocanda tanquā falsa, scandalosa præsumptuosē asserta, & piarū aurium offensiva.

Tertiadecima, magis est expressē contra Sacram Scripturā sacrā beatam Virginem non esse conceptā in peccato originali, quā asserere ipsam simul fuisse beatam & viaticem ab instāti suæ cōceptionis vel sanctificationis. Et post quā probauit corolariū dixit, q̄ pari modo videretur dici, q̄ magis est expressum ipsam vnitam fuisse hypostaticē, & hoc idem in consistorio in scripto suo coram iudicibus recitauit. Hęc autem propositio cōdemnatur sicut præcedens, reuocāda tanquā falsa, scandalosa, præsumptuosē asserta, & piarum aurium offensiva, & meritō potuisset rigorosius condemnari:

quia nulla præcedentium est ita temeraria.

Quartadecima, & vltima, In expositione sacre Scripturæ siue declarando per eccle-

fiam, siue per Doctores, siue excipiendo per quæcunque: de sacra Scriptura & non aliunde trahenda est determinatio, declaratio, siue exceptio, sicut in Grammatica contra regulas poni in eodẽ exceptio reperitur. Et hæc condemnatur, reuocanda tanquã falsa & erronea, si intelligat quod exceptio vel expositio sit trahenda expressẽ & explicitẽ ex Scriptura sacra & nõ aliunde, prout videtur prætere aliter non esset ad propositum suum. Harũ propositionum improbationes diffusæ & pulcherrimæ ponuntur in dicto Tractatu.

CIRCA tertium principale, in quo declarandum est quod doctrina sancti Thomæ non sic est approbata. quod propter eã oporteat. antè dictam cõdemnationem aut dicti episcopi processum aliquid qualiter impedire, præmittẽda est hic diuisio. Quod aliquam doctrinã esse per ecclesiam approbatam potest tripliciter intelligi. Vno modo, quod talis doctrina sit per ecclesiam tanquã utilis, & in fide probabilis acceptata, & tanquã talis inter scholasticos diuulgata. Secundo modo, quod talis doctrina sit sic approbata, quod oporteat credere quod ipsa sit in omni sui parte ve-

ra. Tertio modo, sic ut ipsa sic sit approbata, ut oporteat credere, quod ipsa in nulla sui parte sit in fide erronea vel hæretica. Nã multa sunt falsa quæ non pertinent ad fidem, quæ tamen non inducunt errorem cõdemnabilem, & in talibus non cadit hæresis, quia hæresis importat corruptionem fidei Christianæ. In talibus autem falsitas aut error ad corruptionem fidei Christianæ non pertinet, ut dicit sanctus Thomas. 2. 2. q. de hæresi. art. 2. Et ideo patet quod approbatio alicuius doctrinæ 2. modo maior est approbatione alicuius 3. modo.

Primus autem modus approbationis multum differt à duobus aliis: quia multæ sunt doctrinæ illo primo modo approbatae, quæ continent non solum falsa, imò etiã quædam in fide erronea, ut inferius patebit. Vnde primus modus approbationis communis est multis doctrinis seu libris vel Tractatibus Sanctorum & Doctorum, sed secundus & tertius valde paucis scriptis conueniunt, scilicet soli doctrinæ Scripturæ sacre & vniuersalis ecclesie, ut quidam dicunt, sicut apparebit ex dicendis, & ideo uterque ipsorum maior est primo. Quilibet autem prædictorum modorum potest subdiuidi, quia

quia talis approbatio alicuius doctrinæ potest esse expressa vel tacita. Expressa quidem per scripturam authenticã sicut per autoritatẽ Scripturæ diuinæ vel cõstitutionem ecclesiæ vel bullam apostolicam, sicut vel aliã literã authenticã alicuius personæ vel collegij in hoc potestatis habentis. Et sic expressẽ approbata est doctrina Scripturæ sacre noui & veteris Testamenti, generalium Conciliorum, Epistolarum sanctorum Patrum, sicut patet ex decreto Gelasij papæ 15. dist. c. Sancta Romana. Tacita verò potest esse alicuius doctrinæ approbatio per tolerantiam seu permissionem ecclesie; & sic multæ sunt doctrinæ approbatae, non solum sanctorum Patrum: sed etiã quorundam Doctorum & magistrorum, qui scripserunt summas lectiones diuersas & in quibusdam inter se aduersas in theologia quã in iure canonico, sicut patet de multis Doctoribus vniuersitatis Paris. & aliorum studiorum. Et hæc tacita approbatio habetur implicitẽ ex præallegato decreto Gelasij papæ, ubi dicitur, Opuscula atque Tractatus omnium Patrum orthodoxorum, qui in nullo à sancto Rom.

nec ab eius fidei prædicatione seiuncti sunt legenda de cernimus. Vnde quia hic generaliter omnium illorum Magistrorum vel Doctorum quicunque huiusmodi sunt approbati, tacita scilicet & implicita, licet non explicata, sed de Opusculis eorum diligenter obseruandum est quod ibidem sequitur. Quod si causa hæc ad catholicorum manus aduenit beati Pauli apostoli sententia, præcedat; Omnia probate, quod bonum est tenete. Iuxta primam diuisionem declarandæ sunt tres principales conclusiones circa approbationem doctrinæ S. Thomæ. deinde aliarum tres speciales circa doctrinam eius de absoluta necessitate creaturæ. Prima igitur conclusio est, Doctrina S. Thomæ in Opusculis suis theologice contenta primo modo est per ecclesiam approbata, & tanquã utilis & probabilis diuulgata: & hæc probatur, quia, &c. Secunda conclusio est, Prædicta S. Thomæ doctrina non est 2. modo per ecclesiam approbata, scilicet, quod oporteat credere quod ipsa in omni sui parte sit vera; & hæc probatur, quia, &c. Tertia conclusio, Prædicta S. Thomæ doctrina non est 3. modo prædicto per ecclesiam approbata, sic quod oporteat

reat credere q̄ ipsa in nulla sui parte sit in fide erronea vel hæretica, & hæc cōclusio probatur, quia, &c. Secundò, principaliter probatur 3. cōclusio, quia de illo non oportet credere q̄ doctrina ipsa in nulla sui parte sit in fide erronea vel hæretica, in qua q̄dē cōtinētur multæ cōtrarietates & repugnantiæ etiam in materia ad fidē pertinēte, sed multæ huiusmodi repugnantiæ & cōtrarietates cōtinētur in doctrina S. Tho. igitur, &c. Maior est nota, sed minor probatur, & de multis exēplis breuitatis causa pauca ponentur. Primū exēplum est, quia primo Sentētiarum: dist. 11. art. 4. tenet S. Tho. q̄ pater & filius possunt dici duo spiratores sicut spirātes. In prima verò Parte Sūmæ suæ, q. 36. artic. vlt. dicit quòd sunt vnus spirator & nō duo, & tamen hæc materia multū ad fidē p̄tinet, cū in cōcilio Lugdū. sub Greg. 10. celebrato fuerit definitū quòd spiritus sanctus à patre & filio nō duab⁹ spirationibus sed vnicā spiratiōe p̄cedit, sicut patet in cap. Fideliter. extrā de summa Trini. & fide ca. lib. 6.

Secundū exēplum est, quia in 2. Sē. dist. 1. dicit quòd creatio instrumētāliter cōmunicare potuit creaturæ, susti-

nens in hoc opinionē Magistri li. 4. dist. 5. in qua tamē ab aliis Doctoribus communiter non tenetur. In prima verò Parte Summæ, q. 45. artic. dicit quòd non: & idem dicit in 2. Contra Gentiles, ca. 21. & 12. quæst. de Veritate.

Tertiū exēplū potest poni, quia in 1. Sentētiarū & similiter in 4. tenet quòd omnis homo, præter Christū, cōcipitur in peccato originali & in primo tenet q̄ beata Virgo nō fuit cōcepta in peccato originali, sicut supra dictū est, & tamen pars aduersā cōtra quā agim⁹ asserit 2. expressè esse imò expressissimè contra fidē, & ideo habet cōcedere quòd doctrina S. Thomæ in hac parte est in fide erronea.

Quartū exēplū, quia in 3. Sē. dist. 6. q. 2. art. 2. dicit quòd prima opinio sibi posita à Magistro nō est hæretica, licet sit falsa, s. Fili⁹ De⁹ assūpsit hoīem ex humana carne & aīa rationali constitutū & ille hō cœpit esse de⁹, & de⁹ cœpit esse homo ille. In tertia verò Parte Sūmæ, q. 2. artic. 4. in fine dicit, quòd est hæretica & damnata in concilio.

Quintū exēplū est, quia in 4. Sē. dist. 38. ar. 4. in solutione tertij argumētū dicit quòd papa p̄t disp̄sare in voto continentie, & in 2. 2. q. 88. artic. 11.

dicit quòd non allegās decretale, Cū ad monasteriū extra de sta. mo. vbi in fine illius decretalis dicitur q̄ abdicatio p̄prietatis sicut custodia castitatis adeo est annexa: regule monachali, vt cōtra eā nec summus pont. possit indulgere. Sed hæc secūda opinio videt esse erronea ī fide, cum sit cōtra obseruatiā ecclesiæ, quæ in tali voto quantum disp̄savit, sicut ostendit dominus Durandus in 4.

Sextum exēplum generale quòd sumitur ex quodā Tractatu S. Thomæ de cōcordia quorūdam dictorum suorum inter se discordantiū, qui incipit, Pertrāsibunt plurimi, & multiplex erit scientia vbi multa diuersa aut aduersa, quæ in doctrina sua cōtinentur, corrigi & exponit. Et quia verisimile est quòd tūc nō omnia huiusmodi sibi occurrunt: ideo in fine Prologi sui supplicat librorū suorum Lectoribus, ita dicēs, Si quis aliquid inuenit non cōcordāter, si nō sit manifesta causa dicēdi ex qua secūdū Hieronimū accipiēda est intelligētia dictorū, discretiorē & magis exercitatū cōsulat. Si verò nō fuerit inuentū quomodo vtrunq; stare possit, alterū eligat quòd magis cōsonum veritati iudicauerit: alterū ve-

rò nos ipsi reuocauerimus, si talis discordia nobis occurreret. Ex quo dicto cōtollariē sequitur quòd si in doctrina S. Tho. aliqua asserio repetitur, quæ esset hæretica aut in fide erronea, non proptere hoc sequeretur quòd asserēs fuisset hæreticus, quia: si eam pertinaciter non asseruisset, cū ad reuocationē humiliter offerat. Si enim beatus Cyprianus & beatus Hier. licet erroneas opiniones vel hæreticas scripserint, quas reuocasse nō legunt, vt infra dicitur: quia tamē eas pertinaciter nō defenderunt, non sunt hæretici indicādi, &c. & propter hoc solum q̄ hæresim tenuerit verbo vel scripto, nō esset post mortem de hæresi accusandus, nisi p̄bati posset quòd talem hæresim pertinaciter tenuisset. Ex hoc patet ex dictis S. Thom. 22. q. de hæresi. artic. 2. in solutione ad tertium argumentum, vbi allegat Angu. 2. 4. q. 3. dicentem, Si qui sententiam suam quāuis falsam atque peruersam nulla pertinaci animositate defendunt: quæruunt autem tacita sollicitudine veritatem, corrigi parati cū inuenerint, nequaquā sunt inter hæreticos cōputādi. Vnde cōcludit quòd si aliqui Doctores dissensisse videntur, in

vel contra ea quorum nihil interest ad fidem, vel etiã in quibusdã ad fidẽ pertinentibus, quã nõdũ erat per ecclesiã determinãta, non est vitii hæresis: postquã autẽ essent determinata auctoritate ecclesiã vniversalis, si quis tali determinationi pertinaciter resisteret vel repugnaret, hæreticus esse sentiret. Et hæc dicit S. Tho. propter dissentionẽ quẽ fuit inter Hiero. & Aug. circa cessationẽ legalium, Ex quib⁹ omnib⁹ satis patet quod idẽ S. Tho. qui Aug. in regula & in doctrina sequitur, sicut magistrũ discipulus dicere potuit & debuit, cũ eodẽ Aug. Errare potero, sed hæreticus nõ ero: quia nõ oportet credere quod doctrina sua in nulla sui parte fuerit hæretica, vel in fide erronea, licet ipse non fuerit hæreticus. Tertio probatur eadẽ conclusio, quod si oporteat dicere quod huius doctrina in nulla sui parte sit in fide erronea vel hæretica, hoc maxime esset quia ipsa est per ecclesiã approbata, sed alia qua est doctrina multo magis approbata quã doctrina S. Thom. quã tamen in aliqua sui parte est hæretica, vel erronea in fide: igit hoc etiã sine vlla temeritate dici poterit de doctrina S. Tho. nõ obstante ei⁹ approbatione. Cõse-

quẽtia est clara, quod maior nõ tãquã illi fundamento innitur pars aduersa. Sed minor probatur per multa exẽpla.

Et vt à maioribus ad minora procedatur, primũ exẽplũ ponitur de doctrina beati Petri apost. quã nulli dubiũ est esse magis approbatã quã doctrinã beati Pauli pro omnibus ad fidẽ pertinentibus, quã verbo aut facto docuit, constat quod huius doctrina in aliqua sui parte fuit in fide erronea, s. in illa parte in qua Paulus apostolus eã reprehendit, de qua reprehensione dicitur ad Gal. 2. c. Cũ autẽ venisset Cephas Antiochiã, in facie ei restitit, quia reprehensibilis erat. Et causam reprehensionis ipsius & aliorũ per eius doctrinã erratiũ subdit. Quia certẽ nõ rectẽ ambulabat ad veritatem Euãgelij. Et sic patet quod errabat contra veritatem Euãgelij, quia eius doctrina erat in hoc in fide erronea. Vnde etiã patet quod in errore fidei minor reprehendere potest quantilibet maiorẽ, cũ Paulus sic reprehenderit Petrũ principẽ apostolorũ, & ideo nõ debet mirum nec temerariũ iudicari, si minores doctores reprehenderẽt sanctũ Tho. vbi ostenderent eum errasse in materia fidei. Secundum exẽplum est de

doctrina sancti Cypriani, qui inter Doctores approbatos primus nominatur in decreto Gelasij papæ 15. di. ca. sancta Romana, & tamẽ ei⁹ doctrina in aliquibus fuit erronea. Vnde de baptismo pariter in aliquibus reprehendit Aug. de conse. dist. 4. ca. quod & merito erat reprehendendus, licet esset sanct⁹ martyr & insignis, sicut ponitur 32. dist. ca. porro. Reprehensibilis autẽ erat: quia, scilicet baptisma hæreticorũ lauacrum diaboli appellabat. Vnde August. lib. 2. cõtra quendã Donatistam de scripturis Cypriani dixit sic, Quod in eis diuinarum Scripturarũ autoritatẽ cõgruit, cum laude eius accipio, quod autem huic non congruit, cum pace eius respuo. & infra, Viri huius laudem assequi non valeo: eius multis literis mea scripta nõ comparo: eius ingenium diligo, eius laude delector, eius charitatem miror, eius martyrium veneror. Hoc quod aliter sapuit non accipio, quia ecclesiã non accipit, pro qua sanguinem fudit.

Tertium exemplum est de doctrina beati Hiero. qui in predicto decreto Gelasij inter approbatos doctores numeratur, cuius eloquiũ, vt Aug. de eo ait cõtra Iulianum, ab

Oriente in Occidentem instar Solis refulget, ac etiã intãtũ desert ecclesiã vt sacrã Scripturã testimonium præteritis interpretibus ex eius translatione suscipiat, & tamẽ constat quod ei⁹ doctrina in aliqua sui parte cõceditur fuisse erronea, etiã in his quã ad fidẽ & doctrinã apostolicam pertinere nõsuntur. Nam sicut habetur in decretis, 26. dist. circa doctrinam beati Pauli apostoli dicentis, Oportet episcopum esse vnus vxoris virum & non pluriũ, Hiero. & Aug. contrarias sententias protulerunt. Hinc est quod glosa in prædicta dist. c. dicit quoddã malẽ sentit hic Hiero. Aug. cum corrigit in proximo. Isti etiã Sancti sicut patet in eorũ epistolis, vt recitat glosa ad Gala. 2. ca. de reprehensione: quia Paulus dicit Petrum apostolũ esse reprehensibilem, contrariũ sentiebant, vt supra tactum est: & ideo alter eorum circa veritatem Euãgelij erroneã opinionem tenebat. De Augustino etiã & aliis pluribus approbatis doctoribus simile posset ostendi.

Quartum exẽplum de doctrina seu cõpilatione Magistri Sententiarũ, quã in studiis generalibus, & quandoq; ex mandato apostolico publicẽ

tāquam approbata & authentica legitur; & tamen in ea aliqua continetur in fide erronea, sicut est illa opinio quā tenet in 3. dist. 32. quod Christus in triduo suae mortis fuit homo, & quadā alia in quibus eōmunitē reprobat. Hoc tamen non obstat ut videtur quod eius doctrina sit magis authentica, quā doctrina sancti Thomae.

Quintū exemplū est de doctrina seu compilatione decreti Gratiani, quae a Doctoribus Decretorum tāquam approbata & authentica legitur, & a qua & nō a lectura decretalium; Doctores Decretorum & nō Doctores Decretalium nō emanantur, & tamen illa doctrina in aliqua sui parte est erronea in fide, sicut patet 33.

q. 4. c. Sed obiicitur, ubi narrat Gratianus quod tempore regis Achab fuerunt missi duo quinquagenarij ad Heliā qui dixerūt ei, Homo dei rex Israel vocat te: quod est haeresis explicita, quia contraria veritas explicitē approbata, quia hoc accidit tempore Ochozias mortuo rege Achab, sicut expressē in sacra Scriptura reperitur. 4. Regum cap. 1. Vnde si Gratianus pertinaciter eis adhæsisset, fuisset manifestus haereticus: sed non fuit haereticus, quia non per-

tinaciter sed inadvertenter illud dixit. Vnde super illo passu dicit Glo. quod ipse eō fundit historiam: non enim Achab misit illos quinquagenarios, sed rex Ochozias, nec etiā illud contigit tempore Achab, sed sub Ochozia. In pluribus etiam aliis locis reprobat Gratianum, sicut patet 2. q. 3. cap. ad mensuram. & 12. q. 1. cap. 1. & aliis quā pluribus locis. Et dicitur aliqui propter hoc quod multis licet negare Glossas Decretorum & Decretalium cum glosa aperte negat textum. Et consimiliter dicunt aliquid de Glossis Ordinariis Bibliae, quae tamen videtur esse maioris autoritatis, quā doctrina sancti Thomae; cū allegantur autoritatiue.

Sextum exemplū potest poni de quibusdam Doctoribus qui non sunt sancti canonizati, sicut venerabilis Anselmus Cantuarien. episcopus, Hugo de sancto Victore, & quidā alij, quorum dicta vel scripta in aliquibus reperiuntur erronea, & tamen eorū doctrina non minus videtur esse authentica, quā doctrina sancti Thomae eum ipsi cōmuniter in actibus scholasticis a scientificis, allegantur autoritatiue, nec solent negari, sed eorū dicta reueren-

ter glosari & exponi, quod tamē scholastici nondum cōsueverūt facere de dictis sancti Thomae, & ideo prae-sumptuosum videtur eius doctrinam super ipsos & alios doctores sic extollere, quod nō liceat credere aut asserere ipsum in fide errasse, sicut & alij errauerunt. Nec obstat eius canonizatio, quā aliqui pro magno colore praetendunt. Ex quibus videtur quod dicere sanctum Thomam in aliqua parte doctrinae suae errasse in fide, nec obuiat seu derogat canonizationi suae, nec approbationi doctrinae suae theologicae: sicut hoc idē dicere de aliis sanctis & praecipuis Doctoribus non derogat canonizationi nec approbationi eorū. Nā ecclesia sicur canonizando aliquē sanctum, non per hoc approbat omnia eius facta, ita approbando eius doctrinā, nō per hoc approbat omnia eius dicta vel scripta, sed solum illa quae per authorē ipsum nō sunt retractata, nec per aliū sunt correctā, aut merito tanquā

quod ad illa quae sunt veritati consona, sicut patet de doctrina Origenis, de qua dicit Gelasius papa, 15. dist. ca. sancta Romana quae Origenis non vult la Opuscula quae vir beatissimus Hieron. non repudiat, legenda suscipimus: reliqua autē cum auctore suo dicimus esse renuenda. Ex omnibus igitur praedictis clarē patet tertia conclusio principalis. Quarta conclusio, Doctrina sancti Thomae libro 2. Summae contra Gentiles, cap. 19. de rerum creaturarum necessitate absoluta est de virtute sermonis falsa & multū impropria. Et haec conclusio patet, quia illud capitulum intitulatur, Qualiter in rebus creatis esse potest necessitas absoluta. & est principalis conclusio capituli, quod sunt quaedā in rebus creatis quae simpliciter & absolute necesse est esse & aliqua quae sunt contingētia esse. Sed quod istalocutio sit de virtute sermonis falsa & multū impropria, & hoc probatur, &c.

Quinta conclusio, Praedicta sancti Thomae doctrina secundū quosdam est in fide erronea, seu in aliqua sui parte de huiusmodi errore suspecta. Et in hac conclusio ne nō assertiue sed solum reuerentiue loquimur. Dicuntur

nim aliqui quòd ista doctrina multos errores continet.

Primus est quia ponit aliquid à deo esse necesse, quod videtur contra sacrâ Scripturam & intentionem Sanctorum: quia necesse esse est proprium nomē Dei, & videtur esse intentio sacrę Scripturę. Exod. 3. c. vbi Moysi interroganti Dominum, Si dixerint mihi quod nomen est eius, quid dicam eis: Dixit Dominus ad Moysen, Ego sum qui sum: sic dices filiis Israël, Qui est, misit me ad vos. Super quo verbo dicit Glosa, &c.

Secundus error (vt isti dicunt) est in principali fundamento prædictę positionis quod est istud, Sūt, inquit quædam in rebus creatis, quę simpliciter & absolute necesse est esse. Illas enim res simpliciter & absolute necesse est esse, in quibus non est potestas ad non esse. Quædam autem res sic sunt à deo in se productę: vt in eis natura liter sit potentia ad non esse.

Quod quidem contingit ex hoc quod materia in eis est in potentia ad aliam formam. Ista igitur res in quibus vel non est materia: vel si est, non est potentialis ad aliam formam, non habet potentiam ad non esse: eas igitur simpliciter & absolute necesse est

esse. Hoc autē iterum circa mediū capituli magis explicat dicēs, quod quia materia secundum quod est in eius potentia est ex ordine materię, necessario res aliquę corruptibiles existunt: sicut animal quod ex contrariis cōpositū est, quia eius materia contrariorum est susceptiua: forma autē secundum id quod est, actus est, & per eam res existunt actu. Vnde ea ipsa prouenit necessitas ad esse in quibusdam, quod contingit, quia res illę sunt formę non in materia: & sic non est in eis potentia ad non esse, sicut est de substantiis separatis: vel quia formę rerum sua perfectione adæquāt totam potentiam materię, vt sic non remaneat potentia ad illā formam, nec per consequens ad non esse, sicut est in corporibus cęlestibus. Hoc est igitur principale fundamentū positionis sancti Thomę, quod videtur multipliciter erroneum: primò quia, &c.

Tertius principalis error prædictę positionis esse videtur, quia dicit per hoc quod dicitur deum produxisse res per voluntatem non per necessitatem, non tollitur quin voluerit aliquas res esse quę de necessitate sunt, & aliquas quę sunt cōtingenter: ad hoc

quod sit in rebus diuersitas ordinata. Nihil igitur prohibet res quasdam diuina voluntate productas necessarias esse. Et consequenter hæc declaratio subdit, Esse necesse simpliciter non repugnat ad rationem esse creati. Nihil enim habet aliquid necesse esse, quod tamen suę necessitatis causam habet, sicut cōclusiones demonstrationum. Nihil igitur prohibet quasdam res sic esse productas à deo, vt tamen eas esse sit necesse simpliciter. Et iterum postea ibidem aliam rationem cōcludit, Sic igitur aliqua creatura de necessitate habet esse.

Ex quibus clarè patet quod non solum concepit quasdam res diuina voluntate productas necessarias esse vel eas necesse esse, sed etiā concludit quod quædam de necessitate sunt, & quod eas esse est necesse simpliciter, & de necessitate habent esse, modo hoc repugnat libertati diuinę voluntatis, quod arguitur sic: quia ista cōsequētia est bona. Deus vult creaturā esse, ergo creatura est, & e contra, & per cōsequens si antecedens liberè & voluntariè verificatur de aliqua creatura, consequens consequenter verificatur de eadem: quia si deus liberè & contingenter vult quamlibet

bet creaturam esse, sequitur quod quælibet creatura est contingenter, & nulla est de necessitate, vnde etiā ex opposito sumitur oppositū, quia, &c.

Quartus error huius doctrinę esse dicitur in quadam ratione quę ibidem sequitur, quę dicit, quod quanto aliquid magis distat ab eo quod per se ipsum est ens, scilicet à deo, tãto magis propinquum est ad non esse. Quanto igitur aliquid est propinquius deo, tãto magis recedit à non esse, quę autē iã sunt, propinqua sunt ad non esse per hoc quod habet potentia ad non esse. Illa igitur quę sunt deo propinquissima, & per hoc à non esse remotissima talia esse oportet, ad hoc quod sit ordo rerum completus, vt in eis non sit potentia ad non esse: talia autem sunt necessaria absolute: sic igitur aliqua creatura de necessitate habet esse. Hęc autem ratio deficit in multis. Primò in hoc quod supponit quod entia deo propinquissima (sicut angeli) tãto magis recedunt à non esse: hoc enim propriè loquendo non est verū, quia propriè nihil distat vel recedit à non esse, &c.

Quintus error prædictę positionis est in ipsius declaratione in quâ dicit, Sciendū

est itaque quod si rerū creata
rum vniuersitas cōsideretur,
prout sunt à primo principio
inueniuntur depēdere ex vo
luntate, nō ex necessitate prin
cipij, nisi necessitate supposi
tionis: vt dictū est. Si verō cō
parentur ad principia prima,
inueniuntur necessitatem ha
bere absolutam. Nihil enim
prohibet aliqua principia, nō
ex necessitate produci, quib⁹
tamen positus de necessitate
sequitur talis effectus, sicut
mors animalis, huiusmodi
necessitatē absolutā propter
hoc quod ex contrariis iā est
cōpositum, quamuis ipsum
ex cōtrariis cōponi nō fuisset
necessarium absolutē. Simili
ter autem quod tales rerum
naturæ à Deo producerētur
voluntarium fuit: quod autē
eis sic statutis aliquid proue
niat vel existat, absolutē ne
cessitatem habet. Ex quo pa
tet quod hæc positio est locu
tio impropria & petiū princi
pium: quia hoc assumit quod
debet pbare: nā per exemplū
positum patet quod vocat ne
cessitatem absolutam illam
quæ non ex conditione, vel
suppositione, sicut mors hu
ius animalis: non ex supposi
tione vel conditione, scilicet
quod animal non sit ex con
trariis cōpositum, non ha
bet necessitatem, & ideo nō

habet necessitatem nisi con
ditionalem, &c.
Sextus error doctrinæ præ
dictæ assignari potest in quo
dam dicto quod sequitur ibi
dem, vbi ait. Manifestum est
quod omnia quæ contrariū
habēt, vel ex contrariis sunt,
corruptibilia sunt: quæ autē
huiusmodi non sunt, sempi
terna sunt nisi pars corrumpa
tur, sicut formæ quæ non sub
sistunt, sed esse earum est per
hoc quod insunt materie. Ex
hoc enim sequitur quod gra
tia in animavel in angelo, cū
non habeat cōtrariū, nec ex
contrariis existat, nec sit for
ma quæ insit materie, est sem
piterna, & idem videretur se
qui de luce vel lumine, si es
set sine materia, sicut accidē
tia sacramēti Altaris sunt si
ne subiecto. Hoc etiā fauet
articulo Parisiis condēnato,
allegato superius in quo di
cit⁹ q̄ omne quod non habet
materiā est æternū, & breui
ter hæc & alia multa erro
nea, falsa & improprie dicta vi
dent⁹ multis in prædicta doctri
na cōtineri, quæ tñ ex tadio
pertrāsimus. Dicūt etiā quod
in terminis Philosophiæ & na
turalibus principiis in eodē
li. c. 15. errauit manifestē, vbi
declarando qualiter Deus
omnipotēs dicatur quædam
non posse, inter alia dixit q̄

Deus nō potest facere vnum
& idem esse; & nō esse, quod
est cōtradictoria simul se: &
postea subdit q̄ cōtradictio
in cōtrariis & priuatiue oppo
sitis includitur: sequit⁹ enim
quod si est album & nigrum,
quod sit album & nō album:
& si est videns & cæcū, quod
sit videns & non videns. Vu
de eiusdē rationis est, quod
Deus non posset facere oppo
sita simul inesse eidem secun
dum idē. Ex quo patet quod
potest facere duo contraria
simul inesse eidē secundum
idē, quā duo cōtradictoria.
Hoc autē est erroneum: quia
facto corporis Christi se
cundum se totum in sacra
mento altaris in diuersis al
tibus sunt motus contrarij,
sursum scilicet & deorsum,
& pari ratione posset facere
deus idē corpus secundū se to
rum esse albū & nigrū. Dicūt
etiā quod in pluribus locis
doctrinæ suæ ipse errauit per
hoc q̄ principia philosophiæ,
seu potius quædam philoso
phorum verba ad conclusio
nes theologiæ nimis appli
quauit: nō enim loqui taliter
debet Theologi qualiter lo
quuntur Philosophi, sicut do
cet Augu. 10. lib. de Ciui. Dei,
cap. 23. dicens. Liberis verbis
loquuntur Philosophi: nec in
rebus ad intelligendum diffi
cillimis offensionem religio
sorum aurium pertimescūt.
Nobis autem ad certā regu
lam loqui fas est: ne verborū
licentia etiam de rebus quæ
his significantur, impiam gi
gnat opinionem, &c.
Conclusio.
Huic ergo tractatui, vtinā
aduerso errori, finem statui
mus. Illi laus, honor, atq; gra
tiarum actio, qui nobis cau
sam suā tractantibus nō de
fuit, quo docente assertā hīc
veritatem sentimus, quo in
struente probamus, quo præ
cipiente defendimus: & per
ritate permoti ad omnes de
uenire, & nobiscum sentire
vehementer affectamus. Quia
si veritati huic, iudicio no
stro clarissimē, nec sic credit
aut alio fauore, vt ipsi conan
tur, aliōve sine quā eius
postulet dignitas, crimino
mur: testamur te Christe, te
stamur & illam cui testimo
nium perhibes esse totā pul
chram, & in ea maculam nō
esse: omnes ad extremū tui
atque ipsius amatores in te
stimonium euocamus: no
strum nunc debitū sufficien
ter, & (vt putamus) superabū
danter expleuisse.
ERRORVM
FINIS.

INDEX

INDEX GENERA-
lis omnes ferè sententias,
quæstiones, & conclusiones
in quatuor Sententiarum li-
bros continens, secundum
ordinem literarum.

INDEX LIB. I.

Accidens nullum cadit
in deum. dist. 26. c

Amor, mens, & notitia in ani-
ma imaginem gerunt tri-
nitatis. dist. 3. f

Amor, charitas, dilectio pa-
tris & filij & spiritus san-
cti. dist. 10. a. & dist. 17. b

Anima quomodo est imago
trinitatis. dist. 3. g

Anima dicitur simplex respe-
ctu corporis. dist. 8. c

Animæ an de cælo possunt
reduci ad corpora propter
aliqua merita. dist. 41. d

B

Bonitas, sapientia, potentia,
quomodo de deo dicuntur.
dist. 34. f

Bonitas spiritui sancto, sapi-
entia filio, potentia patri, qua-
re attribuitur. ibid. g. h

Bona vel mala fieri quomo-
do vult deus. di. 46. per totum.

Bonum est mala fieri quomo-
do intelligatur. dist. 46. k

Boni quadruplex acceptio.
dist. 46. h

Bona facere, & mala vitare
quare præcepit deus. dist.
47. per totum.

Bona vel mala voluntas ho-

minis quædo est idem, vel
aliud volens quod deus
vult. dist. 48. a

Bona dei voluntas mala ho-
minum voluntate impletur.
dist. 48. b

C

Charitas, amor, & dilectio
patris, & filij, & spiritus
sancti. di. 10. b. & di. 17. d

Charitas, quævis sit substan-
tia trinitatis, propriè tamè
refertur ad spiritum san-
ctum. dist. 10. c

Charitas dicitur deus. di. 10.
& di. 17. per totum.

Charitas, quæ est spiritus san-
ctus, utrum augeatur vel
minuatur in homine, vel
an magis vel minus ha-
beat. dist. 17. g

Cognitio dei quomodo fit
per creaturas, & quomodo
in creaturis apparet vesti-
gium trinitatis. dist. 3. a. b.

c. & per totum.

Creator quomodo cognosci-
tur per creaturas. dist. 3. a

Creatura mundi quare dica-
tur homo. ibidem.

Creatura in qualibet apparet
vestigium trinitatis. di. 3. f

Creatura nulla à se & per se
quicquam facere potest.
dist. 42. g

D

Dabilis est spiritus san-
ctus utrum. f. & filio, an tan-
tum hominibus. dist. 17. c

IN LIB. I.

Damari utrum possit præde-
stinatus. dist. 40. b

Deus utrum fruatur vel utra-
tur nobis. dist. 7. f

Deus verus unus solus est tri-
nitas. dist. 2. per totum.

Deus quomodo cognoscitur
per creaturas, quævis sit
inuisibilis. di. 2. per totum.

Deus unus in trinitate quo-
modo probatur. dist. 3. f. &
per totum.

Deus utrum genuit deum. di. 4. a

Deus an voluntate vel necessi-
tate sit, & an nolens vel vo-
lens sit deus. dist. 7. a

Deus quomodo est simplex.
incomutabilis, & immor-
talis. dist. 8. a. & per totum.

Dei simplicitas nulli prædica-
mentorum subicitur. di. 8. g

Deus cum sit simplex, quomo-
do multiplex dicitur. dist. 8. f

Deus quomodo dicitur sub-
stantia. dist. 8. b.

Deus non est dicendus triplex,
sed trinus. dist. 19. r

Deus verius cogitatur quam
dicitur. dist. 23. d

Deum esse, & quod dei est non
sunt idem. dist. 34. b

Deus quomodo bona cogno-
scit, & quomodo mala, di-
stin. 36. b

Deus quomodo dicitur esse
in omnibus rebus. di. 37. a. b

Deus quomodo habitat in
sanctis. dist. 37. c

Deus ubi erat antequam ef-

set creatura. dist. 37. c.

Deus non dicitur localis, nec
loco, nec tempore mouetur.
dist. 36. l

Deus quomodo scit vel ne-
scit omnia. di. 39. per totum.

Deus potest scire aliquid no-
viter vel ex tempore. di. 39. b

Deus utrum possit scire plu-
ra quam scit. di. 39. c. & di.
44. per totum.

Deus an quod semel scit sem-
per sciat. dist. 41. f

Deus quatuor modis dicitur
operari. dist. 12. h

Deus de deo utrum secundum
substantiam dicatur. di. 27. h

Deus quare dicitur omnipo-
tens cum nos multa possu-
mus, quæ ipse non potest.
dist. 42. a. b

Deus an possit meliora face-
re quam facit. dist. 44. per
totum.

Deus an semper possit omne
quod prius potuit. di. 44. d

Dei voluntas quid sit, & qui-
bus modis accipiatur. dist.
45. f. dist. 47. b

Deus an velit ab omnibus fieri
omnia quæ præcipit, vel
non fieri quæ prohibet. di.
45. k. & dist. 47. c

Deus utrum vult mala fieri.
dist. 46. d

Deus vult omnes homines
saluos fieri quomodo in-
telligatur. dist. 46. c

Deus an sit causa quod ho-

mo sit deterior. di. 46. l.
 Dei voluntas bona quomodo
 per malas hominū volun-
 tates impletur. di. 48. a. b.
 Differre numero quid sit. di.
 fin. 19. q.
 Dilectio quare propriè dici-
 tus spūs sanctus. di. 10. a. b.
 Dilectio patris & filij & spi-
 ritus sancti. di. 32. a.
 Dilectio quomodo est in tri-
 nitate. di. 32. per totum.
 Diferetio quomodo accipi-
 tur in personis tri. di. 24. h.
 Distinctio vel persona distia
 cta quomodo dicitur. dist.
 24. g.
 Diuina essentia vtrū genuit
 essentiam, vel vtrum ipsa
 sit ingenta. di. 5. a.
 Diuine essentia proprietates
 quæ sint. di. 8. per totum.
 Diuina natura nulli prædica-
 mentorū subiicitur. di. 8. g.
 Diuinarū personarum quali-
 tates quæ sunt. di. 19. & di.
 20. per totum.
 Diuinæ essentia nulla perso-
 narum est pars. di. 19. g.
 Diuina essentia non prædica-
 tur de personis vt genus
 de specieb⁹. nec vt species
 de indiuiduis. di. 19. h. i.
 Diuinæ personæ vtrum diffe-
 rant numero. di. 9. p. q.
 Diuinæ tres personæ vtrū si-
 mul magis possunt aliquid
 quàm vna. d. 19. r. & di. 20. a.
 Diuersitates nominum in di-
 uinis quæ sunt. dist. 21. per
 totum, & di. 23. a.
 Diuersitas nulla est in trini-
 tate. di. 23. i.
 Diuina essentia vtrū sint ipsæ
 proprietates personarum.
 di. 33. a. b.
 Doctrina omnis aut est de
 rebus, aut de signis. di. 17. a.
 Donum an detur vel diuida-
 tur per donū quod est spi-
 ritus sanctus. di. 17. p.
 Donum qua ratione dicitur
 spiritus sanctus. di. 18. a.
 E
 Efficax est voluntas dei. dist.
 47. a.
 Electio dei vel reprobatio v-
 trum fiat ex meritis homi-
 num. di. 41. per totum.
 AEqualitas diuinarum perso-
 narum in quo consistit. di.
 19. per to. & di. 20.
 AEqualitas quid sit. ibid. b.
 AEqualitas vtrum secundum
 substantiam, vel secundum
 relationem dicatur de di-
 uinis personis. di. 31. a.
 AEqualitatis nomine an po-
 natur aliquid vel remo-
 ueatur. di. 31. b.
 AEqualitas quare attribua-
 tur filio. di. 31. b.
 Essentia vtrum genuit assen-
 tiam. di. 5. a. & per totum.
 Essentia diuina est simplex,
 incommutabilis, immor-
 talis. di. 19. per totum.
 Essentiam filio præstat de pa-

tre generatio. di. 18. g.
 Essentia spiritui sancto præ-
 stat à patre & filio proces-
 sit. di. 18. f.
 Essentia diuina sunt æterni-
 tas, magnitudo, & poten-
 tia. di. 19. b.
 Essentia diuina quomodo præ-
 dicatur de personis. di. 19. b.
 Esse ex deo & in deo & per
 deum an sint idem. di. 36. d.
 Esse & velle in deo idem est.
 di. 45. a. b.
 AÆternitas, potētia, magni-
 tudo quomodo sunt in deo.
 di. 19. b.
 AÆternitas, species, vsus quo
 modo dicuntur de perso-
 nis. di. 31. c.
 F
 Facere quicquid vult deus
 quomodo intelligit. d. 42. f.
 Facere nihil potest à se & per
 se aliqua creatura. dist. 42.
 per totum.
 Facere vtrū potest deus plura
 quàm facit. di. 43. per totū.
 Facere vtrum potest deus ali-
 quid melius quam facit. d.
 44. a.
 Fides vna est patriarcharum,
 prophetarum, & apostolo-
 rum. di. 3.
 Filius vtrū sit genitus de sub-
 stantia patris, di. 5. per totū.
 Filius cum non sit de nihilo,
 sed de aliquo, vtrum sit ex
 aliqua materia. di. 5. l.
 Filius an voluntate vel necessi-
 tate genitus sit. di. 6. a.
 Filius an potuit gignere pa-
 trem vel esse pater. di. 7. a.
 & per totum.
 Filius vtrum sit posterior pa-
 tre. di. 9. & per totum.
 Filij generatio quàm ineffa-
 bilis sit. di. 9. h.
 Filius vtrū semper gignitur
 vel semper sit genitus vel
 semper gigneretur. di. 9. k.
 Filio quid sit proprium. di. 9.
 & di. 10. e.
 Filius & spiritus sanctus disti-
 militer procedunt à patre.
 di. 13. b.
 Filius vtrū potest dici spirit⁹
 sanct⁹, vel e converso, ex quo
 ambo procedunt. dist. 13. c. d.
 Filius quomodo sit missus. di.
 fin. 15. b.
 Filius à se datus est missus,
 & processit. di. 15. e. f.
 Filius cum à seipso missus
 est quare dixit: A meipso
 non veni. di. 15. h.
 Filius verū semel tm̄ missus
 sit an saepe mittatur. di. 15. i.
 Filius mittitur duobus mo-
 dis. di. 15. k.
 Filius secundū quid dicitur
 minor patre. di. 16. c. d.
 Filius secundū quod homo,
 non solum patre & spiritu
 sancto, sed etiā seipso est
 minor. di. 16.
 Filius vtrū natiuitate sit ef-
 sentia. di. 3. f. g.
 Filius cū sit nobis datus, vtrū

potest dici noster. di. 18. n
 Filius quomodo est in patre. di. 19. c
 Filius vtrum sit equalis patri secundū substantiā. di. 31. a
 Filius vtrū sit sapiēs sapiētia genitavel ingenita. di. 32. d
 Filius an sit sapiēs seipso, vel per seipsum. di. 32. e
 Filio quare attribuitur sapiētia. di. 34. f. g
 Frui & vti quid sit, & in quo differunt. di. 1. a
 Futura quomodo sint in præsentia dei. di. 35. per totū.
 Futura vtrū sint causa sciētię vel præsentię dei, di. 38. c
 G
 Generatio in diuinis quomodo intelligenda est, dist. 4. per totum.
 Genita vtrū sit diuina essentia. di. 5. a
 Generare vtrum potest filius sicut pater, di. 7. per totū.
 Generare an sit extra potentiam filij, di. 7. f. g
 Generatio filij vtrum habeat principium aut finem. dist. 9. per totum.
 Generatio in diuinis vtrum intelligi potest. di. 9. h. i
 Generari quare non dicitur spiritu sanctus, sed procedere. di. 13. per totum.
 Gemina est processio spiritus sancti. di. 14. a
 Generatio dat essentiā filio, di. 18. f
 Genita sapiētia vtrū secundū substantiā dicitur, vel secundū relationem. di. 28. f
 Gręci quare negāt spiritū sanctū pcedere à filio. di. 11. b
 H
 Habitat Deus quomodo vbi. que. di. 37. per totum.
 Habitat quomodo deus in sanctis. ibidem. c
 Habitabat vbi deus antequā esset creatura, di. 37. e
 Hypostasis quid sit, & quid hoc nomine significetur, di. 26. a
 Hypostases determināt proprietates non substantiam. di. 27. d
 Homo dicitur creatura mu- di. di. 3. a
 Homousion quid sit, & quid significet. di. 34. i
 Homine vtrum Deus meliorem facere potuit quam fecit. di. 44. per totum.
 Hominē vtrū deus aliter liberare potuit quam p passionem. di. 44. c. & di. 29. a
 Homines omnes saluos vult fieri deus, quomodo intelligitur. di. 46. c
 Hominis malitię vtrū deus sit causa. di. 46. l
 Hominis voluntas mala con- cordat aliquando cum dei voluntate bona. di. 48. a. b
 I
 Iacob quare electus sit & Esau reprobatus. di. 41. p. to. Igno

Ignoratię peccatum vtrum grauius sit peccato in- mitaris. dist. 22. h
 Imago Trinitatis quomodo est in anima. dist. 3. g
 Imago Trinitatis aliter est in anima, & aliter in Trinitate. dist. 3. p. q
 Imago relatiue dicitur de filio, sed essentialiter de Trinitate. dist. 28. g
 Imago diuersimode accipitur. dist. 31. c
 Immortalitas vera in solo deo est. dist. 8. c.
 Ingenitus quomodo accipitur. dist. 28. a. & per totum.
 Ingenitus & non genitus vtrum sint idem vel differant. dist. 28. b
 Hypostasis quid sit, & qd hoc nomine significet. dist. 26. a
 Intentio scribētium de Trinitate quare fuerit. dist. 2. b
 Iudæi qualiter impleuerunt voluntatem dei Christum occidendo. dist. 48. b. c
 L
 L O C A L I S an sit Deus vel vtrum moueatur localiter. dist. 37. i
 Locale dicitur aliquid duobus modis. dist. 37. i
 Locales vtrum sint spiritus creati. dist. 37. i
 M
 M A G N I T V D O quomodo est in deo. dist. 19. b. c
 Maior in quo est pater filio. dist. 16. c. d
 Magis vtrū possūt aliqd due plone quā vna & tres magis quā due vel vna. di. 10. d. e
 Mala vtrum simpliciter sunt in deo. dist. 30. b
 Mala vtrum Dei voluntate fiant. dist. 46. d
 Mala fieri bonū est, quomodo intelligitur. dist. 46. g
 Mala ad quid & quibus profunt. dist. 46. i
 Mala voluntate quandoque vult homo quod deus vult bona. dist. 48. a
 Meliora vtrū deus facere potuit quā fecit. di. 44. p. totū.
 Memoria intelligentiā, dilectio quomodo sunt in mente. dist. 3. g. h
 Memoria, intelligentiā, voluntas quō sunt vnitę. dist. 3. l
 Memoria, intelligentiā, voluntas, vtrum prædicātur relatiue ad se inuicē ibidem.
 Mēs humana quō habet imaginem Trinitatis. dist. 3. g
 Meritum obdurationis vel misericordię vtrum sit ali quod. dist. 41. a
 Merita an possunt esse causa prædestinatiōis vel pręscientię. dist. 41. per totum.
 Mittitur vtrū etiam à se spiritus sanctus. dist. 15. a. b
 Mittitur filius & spūs sanctus & non pater. dist. 14. c. d. n
 Missus vtrū semel tm sit filius vel sepius mittatur. di. 15. c
 I i

Missus dicitur filius duobus modis. dif. 15. k
 Missi quia sunt filius & spiritus sanctus, an ideo sunt minores patre. dif. 15. o
 Missio sancti spiritus fit duobus modis. dif. 6. a
 Missio spiritus sancti in corda hominum quomodo fit. dif. 17. per totum.
 Modi quatuor cognoscendi deum. dif. 3. a. b. c. & c.
 Modi cognoscendi Trinitatem diuersi. dif. 2. per totum. & dif. 3. f. g. & c.
 Multiplex non dicitur Deus quamuis sit trinus. dif. 23. k
 Mundi creatura quare dicitur homo. dif. 3. a
 Mutari an potest Deus aliqualiter. dif. 8. c. d
 Mutari secundum tempus quid sit. dif. 37. k
 Mutari secundum locum quid sit ibidem i
 N
 Natura filius quare dicitur Christus. dif. 5. m
 Natura diuina nulli prædicamentorum subiicitur. dif. 8. g
 Nasctur quomodo semper filius de patre. dif. 9. k. l
 Natura & res naturæ an sint idem. dif. 34. b
 Natus quare non dicitur spiritus sanctus sed procedens. dif. 31. b
 Nascendo an acceperit filius aliquid à patre. dif. 18. f. g
 Necessitate vtrum pater genuit filium. dif. 6. a
 Nihil est in deo quod nõ est deus. dif. 8. i
 Nihil dicitur de deo secundum accidens. dif. 26. c
 Noia dei diuersa sunt. di. 8. a
 Nomina quæ de deo dicuntur, inueniuntur in septuplici differentia. dif. 22. a. b
 Nomina propria personarum non substantialiter sed relatiue adinuicem dicuntur. dif. 22. c
 Nomina ad vnitatem essentialitæ pertinentia non relatiue sed substantialiter de singulis personis, & singulariter dicuntur ibid. e. f
 Nomine personæ quid significatur cū pluraliter profertur. dif. 25. per totum.
 Nomina relatiua personarum quæ sunt. dif. 26. c. & per totum. & dif. 27. c
 O
 Obduratio vtrum ex aliquo fiat merito. dif. 41. a
 Omnis scientia aut est de rebus aut de signis. dif. 1. a
 Homouision quid sit. dif. 34. i
 Omnia quare dicantur esse in deo. dif. 35. e. f. & dif. 36. per totum.
 Oia esse ex Deo p ipsum & in ipso vtrum sit id. d. 36. d
 Omnipotens quare dicitur deus. dif. 42. a. & i
 Omnipotens quare deus dicitur, cū homo multa potest qd deº nõ pot. d. 42. b
 Omnipotentia dei consideratur duobus modis. d. 42. e
 Omnipotentia Dei limitari non potest. di. 43. per totum.
 Oia entia vtrum simul facta sunt vel successiue. d. 12. b. c
 Ordo quis seruandus est cū de Trinitate agitur. di. 2. c
 P
 Passio Christi vtrum placuerit viris bonis. di. 48. d
 Passiones sanctorum an uelle debeamus. ibidem c
 Pater vtrū diuinā essentiam genuit. di. 5. a. & per totum.
 Pater vtrū voluntate vel necessitate genuit filium. di. 6. per totum.
 Pater vtrum potuerit vel uoluerit gignere filium, vel an posse generare filium, sit aliqua potentia in patre, quæ nõ sit in filio. d. 7. per totum.
 Pater quare non dicitur missus. di. 15. n
 Pater in quo est maior filio. di. 16. c. d
 Pater quomodo est in filio, & filius in patre. di. 19. c
 Pater solº vtrū sit deº. dif. 12. b
 Paternitas, filiatio, processio quid significant. di. 27. c
 Pater vtrum sicut dicitur ingenuitus, debeat dici non genitus. di. 28. b
 Patre & filium esse vtrū sit idem vel diuersa. di. 28. c
 Pater quomodo est principium totius diuinitatis. di. 29. a
 Pater ab æterno est principium & filius, sed non spiritus sanctus. di. 29. b
 Patri quare attribuitur unitas & filio equalitas. d. 30. b
 Pater & filius quare dicuntur esse vnū, sed nõ vnus. di. 31. i
 Pater & filius vtrū per spiritum sanctum se diligant. d. 32. a
 Pater an sit sapiens sapientia quam genuit. d. 32. d. & per totum.
 Permissio & operatio quado dicitur dei uolūtas. di. 45. l
 Personæ diuinæ quomodo distinguuntur. dif. 9. a
 Personæ Trinitatis vtrū sint pres esētis diuinæ. d. 19. h
 Personæ diuinæ an sint species vel indiuidua quo ad essentiam. dif. 19. h. i
 Personæ tres non secundum materialem causam dicuntur vna essentia. di. 19. l
 Personæ diuinæ vtrum differant numero. di. 19. p. q
 Personæ tres simul an sunt maius aliquid quam vna. di. 19. i. & dif. 20. per totum.
 Persona vtrum relatiui vel secundum distantiam prædicetur de diuinis personis. dif. 23. a. b
 Persona quare pluraliter & non singulariter de diuinis personis simul prædicetur. dif. 32. c

Pater quomodo est principium totius diuinitatis. di. 29. a
 Pater ab æterno est principium & filius, sed non spiritus sanctus. di. 29. b
 Patri quare attribuitur unitas & filio equalitas. d. 30. b
 Pater & filius quare dicuntur esse vnū, sed nõ vnus. di. 31. i
 Pater & filius vtrū per spiritum sanctum se diligant. d. 32. a
 Pater an sit sapiens sapientia quam genuit. d. 32. d. & per totum.
 Permissio & operatio quado dicitur dei uolūtas. di. 45. l
 Personæ diuinæ quomodo distinguuntur. dif. 9. a
 Personæ Trinitatis vtrū sint pres esētis diuinæ. d. 19. h
 Personæ diuinæ an sint species vel indiuidua quo ad essentiam. dif. 19. h. i
 Personæ tres non secundum materialem causam dicuntur vna essentia. di. 19. l
 Personæ diuinæ vtrum differant numero. di. 19. p. q
 Personæ tres simul an sunt maius aliquid quam vna. di. 19. i. & dif. 20. per totum.
 Persona vtrum relatiui vel secundum distantiam prædicetur de diuinis personis. dif. 23. a. b
 Persona quare pluraliter & non singulariter de diuinis personis simul prædicetur. dif. 32. c

Personæ nomine quid significetur cum dicitur pluraliter tres personæ. dist. 45. per totum.

Persona in Trinitate tripliciter accipitur. dist. 25. i. k

Persona & essentia an sunt idē vel nō. dist. 34. per totū.

Possē gignere vtrum aliqua sit potentia in patre, quā nō sit in filio. di. 7. per totū.

Potētia, æternitas, magnitudo in deo sunt vni. di. 19. b

Potentia vtrum sit vna persona diuina quā alia. dist. 20. per totum.

Potentia quare attribuitur patri. dist. 34. h

Potest semper Deus vtrum quod olim potuit. di. 44. d

Potestātē dimittēdi peccata quam habent sacerdotes. di. 18. & di. 19. per totum.

Præceptio, prohibitio, consilium quare dicantur Dei voluntas. di. 45. h

Prædestinatio quid sit, & de quib⁹ est. d. 35. a. & d. 40. a

Prædestinatio vel præsentia vtrū possunt esse in deo, si nulla futura essent. di. 35. b

Prædestinatio & præscientia in quo differunt. d. 40. a

Prædestinatus vtrum damnari potest. dist. 40. b

Prædestinatiōis effectus quid sit. dist. 40. d

Prædestinatiōis an sit aliquod meritum. dist. 41. a

Prædicamento nulli subiicitur deus. dist. 8. g

Præsciētia de quibus sit. d. 35. a

Præscientia quomodo est in Deo ibidem. b. e

Præsentia quomodo sunt deo omnia præterita & futura. di. 35. f. & di. 56. per totum.

Præscientia an sit causa rerum, vel res sint causæ præscientiæ. dist. 38. a

Præscientia Dei an sit causa malorum. dist. 38. c.

Præscientia Dei vtrum falli potest. dist. 38. e

Præscire an Deus potest aliquid quod prius nunquam sciuit vel præsciuit. d. 39. b

Præscientia in quo differt à prædestinatione. dist. 40. a

Præsciat vtrū semper de⁹ ea quæ semel præsciuit. d. 41. f

Principium accipitur multipliciter. dist. 29. a

Principium totius diuinitatis est pater. dist. 30. a

Principium quomodo est pater, & filius sed non spiritus sanctus. dist. 29. b

Principium omnium creaturarum est tota Trinitas. dist. 29. b. & dist. 1. a

Processio spiritus sancti quomodo sit à patre & filio. di. 11. & dist. 12. per totum.

Procedere quare dicitur spiritus sanctus & non gigni. dist. 13. a

Procedere quare etiam dicitur

tur fili⁹, cum spūs sanctus non dicatur gigni. di. 13. b

Processio spiritus sancti est duplex. dist. 14. a

Processio, spiritus sancti est æterna. dist. 18. d

Procedere est proprium spiritus sancti. di. 26. b

Propriū dei est semper deum esse. dist. 8. a. b

Proprium patris quid sit, & quid filij & spiritus sancti. dist. 26. b

Proprietates quibus distinguuntur personæ, quæ sunt. dist. 27. a. b

Proprietates determināt hypostasēs, & non substantiam. dist. 27. d

Proprietates personarū plures reperiuntur quā tres. dist. 28. a

Proprietatē quam notat hoc nomen ingenitus. di. 28. c.

Proprietates personarum an sint ipsæ personæ, id est, diuina essentia. dist. 33. a. & per totum.

Proprietates quomodo possunt esse in dei natura, nec eā determinent. di. 33. h

Prouidētia dei de quibus est. dist. 35. a

Proximus dicitur quatuor modis. dist. 28. c.

Quare præcipit Deus bona facere & mala vitare, cum ea non vult ab omnibus impleri. dist. 47. c

Quare Græci negant spiritum sanctum procedere à filij, dist. 11. b

Quatuor modis per naturas cognoscitur Deus. dist. 3. b. c. d. e

R

Relatiua nomina Trinitatis quæ sunt. distinct. 26. c. d. & dist. 27. c

Reprobatio dei quid sit. d. 40. d

Reprobatiōis an sit aliquod meritum. dist. 41. a

Reprobationis quis sit effectus. ibidem.

Res quibus fruendum vel vtendum est, quæ sunt. dist. 1. a. & per totum.

S

Sanctis vtrum placuerit passio Christi. di. 48. d

Sanctorum passiones an velle debeamus. dist. 48. c

Sapiens vtrū sit pater sapientia quam genuit. di. 31. d

Sapiens an sit filius sapientia genita. dist. 32. d

Sapiens vtrum sit filius seipso, vel per seipsum. dist. 33. c

Sapientia an tantum vna sit patris & filij. dist. 32. h

Sapientia quare attribuitur filio. dist. 10. & di. 34. g

Scientia omnis est de rebus vel de signis. dist. 1. a

Scientia dei simplex propter varios rerum itatus, diuersa habet nomina. di. 35. a

INDEX

Scientia Dei de quibus est. dist. 35. per totum.
 Scientia vel præscientia an sit causa rerum, vel econuerso. dist. 38. b. & per totum.
 Scientia Dei vtrum potest augeri vel minui vel mutari. dist. 39. a
 Scire vtrum potest deus aliquid ex tẽpore quod nunquam sciuit. dist. 39. c
 Scire an potest Deus plura quam scit. dist. 39. c
 Signum & res quomodo differunt. dist. 1. a
 Similitudo quid sit. dist. 31. c
 Simplex quomodo dicitur. solus Deus & non aliqua creatura. dist. 8. d
 Simplex quomodo dicitur esse anima. dist. 8. e
 Simplex quamuis sit Deus, multiplex tamen dicitur. dist. 8. f
 Simplicitas dei nulli prædicamentorũ subiicitur. di. 8. g
 Solus vtrũ potest dici pater, vel solus filius, vel solus spiritus sanctus. di. 21. a. b
 Solus pater est deus, solus filius est deus, solus spiritus sanctus est deus, vtrum bene dici potest. dist. 21. b
 Solitudo nulla est in Trinitate. dist. 23. i
 Spiritus sanctus est amor siue dilectio patris & filij. dist. 10. per totum.
 Spiritus sanctus procedit à

patre & filio. dist. 11. b
 Spiritũ sanctũ Græci negant procedere à filio. dist. 11. b
 Spiritum sanctum etiã procedere à filio auctoritatibus Græcorum probatur. ibidem. e
 Spiritus sanctus vtrum prius vel plenius, pcedat à patre quã à filio. di. 12. p. totũ
 Spiritus sanctus quare nõ dicitur genitus sed procedens. dist. 13. a
 Spiritus sanctus vtrũ debeat dici ingenus. dist. 13. c
 Spiritus sancti processio est duplex. dist. 14. a
 Spiritum sanctum vtrum vtrũ dari possint. di. 14. d
 Spiritus sanctus vtrũ à seipso datur. dist. 15. a
 Spiritus sanctus duobus modis mittitur. dist. 16. a
 Spiritus sanctus est amor & charitas, qua diligimus deum & proximum. d. 17. a. b
 Spiritus sanctus quomodo mittitur vel datur nobis. dist. 17. f
 Spiritus sanctus vtrũ augeatur in homine, vel au magis, vel minus habeatur. d. 17. i
 Spiritus sanctus vtrũ eadem ratione dicatur donũ, qua datũ vel donatũ. dist. 18. a. b
 Spiritus sanctus procedendo accipit non tantum vt sit donum, sed etiam vt sit essentia. dist. 18. f

IN LIB. II.

Spiritus sanctus vtrũ ad seipsum referatur. dist. 18. m
 Spiritus sanctus qua proprietate dicitur donũ. dist. 16. f
 Substantia abusuẽ dicitur deus. dist. 8. h
 Substantia in diuinis prædicatur de tribus personis, tãquam genus de speciebus, vel species de indiuiduis. dist. 19. h
 Substantialiter vtrũ ista dicantur, scilicet deus de deo, lumen de lumine. dist. 27. h
 Substantialiter tantũ dicitur illud de illo, licet ibi nõ significet substantiã. di. 27. i

T

 TEMPORALIS processio spiritus sancti quare fuerit. dist. 14. per totum
 Temporaliter quare dicuntur de deo. dist. 33. per totum.
 Temporaliter vtrum potest deus aliquid scire quod nõ quam sciuit. dist. 39. b
 Testimonia veteris testamenti quibus trinitas probatur. dist. 2. d. e. f
 Testimonia specialia veteris testamenti de spiritu sancto. dist. 2. g
 Testimonia nouæ legis de trinitate. dist. 2. h
 Tres personæ in diuinis anmatus aliquid possint simul, quã vna vel duæ. dist. 19. e. per totum.
 Tres personæ non ita dicuntur esse vna substantia vt genus & species, nec secũdũ causam materialem dicitur, nec vt tres homines vnius naturæ. dist. 19. l
 Tres personas cũ dicamus, quare non dicimus tres deos. dist. 23. f
 Tres essentias quare non dicimus sicut tres personas. dist. 23. g
 Tres personæ cũ dicitur quid nomine ternarij significatur. dist. 23. c. & dist. 24. c
 Triplex quare non dicitur deus sed trinus. dist. 19. t
 Trinitas est vnus solus verus deus. dist. 2. a
 Trinitatis cognitio an aliqua ex creaturis haberi potest. dist. 3. per totum.
 Trinitatis imago quomodo est in mẽte huãna. di. 3. g. h
 Trinitatis creaturæ ab increata dissimilitudo. dist. 3. p. q
 Trinitatis vnitas quare sit. dist. 31. & dist. 32. i
 Trinitas vtrum de vno deo prædicatur, sicut vnus deus de tribus personis. dist. 4. c
 Trinitas cõmuniter dicitur charitas, & tamen spiritus sanctus propriè dicitur charitas. dist. 10. b. c.
 Trinitatis operatio est indiuisibilis. dist. 15. a
 Trinitatis pars nõ est aliqua personarum. dist. 19. g
 Trinitas quomodo dicitur

I N D E X

solus deus, cum sit cum animabus sanctis. dist. 21. c
 Trinitas an de aliqua personarum sigilatim dici potest. distinct. 22. c
 Trinus trinitas, vnus duos vel duae, tres vel tria, plures pluralitas & caetera, quid significatur his nominibus. dist. 24. a
 Trinitatis filius dicitur homo, & trinitas dicitur pater hominum. dist. 27. e
 Trinitas ipsa, vel pater vel filius, vtrum possit dici spiritus sanctus. dist. 26. g
 V
 VBI erat deus antequam esset creatura. dist. 37. c
 Vbi quomodo est deus sine locali motu. dist. 37. i
 Velle & esse in deo sunt idem. dist. 45. b
 Vera immortalitas in deo solo est. dist. 8. c
 Verba cuiuslibet temporis bene predicantur de deo. dist. 8. b
 Verius cogitatur deus quam dicitur. dist. 23. d
 Viri sancti an possunt dare spiritum sanctum. dist. 14. d
 Viris sanctis vtrum placuit passio Christi. dist. 48. d
 Vnitas sanctae trinitatis quae sit. dist. 2. & dist. 24. per totum.
 Vnitas & trinitas secundum Iudaeos quomodo distinguantur. dist. 24. k
 Vnus vel vna, duo vel duae quid his vocabulis significatur. dist. 24. a
 Voluntate an necessitate, vel vtrum volens vel nolens pater genuit filium. dist. 6. o
 Voluntas Dei secundum essentiam de deo dicitur. distinct. 45. a
 Voluntas dei summè bona est prima causa omniumque naturaliter sunt. dist. 45. d. e
 Voluntas dei multis modis accipitur. dist. 45. f
 Voluntas dei vtrum cassari potest. dist. 46. a
 Voluntate Dei vtrum fiant mala. dist. 46. d
 Voluntas Dei semper impletur quicquid homo faciat. dist. 47. per totum.
 Voluntate mala aliquando vult homo id, quod Deus vult bona. dist. 48. d.
 Voluntas Dei bona, mala hominum voluntate impletur. dist. 48. b
 Vti & frui quomodo differunt. dist. 1. c
 Vti quid sit, & quibus rebus vtendum est. dist. 1. b
 Vult vtrum semper deus hoc quod semel voluit. dist. 44. d
 Vult omnes homines Deus saluos fieri, quomodo intelligitur. dist. 46.

I N D I C I S L I B. I.

F I N I S.

I N L I B. I I.
 I N D E X G E N E R A L I S
 I N L I B. I I.

ACTVALE peccatum dist. 20. g.
 quid sit. dist. 35. a
 Adam tribus modis est tentatus. dist. 2. n. per totum.
 in quantum boni sunt, & à Deo sunt 35. b. & per totum. Adam in quo deceptus est, in quo non. dist. 22. e
 Actus malus in quantum peccatum est, an sit priuatio boni. dist. 32. k
 Adam vtrum magis vel minus peccauit quàm Eua. di. 22. c. f
 Actus mali vtrum ex Deo sunt. dist. 27. per totum.
 Adam habuit triplicem scientiam ante peccatum. dist. 23. c
 Actus voluntatis quare est peccatum, & non aliarum potentiarum. dist. 39. b
 Adam vtrum praesciuit suum casum. distinct. 23. f
 Actus mali vtrum sunt ex deo. dist. 37. per totum
 Adam vtrum ante lapsum virutes habuerit. dist. 26. b
 Actus voluntatis intelligentiae & memoriae quomodo differunt. dist. 39. b
 Adam & Eua de ligno vitae comedentes, quare non facti immortales. distinct. 29. g
 Actus qui simpliciter boni sunt, & qui mali. dist. 40. a
 Ad peccatum quomodo transiuit in omnes homines. di. 30. a
 Actus sunt in triplici differentia. dist. 40. b. c
 Ad peccatum an fuerit originale, an actuale. dist. 30. b
 Actus hominis inducitur secundum intentionem & causam. dist. 40. c
 Ad peccatum actuale an grauius fuit peccatis aliorum hominum. dist. 33. f
 Actus hominis sine fide sunt mali. dist. 21. a
 Adam & Eua vtrum meruerint poenitentiam. dist. 33. b
 Actus & voluntas mala in eo de homine an sit vnus peccatum vel plura. dist. 42. a
 Ad peccatum an fuerit principalis. di. 34. per totum.
 Ad status ante peccatum qualis fuerit. dist. 19. a
 Angeli quare creati sunt. dist. 1. d. e
 Adam & Eua vtrum conierunt in paradiso di. 20. per totum.
 Angelis quatuor data sunt in initio suae creationis. dist. 3. a
 Angeli quando & vbi creati sunt. dist. 2. per totum.

I N D E X

Angeli an sint æquales in sapientia, in essentia, & in libertate arbitrij, dist. 3. b
 Angeli utrū habeant aliqua communia dist. 3. c
 Angeli an boni vel mali creati fuerint, dist. 3. d
 Angeli an statim ceciderint post creationem, dist. 3. d. f
 Angeli triplicē cognitionem habuerūt ante casum, di. 3. t
 Angeli an aliquam habebāt dilectionem sui inuicē ante casum, dist. 3. k
 Angeli an beati & pfecti, an miseri creati fuerūt, di. 4. a
 Angeli mali utrū suū casum præsciuerunt, & boni suā beatitudinem, dist. 4. a. b
 Angeli post creationē, quidā deo adhæserunt, & quidā à deo recesserunt, dist. 5. a
 Angelivtrum antelapsū habebant liberum arbitriū, dist. 5. b
 Angelis bonis qualis gratia fuit data in conuersione, dist. 4. c.
 Angeli an de omni gradu ceciderunt, dist. 9. a
 Angeli vnde & quō ceciderunt, dist. 6. b
 Angeli mali utrū habeāt prælationes inter se, dist. 6. d
 Angeli boni quare non possunt peccare, & mali bonū velle, cū vtrique liberū habeant arbitrium, dist. 7. a. b
 Angeli mali quomodo possunt aliquid facere, & quomodo non, dist. 7. l
 Angeli an habeant corpora eis naturaliter vnita, & quomodo hominibus appareant, dist. 8. a & per totū.
 Angelorū ordines qui & quorū sunt, & vnde ordinum nomina assumpta sunt & quomodo distinguuntur, dist. 9. per totum.
 Angeli eiusdē ordinis an sint æquales, dist. 9. f
 Angelus etsi non peccasset, vtrique tamen homo saluaretur, dist. 9. g
 Angeli quot permanserunt, an tot homines saluabuntur, dist. 9. h. i
 Angeli an omnes ad annunciantium mittantur, dist. 12. a
 Angelum bonum habet qui liber homo ad custodiā, & malum ad exercitandū, dist. 11. a
 Angeli singuli vtrum hominibus singulis deputati sunt, an vnus pluribus, dist. 1. & 11. b
 Angeli an proficiant in merito, vel in præmio vsque ad diem iudicij, dist. 11. d
 Anima quare sit coniuncta corpori, dist. 1. k
 Animalia venenosa utrū sint facta ad puniendū hominem, dist. 15. c
 Animalia minuta vtrum in primis conditionibus creata

I N L I B. I I.

ta sunt, distinct. 15. d
 Anima de quo, quādo, & quomodo creata sit, dist. 17. a
 Anima quare creatur cū in peccato cōcipitur, dist. 32. g
 Anima an talis sit antebaptisimum, qualis à deo creata est, dist. 32. h
 Animæ vtrum ex creatione sint æquales, & quomodo vna nobilior est alia, d. 32. i
 Aptitudinem moriēdi an habuit homo in statu innocentia, dist. 19. c
 Aquæ quando factæ sunt, & quomodo in vnum locum sunt congregatæ, dist. 14. c
 Aquæ an sunt super cælum, & quales sunt, dist. 14. a
 Aqua quare admiscetur vino in calice, dist. 11. g
 Artes magicæ qua virtute fiunt, dist. 7. f
 Author malorū nō est deus, distinct. 37. c. d
 Auxilium vel potentia quam habuit homo à deo ante casum, dist. 24. a
 B
 Baptismus vtrum peccatum originale delear, dist. 32. a
 Baptismus an purgat carnē sicut purgat animā, di. 32. c
 Bonitas dei est causa prima omnium creaturarū, di. 1. c. d
 Bona volūtas comitatur gratiam, dist. 26. c
 Bonorum tria sunt genera, dist. 26. k
 Bonum & malum quomodo sunt in eodem, dist. 32. c. f
 Bonum in quantum bonum est, à deo procedit, dist. 37. per totum.
 Bonū capitur multipliciter, distinct. 41. c
 C
 Capitalia vitia quot sunt, dist. 42. h
 Caro quomodo polluitur in coitu, dist. 31. b. c
 Caro vtrum in baptismo purgatur à sceleritate quam ex libidine coitus contraxit, dist. 32. c
 Casum suum vtrum præsciuerunt mali angeli, dist. 4. a. b
 Casum suum vtrum præsciuit homo, dist. 22. f
 Causa prima omnium rerū est bonitas dei, dist. 1. c. d
 Causæ primordiales omnium rerum sunt in deo ab æterno, dist. 18. f
 Causæ primordiales quomodo etiam sunt in creaturis, dist. 18. g
 Causa inter deum, hominē & diabolum, dist. 20. b
 Causa originalis peccati que sit, dist. 31. c
 Causa originalis peccati vtrum sit culpa vel pœna, dist. 31. e
 Causa prima primi peccati que fuit, dist. 34. b
 Cælum quomodo & quā creatus sit deus, dist. 1. c. & dist. 1. a
 Cibus quomodo conuertitur

I N D E X

In humanam substantiam. Desperatio quid sit, & quomodo sit. di. 43. per totum. di. 30. n. 9
 Cooperans & operans gratia quæ sit. di. 26. a. b
 Conceptio & natiuitas quando dicuntur. di. 32. i
 Cogitatio boni præuenit fidem. di. 26. g
 Cogitatio boni non sufficit ad salutem. di. 26. b
 Coitum an fecerunt Adâ & Eua in paradiso. di. 20. a. b
 Contraria quomodo sunt in eodem. di. 34. f
 Creator omnium rerû vnus solus deus est. di. 1. a
 Creare & facere quomodo differunt. di. 1. a
 Creare, agere, & facere quomodo dicuntur de deo, & quomodo de creaturis. di. 1. b
 Creata an fuerit simul corporalis & spiritalis creatura, & visibilis, & inuisibilis materia. di. 2. c. d. f
 Creare quare deus voluit malos. di. 23. b
 Crimen quid sit. di. 42. c
 D
 Damnatorû paruulorum ante baptismum quæ sit pena. di. 33. e
 Decimus ordo quomodo dicitur impleri ex hominibus, cum non sint nisi nonem ordines. di. 9. f. g
 Delictum & peccatum quomodo differunt. di. 42. g
 Diabolus quid sit, & quomodo sit. di. 43. per totum.
 Deus vtrum sit author malorum. di. 37. per totum.
 Deus vtrum habeat liberum arbitrium. di. 25. c
 Diabolus an præsciuit suum casum post creationem. di. 4. a
 Diabolus vnde & quò deictus est. di. 6. a. b
 Diabolo quare non est concessum habitare in cælo vel in terra. di. 6. c
 Diaboli an habeant prælationes inter se. di. 6. d
 Diaboli an omnes sunt in ære caliginoso, an aliqui in inferno. di. 6. e
 Diabolus cum semel victus fuerit à viris sanctis, an vltra accedat ad eos, vel ad alios. di. 6. b
 Diaboli vtrû habeant liberû arbitrium. di. 7. a. b. c
 Diaboli triplici acumine scientiæ vigent. di. 7. e
 Diabolus multa potest per naturæ vigorem, sed virtute dei prohibetur. di. 7. l
 Diaboli an intrent corpora hominum substantialiter. di. 8. e
 Diabolus inuidia accessit ad têtandum hominē. di. 21. a
 Diabolus quare prius tentauit sceminam, & quare in aliena forma. di. 21. a. b
 Diabolus quomodo & qui-

I N L I B. I I.

bus tentauit primum hominem. di. 21. c
 Diaboli peccatum quare nõ est remediabile. di. 21. f
 Diabolicæ potestati an sit resistendum, cum illa sit sibi à deo. di. 44. c
 Dialecticorû regula quando fallit de contrariis. di. 34. f
 Die prima quid deus creauit. di. 13. a
 Dies diuersis modis accipitur in scriptura. di. 13. d
 Die tertia, quarta, quinta, & sexta, quid operatus est deus, dist. 14. per totum. & di. 15. a. b
 Die septimo quomodo dicitur deus requiescisse. di. 15. f
 Dilectionem an habebat angeli ante casum. di. 3. i
 Dona gratiæ an sint æqualiter in angelis. di. 9. c. d
 Dormiente Adam quare Eua formata sit. di. 18. d
 E
 Eua quare de latere Adæ facta est. di. 18. c
 Eua quare prius accessit diabolus. di. 21. a
 Eua quare non horruit serpentem. di. 21. b
 Eua quomodo locuta est cû serpente. ibidem. c
 Eua an plus peccauit. di. 22. e
 F
 Facere & creare quomodo differunt. di. 1. a
 Facere, creare, agere quomo-
 do de deo dicuntur, & quomodo de creaturis. di. 1. b
 Facere quomodo dicuntur ali qui nigromantici. di. 7. f
 Facere quomodo possunt ali qui dæmones. di. 7. l
 Famen an habuissent primi parètes si non peccassent. di. 20. g
 Fecunditas quæ ex libidine contrahitur, vtrum in baptismo diluatur. di. 32. c
 Fide nõ habita omnis actionis mala. di. 41. c. per totû.
 Filij quales nascerentur si Adam non peccasset. di. 20. per totum.
 Filij qualiter puniuntur propter peccata parètum vsque in tertiam & quartam generationem. di. 33. i
 Filius bonus quid sit. di. 38. a
 Finis voluntatis quis sit. dist. 38. b. c
 Finis, volûtas & intentio, quomodo differunt. di. 38. f
 Firmamentum quomodo factum sit, & de qua materia. di. 14. a
 Firmamentum quare dicitur, cum tamē moueatur. di. 14. c
 Formæ in quibus apparent deus, angeli, vel dæmones quales sunt. di. 8. a. b
 G
 Gabriel, Michael, Raphael an sint nomina spirituum, vel ordinum. di. 10. d
 Gladius flammeus ante para-

I N D E X

disum positus quid signifi- lo vel in terra. di. 1. c
cet. di. 2. 9. e
Gratia vtrum fuerit data ho- Hæresis Pelagianorum de li-
mini in creatione. di. 2. 4. a bero arbitrio quæ fuit. di.
2. 8. b
Gratia est duplex. di. 2. 6. a Homo quare creatus est. di.
1. c. di. 1. 6. a
Gratia operans & cooperans Homo vtrum saluaretur si
quæ sit. di. 2. 6. a angelus non cecidisset. di.
stin. 9. g
Gratia dei præuenit volunta- Homines vtrū tot saluabun-
tem hominis. di. 2. 6. c. d tur quot angeli perstiterūt
vel quot ceciderunt. dist.
9. h. i
Gratiã præueniunt quædam Homo quilibet habet duos
bona sine merito. di. 2. 6. c angelos ab exordio vitæ.
di. 1. 1. 12. a
Gratia operans & cooperans Homo quando factus est. di.
vtrum sit vna & eadē gra- stin. 15. e
tia. di. 2. 6. i
Gratia præueniens quomo- Homo factus est ad imagi-
do meretur augeri. di. 2. 6. k nem & similitudinem dei.
di. 16. per totum.
Gratia an sit virtus vel non. Homo quomodocitur ima-
di. 2. 7. c go dei. di. 16. e
Gratia non est actus, sed cau- Hominis anima vtrum de a-
sat actum. ibidem. liquo facta sit, & quando
Gratia principalis est bona facta est. di. 1. 7. a. b. c
voluntas. di. 2. 0. e
Gratia operante & cooperan- Homo in qua ætate factus est.
te vtrū egerit homo ante di. 1. 7. d
peccatum. di. 2. 9. a
Grauitas peccati Adæ quãta Homo quare extra paradi-
sit. di. 3. 0. per totum. sum factus est. di. 16. e
Grauius vtrū sit peccatū Adæ Hominis status ante pecca-
cæteris peccatis. di. 3. 3. f tum qualis fuit. di. 19. a
Grauissimum omnium pec- Homo vtrum poterat mori
catorū est peccatum in spi- in statu innocentie. di. 19. a
ritum sanctum. di. 4. 3. per Homo vtrū semper viueret
totum. si de ligno vitæ non come-
differ. di. 19. c. d
H
Habitare quare non est con- Homines quomodo genera-
cessum dæmonibus in cæ- rentur si Adam non pec-

I N L I B. I I.

castet. di. 2. 0. per totum. Homo quomodo vult bonū
Homines quomodo transfer- naturaliter. di. 3. 9. c
rentur de paradiso in cæ- I
lym si Adam non peccaf- Ieiunis debet tradi confirma-
set. di. 2. 0. k tio. di. 7. a
Homo tribus modis tenta- Ignorantia quæ excusat pec-
tus est in paradiso. dist. 2. 1. catum. di. 2. 2. h. i
per totum. Ignorantia est triplex. distin.
2. 2. k
Homini peccatū quare est Imago & similitudo in quo
remediabile, & diaboli differunt. di. 16. d
non. di. 2. 1. f Imago dei dicitur homo. ibi
dem. c.
Homine quare permittit deus Immortalitas quã habuit ho-
tentari sciens eum casu- mo ante peccatum, vtrum
rum. di. 2. 3. a fuit ex conditione nature
Homo habuit triplicē scien- vel ex dono gratie. di. 19. b
tiam ante peccatū. di. 2. 3. c
Homo qualem habuerit gra- Infideles vtrum bona opera
tiam ante casum. di. 2. 4. a faciant. di. 4. 1. a
Homo vtrum præsciuit suã Initium omnis peccati super
casum. di. 2. 3. f bia. di. 4. 2. i
Homo vtrū per liberum arbi- Intellectus præcedit cogita-
trium potest operari bonū tionem boni & delectatio-
sine gratia. di. 2. 6. h nem. di. 2. 6. h
Homo ante peccatum vtrū Intelligentiæ, memoriæ, &
eegerit gratia. di. 19. 2 volūtatis actus quomodo
Homo vtrū ante lapsum vir- differunt. di. 3. 9. b
tutes habuerit. di. 2. 6. b
Homo quare nō est effectus Intentio, volūtas, & finis quo-
immortalis ex quo de li- modo differunt. di. 3. 8. f
gno vitæ comedit. di. 2. 9. g
Homines omnes quomodo Intentio aliquādo accipitur
in Adam dicuntur fuisse pro voluntate in sacra scri-
quando peccauit. distinct. ptura. di. 3. 8. f
3. 0. m. n
Intentio capta pro volūtate
Homo quare formatur cum vtrum sit ipsa volūtas.
in peccato concipitur. di. di. 3. 8. g
3. 2. g
Intentio iudicat omnia ope-
Homo qualiter se elongat à ra hominis. di. 4. 0. c
deo. di. 3. 5. n Intētio vel actio infidelium v-
trū semper sit mala. di. 17. a

L
 Latere Adz quare vxor for- num fuerit vel duo. di. 17. f.
 mata est. di. 18. a. Lignum vitæ quare dictum
 sit ibidem.
 Liberum arbitrium vtrū ha- Lignū scientiæ boni & mali
 buerunt angeli ante ca- quare sic vocatur. di. 17. f.
 sum. di. 5. b. Ligno vetito si non fuisset v-
 Liberū arbitrium vtrum ad- sus homo, vtrum potuif-
 huc habeat angeli vel dz set nō mori, etiā si de aliis
 mones. di. 7. b. c. comedisset. di. 19. c. d.
 Liberum arbitrium quid sit. Locus paradisi qualis sit &
 di. 24. c. & di. 25. a. vbi. di. 17. e.
 Liberum arbitrium vtrum a- Loqui quomodo potuerunt
 nimalia bruta habeant. di primi homines cū nō di-
 fin. 24. f. dicerunt. di. 2. g.
 Liberum arbitrium an ad o- Lucifer quomodo dixit, ascē-
 mne tempus referatur. di- dam in cælum, & c. di. 2. h.
 fin. 25. b. Lucifer erat excellentior in-
 Liberū arbitriū vtrum deus ter alios omnes angelos.
 habeat. di. 25. c. di. 6. a.
 Liberum arbitrium qualiter Lucifer an sit ligatus in infer-
 accipitur in deo. di. 25. d. no. di. 6. f.
 Liberum arbitriū vtrum fan- Lucifer vtrum habebit maio-
 cti habeat in cælo. di. 25. e. rem potestatem tempore
 Liberi arbitrij sunt quatuor Antichristi quā modo
 status. di. 5. g. habet. di. 6. g.
 Libertas arbitrij est triplex. Luminaria cæli quando &
 di. 25. i. quare facta sunt. di. 14. f. g.
 Libertatē à peccato qui ho- Lux quare primò facta est.
 mines habent. di. 25. k. di. 13. a.
 Libertas ad malum vtrum Lux illa vtrum fuit corpora-
 sit libertas arbitrij. di. 25. l. lis vel spiritualis. di. 13. b.
 Liberum arbitriū vtrum æ- Lux prima vbi facta est, cū
 qualiter est in bonis & in abyssus terram tegetet. di.
 malis ad bonum & ad ma- fin. 13. c.
 lum. di. 25. n. Lux illa vbi sit ex quo nunc
 Liberū arbitrium in quibus non apparet. di. 13. f.
 bonis sit. di. 26. l. M
 Lignum vitæ & lignū scien- Magicæ artes vtrum dei fiat
 tiæ boni & mali vtrum v- virtute vel diaboli. di. 7. f.
 Malos

Malos quare creauit Deus. des. di. 27. f.
 di. 23. b. Meritis vtrum angeli profi-
 Mala vitare non semper est ciant. di. 11. d.
 meritum. palmæ. di. 23. c. Mittantur vtrum omnes an-
 Male vti vtrum potest homo geli ex omnibus ordi-
 virtutibus. di. 26. k. bus. di. 10. per totum.
 Malum vnde principaliter Modi peccandi sunt multi-
 ortum est. di. 24. b. plices. dist. 42. f.
 Mala voluntas est secunda Mori vtrum potuit homo in
 causa malorum. di. 24. c. statu innocentie. di. 19. a.
 Malum in qua re sit. di. 34. d. Mori non posse vtrū fuit ho-
 Malum & bonum quomodo mini ex conditione natu-
 dicuntur esse in eodem. di. ræ an ex beneficio gratiæ.
 fin. 34. c. f. dist. 19. d.
 Malus actus vtrum sit priua- Mortale peccatum quid sit
 tio boni. di. 35. a. in anima. di. 24. h. i.
 Malorum author vtrum sit Mortale vtrum sit quod in
 deus. di. 37. per totum. sola cogitationis delecta-
 Mala voluntas & actio in co- tione teneatur. di. 24. i.
 dē homine vtrū sint vnum Mortalis quare factus est ho-
 peccatū vel plura. di. 42. a. mo cū comederit de li-
 Manducatur quomodo spi- gno vitæ. di. 29. g.
 ritualiter de ligno vitæ. di. Mortalia peccata sunt se-
 24. h. i. k. prem. di. 42. b.
 Materia de qua factus est Motus mentis an ex libero
 mūdus qualis fuit in prin- arbitrio sit. di. 27. c.
 cipio. di. 12. per totum. Motus voluntatis in homi-
 Materia de qua factus est ne est duplex. di. 39. e.
 mundus, quomodo voca- Mulier quare post virum fa-
 tur. dist. 12. c. cta est. di. 18. b.
 Memoriz, intelligentiæ, vo- Mulier quare de latere for-
 luntatis actus, quomodo mata est, & non de alia
 differunt. dist. 39. b. parte corporis. di. 18. c.
 Merita vnde pueniūt. d. 27. c. Mulieri vtrum præceptum
 Meritū bonū quomodo cōsti- etiā fuerit datum. di. 21. g.
 tuitur in homine. dist. 27. c. Mundus an de aliqua mate-
 Et quod sit primū meritum. ria factus sit, & qualis fuit
 ibidem. illa materia, & vbi substi-
 Mereri quomodo dicitur si- terit. di. 12. per totum.
 K k

I N D E X

N
 Natalitia quando formata sunt. dist. 15. a
 Natiuitas quando dicitur, & quando cōceptio. dist. 31. i
 Notitiam qualem habuit Adam ante lapsum. dist. 33. c
 O
 Obdurati quomodo sunt demones. dist. 8. a. i
 Obdurati cum sint demones vtrum habeant liberum arbitrium. dist. 7. b
 Obsessorum corpora vtrum demones intrent substantialiter vel non. dist. 8. e
 Obstinatio quale peccatum est. dist. 43. a
 Obstinatio omnis vtrum sit peccatum in spiritum sanctum. dist. 43. c
 Omnium rerum Deus est principium. dist. 1. a
 Omnia quæ fecit deus quomodo dicantur valde bona. dist. 15. g
 Omnes homines quomodo fuerint in Adam quando peccauit. dist. 30. m. n
 Omnis homo mortaliter vult bonum quomodo intelligitur. dist. 39. c
 Omnis actus iudicatur ex fine. dist. 40. per totum.
 Omnes actus sine fide sunt mali. dist. 41. per totum.
 Operatur deus quatuor modis. dist. 14. h
 Opera sex dierum quomodo sunt distincta. dist. 12. a. & dist. 13. a
 Operari patrem in filio quomodo intelligendum est. dist. 13. h
 Operans & cooperans gratia quæ sit. dist. 26. a. b
 Operans & cooperans gratia vtrum sit vna & eadem gratia. dist. 26. i
 Operante & cooperante gratia vtrum egucrit homo ante peccatum. dist. 29. a
 Opera infidelium vtrum semper sint mala. dist. 41. a. b
 Orare vtrum licet pro omnibus mortuis. dist. 43. c
 Ordines angelorū quot sunt, & quomodo nominantur. dist. 9. a. b
 Ordines angelorum vtrum ab initio creationis sint distincti. dist. 9. e
 Ordo decimus quomodo dicitur impleri ex hominibus. dist. 9. g
 Originale peccatū quid sit. dist. 30. c. g
 Originale peccatum an sit culpa vel pœna. dist. 30. e. f
 Originale peccatum dicitur fomes peccati, id est, concupiscentia. dist. 30. g
 Originale peccatū per Adam intrauit in omnes. dist. 3. h
 Originale peccatū vtrū sit ex voluntate, & q̄ in Adam fuit, & in nobis est. di. 30. l
 Originale peccatum quomo-

I N L I B. I I.

do à patribus transeat in filios. dist. 31. a
 Originalis peccati causa an sit culpa vel pœna vel aliquid aliud. dist. 33. e. f
 Originale quare dicatur, ibidem. h
 Originale peccatū quomodo dimittatur in baptismo. dist. 32. a
 Originale peccatum qua iustitia infligitur animæ innocenti. dist. 32. e
 Originale peccatum vtrum sit voluntarium vel necessarium. ibidem. f
 Origo primi peccati quæ sit. dist. 33. b
 P
 Paradisus quot modis accipitur. dist. 17. e
 Paradisi locus qualis & vbi sit. dist. 17. e
 Parentes primi si non peccassent, quales filios procreassent. dist. 20. per totum.
 Parentum peccata quomodo transeunt in filios. dist. 33. a. b
 Patrum peccata vtrum imputentur filiis. dist. 33. d
 Patrum peccata quomodo visitantur in filios vsque in quartā generationem. dist. 13. i
 Paruulorum pœna sine baptismo decedentium est mitissima. dist. 33. e
 Peccare vtrum possunt an geli. di. 7. a
 Peccatum hominis quare re mediabile est, & non diaboli. dist. 21. f
 Peccatum Adæ vnde ortum habuit. di. 2. a. & per totū.
 Peccauit an plus Adā quam Eua. di. 22. e
 Peccatum vtrum excusatur ignorantia. di. 22. h. i
 Peccati similitudo in nobis est sicut in Adam. dist. 24. g
 Peccatum Adæ non fuit originale vel actuale. di. 30. b
 Peccatum Adæ quomodo intrauit in mundum. ibidem. c. & per totum.
 Peccatum originale quid sit. dist. 30. e. f. g
 Peccatum originale quomodo à patribus transeat in filios. di. 31. a. & per totum.
 Peccatum originale quomodo in baptismo dimittatur. di. 32. a
 Peccata patrum an omnium transeant in filios, an aliorum. dist. 33. d
 Peccatum Adæ quomodo plura peccata in se potuit. di. 33. d
 Peccatum Adæ an sit grauius cæteris peccatis. dist. 33. f
 Peccatum Adæ an sit dimissum. ibidem. h
 Peccata parentum quomodo visitantur in filios vsque in tertiam & quartam ge-

nerationem. di. 33. i
 Peccatum primum unde sit
 ortum. di. 34. b
 Peccatum quid sit. di. 35. a
 Peccatum quomodo potest
 corrumpere bonum, cum
 nihil sit. dist. 35. l. m
 Peccatum in quantum pecca-
 tum, an sit causa peccati.
 di. 36. a
 Peccatum in quantum pec-
 catum an sit poena pecca-
 ti. di. 36. per totum.
 Peccatum commissum vtrum
 maneat in homine vsque-
 quo poeniteat. di. 43. d
 Peccatum dupliciter manet
 in homine. ibidem.
 Peccandi modi quomodo di-
 stinguuntur. di. 42. f
 Peccatum & delictum quo-
 modo differunt. ibidem.
 Peccata mortalia sunt septē.
 dist. 42. b
 Peccatum in spiritum san-
 ctum quid sit. dist. 43. a
 Peccatum in spiritum san-
 ctum quomodo accipitur.
 ibidem. c
 Peccandi potentia an sit à
 Deo, vel à diabolo. dist. 14.
 per totum.
 Poena paruulorum sine bap-
 tismo descendens est
 minutissima. di. 33. e
 Poena vtrum sit priuatio bo-
 ni. di. 35. o
 Poenae peccati quomodo quaedam
 peccata sunt. d. 36. p. totū.
 Perfectum dicitur tribus mo-
 dis. dist. 4. c
 Personarū proprietates quae
 sunt. di. 26. a. b
 Possunt vtrum aliquid de-
 mones ex natura. dist. 7. l
 Potentiam quam habuit ho-
 mo ante peccatum. d. 24. a
 Potentia peccandi an sit ho-
 mini à Deo, vel à diabolo.
 di. 44. a
 Potentiae an sit resistendum
 cum à Deo sit. di. 44. d
 Praesciuerūt vtrum mali an-
 geli suum casum. di. 4. a
 Praesciuit vtrum homo suum
 casum. dist. 23. f

Q

Qualis fuit materia de qua
 factus est mundus. dist. 12.
 per totum.
 Qualis fuit lux quam primò
 Deus creauit. dist. 13. b
 Quales facti sunt angeli an
 boni vel mali. di. 3. per to.
 Qualis factus est homo &
 quare sit factus. dist. 2. per
 totum & dist. 16. per totum.
 Quare malis angelis non est
 concessum habitare in cae-
 lo vel in terra. dist. 9. c
 Quare dormienti viro facta
 est mulier. dist. 18. d
 Quare post omnes creatu-
 ras factus est homo. d. 15. e
 Quatuor modis operatur
 Deus. dist. 12. b
 Quatuor sunt status liberi
 arbitrij. dist. 25. g

Quatuor sunt species super-
 biae. dist. 42. i
 Quomodo in nobis est vir,
 mulier, & serpens. dist. 24. g
 R
 Rationalis creatura quare fa-
 cta sit. di. 1. d. c. f. g
 Rationalis creatura est du-
 plex. dist. 1. d. & l
 Ratio habet duas partes. dist.
 24. f
 Ratio vbi in anima incipit.
 dist. 24. f
 Ratio & sensualitas quomo-
 do differunt. ibidem.
 Radix omnis mali est super-
 bia & cupiditas. dist. 42. i. k
 Reatus accipitur multis mo-
 dis. dist. 42. e
 Redemptus quare sit homo
 & non angelus. dist. 21. h
 Remediabile quare est pec-
 catum hominis, & non
 angeli. dist. 21. f
 Rerum omnium est vnum
 principium. dist. 1. a
 Resistere malo quando est
 meritorium & quando non.
 dist. 24. c
 Resistendum an sit potestati.
 dist. 44. c

S

Scientiam triplicem habuit
 homo ante casum. distin.
 23. c. d
 Sensualitas quid sit. dist. 24. f
 Sensualitas quibus modis ac-
 cipitur in scriptura. d. 24. b
 Septem sunt peccata morta-
 lia. di. 42. h
 Septimo die requieuisse deū
 quomodo intelligitur. di-
 stinct. 25. g
 Serpētis in specie quare dia-
 bolus hominem decipit.
 dist. 21. b
 Serpens quare dicitur calli-
 dior cunctis animalibus.
 dist. 21. b
 Serpentem quare non hor-
 ruit mulier. dist. 21. b
 Sol quare factus est si lux
 prima sufficiebat. dist. 13. f
 Status hominis ante pecca-
 tum qualis fuit. dist. 19. a
 Status liberi arbitrij sunt
 quatuor. dist. 25. g
 Superbia quomodo fuit in
 primis parentibus. dist. 22.
 a. b. c
 Superbia est radix omnis ma-
 li. dist. 42. i
 Superbia habet quatuor spe-
 cies. dist. 42. i

T

Talis est ordo peccandi in
 nobis, qualis fuit in pri-
 mis parentibus. dist. 24. g
 Tentare non audet diabolus
 hominem eo vitio in quo
 est victus ab eo. dist. 6. h
 Tentationis modus qualis
 fuit erga primos paren-
 tes. dist. 21. c
 Tentatus est Adam tribus
 modis. dist. 21. d. e
 Tentatio est duplex. dist. 21. e
 Tētari quare pmittit de⁹ ho-

minem sciens cum casu-
rum. dif. 23. a
Tenebræ capiuntur duobus
modis. dif. 12. d
Terra quomodo & vnde fa-
cta est, & quid nomine terræ
significatur. di. 12. per totū
Tria sunt genera bonorum.
dif. 26. k

V

V B I facta fuit lux prima.
dif. 13. c
Vnde processit cōsensus pri-
mi peccati, cū natura hoīs
esset incorrupta. dif. 22. l
Velle naturaliter bonū quo-
modo dicit homo. dif. 39. c
Venenosa animalia quare &
quando facta sunt. dif. 15. c
Veniale peccatum quid sit in
anima. dif. 24. h
Vir quare prius muliere fa-
ctus sit. dif. 18. b
Virtutibus vtrum quis malè
vri potest. dif. 29. k
Virtus quid sit & quis actus
eius. dif. 17. a. & per totum.
Virtutum munera quæ sunt.
dif. 27. g
Virtus an sit motus mentis.
dif. 17. l
Virtutes vtrum homo ante
peccatū habuerit. dif. 29. b
Viuentē animā quō dicitur
habere homo. dif. 19. b
Viuere vtrū potuisset homo
uens de aliis lignis quā
de ligno vitæ. dif. 19. c
Voluntas vtrum præcesserit

primum hominis pecca-
tum. dif. 22. m
Voluntas quid sit. dif. 26. b
Volūtas bona comitat gratiā
& non econuerso. dif. 26. c
Voluntas bona quædam do-
na dei præuenit. dif. 26. c
Voluntas ex fine cognosci-
tur. dif. 38. a
Voluntates bonæ vnum ha-
bent finem. dif. 38. c
Voluntas, intentio, finis, quo-
modo differunt. dif. 38. f
Voluntas quare dicitur pec-
catum, cum sit de naturali-
bus bonis, quorū nullum
peccatum est. dif. 36. a
Volūtatē actus quare sit pec-
catū, cū actus aliarum po-
tentiarum non sint pecca-
ta. dif. 39. b
Volūtas mala & actio mala
in eodem homine & circa
eādem rem, an sint vnum
peccatū an plura. dif. 42. a
Vnus idem est virtutis & li-
beri arbitrij. dif. 27. i
Vti vtrum quis malè potest
virtutibus. dif. 26. k

**INDICIS LIB. II.
F I N I S.**

**I N D E X I N T E R -
T I V M L I B R V M.**

A B R A H A E in lumbis
quomodo Christus
fuerit. dif. 3. c
Adorare quomodo debem⁹
humanitatē Christi. dif. 9. a

Affectus voluntatis in Chri-
sto fuit duplex. dif. 17. a. b
Amicos & inimicos diligere
quod maioris sit præmij.
dif. 30. a
Animam & carnem quare as-
sumpsit Christus. dif. 1. a
Anima Christi quomodo est
vnita carni. dif. 2. d
Animam & carnem aliā quā
ab Adam an potuit assu-
mere deus. dif. 12. a
Anima Christi, an habuerit
sapientiam æqualem cum
deo, & an omnia scit quæ
deus. dif. 14. a
Anima & caro Christi, vtrum
in morte fuit separata à
verbo. dif. 21. per totum.
Antiquis quid sufficiebat cre-
dere de Christo. dif. 25. e

C

CHARITAS quid sit. dif.
27. b
Charitas, fides, spes, & ope-
ratio secundum quid dicitur
æqualia. dif. 25. e
Charitas est maior spe & fi-
de. ibidem.
Charitas seu dilectio dei &
proximi quomodo se ha-
beāt adinuicē. dif. 27. c. d. e
Charitatis ordines quot sunt.
dif. 29. a
Charitatis gradus sunt diuer-
si. dif. 29. h
Charitas semel habita an a-
mitti potest. dif. 31. a
Charitatem an damnādi ha-
beant. ibidem.
Charitatem qualem habuit
Christus. dif. 31. d
Charitas dei quomodo est
in creaturis. di. 32. per totū.
Charitas est mater omnium
virtutum. dif. 36. per totū.
Carnē quare assumpsit filius,
& non pater, vel spiritus
sanctus. dif. 1. b
Caro & anima Christi quō
sunt coniuncta. dif. 2. b
Caro Christi quō fuit forma
ta in vtero. di. 2. c. & di. 3. a
Caro Christi vtrum fuit ob-
ligata peccato. dif. 3. d
Cardinales virtutes sunt qua-
tuor. dif. 33. a
Causa passionis Christi quæ
fuit. dif. 18. e
Cornelius quomodo legitur
credere. dif. 25. c

D

DAMNANDI vtrū ha-
beant claritatem. dif. 31. a
Decem præcepta quomodo
cōtineantur in duobus man-
datis charitatis. dif. 37. a
Decimus quare non fuit
Christus in Abraham sicut
Leui. dif. 3. c

K k 4

Defect⁹ hominis quomodo
assumpsit Christus. dif. 15. a
Deus est homo, deus factus
est homo, quomodo hæc
verba intelliguntur. dif. 6. a
Deus an potuit assumere ho-
minem in sexu muliebri.
dif. 12. e
Deus qualiter diligit aliquem
magis & aliquem minus.
dif. 32. b. c
Diabolus non est alienus à
dei potestate. dif. 20. a
Diabolus qua iustitia est vi-
ctus. dif. 20. a
Dilectione eadē an diligitur
deus & proximus. dif. 27. c
Diligendi modus quis sit. di-
stinct. 27. d. e
Diligenda sunt quatuor, &
quæ sunt illa. dif. 28. e
Dilectionis ordo quis sit. dif.
29. a
Diligere vtrum debeamus
omnes homines. dif. 29. b
Diligere amicos vel inimi-
cos quod est maioris me-
riti. dif. 30. a
Dilectionē quam deus habet
ad creaturas. dif. 32. per to.
Dilectio dei cōsiderat duo-
bus modis dif. 32. c
Diuina natura quomodo sit
incarnata. dif. 5. a. b
Diuina natura an debeat di-
ci caro facta dif. 5. c
Diuina natura an debeat di-
ci nata de virgine. dif. 8. a
Dona spiritus sancti an sint

virtutes. dif. 34. a
Dona septem spiritus sancti
vtrum habuit Christus, &
vtrum in angelis sint. dif.
34. a. b
Dolorem vtrū habuit Chri-
stus in passione. dif. 15. d
Dulia quid sit, & de speciebus
eius. dif. 9. a

E

ELECTOS vtrum dilexe-
rit deus ab æterno, & re-
probos non. dif. 32. e

F

Fœmineo in sexu vtrū deus
potuit humanam naturā
assumere. di. 12. c
Fidem vtrum habuit Chri-
stus. di. 23. a
Fides quid sit & quot modis
accipitur. dif. 23. b. c. & h
Fidem an habeant demones.
dif. 23. c. d
Fides propriè est de his quæ
non videntur. dif. 23. g
Fides quare dicitur fundamē-
tum. dif. 23. i
Fidem an habuit Petrus de
Christi passione. di. 24. b
Fides non est de incognitis.
di. 24. e
Fides antiquorum quæ fuit.
dif. 25. a
Fides simplicium quæ fuit ante
aduentū Christi dif. 25. b
Fides spes, charitas, & opus
quomodo sunt æqualis.
dif. 25. e
Filius quare assumpsit carnem

& non pater vel spiritus
sanctus. distinct. 1. b
Filius assumēdo carnē an ali-
quid fecit quod nō pater,
vel spiritus sanctus. dif. 1. d
Filius quomodo sit incarna-
tus, & quare totā humanā
naturā assumpsit, qualem
carnem assumpserit. dif. 1.
& dif. 2. & dif. 3. per totum.
Filius quare dicatur natus de
spiritu sancto. dif. 4. c
Filius quomodo dicitur com-
positus ex duabus naturis,
siue ex tribus substantiis.
distinct. 6. c
Filius quomodo dicitur bis
natus. dif. 8. b
Filius secundū quod homo,
an sit persona. dif. 10. a. b
Filius adoptiuus an sit Chri-
stus. distinct. 19. d
Filius quare possibilem natu-
rā acceperit. di. 15. per totū.
Filius quare mori voluit. d. 10. b
Filius hominis vtrum potest
dici descēdisse de cælo, si-
cut dicitur filius dei. d. 22. d
Forma idolorum an sit à deo.
dif. 37. b
Furtum quid sit, & quid no-
mine furri intelligitur. dif.
37. c
Furtum an fecerunt filij Is-
rael, quando expoliaverunt
Aegyptios. dif. 37. c

G

Generari vtrum potuit pater,
vel spiritus sanctus. d. 1. b

Genera mendacij sunt tria.
distinct. 38. a
Gratiæ plenitudinem vnde
accepit Christus. dif. 16. b
Gradus charitatis sunt diuer-
si. dif. 29. b

H

Habitus sunt quatuor spe-
cies. distinct. 6. g
Homo quidam à verbo dei
est assumptus, quomodo
intelligitur. dif. 5. c
Homo est deus, homo factus
est deus, quomodo intelli-
gitur. dif. 6. a
Homo dominicus quare nō
dicitur, sicut dicitur homo
deus. dif. 7. m
Homo deus an semp fuerit,
vel cœperit esse. dif. 12. a
Hominē alium vtrum deus
assumere potuit, quàm de
genere Adæ. dif. 12. b
Hominē an potuit deus assu-
mere in sexu muliebri. d. 12. e
Homo Christus vtrum pec-
care potuit. dif. 12. c
Hominis stat⁹ sunt quatuor.
dif. 16. b
Homines omnes vtrū pari-
ter sunt diligendi. dif. 29. b
Honorandi quomodo sunt
parentes. dif. 37. c
Humanam naturam quare
assumpsit filius & non pa-
ter nec spiritus sanctus. di-
stinct. 1. b
Humanam naturam totam
assumpsit deus. dif. 2. a

Humanitatis nomine quid intelligatur. *dist. 2. a*
 Humana natura utrū assumpserit personam. *dist. 5. a*
 Humanitas Christi quomodo adoranda sit. *dist. 9. a*
 Humanam naturam utrū assumere potuit deus in sexu muliebri. *dist. 13. e*
 Humilitas Christi quid sibi meruit. *dist. 18. a*

I
 Idolum quid sit. *dist. 37. b*
 Idolum nihil est in mundo. *ibidem.*
 Idolum & similitudo in quō differunt. *dist. 37. b*
 Incarnari utrū potuit pater vel spiritus sanctus. *dist. 1. c*
 Incarnatio Christi quomodo facta est, *distin. 2. & dist. 3. & distin. 4. per totum.*
 Incarnationis opus quare attribuitur spiritui sancto. *distin. 4. a*
 Inimici quantum sunt diligendi. *distin. 29. f. g*
 Inimicos diligere utrū sit maioris meriti, quā diligere amicos. *di. 30. per tot.*
 Intellectus & sapientia in quo differunt. *dist. 35. b*
 Intelligentia, scientia & sapientia in quo differunt. *distin. 35. c*
 Intellectus & scientia prout sunt bona spiritus sancti, in quo differunt à seipso, prout naturaliter sunt in

anima. *distinc. 35. d*
 Iudæi utrū bonum opus fecerunt in Christi passione. *distin. 2. o. d*
 Iudæi utrū furtum fecerunt in expoliando Aegyptios. *distinc. 37. e*
 Iudicis minister utrū peccat occidendo aliquem. *distin. 37. c*
 Iuramentum quid sit. *d. 39. a*
 Iuramentum sit tripliciter. *dist. 39. b*
 Iuramentum utrū semper sit malum. *di. 39. c*
 Iurare utrū liceat per creaturas. *dist. 39. d*
 Iuratio per Deum utrū sit grauior quā per creaturas, vel per Euangelium. *dist. 39. e*
 Iurare per Deum quid sit. *ibidem. f*
 Iuramentum per falsos deos an sit ratum. *di. 39. g*
 Iuramentum contra deum factum non est tenendum. *dist. 39. k*
 Iurare callidè est duplex peccatum. *ibidem.*
 Iustitia, temperantia, fortitudo, prudentia utrū cessabunt in futuro. *dist. 33. a*

L
 L A T R I A quid sit. *dist. 9*
 Lex quare dicitur comprimere manum, & nō animum. *dist. 40. a*
 Lex euāgelica in quo differt

à Mosaica. *di. 7. b*
 Litera occidens quid sit. *dist. 40. b*

M
 M A G I S utrū diligit deus aliquos, & aliquos minus. *di. 33. b. c*
 Mādata charitatis sunt duo. *di. 27. b*
 Mandata decem quomodo continentur in duobus præceptis charitatis. *di. 37. per totum.*
 Maria fuit immunis ab omni peccato. *dist. 3. b*
 Mœchi quō nomine quid prohibetur. *di. 37. c*
 Mediator quare solus dicitur Christus, & secundum quā naturam. *dist. 19. e. f. g*
 Mediatoris fidem quomodo habuerunt antiqui. *dist. 25. a. b. c*
 Mendacij tria sunt genera. *dist. 38. a*
 Mendacij iterum octo genera. *ibidem.*
 Mendacium quid sit. *dist. 38. b*
 Mentiri quid sit. *ibidem. c*
 Mēdaciū utrū semper sit peccatum. *di. 38. d*
 Meruit quid sibi Christus, & quid nobis. *dist. 18. b*
 Meritis utrū Christus profecit. *di. 18. b*
 Meruit utrū Christus aliquid quod sine merito habere potuit. *dist. 18. d*
 Minister iudicis utrū peccat

aliquē occidendo. *dist. 17. c*
 Missio filij in mundum qualis fuit. *di. 1. & dist. 2. & dist. 3. per totum.*
 Modus liberationis utrū aliter potuit esse quā per mortem Christi. *di. 20. a*
 Modi diligendi deum sunt diuersi. *di. 27. d. e*
 Modi diligendi proximum. *di. 28. & di. 29. per totum.*
 Moriēdi necessitatem utrū Christus habuit. *dist. 16. a*
 Mori quomodo voluit, vel noluit Christus. *dist. 17. a. b*
 Mori quare voluit Christus. *di. 18. c. & dist. 19. b*
 Morte Christi quare redemptionis facta est, & nō aliter. *dist. 20. a*
 Morte Christi utrū separata sit diuinitas à carne & anima. *di. 21. per totum.*
 Mortis triduo utrū Christus fuit homo. *di. 22. a*
 Mortis triduo utrū Christus ubique fuit apud deū, & secundum hominē. *dist. 22. b*

N
 N A T V R A M humanam totā assumpsit Christus. *d. 2. a*
 Natus quomodo dicitur Christus de spiritu sancto, cum non sit filius spiritus sancti. *dist. 4. b*
 Natus cum sit Christus quare apostolus dicit eum factum. *di. 4. d*
 Natura diuina utrū assump-

INDEX

psit personam, vel persona naturam, vel naturam naturam. di. 5. a. b
 Natura diuina vtrum debeat dici caro facta. di. 5. c
 Naturas duas habuit Christus. di. 6. d. e
 Natura diuina vtrum debeat dici nata de virgine. di. 8. a
 Natiuitas Christi est duplex. di. 8. b
 Natura an persona Christi praeordinata sit. di. 10. f
 Naturam passibilem quare assumpserit deus. di. 15. a
 O
 Occidens litera quid sit. dist. 40. b
 Octo sunt species mendacij. di. 38. a
 Omnes homines vtrum pari dilectione diligendi sunt. di. 29. b
 Operata est tota trinitas incarnationem Christi. di. 4. a
 Operatio, fides, spes, & charitas quomodo dicuntur & qualia. di. 25. c
 Oratio vel voluntas Christi vtrum semper impleta est. di. 17. per totum.
 Ordo diligendi quis sit. di. 29. a
 P
 Parentes mali quomodo diligendi sunt. di. 23. f
 Passibilem naturam assumpsit Christus. di. 15. per totum.
 Passio & propassio quid sit. distin. 5. f
 Passio Christi an sit opus dei vel Iudeorum. di. 20. d
 Passionis fide an habuit Petrus quando vidit hominem pati. di. 24. b
 Patiendi necessitas an fuerit in Christo. di. 16. s
 Peccare vtrum potuit Christus. di. 12. c
 Poenae timore non peccatis inimicus est iustitiae. di. 39. c
 Periurium quid sit. di. 29. a
 Periurium sit tribus modis. ibidem. b
 Per deum iurare quid sit. di. 39. f
 Periurium an sit, cum incaute iuratur. di. 39. i
 Persona vtrum assumpsit personam, vel naturam in incarnatione. di. 5. r
 Personam quare non assumpsit deus, cum assumpsit hominem. di. 5. d. e
 Persona in diuinis vtrum sit Christus secundum quod homo. di. 10. a
 Persona quam Christus assumpsit an praedestinata fuerit. di. 10. f
 Praeceptum dilectionis quid contineat. dist. 27. & dist. 28. per totum.
 Praecepto dilectionis proximi vtrum contineatur dilectio angelorum. di. 28. b
 Praecepta decem quomodo continentur in duobus mandatis. di. 37. per totum.
 Praedestinatus vtrum fuerit

IN LIB. III.

Christus secundum hominem. di. 10. f
 Proximum totum quomodo diligere debemus. di. 28. a
 Proximus quis est. di. 28. b
 Q
 Qualitas mentis qua malus Christianus credit, vtrum sit virtus, vel non. di. 23. e
 Quare Apostolus dixit Christum factum, cum nos dicimus eum natum. di. 4. d
 Quatuor sunt virtutes cardinales. di. 33. a
 Quatuor sunt status hominis. di. 16. b
 Quatuor sunt timores. di. 34. d
 Quatuor sunt ordines dilectionis. di. 29. a
 Quatuor sunt gradus charitatis. di. 29. b
 R
 Radix omnium virtutum est charitas. di. 36. per totum.
 Redemptor an solus Christus debeat dici. di. 19. e
 Redimi an potuit homo aliter quam per mortem Christi. di. 20. a
 Remissio peccatorum quare attribuitur spiritui sancto. di. 37. b
 Reprobos vtrum dilexit deus ab aeterno. di. 32. e
 S
 Sacrilegium committitur tribus modis. di. 37. c
 Sapientia quomodo profecit Christus secundum quod homo. di. 13. a
 Sapientia aequalis deo vtrum habuit Christus secundum animam. di. 14. per totum.
 Sapientia & scientia quomodo differunt. di. 35. a
 Sapientia & intellectus in quo differunt. di. 35. b
 Sapientia, scientia, & intelligentia quomodo differunt. ibidem.
 Scientia & sapientia quomodo differunt. di. 35. a
 Scientia, sapientia, intelligentia in quo differunt. di. 35. b
 Septem sunt dona spiritus sancti, & an in Christo fuerint. di. 34. per totum.
 Similitudo & idolum quomodo differunt. di. 37. b
 Spes, fides, charitas, operatio secundum quid aequalia dicuntur. di. 25. c
 Spes quid sit. di. 26. a
 Spes de quibus sit. di. 26. b
 Spes & fides quomodo differunt. ibidem.
 Spes & fides vtrum in Christo fuerint. di. 26. c
 Spiritus sanctus vtrum potuit incarnari. di. 1. per totum.
 Spiritui sancto quare attribuitur opus incarnationis. di. 4. a
 Spiritus sancti dona vtrum habuit Christus. di. 34. a. b
 Spiritui sancto quare attribuitur remissio peccatorum. di. 37. d

Status hominis sunt quatuor di.16.b
 Substantiis ex tribus dicitur constare Christus.di.6.d
 T
 Timorē poenæ quomodo habuit Christus.di.15. per to.
 Timores sunt quatuor. dist. 34.d
 Timor poenæ q̄ fuit in Christo an fuit seruilis, vel initialis, vel alius.di.34.1
 Timore poenæ nō peccās inimicus est iustitiæ.di.36.c
 Totus & totū cūm de Christo dicuntur ad quid referuntur.di.22.c
 Totum proximū & nos totos quomodo diligere debemus.di.28.a
 Traditus quomodo est Christus à patre, à Iuda, à Diabolo.di.20.c
 Tria sunt genera mendacij. di.38
 Tristitiam quomodo habuit Christus.di.15.d.e
 V
 Vbiq̄ utrū Christus secundum quod homo.di.22.b
 Vbiq̄; totus Christus est, sed non totum.di.22.c
 Verbū quomodo sit vnitum carni mediante anima.di.2.b
 Verbū vtrum carnē & animā simul assumpserit.di.2.e
 Verbum an fuit separatum à carne & anima in morte Christi.di.21.a
 Virtutes cardinales sunt quatuor.di.33.a
 Virtutes istas vtrum habuit Christus.ibidem.
 Virtutes an ita sint cōiunctæ quod separari nō possunt.di.36.a
 Virtutes vtrum quis omnes pariter habere potest. dist. 36.b
 Vna fides quare dicatur. dist. 23.f
 Vnita qualiter est natura diuina naturæ humanæ. dist. 5. per totum.
 Voluntates duas habuit Christus.di.17.a
 Vrsura quid sit, & quomodo committitur.di.37.b
 X
 Christi incarnationem qualiter tota trinitas est operata.di.3.& di.4. per totū.
 Christus quare non fuit decimatus in Abrahamā.di.3.c
 Christi caro quare non est diſta peccatrix sed similis peccato.di.3.d
 Christi incarnatio quare specialiter attribuitur spiritui sancto.di.4.a
 Christus quare dicitur natus de spiritu sancto.di.4.b.c
 Christus quare dicatur ab apostolo factus, quē nos factemur natum.di.4.d
 Christus secundum quod homo vtrum sit prædestina-

rus.di.7.c.1.& di.10.f
 Christus an debeat dici bis genitus, sicut dicitur dei & hominis filius.di.8.b
 Christi humanitas quomodo adoranda sit. dist.9. per totum.
 Christus vtrum secundum quod homo sit persona in deitate.di.10.a.b
 Christus vtrum sit adoptiuus filius.di.10.d.e
 Christus vtrum sit creatura vel creatus vel factus. dist. 11. per totum.
 Christus vtrum aliā carnem assumere potuit quā de genere Adam.di.12.a
 Christus vtrum peccare potuit.di.12.c.d
 Christus utrū potuit incarnari in sexu muliebri.di.12.c
 Christus an sapientia & gratia proficere potuit. di.13.a.& per totum.
 Christus duplicem habuit sapientiam.di.13.d
 Christus utrū sapientiam parē deo habuit, vel si omnia sciuit quæ deus.di.14.a
 Christus an omnes defectus hominis assumpserit. dist. 15.a & per totum.
 Christus quomodo habuit tristitiam passionis.di.15.d e.f.& di.17.c.d
 Christus vtrum habuit aptitudinem moriendi.di.16.a
 Christus quid de quatuor statibus hominis acceperit. di.16.b
 Christus utrū aliquid voluerit vel orauerit quod non sit factum.di.17.a
 Christus duas habuit voluntates.di.17.b.c
 Christus an sibi aliquid meruerit, & quid sibi, & quid nobis.di.18.a.b
 Christus quare voluit pati cūm merita sua sufficiebant.di.18.c
 Christus quomodo nos à diabolo & peccato redemit. di.19.a
 Christus an solus debeat dici redemptor, vel mediator.di.19.c
 Christus an aliter potuit redimere hominē, & quare potius isto modo.di.20.a
 Christus quomodo est traditus à deo, & Iuda, & Iudeis.di.20.c.d
 Christi anima utrū in morte sit separata à verbo.di.21.a
 Christus qua ratione dicitur mortuus vel passus.di.21.d
 Christus utrū in morte fuit homo.di.22.a
 Christus an vbiq̄que est sit homo, & quod vbiq̄; totus fuit, sed nō totū.di.22.b.c
 Christus vtrum fidem, spem, & charitatem habuerit.di.23.a.& di.26.c.& di.27. per totum.
 Christus vtrum ordinem di-

ligendi seruauerit. di. 33. d
 Christus vtrum virtutes car-
 dinales habuit. di. 33. a
 Christus vtrum septem dona
 spiritus sancti habuit. dist.
 34. b

INDICIS LIBRI III. FINIS.

INDEX IN LIBRVM IIII.

Abrahe castitati an sit vir-
 ginitas Ioannis præfe-
 renda. di. 33. b
 Abortu procurantes quando
 sunt homicidæ. di. 31. e
 Abortiuorum corpora an cum
 suis deformitatibus refer-
 rant. di. 44. h
 Absolutionis potestas quali-
 ter data est sacerdotibus.
 di. 14. & di. 18. per totum.
 Absoluitur peccator dupli-
 citer. di. 18. d
 Absoluendi potestatem vtru
 omnes habeant sacerdo-
 tes. di. 19. b
 Accidētia quomodo sunt &
 vbi manent in trāsubstan-
 tiatione panis & vini in
 corpus Christi. di. 11. a. b. &
 di. 12. a
 Actiones penitentię sunt tres.
 di. 16. c
 Acolytatus ordo quis sit, &
 quod eius officiū. di. 4. f
 Adæ matrimonium quomo-
 do ordinatum fuit à prin-
 cipio. di. 33. per totum.
 Adoptiuī filij vtrum natura-
 libus copulari possunt. di.
 42. d
 Adulter adulteram vtrum di-
 mittere potest. di. 35. b
 Adulterium quid sit. di. 41. d
 Affines in quo gradu mari-
 moniū cōtrahere possunt.
 di. 40. & di. 41. per totum.
 Affinitas quid sit, & vbi sit. di.
 42. per totum.
 Agit deus misericordius cū
 quibusdam quām eorum
 peccata merentur. di. 45. c.
 & di. 46. a
 Angeli quomodo orationes
 hominum deo offerūt. di.
 43. g. h
 Angeli quale ministeriū ha-
 bebūt in die iudicij. d. 47. d
 Animalia bruta non sumunt
 corpus Christi, licet acci-
 piāt hostiam. di. 13. in fine.
 Animæ in inferno duplici
 igne puniuntur. di. 44. f. g
 Animæ abortiuorum & mon-
 strorū quomodo resurgēt
 in iudicio. di. 44. h
 Animæ exeuntes de hoc se-
 culo diuersa habent rece-
 ptacula. di. 45. a
 Animæ quomodo iuuantur
 elemosynis, orationibus,
 & sacrificio altaris. d. 45. b
 Animabus non prodest pom-
 pa & sumptuositas in cre-
 cuit

quis. di. 45. d
 Animæ iustorum an obfu-
 scantur pœnis reprobo-
 rum. di. 50. g
 Antiqui plures habētes vx-
 res vtru peccauerūt. d. 33. a
 Aqua & spiritu sancto nisi
 quis renatus fuerit quo-
 modo intelligitur. di. 4. e
 Archiepiscopus quis sit. di.
 24. m
 Authoritas sanctorum, quæ
 erit in die iudicij. di. 47. b
 B
 Baptismus quid sit. di. 3. a
 Baptismus Christi & Ioānis
 in quo differunt. di. 2. d
 Baptismus Ioannis quid vti-
 litatis habuerit. di. 2. c. &
 vtru fuerit sacramētū. ibi.
 Baptismi Ioannis quæ for-
 ma verborum fuit. di. 2. f
 Baptismi forma quæ sit. di. 3. b
 Baptizatus in nomine Chri-
 sti vtrum sit verè bap-
 tizatus. di. 3. e
 Baptismus an tradi possit in
 nomine patris tantū, vel
 spiritus sancti tantū. d. 3. c. d
 Baptismi institutio quando
 facta sit. di. 3. f
 Baptizauerunt in qua forma
 apostoli ante Christi pas-
 sionem. di. 3. g
 Baptismus quare tantū sit
 in aqua. di. 3. b
 Baptizandus quoties immer-
 debeat. di. 3. i
 Baptismus quare sit institu-
 tus. di. 3. l
 Baptismus sicte suscipien-
 tes an sint. verè baptiza-
 ti. di. 4. b
 Baptismus an deleat pœnam
 sicut delet peccatū. d. 4. f
 Baptismus vtrum conferat
 gratiam parulis ad bene-
 agendum. di. 4. h
 Baptismus paruulorum. &
 adultorum quomodo dif-
 ferunt. di. 4. h
 Baptismus verus æquè datur
 bonis & malis, à bonis &
 à malis ministris. di. 5. a
 Baptismus an sit verus in hæ-
 resi vel in schismate datus
 in nomine Trinitatis. di. 5. a
 Baptizare quibus liceat. di-
 stinct. 6. a
 Baptizati ab hæreticis an
 sint rebaptizandi. di. 6. h
 Baptizari an possit puer in
 vtero materno. di. 6. b
 Baptismus an sit verbis cor-
 ruptè prolatis. di. 6. e
 Baptizatus an sit iocose im-
 mersus in nomine Trini-
 tatis. dist. 6. e
 Baptizandus quibus renua-
 ciare debet. di. 6. g
 Baptismum debet præcede-
 re cathecismus & exor-
 cismus. di. 6. h
 Baptismus vtrum fieri potest
 in aqua nō benedicta. d. 6. d
 Baptismo an vir & vxor si-
 mul puerum tenere pos-
 sunt. di. 42. h

Beati in celo an aliud velle possunt quam quod Deus vult. dif. 45. b

Beatitudo quid sit, & quid beate viuere. dif. 9. b

Beati an omnes homines esse desiderant. dif. 49. p. totum.

Beatus quis sit ibidem.

Beati an omnia æqualiter cognoscant & intelligant. d. 49. c

Beati an æquale gaudium habeant. dif. 16. d

Beatitudo sanctorum an maior erit post diem iudicij. dif. 29. c

Benedictiones omnium sacerdotum an sunt effectuales. dif. 19. c. d

Benedictiones sponsi & sponsæ non pertinet ad subtilitatem sacramenti, sed ad decorum & solemnitatem. di. 28. b

Bonitas, iustitia, misericordia, quomodo sunt in deo. dif. 46. d. e

Bona opera sine charitate facta non valent. dif. 15. d

Bona opera in peccatis facta ad quid valent. dif. 5. f

Bonum triplex est in matrimonio propter quod non debet violari. dif. 31. a

Boni & mali an vicissim se videant & quadiu. dif. 50. e

C

Carnis debitum an sit denegandum in matrimonio. dif. 3. a

Cathecismus quid sit. dif. 6. h

Castitas Ioannis & Abraham an sint æqualis meriti. dif. 33. h

Castitas mentis melior est virginitate corporis. d. 33. e

Causa efficiens coniugij quæ sit. dif. 27. c

Causa finalis coniugij quæ est. dif. 30. d

Cælum ærium & non æthereum quomodo mutabitur in die iudicij. dif. 47. d

Circuncisio quid faciebatur in veteri lege. dif. 1. f

Circuncisio quare data fuit, & quare die octauo. di. h. i

Circuncisio quare mutata est in baptismum. dif. 1. k

Circuncisio & legalia quando cessauerunt. dif. 3. k

Circuncisio quare non aperuit nobis cælum. dif. 3. m

Clauum potestas scilicet eligendi & soluendi, quomodo, & quando & quibus datur. di. 18. & di. 9. p. totum.

Clauis spirituales quæ sunt. dif. 18. b

Claritas solis & lunæ qualis erit post iudicium. di. 48. e

Clerici qui sunt, & vnde dicuntur. dif. 4. b

Concentor & cantor quis dicitur. di. 2. 4. m

Confessio qualis esse debeat. dif. 15. & dif. 16. a

Confessio an soli deo facienda est absq; sacerdote. dif. 17. c

Confessio an potest fieri coram laico. dif. 17. e

Confessor qualis querendus sit. ibidem.

Confessio ad quid valet. di. 17. f

Confessor non debet mortifici penitentiam iniungere, nisi conualuerit. dif. 20. d

Confiteri vtrum necesse est omnia peccata venialia & mortalia. dif. 21. d

Confessio generalis quid sit ibidem. e

Confiteri non debet homo peccata ex humilitate quæ non fecit. dif. 31. f

Confessionem nullus sacerdotum prodece. debet. d. 2. 1. g

Confirmationis sacramentum quid sit, & quæ forma eius, & cuius effectus sit. dif. 7. a

Confirmationis sacramentum a solis pontificibus dari debet. dif. 7. a

Confirmari quare debet homo post baptismum. ibi.

Confirmatio vtrum sit dignior baptismo. ibidem.

Cogitatio de deo vtrum penitus secludatur in damnatis. dif. 50. b

Cognatio est duplex. di. 40. a

Cognatio spiritualis vnde causatur. dif. 42. a. b

Cognitio dei in sanctis, an sit æqualis. dif. 49. c

Coitus coniugalis an sit cum peccato. dif. 26. d. & dif. 31. f. g. & dif. 32. d

Comatres duas vtrum quis ducere potest. dif. 42. g

Coniugium quare & quando sit institutum. di. 26. a. b. & d. 30. d

Coniugium quid sit, & qualiter seruari debet. dif. 27. a. b

Coniugium quando per preceptum vel per indulgentiam est institutum. dif. 26. e

Coniugium Mariae & Ioseph vtrum fuit perfectum. dif. 26. g. & dif. 28. c. & di. 30. b

Coniugium violari non debet propter ipsius triplex bonum. dif. 31. a

Coniugij separatio est duplex. dif. 31. a

Coniuges veri quæ sunt. dif. 31. c

Coniugium quomodo fuit ordinatum temporibus antiquis & tempore Adæ. dif. 33. a

Coniugium quando separatur, & propter quas causas. dif. 35. & dif. 36. p. totum.

Coniugium in quibus ordinibus sacris non potest fieri. dif. 37. a

Coniugium inter fideles & infideles vtrum stare potest. dif. 39. a. b

Coniugium infidelium an sit legitimum. dif. 39. i

Consanguinitas quid sit, & in quorum vsq; gradu computatur. dif. 41. & 42. p. 10.

Conscientia accusabit omnia opera in die iudicij quæ fecerit homo. dif. 43. c

Consecrare virgines an sum-

plex sacerdos pōt. di. 29. f.
 Cōsecrare vel ordinare, vtrū
 potest simoniacus. di. 25. e
 Cōsensus matrimonialis est
 duplex. di. 27. c. & di. 28. a
 Cōsensus de futuro cum iu-
 ramento vtrum efficit ma-
 trimonium. di. 28. a
 Cōsensus occultus non iu-
 dicatur ab ecclesia. d. 28. b
 Cōsensus de presenti vtrum
 sufficiat ad matrimonium
 contrahendum. di. 28. c
 Cōsensus de qua re sit. ibid. c
 Cōsensus cōiugalīs debet ef-
 se liber & nō coact. d. 29. a
 Cōsensum qualis error im-
 pedit. di. 30. a
 Contritione sola sine cōfes-
 sione oris an dimittatur
 peccatum. di. 17. a
 Continentiam an vir vel mu-
 lier vñere pōt sine alte-
 rius cōsensu. d. 27. & d. 32. b
 Continentia quare sacerdo-
 tibus indicta sit. di. 33. d
 Corona & tonsura clericalis
 quid significat. di. 24. b
 Chrisma vnde fit & quomo-
 do. di. 23. a
 Cruciatu impiorum in in-
 ferno an decoret gloriā
 electorum. di. 50. g
 Curā aliquam vtrum habeāt
 damnati de suis amicis
 adhuc viuētibz. di. 5. c
 D
 Damnati vtrum habeāt me-
 moriam suorum peccato-
 rum. di. 45. c
 Damnati an cum suis defor-
 mitatibus hīc habitis re-
 surgant. di. 44. d
 Damnatorum corpora quo-
 modo ardent & non con-
 sumuntur. di. 44. c
 Damuati quali igne crucian-
 tur, & vbi sit ille ignis. di.
 44. f
 Damnatis vtrū datur aliqua
 mitigatio pōnæ. di. 26. a
 & per totum.
 Damnabuntur quidam & iu-
 dicabuntur, quidam dam-
 nabuntur, & non iudica-
 buntur. di. 47. c
 Damnati vtrum peccabunt
 in inferno. di. 50. a
 Debitum carnis quando li-
 cet soluere, & quando
 non. di. 32. per totum.
 Decedentis absque cōfessio-
 ne vtrum oblatio sit acci-
 pienda. di. 20. g
 Delectatio carnis vtrū sem-
 per sit peccatum. di. 31. h
 Denarij nomine quid intel-
 ligitur. di. 49. a
 Diaboli an corporali igne
 crematur in inferno. d. 44. f
 Diaboli vtrum post diem iu-
 dicij præerunt hominibus
 ad puniendum. di. 47. e
 Diaconatus ordo quid sit. di
 stinct. 24. h
 Diuortium quando fit, & in
 quibus casibus. di. 34. &
 di. 35 & di. 37. & di. 39

Duplici sub specie quare su-
 mitur corpus Christi. di-
 stinct. 11. f
 E
 Ecclesiasticus iudex qualis
 debeat esse. di. 19. e
 AEdificare lignum, fenum,
 stipulam, quid sit. di. 22. a. b
 AEdificare aurum, argen-
 tum, lapidem preciosum
 quid sit. ibidem. c
 AEgris non est pœnitentia
 iniungenda. di. 20. e
 Electorum peccata hīc per
 pœnitentiam deleta vtrum
 manifestabuntur in iudi-
 cio. di. 43. d
 Electi sine omni deformita-
 te resurgent ad iudicium.
 di. 44. c
 Eleemosyna quid sit. di. 15. c
 Eleemosynarum plura sunt
 genera. di. 15. c
 Eleemosyna in peccato mor-
 tali data vtrum prodest.
 di. 15. c
 Eleemosynis iuuantur ani-
 mæ, & quibus profunt.
 di. 45. b. c
 Episcopus quid sit & vnde
 dicatur. di. 24. l
 Episcoporum ordo est qua-
 druplex. di. 24. m
 Error impediens matrimo-
 nium est quadruplex. di-
 stinct. 50. a
 AEtas cōtrahentium quæ sit.
 di. 36. a
 AEtas ordinandorum quæ
 sit. distinct. 25. i
 AEtas Christi quæ fuit. di-
 stinct. 44. a
 AEtate in qua resurgent ho-
 mines. ibidem.
 Eucharistiæ sacramentum
 quando & quare sit insti-
 tutum. di. 8. per totum. &
 di. 12. h
 Eucharistiæ manducatio est
 duplex. di. 9. per totum.
 Eucharistia quomodo est in
 altari. di. 10. per totum.
 Eucharistiæ consecratio &
 conuersio quomodo fit.
 di. 11. a. b
 Eucharistia intincta non de-
 bet dari populo. di. 11. b
 Eucharistia an sæpius sumē-
 da est. di. 12. h
 Excommunicatus vtrum con-
 ficiat. di. 13. a
 Excommunicatio quid facit
 excommunicato. di. 13. g
 Excommunicatus vtrum sim-
 plex sacerdos reconcilia-
 re potest. di. 20. f
 Exercitationū tres sunt spe-
 cies. di. 1. d
 Exequiæ sumptuosæ vtrum
 profunt animabus. di. 45. d
 Exorcismus quid sit. di. 6. g
 Exorcistarum ordo quid sit.
 di. 24. c
 Exteriores tenebrę quę sunt.
 di. 50. b
 Excludi vtrum quis poterit
 hīc a cogitatione dei. di.
 50. b

F
 Fides quid operatur in baptismo. di. 4. a
 Fides quando implet vicem baptismi. di. 4. c
 Fides paruulorum & adultorum quomodo differunt. di. 4. d
 Fidem perire quomodo dicitur paruuli inbaptismo. dif. 6. g
 Filij adoptiui vtrum possunt naturalibus copulari. dif. 42. h
 Flagelatur homo à deo quinque modis. dif. 15. a
 Forma baptismi qualis est. dif. 3. b
 Forma cõfirmationis. dif. 7. a
 Forma consecrationis. di. 8. b
 Forma, species, pòdus sapor quomodo remanent in sacramento. dif. 11. & di. 1. a
 Fractio sacramenti vtrũ vera sit, & quare sit. di. 12. b. c
 Fornicatio vtrũ dirimit matrimonium. di. 35. b
 Fornicatio spiritalis quid sit. dif. 39. c
 Fornicatio, stuprum, adulteriũ, in cest^o, raptus, in quo differunt. dif. 41. d
 Forma in qua iudicabit Christus. di. 48. a
 Furiosum vtrum matrimonium contrahere possunt. di. 34. d
G
 Gaudium æquale vtrum habebunt sancti post iudicium. di. 49. d
 Gaudium sanctorum vtrum augmentabitur post iudicium. di. 19. e
 Genera eleemosynarũ sunt plura. di. 15. c
 Genera mortuorũ sunt tria. dif. 16. a
 Generalis confessio ad quid prodest. dif. 21. e
 Genera vactionis sunt tria. dif. 12. a
 Genera cantorum sunt duo. dif. 24. m
 Gieziæ qui sunt. dif. 25. d
 Glos quæ vocatur. dif. 14. d
 Gradus sacrorũ ordinũ sunt septem, & quare septem. dif. 24. a
 Gradus sacri qui impediunt matrimonium. di. 27. a
 Gradus cõsanguinitatis quot sunt. dif. 40. b
 Gradus affinitatis qui sunt, & in quibus matrimoniũ contrahi potest. dif. 41. a
H
 Habere plures vxores cui licebat sub lege. dif. 33. d
 Habitationes sanctorum in celo, damnatorum in inferno quomodo distinguuntur. dif. 49. a
 Hæreticus vtrum baptizare potest. dif. 6. c. vel alia sacramenta ministrare. dif. 25. per totum.
 Hæreticus vtrum conficiat corpus Christi. dif. 13. a. &

distinctione 15. a
 Hæreticus quid sit, & quid faciat hæreticum. dif. 13. b
 Hæresis simoniaca distinguatur tripliciter. di. 15. g
 Hypocrita est qui diuidit confessionem. di. 16. a
 Homicidæ sunt qui abortum procurant. dif. 31. e
 Homo flagelatur à deo quinque modis. dif. 15. a
 Homo vndequæ nascitur, si non peccat saluat. d. 33. e
 Hostia intincta non debet dari populo. dif. 11. g
 Hostia quare in tres partes frangitur, & quid illæ partes significat. dif. 11. b. & f
 Hostiarj officium quod est. dif. 24. c
 Humilitatis causa nullus debet cõfiteri peccatum quod non fecit. dif. 21. f
I
 Ianitores qui sunt, & quod illorum officium. dif. 24. c
 Ianitices quæ sunt. dif. 41. d
 Ieiunis & sobriis debet dari corpus Christi. dif. 8. b
 Ignis purgatorij qualis sit. dif. 21. a
 Ignis damnatorum qualis, & vbi sit. dif. 44. e. f. g
 Igne purgabitur mundus ante iudicium. di. 47. d
 Ignis præcedens iudicium cõburet malos adhuc viuētes, bonos verò nõ. di. 47. d
 Immersio baptismi quoties fieri debeat. dif. 3. i
 Immolatio Christi semel facta quare sæpius iteratur. dif. 12. g
 Impedimenta matrimonij sunt diuersa. di. 27. & di. 28. & dif. 26. & dif. 30. & c.
 Incestus quid sit. distinctio. 41. d
 Indulgentia capitur tripliciter. dif. 26. d
 Infirmis vtrum poenitentia sit iniungenda. dif. 20. d
 Infirmus continens vñtionem sacram grauius peccat. dif. 23. b
 Infidelis vtrũ cum fideli matrimonio contrahere potest. di. 39. a. b
 Ingenuus quis sit. dif. 36. a
 Intentionem conficiendi nõ habens vtrum conficiat sacramentum. dif. 13. a
 Interfecto ribus vxorum quæ poenitentia sit iniungenda. dif. 37. b
 Instituta sunt sacramēta propter tria. dif. 1. c
 Institutio baptismi quando facta est, & quare. dif. 3. f & 50. a
 Institutio coniugij est duplex. dif. 26. b
 Institutio vñtionis à quibus facta est. dif. 13. b
 Iterantur quæ sacramenta & quæ non. di. 23. c
 Ite missa est quomodo intelligitur. di. 14. m
 L I 4

Iudex qualis esse debeat sacerdos in audiendo confessionem. *dis. 19. e*
Iudicium finale vtrū die nocte erit. *di. 43. c*
Iudex viuorum & mortuorum est Christus, dupliciter intelligitur. *dis. 44. f*
Iudicium dei occultum quid sit. *di. 46. c*
Iudicij sententia qualiter fiet. *dis. 47. a*
Iudicabūt vtrum sancti cum Christo. *di. 41. d*
Iudicandorum erūt quatuor ordines. *di. 47. c*
Iudicis forma qualis erit. *di. 48. a*
Iudicium in quo loco erit. *dis. 48. d*
Iurandum tres habet comites. *di. 39. a*
Iustitia & misericordia in deo vtrum sint idem vel diuersa. *di. 46. d*

L

LAICO vtrum sit confitentium. *di. 17. c*
Laicis Eucharistia intincta non est danda. *dis. 10. g*
Lamech primus omnium duas habuit uxores. *dis. 33. a*
Lectoris officium quod est. *dis. 24. d*
Legalia quando cessauerunt. *dis. 3. k*
Legitimæ personæ sunt diuersæ. *di. 34. a*
Leuir quis vocatur. *dis. 41. d*
Ligandi & soluendi potestas qualiter data est sacerdotibus. *di. 18. per totum.*
Ligant & soluant quomodo sacerdotes. *dis. 18. d. e. f. & c.*
Ligatur & soluitur peccator dupliciter. *ibidem.*
Ligandi & soluendi potestatem vtrum omnes habeant sacerdotes. *di. 19. e*
Lignum, fœnum, stipulam edificare quid sit. *di. 21. a. b*
Locus iudicij extremi vbi erit. *dis. 48. d*

M

MALVS sacerdos vtrum sacramenta ministrare potest. *dis. 5. & dis. 13. a*
Malus finis non contaminat sacramentum. *dis. 30. c*
Malum incontinentiæ quid sit. *dis. 31. g*
Maledicam benedictionibus vestris, quomodo intelligitur. *dis. 19. c*
Mali vtrum cum suis demeritatibus resurgant. *di. 44. d*
Malis in inferno vtrum datur aliqua mitigatio poenæ. *di. 46. a*
Mali vtrum in inferno peccabunt. *di. 50. a*
Mali in inferno vtrum habeant notitiam eorum quæ hic aguntur. *dis. 50. c*
Mali & boni vtrum se iniucere videbunt post iudiciū. *d. 50*
Manducatur corpus Christi

duobus modis. *di. 9. a*
Mariz & Ioseph coniugium vtrum fuit verum. *dis. 26. g. & dis. 28. c. & dis. 30. b. c*
Matrimonium quando, quare, & vbi fit institutum. *dis. 26. a. b. & di. 30. d*
Matrimonium quando secū dum præceptum, vel secū dum indulgentiam est institutum. *dis. 26. c*
Matrimonium cuius rei sit sacramentum. *dis. 26. f. g.*
Matrimonium quid sit. *di. 27. b*
Matrimonij causa efficiens quæ est. *di. 27. c*
Matrimonium vtrū solo fiat consensu. *di. 27. d*
Matrimonium quando incipit. *dis. 27. e. f*
Matrimonium vtrum faciat consensu de futuro cum iuramento. *dis. 28. a*
Matrimonium quibus verbis contrahitur. *dis. 28. c*
Matrimonij substantia est consensus de presenti. *dis. 28. b*
Matrimonium impedit consensus coactus. *dis. 29. a*
Matrimonium impeditur quadruplici errore. *di. 30. a*
Matrimonij bona sunt tria. *dis. 31. a*
Matrimonij separatio est duplex. *dis. 21. b*
Matrimonium vtrum sine sacramēto fieri potest. *di. 31. c*
Matrimonialis coitus vtrum sit cum peccato. *dis. 31. f. g.*
& dis. 32. d.
Matrimonium quomodo ordinatum fuit temporibus antiquis. *dis. 33. per totum.*
Matrimonium propter quas causas separatur. *dis. 34. & dis. 35. & di. 36. per totum.*
Matrimonium vtrum sit inter seruiles diuersorum d minorum. *di. 39. b*
Matrimonium in qua ætate contrahi debet. *dis. 36. d*
Matrimonium in quibus ordinibus fieri non potest. *dis. 37. a*
Matrimonium vtrū stare potest inter fideles & infideles. *di. 39. a. b*
Matrimonium infidelium vtrum sit legitimum. *di. 39. i*
Matrimonium in quibus affinitatis gradibus stare non potest. *dis. 40. & dis. 41. per totum.*
Matrimonium consanguineorum quibus testificantibus diuiditur. *dis. 41. d*
Matrimonium vtrū fieri potest inter filios vel filias spirituales. *dis. 42. a*
Matrimonium vtrum filij naturales cum adoptiuis contrahere possunt. *dis. 42. d*
Memoriam peccatorum vtrum habebunt sancti quæ hic commiserunt. *dis. 43. d*
Mentis virginitas melior est virginitate carnis. *dis. 33. c*
Meritis quibus iuuabuntur

I N D E X

qui in fine seculi reperien-
tur. dif. 45. f
Merita sanctorum quomodo
nobis suffragantur. dif. 45.
g. h
Mersio trina an debet fieri in
baptismo. dif. 3. i
Misericordius vtrum agit
deus cum malis quam pec-
cata eorum meruerunt.
dif. 45. c. & dif. 46. a
Misericordia & iustitia Dei
vtrum sunt idem vel diuer-
sa. dif. 46. d
Misericordia, bonitas, iusti-
tia, vtrum habeant disti-
cta opera. dif. 46. e
Misericordia & iustitia sunt
vix domini, quomodo in-
telligitur. dif. 46. f
Ministerium angelorum qua-
le erit in iudicio. dif. 47. d
Modus conuersionis Eucha-
ristiæ vtrum sit formalis
vel substantialis. dif. 11. a
Modus poenitendi quomodo
fieri debeat. dist. 16. & 17.
per totum.
Modi ligandi & soluendi sunt
diuersi. di. 18. per totum.
Monstra vtrum in suis defor-
mitatibus resurgat. di. 44. h
Mortua opera bona reuiu-
sunt. per poenitentiam. di. 5. e
Mortale peccatum quantum
polluit animam. dif. 18. h
Mortalium & venialium potest
quis vere poenitere, excep-
to vno mortali & pluribus
venialibus. dif. 21. d
Mortetur quomodo hi qui
in fine seculi inuentur
dif. 43. c
Mortui quomodo resurgent.
dif. 44. & dif. 45. per totum
Mulier quæ non pertinet ad
matrimonium. dif. 29. g
Mundus quomodo coarctat
igne ante iudiciu. dif. 47. d
Mutatis ab egritudine vtrum
sacramenta dari debent.
dist. 20. c
N
Necessitatis tempore non
est neganda poenitentia.
dist. 20. d
Neophytus quid sit. dist. 6. h
Nisi quis renatus fuerit, &c.
quomodo intelligitur. dif.
4. c
Nocte media veniet Chri-
stus, quomodo intelli-
gitur. dif. 43. c
Nomina dignitarum vel offi-
ciorum ecclesiasticorum quæ
sunt. dif. 24. l
Nuptiæ quam bonæ sunt. di.
26. per totum.
Nuptias solus consensus vo-
luntatis facit. dist. 27. per
totum.
Nuptialia pacta sunt dupli-
cia. dif. 27. l
Nuptiarum causa finalis quæ
est. dif. 30. b
Nuptiæ quibus temporibus
non sunt celebrandæ. dist.
32. c. d. e

I N L I B. I I I I.

Nuptiæ quomodo fuerunt tem-
poribus antiquis ordina-
te. di. 33. a
Nuptiæ vtrum fieri possunt
inter filios adoptiuos & na-
turales. di. 42. d
Nuptiæ secundæ, tertiæ, vel
quartæ vtrum sint licitæ vel
non. di. 42. i
O
Oblatio eorum qui sine con-
fessione decedunt, vtrum
sit recipienda. di. 20. g
Obscuratio solis & lunæ qua-
liter fiet in die iudicij. dist.
48. e
Occisores vxorum qualiter
debeant poenitere. di. 37. b
Oculum iudicium dei quid
sit. di. 46. c
Offenditur deus tribus mo-
dis. di. 16. a
Officia sacrorum ordinum quo-
modo Christus impleuerit.
di. 24. per totum.
Olei consecratio vtrum à sim-
plici sacerdote fieri potest
di. 20. f
Opera bona sine charitate fa-
cta non valeant. di. 15. f
Opera bona in peccatis fa-
cta ad quid valeant. di. 15. f
Orationes & elemosynæ
quibus profunt. di. 45. c
Orationes omnium vtrum san-
cti audiant. di. 45. g
Ordines sacri quot sunt, &
quomodo nominantur. di.
24. per totum.
Ordinare vtrum possunt hæ-
retici. di. 25. per totum.
Ordinare vtrum possunt simo-
niaci. di. 25. d. e
Ordinadorum aras quæ esse
debeat. di. 25. i
Ordines sacri qui impediunt
matrimonium. di. 37. a
Ordines ordinadorum erunt
quatuor. di. 47. c
Ordo iudicij finalis qualiter
erit. di. 42. d
P
Partes sacramenti Eucharis-
tiæ qui significant. di. 12. f
Paruuli qui incircuncisi mo-
riebantur, vtrum saluaban-
tur. di. 1. l
Passibile corpus dedit Chri-
stus discipulis. di. 11. h
Passio supplet vicem baptis-
mi. di. 4. d
Pater deus vtrū se deum ge-
nuerit. di. 4. per totum.
Patriarcha vnde dicitur. dist.
24. m
Peccata an sepe dimittantur
per poenitentiam. di. 14. d
Peccata vtrū per solam con-
tritionem dimittantur sine
oris confessione. di. 17. per
totum.
Peccata quomodo dimittun-
tur per sacerdotes. dist. 18.
per totum.
Peccata aliqua vtrū post hæc
vitam remittuntur. dif. 21.
per totum.
Peccata dimissa an iterum

redeant. di. 22. a
 Peccata quæ impediunt matrimonium. di. 39. d
 Peccare vtrum possunt mali in inferno. di. 50. a
 Pœna sacerdotis confessionem publicatis quæ sit. di. 21. g
 Pœnæ damnatorum an aliquando mitigatur. di. 46. a
 Pœna damnatorum vtrum obfuscat gloriam beatorum. di. 50. g
 Pœnitentia est duplex. di. 14. a
 Pœnitentia quid sit, & vnde dicitur. di. 14. a
 Pœnitentiâ solennis quæ sit. ibidem. c
 Pœnitere vtrum potest de vno peccato, qui pluribus est irretitus. di. 15. a
 Pœnitentię perfectio cõsistit in tribus. di. 16. a
 Pœnitentia vera quid sit. ibidem. a
 Pœnitentia falsa quæ sit. ibidem. b
 Pœnitentia agitur tribus modis. di. 16. c
 Pœnitentia venialium quæ sit. di. 16. d
 Pœnitentia finalis quantum valeat. di. 20. a
 Pœnitentia non cõpleta decedentes qualiter purgantur. di. 20. b
 Pœnitentiâ morientibus non est imponenda. di. 20. d
 Pœnitentia non est neganda in necessitate. ibidem. c
 Pœnitentia non delet peccatum, nisi illud quod deserit homo. di. 21. d
 Pœnitere potest homo de omnibus peccatis, excepto vno mortali & pluribus venialibus. di. 21. d
 Personæ legitimæ quæ sint. di. 37. a
 Persona in qua iudicabit Christus. di. 48. a
 Potestatem baptismi quam dedit Christus seruis, & quam sibi retinuit. di. 5. b. c
 Purgatorij ignis qualis sit. di. 21. a
 Purgantur quidã citius, quidã tardius in igne. di. 21. b
 Purgabitur quomodo mundus ante iudicium. di. 47. d
 Q
 Qualis sit ignis infernalis. di. 48. d
 Quatuor sunt episcoporum ordines. di. 24. m
 Quinq; modis flagellat deus di. 15. a
 Quotquot in Christo baptizati estis, &c. quomodo intelligitur. di. 4. c
 R
 Raptus quid sit. di. 41. d
 Rapietur quomodo obuiam Christo qui viui reperientur ante iudicium. di. 43. c
 Reconciliatio non est neganda tempore necessitatis. di. 20. e

Reconciliare nõ potest presbyter penitentes inconsulto episcopo. di. 29. f
 Redemir qualiter nos Christus à diabolo & peccato. di. 19. per totum.
 Remittuntur vtrum aliqua peccata post hanc vitam. di. 21. a
 Renatus nisi quis fuerit ex aqua & spiritu sancto, quo modo intelligitur. di. 4. c
 Renunciare quibus debet baptizandus. di. 6.
 Reordinandi vtrum sint qui ab hæreticis sunt ordinati. di. 25. per totum.
 Rem & sacramentum quidam accipiunt in baptismo, & quidam non. di. 4. a
 Res sacramenti Eucharistiæ est duplex. di. 8. d
 Res sacramenti cõiugij quæ est. di. 26. f
 Resurrectionis modus & cõditio qualis fiet. di. 43. per totum.
 Resurrectionis causa quæ fiet. di. 43. b
 Resurgent quomodo hi qui viui reperientur ante diem iudicij. di. 43. c
 Resurgentium aras & statua quæ erit. di. 44. a
 Resurget quicquid est de substantia & natura hominis. di. 44. b
 Resurgent vtrum sancti vel mali cum deformitatibus quas hõc habuerunt. dist. 44. c. d
 Resurrectio abortiuorum & monstrorum qualis fiet. di. 44. h
 S
 Sacramentum quid sit. di. 1. b
 Sacramentum & signum in quo differunt. di. 1. b
 Sacramenta quare instituta sunt. di. 1. c
 Sacramentum in quibus cõsistit. ibidem. d
 Sacramentum veteris & nouæ legis in quo differunt. di. 1. e
 Sacramenta nouæ legis quæ & quot sunt. di. 2. a
 Sacramenta quare non fuerunt instituta statim post lapsum hominis. di. 2. b
 Sacramentum coniugij ante peccatum est institutum. di. 2. c
 Sacramentum baptismi quando est institutum. di. 3. f
 Sacramentum altaris quando est institutum. di. 8. b
 Sacramentum eucharistiæ, vtrum hæretici & excommunicati consecrare possunt. di. 13. a
 Sacramentum quid est in penitentia. di. 22. c
 Sacramentum vnctionis, à quibus est institutum. di. 23. b
 Sacramentum coniugij cuius rei est sacramentum. di. 26. f
 Sacerdos vtrum potest dimittere vel retinere peccata.

di. 13. per totum.
Sacerdotes an omnes habeant
 claves ecclesie. di. 19. per
 totum.
Sacerdos simplex non potest
 recõciliare publicè peni-
 tentem inconsulto episcõ
 po. di. 20. f
Sacerdotis confessionem pu-
 blicantis pœna quæ sit. di.
 21. g
Sacerdotalis ordo vnde ha-
 bet exordium. di. 24. i
Sacerdotes à consortio mu-
 lierum penitus debet esse
 alieni. di. 37. a. & di. 33. d
Sacrificium altaris an cele-
 brari potest sine aqua. di-
 stin. 11. g
Sacrificium an sit quod in al-
 tari geritur vel immola-
 tio. di. 12. g
Sancti an omnes æqualiter
 cognoscant deũ. di. 49. c
**Sancti an æquale habent gau-
 dium in celo.** di. 49. d
Sanctorum beatitudo vtrum
 maior erit post iudicium.
 di. 49. e
Sanctorum gloria vtrum ob-
 fuscat pœna dånatorum.
 di. 50. g
Satisfactio vera quæ sit, &
 quæ falsa. di. 6. a. b
Satisfactio venialium quæ sit.
 di. 17. d
Scire an potest deus semper
 quæ semel scit. di. 41. f
Schismatici vtrum sacramen-
 tum Eucharistie cõficiat.
 di. 13. a
Separatio est duplex. di. 31. b
Septem sunt sacramenta ec-
 clesie. di. 21. a
Signum quid sit. di. 1. a
Signum & sacramentum in
 quo differunt. di. 1. a
Simonia cus vtrum consecrare
 vel ordinare potest. di. 25. d
Simoniaca hæresis sit tripli-
 citer. di. 25. g
Soli deo vtrum sufficiat. con-
 fiteri absque sacerdote. di.
 17. c
Soluendi potestas quomodo
 data est sacerdotibus. dist.
 18. & di. 19. per totum.
Specie quare sub alia Chri-
 stus corpus suum tradidit.
 di. 11. c
Spiritualis cognatio vbi sit.
 di. 42. a
Spirituales filij qui sunt. dist.
 42. b
Spirituales filij vtrum natu-
 ralibus copulari possunt.
 di. 42. d
Sponsa vtrum potest intrare
 monasterium sine consen-
 su sponsi. di. 27. g
Sponsus & sponsa multipli-
 citer accipitur. di. 27. k. l
Sponsa quæ dicitur vidua
 mortuo sponso, & quæ nõ.
 di. 27. n
Sponsam viduam ducens, an
 ad sacros ordines accede-
 re potest. di. 27. o

Statura resurgentium qualis
 erit. di. 44. a
Subdiaconatus ordo quis sit.
 di. 24. g
Substantia panis & vini vtru
 substantialiter vel formali-
 ter in corpus & sanguine
 conuertatur. di. 11. a. b
Succentoris officium. d. 24. m
Sufficit vtrum soli deo con-
 fiteri. di. 17. c
Tabula secunda post naufra-
 giũ est pœnitentia. di. 14. a
Tarda pœnitentia quantum
 valeat. di. 20. a
Temporaliter quæ pœccata
 punit deus. di. 15. b
Tempus pœnitendi quãdiu
 durat. di. 20. a
Temporibus quibus nuptie
 non sunt celebrandæ. dist.
 36. e. d. e
Tenebræ interiores quæ sunt.
 di. 18. i
Tenebræ exteriores quare di-
 cuntur in inferno. di. 56. b
Tõsura clericalis quid signi-
 ficat. di. 24. b
Tria sunt genera vnctionis.
 di. 23. a
Tria sunt genera coniugij.
 di. 32. a
**Tria sunt genera consanguini-
 tatis.** di. 42. a
Tribus modis agitur pœni-
 tentia. di. 16. e
Triforme est corpus Christi.
 dist. 12. f
Valde malis vtrum datur mi-
 tigatio pœnæ. di. 46. a
Vbi sit ignis infernalis. dist.
 4. f
Vbi erit iudicium finale. di.
 48. d
Velle an possunt sancti aliud
 quam quod deus vult. dist.
 45. h
Venialia peccata quibus de-
 tentur. di. 6. d
Venialia peccata quomodo
 post hanc vitam purgan-
 tur. di. 1. a. b
Venialia peccata sufficiunt ge-
 neraliter confiteri. dist. 1. c
Vera beatitudo quæ sit. dist.
 49. b
Vera pœnitentia quæ sit. dist.
 26. a
Vere pœnitens quis sit. dist.
 21. d
Viaticum quare dicitur cor-
 pus Christi. di. 3. a
Virgines consecrare an po-
 test presbyter. di. 20. f
Virginitas Ioannis vtrum sit
 præferenda castitati Abra-
 hæ. di. 33. b
Virginitas mentis melior est
 virginitate carnis. di. 33. e
**Virtus sacramenti Eucharis-
 tiæ** quæ sit. di. 12. g
Vita mala sacerdotis non cõ-
 taminat sacramentũ. d. 13. a
Vitam beatam vtrum omnes
 habere velint. di. 49. b
Vnctionũ tria sunt genera.

I N D E X

- dist. 23. a
Vinctiois sacramentū à qui-
 bus est institutum. di. 23. b
Vinctiois sacramentum an
 iterari debeat. di. 23. e
Vniuersæ viæ domini mise-
 ricordia & veritas quomo-
 do dicuntur. di. 46. f
Voluntatem qualem habeāt
 damnati. di. 50.
Votum quid sit. di. 38. a
Votū est duplex, scilicet com-
 mune & singulare. di. 38. a
Votum singulare est duplex,
 scilicet priuatum & solen-
 ne. di. 38. b
Vxores plures cui licebat, ha-
 bere, tempore legis. di. 33. d
Vxor non est dimittenda pro
 aliqua macula, vel infirmi-
 tate corporis. di. 34. f
Vxorem dimittere an potest
 vir causa fornicationis. di.
 35. b. c. d
Vxorum interfectores quo-
 modo pœnitere debeant.
 di. 37. b
Vxor propter fornicationem
 spirituaalem an debeat di-
 mitti. di. 39. c
Vxor fratris quomodo voca-
 tur. di. 41. e

X

- C**hristus quam potestate ba-
 ptismi seruis tradidit, &
 quam sibi retinuit. d. 5. b. c
Christi corpus quomodo eō-
 ficatur de substantia panis
 di. 11. per totum.
Christus quale corpus dedit
 discipulis. di. 11. c
Christus vtrum quotidie im-
 moletur, vel tātum semel
 immolatus est. di. 12. d
Christus iudex viuorum &
 mortuorum quomodo in-
 telligitur. di. 43. f
Christus in qua forma iudi-
 cabit. di. 48. a

I N D I C I S L I B. I I I I.

F I N I S.